3 1761 08824292 0

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/panegyricivetere01arnt

F191A

PANEGYRICI VETERES

CVM NOTIS ET ANIMADVERSIONIBVS

VIRORVM ERVDITORVM,

MAXIMAM PARTEM INTEGRIS, QVIBVSDAM SELECTIS.

SVAS ADDIDIT

HENRICVS IOANNES ARNTZENIVS.

TOM. I.

TRAIECTI AD RHENVM,

Apvd B. WILD & I. ALTHEER, Typographos.

MDCCXC.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

HENRICVS IOANNES ARNTZENIVS.

Mihi quidem, ſaepenumero hos Panegyricos conſideranti, quorum fidem in contexendis Patriae noſtrae, ſub Diocletiano & Conſtantino, Annalibus praeſertim ſecutus eſt, omnibus ad Hiſtoriam ſcribendam praeſidiis paratus, *Ianus Wagenaarius*, quosque *praeclaros & valde laudabiles* adpellat *Pontanus* (*a*); *bonos Oratores, & ad Atticae eloquentiae exemplar*, *Lipſius* (*b*), *praeceptorum regiorum auctores*, *Barthius* (*c*); mihi igitur hos conſideranti dubia ſaepenumero fuit ratio, quid eſſet, cur, inde a *Grutero*, in iisdem limandis nihil perfectius protulerint illi, qui in his elaboraverint, ſumma quamvis eſſent eruditione, & non parva in talibus auctoritate; adeo enim in locis, longa temporum iniuria adfectis, negligenter verſati fuerunt, ut ne libelli quidem, quo variantes ex Codd., Veteri & *Vaticano*, lectiones *Claudii Puteani* induſtria congeſſerat, ullam habuerint rationem, quamvis illos ex Ed. *Pariſienſi* fugere non debuiſſet, tantique eſſet pretii, ut ex eo quam plurima reſtitui feliciſſime potuiſſent. Is demum erat Clariſſimus *Schwarzius*, a cuius intelligentia hoc non erat remotum, cum,

(*a*) Ad *Macrobium* Saturn. V. 15.
(*b*) Opp. T. I. p. 104.
(*c*) Ad *Claudian.* Conſ. Honor. IV. 265. adde Viri Cl. iudicium in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 10.

*

cum, aliis quoque Codd. adiutus, ad utrumque *Mamertini* Panegyricum ſeſe adplicaret obſervationibus inluſtrandum, admodum eruditis, ſed iuſto, ſi verum fatear, longioribus. Cum vero reliquos in aliud tempus ſepoſuiſſe Panegyricos mihi videretur, neque adhuc in manus hominum Cl. *Wolfgangi Iaegeri*, Philoſophiae in Academia Altdorfina Profeſſoris, pervenisſet Editio, ampla eorum ſeges ſupererat, in quibus ingenii vires experiri, & locis Librariorum praeſertim inertia laborantibus opitulari liceret. Telam hanc ſibi pertexendam ſumſerat olim in Praefatione ad *Plinii* Panegyricum Pater meus, fidemque datam in *Pacato* ſolvere coepit; reliquam ſpem morte pervertit is annus, qui Ipſius amorem, & curam mihi eripuit, cui, etſi non parem, pro meo tamen ſtudio debitam ſemper meritamque referre gratiam pietas iubet. Cum vero in Ipſius commentariolis nihil inveniſſem elaboratum, aut perfectum, quod huius eſſet operae proprium, ſed tantum adſcriptas Ed. *Cellarianae* coniecturas, locaque eorum, qui ſparſim ad hos Rhetoras quid contuliſſent, neſcio, qui factum fuerit, ut ipſe manum admovere coeperim, eo quidem ſucceſſu, ut ad pag. 29. iam perrexiſſet Typographus, cum anno LXXIV. Iuris in inluſtri Civitatis Groningo-Omlandae Academia docendi provincia mihi obtingeret, in qua cum ad alia, & ab hoc ſtudiorum genere remota, me magis conferrem, omnem huius operis curam in ipſo velut partu abiicere, aliorumque auxilio relinquere ex re mea mihi antiquius videbatur, ſperanti, fore aliquem, qui maiori otio, & ingenio maturiore opem adferret. Neque ſpes me deſtituit; is enim erat Cl. *Iaegerus*, omnibus adcuratae doctrinae copiis adfluens, cum anno LXXIX. duobus Voluminibus, forma octuplicata, hos Panegyricos feliciter admodum in lucem protulerit, Cod. *Schwarzii*, iisdemque ex *Gudiano* excerptis, quae penes me ſervabam, adcutus. Ita nihil erat, in quo mea, quantulacumque eſſet, opera locari amplius poſſe videretur. Lapſis ita XIV. annis, tamen evenit, quod futurum non ſuſpicabar. Typographo enim, cuius ſumtu priores illae, de quibus dixi, paginae typis eſſent excuſae, mortuo, cum alii emtionis titulo omne ſibi ius comparaſſent, hi quidem non deſtiterunt, quin quotidie hortarentur de promiſſi fide inplenda, iisque non premendis, quae non parvo labore in hos Panegyricos congeſſeram; atque ita, quamvis rei feliciſſime peractae gloriam lubens Cl. *Iaegero* relinquere voluiſſem, tandem me tum ab his, tum vero ab amicis, quorum iudicio non parum tribuere ſoleo, vinci paſſus ſum, & ad intermiſſas lucubrationes, aliorum magis voluntate, quam meo quidem conſilio, redii.

In enarrandis, quae adiumento fuerint, non diu te in limine morabor. Primum ex Paternis Schedis excerpta adhibui ex Codice *Gudii* praeſtantiſſimo, quae in Bibliotheca *Guelferbytana* ſervantur, *Cortii* manu deſcripta, & ex *Longolii* humanitate ad Patrem meum miſſa. Haec autem ſunt eadem, quibus plerisque in locis uſus quoque eſt *Iaegerus*, quemque *Gudianum I.* adpellat, ipſe autem nomine, quo in Notis ad *Pacatum* ſignificaverat Pater, retento *Guelferbytanum.* Deinde *Voſſii* excerpta conſului, ex Bibliotheca *Leidenſi* deſcripta, ſed, ut mihi quidem videtur, non ex eodem Codice depromta. Quaedam enim a *Puteani* variantium libello nihil diſcrepant, niſi quod additus ſit Panegyricorum ordo, alia etiam in quibusdam lectio, de qua fideliter monui. Quaedam vero ad *Mamertini* Panegyricum Maximiano, eiusdem Genethliacum, & *Eumenium* Conſtantino ad cap. 7. aliunde ſunt hauſta, & ſaepenumero a *Gudianis*, & *Schwarzii* Cod. diſtant (*d*), quare ſuo loco notavi, quid in iis legatur, quamvis in Praefatione ad *Plinium* horum *Voſſianorum* cum *Gudii* Codice conſenſum Pater agnoverit. Id vero aegerrime fero, latere variantes *Cuiacii* manu notatas, quas in Gallia olim poſſedit *Catherinotus* (*e*), neque ad manus fuiſſe Cod. D. Marci *Venetum*, quem habuit *Patarolus*, praeſertim cum parce eodem ſit uſus, quique Cod. *Eumenii Venetus* eſſe videtur, a *Gronovio* memoratus (*f*). Sunt quoque alii Pariſiis in Bibliotheca Regia, & *Colbertina* apud *Montfauconium* (*g*).

Finitimum eſt, ut de Editionibus exponam, ſed cum plerisque uſus fuerit Cl. *Iaegerus*, otium mihi faciet adcurata ipſius diligentia, in Praefatione, quam Tomo ſequenti adnectam. Quam tamen comparare haud potuit, ex antiquiſſima *Puteolani*, de qua ad *Plinium* Pater meus, variantes addidi. Praeter tertiam Ed. *Henrici Stephani* MDCIV., quam conſuluit *Iaegerus*, vidi quoque eiusdem ſecundam MDXCI. primam dederat MDLXXXI. de

(*d*) Ita in Genethl. 6. 3. *Voſſiana* habent *aequabilitate.* cap. 9. 3. *felicitate.* cap. 12. 1. *immodico*, eod. cap. n. 2. *ſuae*, ibid. n. 3. *quanta cum.* cap. 14. 2. *Iove* ignorant. cap. 15. 2. legunt *poteſt*, ibid. 3. ignorant *manu.* cap. 16. 5. *Tingitano Iovi.* cap. 17. 1. *ad blandalos*, ibid. n. 3. *quaeſita*, adde *Eumen.* Conſtantino 2. 4. quae omnia in *Gud.* & *Schwarzii* aliter leguntur, ne plura cumulem.

(*e*) Vid. *Burman.* Comment. de Vit. *N. Heinſii* p. 19.

(*f*) Syllog. *Burmanni* T. II. p. 601.

(*g*) Biblioth. Bibl. T. II. p. 760. num. 6113. & p. 952. n. 1789.

de qua *Modius* (*h*), omnes autem minori forma, & adcurate *Frobenianam*, ſive *Rhenani*, ſecutus, quare unam *Stephanianam* nominare in variantibus ſuffecerit. Ab hac vero differt alia *Paulli Stephani* A. MDC., *Livineii* textum praeſertim ſecuti, quam MDCXXV. repetierunt *Petrus* & *Iacobus Chouet*, illam vero *Henrici Stephani Petrus Chouet* MDCXXXII. utramque in ſuo Edd. catalogo omiſit *Iaegerus*, ipſe autem, propter conſenſum cum *Stephaniana*, in Notis neglexi poſteriorem. Silentio quoque praetermiſit *Iaegerus* viſam a me Edit. Ienae MDCL. & Francofurti ad Viadrum MDCLXV., quam *Fabricii* (*i*) auctoritate *Andreae Rivino* tribui, quamvis de eo nihil in Praefatione monuerit Typographus *Cloſemannus*. Leguntur ad imam in ea paginam coniecturae, pleraeque tamen *Rhenani*. Ex his, aliisque Edd. variantes diligenter notavi, ne quid deeſſet, quia ad *Mamertinum* ita praeiverat *Schwarzius*, quamvis ceteroquin pleraſque potius omiſiſſem; nihil enim habent, quod non aut *Rhenani*, aut *Livineii* textui conveniat. *Eumenii* Pro inſtaurandis Scholis Editionem cum *Schwarzii* Notis, & Rhetoris vita, A. MDCCXVI., quam memorat *Harleſius* (*l*), non vidi, neque eius meminit *Iaegerus*, qui tamen inde *Eumenii* vitam, & *Schwarzii* notas forte tranſtulerit.

Eruditorum obſervationes, etiam aliunde collectas, compoſui, maximam partem integras, quamvis ex iisdem *Baunii*, & *Pataroli* quaedam adhuc omitti potuiſſent, in aliorum iam gratiam addita. Vellem, his adiungere licuiſſet *Caſauboni* Notas, quas memorat *Livineius* (*m*), aut *P. Roverii*, quas *Weitzius* (*n*), ſi modo hae ad hoſce Rhetoras pertineant. De *Franciſci Modii* (*o*) promiſſis nihil habeo, quod adfirmem; neque etiam, unde quasdam *Rittershuſii* Notas hauſerint in ſua Edit. *Pariſienſes*; ſunt enim in iis, quae ipſius Reliquiis coniecturarum in Panegyri-

(*h*) Novant. Lection. Epiſt. 79. & *Livineii* iudicium in Syllog. Epiſt. *Burmanni* T. I. p. 640.
(*i*) Biblioth. Latin. T. I. p. 482.
(*l*) Notit. Liter. Roman. p. 559.
(*m*) Syllog. Epiſt. *Burmanni* T. I. p. 640.
(*n*) Ad *Petron.* Satyr. cap. 120. p. 569. a. Ed. *Burm.*
(*o*) Syllog. Epiſt. *Burman.* d. l. p. 110.

ricos adcurate conveniant; quas *M. Velſero* A. MDC. inſcriptas edidit Inſulae ad lacum Acronium A. MDCIV., Parti I. Paraeneticorum *Goldaſti* adiunctas; ſed ſunt etiam, quae ibi non legantur, in quibus cum ſaepe in Ed. *Pariſienſi* additur, *probat Rittershuſius*, ſuſpicor ex margine cuiusdam Ed. eſſe deſcriptas, quare illud *probat* in *probo* mutandum duxi (*p*). Sed, praeter has, alias adhuc *Rittershuſii* Notas videre debuit *Acidalius;* probatam enim a *Rittershuſio* lectionem memorat (*q*), cuius neque in Coniecturarum reliquiis, nec in Ed. *Pariſienſi* eſt veſtigium: & forte ex Notis hiſce diverſis tollatur, quae mihi ſaepenumero oborta fuit, difficultas, qui factum ſit, ut *Acidalii* coniecturas nunc laudet *Rittershuſius*, nunc *Rittershuſii Acïdalius;* quin ſi verum ſit, *Acidalium* A. MDXCV. eſſe mortuum, quod ex *Fabricii* teſtimonio confirmat Cl. Collega noſter, *Saxius* (*r*), non video, qui *Rittershuſii* coniecturam, quae in Coniecturarum reliquiis, poſtea editis, exſtat, commemorare potuerit (*s*), aut etiam *Gruteri* ſententiam (*t*), cuius A. MDCVII. demum prodiit editio.

Quae ad ipſos Panegyricorum Auctores pertinent, praetermitto, cum ad cuiusque Sermonis initium copioſe de eo expoſuerim. Vt autem his veram me ſaepe ſcripturam reddidiſſe mihi videor, ita lucem quoque ex rebus geſtis adtuliſſe, praeſertim in Carauſii expeditionibus, eademque de cauſſa *Baunii* vitas addidi. Et quoniam numeri, in quos capita primum diviſit *Cellarius*, longa iam conſuetudine in laudandis locis ſunt recepti, ideo mutare nolui, quamvis ceteroquin diviſio parum iuſta ſaepe videri queat. In Addendis, quaeſo, vitiis ignoſcas Typographicis, quae prioribus viginti octo paginis praeſertim notavi; cum enim in his legendorum Speciminum non fuerit per Typographum data copia, huius id praecipue negligentiae eſt tribuendum; in reliquis confido parum eſſe, aut forte nihil, quod Lectorem morari queat. Porro Addendis inſerenda iuſſi, quae in

(*p*) Praeterea in *Pariſienſi* omittuntur, quae in Reliquiis exſtant, V. C. apud *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. in fin. de *Merulae* coniectura, & de eadem *Goldaſti*, ibid. 18. 1. & ſaepe aliis locis.

(*q*) Ad *Eumenium* Conſtantin. 2. in fin.

(*r*) Onomaſt. T. IV. p. 35.

(*s*) In voce *reſtinguere* ad Incertum Conſtantino 6. 2.

(*t*) Ad Incertum Maximian. 2. in fin.

in Adpendice Obſervationum ad Panegyricos, hoc anno edita, conſcripſit *Iaegerus*, ad me demum perlata, poſtquam omnia typis iam eſſent expreſſa, unde in iis quaedam leguntur, de quibus ipſe iam monueram. Reliqua ſuo loco ſequenti Parte inſerentur, cui etiam quorumdam Praefationes, & Index in Notas adcedet. Vale, Lector, & fave. Scripſi Traiecti Batavorum XXII. Novembr. CIƆIƆCCXC.

IACO-

IACOBI DE LA BAVNE

VITA

DIOCLETIANI ET MAXIMIANI.

Anno V. C. 1001. *Chriſti* 248. *Philippi Aug.* 4.

AUrelius Valerius Diocletianus, cognomento Iovius, quod tyrannos, ut ait *Ioan. Bap. Egnatius*, velut alios gigantes a totius terrarum orbis regia, Iovis inſtar, propuliſſet, prope Salonas in Dalmatia naſcitur. Fuit is Anulini Senatoris aut libertinus, ut aliqui volunt; aut ſcriba, ut alii; aut libertinus idemque ſcriba: ſic enim variae ſententiae conciliari poſſunt. Patre ignoto genitus eſt, *Matre vero pariter, atque oppido nomine Dioclea; quorum vocabulis, donec imperium ſumeret, Diocles appellatur; poſt vero, Graio nomine in Romanum morem converſo, Diocletianus.* Epit. *Victoris.*

Ex infima illa fortuna per omnia militiae ſtipendia ad ſupremum tandem honoris apicem pervenit, non ſine multo ante accepto futurae ſuae magnitudinis augurio. Cum enim gregarius adhuc miles apud Tungros, quae Galliae Belgicae civitas eſt, in Druidis alicuius caupona diverſatus, cum ea rationem ſui convictus faceret; illa, *Diocletiane nimium avarus, nimium parcus es.* Cui ridens Diocletianus, *Tunc ego largus, cum Imperator fuero.* Tum Druis: *Diocletiane, iocari noli, nam Imperator eris, cum Aprum occideris.* Riſit ille, verumtamen dicti illius memor, mirum quam acer ab eo tempore venator, quam caedendorum aprorum ſtudioſus foret. Interim cum Aurelianus, Tacitus, Probus,

bus, ac porro Carus imperium accepiſſet, ſubinde dictitabat: *Ego ſemper apros occido, ſed alter utitur pulpamento.* Haec vera, an falſa ſint, non ſtatuo; certe iſta ab Druide ipſa audiviſſe avum ſuum refert *Vopiſcus* in Numeriano.

An. V. C. 1003. *Chriſti* 250. *Decii imp.* 2.

M. Valerius Maximianus Herculius libertini etiam ſanguinis, inquit *Ioan. Bap. Egnatius*, ortu agreſti, inquit *Victor*, in Pannonia naſcitur, haud longe Sirmio, quem locum adhuc aetate ſua inſignem tradit, palatio ibidem exſtructo, ubi eius parentes opera mercenaria exercuerant.

An. V. C. 1037. *Chr.* 284. *Carini, & Numeriani Augg.* 2. *Dioclet. aetatis* 36.

Diocletianus ardebat magis ac magis ſtudio adipiſcendi imperii, quo quidem eo dignior ſibi videbatur, quod alios ex aliis honores geſſiſſet. Igitur cum Numerianus Imperator, patre in Perſide prope Tigrim amiſſo, e Perſico bello in lectica rediens ab Arriano Apro, ſocero ſuo, eodemque Praetorii Praefecto occiſus eſſet: re a militibus comperta, advocatur concio, in qua & Imperator, & huius necis ultor quaereretur. Ibi Diocletianus, tum domeſticorum Imperatoris Comes, & Moeſiae Praefectus, omnium conſenſu proclamatur Auguſtus XV. Kal. Auguſti. Quam dignitatem cum ſolenni de more accepiſſet: quoniam iubetis, inquit, ut de Numeriani interfectore quaeratur, obſequar voluntati veſtrae. Tum Aprum, quem milites eo protraxerant, proxime aſtantem digito commonſtrans; *Hic eſt auctor necis Numeriani.* Quem transfodiens: *Gloriare, Aper, magni Aeneae dextra cadis:* & ad exercitum converſus, *Tandem Aprum fatalem occidi:* atque ita Druidis de ſuo imperio vaticinium implevit. Quae viſa & audita ab avo ſuo refert idem *Vopiſcus* in Numeriano. Nicomediam purpuratus intravit V. Kal. Oct. Chronicon Alexandrinum. Hinc primum Conſulatum iniit. Ab eo anno incipit aera Diocletiani, quae, illo mortuo, aera martyrum dicta eſt.

An. V. C. 1038. *Chr.* 285. *Dioclet. imp.* 2. *aetat.* 37. *Maxim. imp.* 1. *aetat.* 35.

Diocletianus e Syria redux, Conſulatu Kal. Ian. ſecundum inito, multis praeliis in Illyrico congreditur cum Carino, qui in Galliis, Italia, & Illyrico, poſt patris Cari, & Numeriani fratris mortem, ſub Auguſti nomine imperabat; donec Carinus prope Murgum, inter Viminacium, atque Aureum montem in Moeſia ſuperiore a ſuis, quibus propter nefaria ſcelera ſumme odioſus erat, confoditur. Qua morte cum vacuum eſſet Occidentis imperium, ab iis provinciis & exer-

exercitu, cui ille praeerat, renunciatur Imperator, & in Oriente & Occidente ſine competitore regnat. Quo fit, ut inde aliqui annos Diocletiani computent. Interim cum ruſticorum factio, quibus *Bagaudarum* nomen, ducibus L. Pomponio Aeliano, & Salonino Amando, ut *Victor*, & *Eutropius* tradunt, tumultus in Galliis concitaret, caſtrumque Pariſios inter, & Meldas ad Matronam ſitum, ubi nunc Foſſatenſe S. Mauri Monaſterium eſt, occupaſſent; Diocletianus metuens, ne Galliae omnes, ſuperiorum temporum iniuriis, hoc eſt, Carini Augusti acerbitate ac ferocia, tyrannicisque iudicum ſuorum exactionibus vexatae, deficerent, M. Aurelium Maximianum, veterem amicum, & ſub Probo, atque Aureliano commilitonem, cui uni Druidis de ſuo imperio vaticinium aperuerat, hominem ſibi aetate prope ſupparem, bello ſtrenuum, & inter arma educatum inſtitutumque, Caeſarem facit Romae; ubi ille Nicomedia evocatus magno populorum omnium plauſu & acclamatione exceptus eſt. Paneg. V. c. 8. Eodem die inde in Gallias mittitur, ad quam expeditionem legionem Thebanam, quae 6666. militum erat, ſecum abduxit. Gallias brevi ſeu vi, ſeu prudentia pacavit. Atque hinc Herculius dictus eſt, quod Diocletianum Iovium, inſtar Herculis, ad purgandas monſtris Gallias adiuviſſet. Maximianus legionem integram, ſolitis gentilium ſacrificiis pollui recuſantem, trans Alpes Octoduri in Veragris ad Rhodanum occidi iuſſit.

An. V. C. 1039. *Chr.* 286. *Dioclet. imp.* 4. *aetat.* 38. *Maxim. imp.* 2. *aetat.* 36.

Maximianus redierat victor, Conſulatum Treveris initurus. Cum ecce nunciatur Achilleum in Aegypto tyrannidem invaſiſſe: Narſeum Perſam Orienti bellum inferre: Quinquegentanas gentes in Africa turbare: Carauſium, Belgico & Armorico tractu contra Francos & Saxonas Piratas tutando praefectum, abducta ſecum Romana claſſe Britannias occupaſſe: Burgundiones, & Alamannos, imo & Chaibonas, Erulosque, viribus primos barbarorum, locis ultimos, in Gallias irrumpere: Maximianus hos repente adortus fugavit, ceciditque, ac Treveros redux magno omnium plauſu exceptus eſt. Interim Diocletianus, opus ſibi conſorte imperii, ad reliquos motus compescendos, ſentiens, Maximianum ex Caeſare Auguſtum facit Kal. Aprilis, moxque in Orientem convolat. Maximianus vero Carauſio, quem propter publica latrocinia proſcripſerat, praecipue infenſus in Galliam contendit. Ibi cum, ad Carauſium in Britannias perſequendum, claſſem nullam reperiſſet, quo perduellis illius vires accideret, eam, quae Rhaetis obiecta eſt, Germaniae partem ingreſſus, in Burgundiones, & Alamannos, propter occultum cum Carauſio foedus in Gallias effuſos, arma convertit, & eos partim fame, partim ferro confecit. Pan. I. c. 5. Chaibonas vero, & Erulos ad mare Codanum degentes internecione delet, ipſumque eorum regem inter ipſas, quas moliebatur inſidias, capit: ſicque Romanos limites ad Danubii caput, atque adeo ad tranſitum Guntienſem, id eſt, ad Guntze-

burgi pontem extendit: captivos bene multos ad Nerviorum & Treverorum excolendos agros abducit. Qua victoria ita attriti ſunt Franci, ut Eſatech, unus ex eorum regibus, magna multitudine comitatus, pacis petendae, & ſui purgandi cauſa ad Maximianum venerit; ac, rebus ex animi ſententia confectis, domum reverterit; Genobaud vero, item Francorum rex, quem fortaſſe amantem otii, bellumque diſſuadentem Franci expulerant, fuerit in regnum a Maximiano reſtitutus. Pan. I. c. 10. & Pan. II. c. 3.

Nec minus proſpere rem geſſit in Oriente Diocletianus: nam adverſus Narſeum, Perſarum regem, cum Saracenis & Parthis Meſopotamiae atque Armeniae imminentem, progreſſus, his quidem ultra Tigrim propulſis, illis acie victis, Narſeum ad petendam pacem adegit. Inde reverſus Gothos, Scythas, Sarmatas Daciam, traiecto Iſtro, populantes, nec multo poſt Quados & Marcomannos, ſuperato Danubio Rhaetias ingreſſos, ſubegit: quibus in victoriis annos omnino tres ambo Imperatores impenderunt. Obiter autem notandum eſt, Maximiani imperium ab anno CCLXXXV. numerari, quo Caeſar factus eſt: ita enim anno imperii viceſimo purpuram depoſuerit.

An. V. C. 1040. *Chr.* 287. *Dioclet. imp.* 4. *aetat.* 39.
Maxim. imp. 3. *aetat.* 37.

Diocletianus tertium, Maximianus ſecundum Conſulatum gerunt. Maximianum Maſſiliae hoc anno fuiſſe conſtat ex Actis Martyrii *S. Victoris*.

An. V. C. 1043. *Chr.* 290. *Dioclet. imp.* 7. *aetat.* 42.
Maxim. imp. 6. *aetat.* 40.

Diocletianus IV. & Maximianus III. Conſules, deliberaturi de duobus periculoſis bellis, Aegyptiaco adverſus Achilleum tyrannum, & Africano adverſus Quinquegentanas gentes in Africa turbantes, item & de Caeſaribus creandis, quibuscum huius duplicis belli curam communicarent, acturi, Mediolanum hiemis tempore conveniunt, hic quidem e Germania, ille vero e Perſide. Pan. I. c. 9.

An. V. C. 1044. *Chr.* 291. *Dioclet. imp.* 8. *aetat.* 43.
Maxim. imp. 7. *aetat.* 41.

Hoc igitur anno adoptant, & Caeſares faciunt Diocletianus quidem Galerium Maximianum, hominem in Dacia haud longe a Sardica natum, cui Valeriam filiam collocat, Maximianus vero Flavium Conſtantium, Conſtantini Magni patrem, Claudii Aug. ex Claudia, Criſpi eius fratris filia, nepotem. Huic Maximia-

mianus Maximianam Theodoram, privignam ſuam, coniugem dat. Ambo, quas prius habebant, uxores dimittere coacti. Confeſtim Diocletianus in Aegyptum adverſus Achilleum abit. Idem Galerio, genero ſuo, dat limites Danubii defendendos. Maximianus Treveros concedit, ut ſcilicet ad Alamannos, ſi trans Rhenum in Gallias irrumperent, reprimendos, & ad opem ſuis, ſi opus eſſet, ferendam eſſet paratior. Generum vero ſuum, Conſtantium, Geſoriacum (Bononiam hodie dicimus) mittit. Illuc Conſtantius, relicto apud Diocletianum filio Conſtantino Magno, accurrit. Vrbem, a praeſidiariis Carauſii militibus, & validisſima claſſe defenſam, incredibili celeritate occupat, inde, ſi praeſto fuiſſent naves, conſecuturus hoſtem in Britanniam. Interim Bataviam a Francis, Friſiis, & Chamavis, Carauſii foederatis, ibi graſſantibus, liberat. Pan. I. c. 11. Pan. IV. c. 6. Pan. V. c. 4. Pan. VI. c. 5.

An. V. C. 1045. *Chr.* 292. *Dioclet. imp.* 9. *aet.* 44.
Maxim. imp. 8. *aetat.* 42.

Imperatores Conſtantio & Galerio Caeſaribus Tribunitiam poteſtatem conferunt. Maximianus Rheno inſiſtit, ut Francos & Alamannos contineat, interea dum Conſtantius cum claſſe in Britanniam appellere nititur. At, repentina tempeſtate repulſus, foedus cum Carauſio inire, Britanniarumque imperium ei remittere neceſſe habuit. Eutrop.

An. V. C. 1046. *Chr.* 293. *Dioclet. imp.* 10. *aetat.* 45.
Maxim. imp. 9. *aetat.* 43.

Diocletianus V. Maximianus IV. Conſulatum ineunt. Illum trophaea Perſica usque eo amentiae adegerunt, ut, Caligulae & Domitiani exemplo, adorari ſe tanquam Deum vellet: ad cuius nominis maieſtatem aut conciliandam, aut tuendam, non modo veſti, ſed & calceis ipſis gemmas pretioſiſſimas inſerebat. Interim Carauſio, per Allectum, ſummum ſub eo rerum adminiſtrum, occiſo, adverſus hunc Romana claſſis apparatur.

An. V. C. 1047. *Chr.* 294. *Dioclet. imp.* 11. *aetat.* 46.
Maxim. imp. 10. *aetat.* 44.

Diocletianus adverſus Baſtarnas, Carpos, & Sarmatas rebelles, Galerium, qui hoc anno cum Conſtantio Chloro gerebat Conſulatum, mittit. Defuncta autem eius uxore Valeria, Galerio cum Imperator Suſannam Gabinii, affinis ſui filiam, coniugem dare vellet, illa Chriſtiana, gentilis hominis nuptias recuſans, in paternis aedibus caeditur. Ac duobus poſt annis Gabinius, una cum Caio Ponti-

ſice, uterino fratre, propter Chriſtianam pariter religionem Diocletiani iuſſu interfectus eſt, Kal. Maii.

An. V. C. 1048. *Chr.* 295. *Dioclet. imp.* 12. *aetat.* 47.
Maxim. imp. 11. *aetat.* 45.

Diocletianus morte afficit Serenam, coniugem Chriſtianam, Valeriae & Eutropiae matrem: quarum haec Herculio, illa Galerio nupſerat. Quod ſpectat ad res bellicas, *Carporum natio*, inquit *Idatius*, *translata omnis in Romanum ſolum, cuius fere pars iam tum erat ab Aureliano caeſa.*

An. V. C. 1049. *Chr.* 296. *Dioclet. imp.* 13. *aetat.* 48.
Maxim. imp. 12. *aetat.* 46.

Diocletianus VI. Conſul Alexandriam octavo obſidionis menſe capit, ibique interfecto ſeditionis auctore Achilleo, direpta Alexandria, everſisque eius muris, totam Aegyptum vaſtat, Buſirin & Copton, urbes Aegypti primarias, funditus eruit, Saracenos Achillei partium fautores puniri iubet. Interim Galerium, exercitus a Narſeo, Perſarum rege, interciſi reliquias ad ſe in Meſopotamiam, quo ſubacta Aegypto diverterat, aegre reducentem, per ſummum contemptum ne intuitus quidem, aliquot paſſuum millibus ſinit, quamvis purpuratus ipſe eſſet, ante ſuum carpentum peditem gregarii inſtar militis currere. Ex *Eutrop.* Maximianus vero a Rheni limitibus, quos, toto Britannici belli tempore, contra Francos & Alamannos ſtrenue defenderat, in Africam tranſire cogitat, Africanum bellum non amplius per duces ſuos, ſed per ſe ipſe geſturus. Igitur paucis poſt menſibus Quinquegentanas nationes, in Africa graſſantes, profligat, & ſeditionis architectum Iulianum interficit. Mauros vincit, quare ſic illum compellat *Mamertinus: Tu ferociſſimos Mauritaniae populos, inacceſſis montium iugis & naturali munitione fidentes, expugnaſti, cepiſti, tranſtuliſti*, nempe in Romanas provincias, quas excolerent. Pan. V. c. 8. Interea cum Alamanni Maximianum procul a ſuis finibus viderent Africano bello intentum, Rhenum glacie concretum transgreſſi in Gallias hoſtiliter irruunt. Quo nuncio commotus Conſtantius obviam iis procedit cum exercitu, ac primum infelici exitu pugnat, vulneraturque, mox redintegrata pugna ad Lingonas LX. Alamannorum millia caedit, Vindoniſſam hoſtium ſtrage complet, reliquos in Batavia, quo fugerant, captos ad deditionem compellit.

An. V. C. 1050. *Chr.* 297. *Diocl. imp.* 14. *aetat.* 49.
Maxim. imp. 13. *aetat.* 47.

Maximiano V. Conſule, Diocletianus Galerium II. Conſulem, e Perſide, ubi pro-

profligato Narſeo amiſſi anno ſuperiore exercitus probrum eluerat, revertentem, honorifice in Meſopotamia excipit. Hac autem Galerii victoria quinque provinciae recuperatae ſunt, imperiique limites ad Tigrim usque extenſi. Eutrop. Diocletianus Nicomediam, & Maximianus in Gallias revertuntur.

An. V. C. 1051. *Chr.* 298. *Dioclet. imp.* 15. *aetat.* 50.
Maxim. imp. 14. *aetat.* 48.

Imperatores, devictis tandem cunctis hoſtibus, & pacato orbe terrarum, Romam regreſſi, dilatum hactenus, propter varia, quibus impediebantur, bella, triumphum agunt ingenti ferculorum pompa, antecedentibus currum Narſei coniuge, ſororibus, liberis, & omnibus Parthorum ſpoliis.

An. V. C. 1052. *Chr.* 299. *Dioclet. imp.* 16. *aetat.* 51.
Maxim. imp. 15. *aetat.* 49.

Diocletiano VII. & Maximiano VI. Coſſ. victi ſunt Marcomanni. *Idat.* Thermae Romae Diocletianae factae, & Maximianae Carthagine. *Euſeb.* in Chron. *Auſon.* in carmine de claris urbibus. *Scaliger* in *Euſeb.* ex veteri lapide. Idem Maximianus Palatium Aquileiae, & amphitheatrum Veronae exſtruit.

An. V. C. 1055. *Chr.* 302. *Diocl. imp.* 19. *aetat.* 54.
Maxim. imp. 18. *aetat.* 52.

Graviſſima perſecutio in Chriſtianos coepta eſt, quae decima fuit.

An. V. C. 1056. *Chr.* 303. *Dioclet. imp.* 20. *aetat.* 55.
Maxim. imp. 19. *aetat.* 53.

Diocletianus VIII. & Maximianus VII. Conſulatum gerunt.

An. V. C. 1057. *Chr.* 304. *Dioclet. imp.* 21. *aetat.* 56.
Maxim. imp. 20. *aetat.* 54.

Conſtantinum quoque Caeſarem factum eſſe addit *Victoris* Epitome, haud dubie a Conſtantio patre. Galerius Conſtantinum abſque ſuſpicione crudelitatis e medio ſublatum volens, in expeditione adverſus Sarmatas variis periculis obiecit, ut ex *Valeſii* Anonymo fuſius dicetur in Conſtantini vita. Interim ita, Conſtantium inter & Galerium, Romanum imperium diviſum eſt, ut Galerius Il-

lyricum, Aſiam, & Orientem obtineret, Conſtantio vero Gallia, Italia, Africa obtingeret. At Conſtantius Galliis contentus Africam & Italiam remiſit Galerio, qui tot regionibus adminiſtrandis cum par eſſe non poſſet, Severum illico Italiae, Maximinum praefecit Orienti, ipſe Illyricum ſibi retinuit. *Quod Conſtantinus*, ut ait *Victor*, *Caeſar quoque effectus*, haud dubie a Conſtantio, & *a Galerio religionis ſpecie ad vicem obſidis detentus*, ut in eius locum Severus intruderetur, *tolerare nequiens*, ad Conſtantium in Britanniam confugit, Eboracumque pervenit, VIII. Kal. Auguſti, anni Chr. CCCVI. ubi eodem die eius pater e vivis exceſſerat. *Idatius*. Ante tamen ſucceſſor a patre deſignatus fuerat, *Zoſimus*: cunctis, qui aderant, annitentibus, ac praecipue Eroco, Alamannorum rege, auxilii gratia Conſtantium comitato, inquiunt *Victor* & *Zoſimus*. Addit *Eumenius*, exercitus ſuffragationem acceſſiſſe. At ille nihilominus Caeſaris appellatione contentus Auguſti nomen recuſavit.

Diocletianus IX. Maximianus VIII. Conſules purpuram ponunt Kal. Aprilis; ille Nicomediae, hic Mediolani, in templo Iovis Capitolini. Ille ex imperii fortaſſe taedio, aut adverſae fortunae metu: hic ut Diocletiano, quem huc usque tanquam parentem coluerat, obſequeretur: uterque ex deſperatione Chriſtianae religionis abolendae: hic in Lucaniam, ille Salonas conceſſit. Simul vero Conſtantius, & Galerius Auguſti nuncupantur. Caeſares fiunt Severus & Maximinus, vel a Diocletiano, aut Maximiano, ut ait *Idatius*: vel a Galerio, ut contendit *Eutropius*.

An. V. C. 1060. *Chr.* 307. *Conſtantini* 2.

Maximianus IX. Conſul, qui ſimul cum imperio nunquam imperandi cupiditatem depoſuerat, ubi Maxentium (quam alii Maximiani ex Eutropia Auguſta, alii Eutropiae Aug. ex Eutropio Syro priore marito: *Victor* ab Eutropia ſuppoſitum tradit) mortuo Conſtantio, Romae acclamatum a Praetorianis Imperatorem audiit, Lucaniae ſolitudinem deſerit, in ſpeciem, ut motus reipublicae imminentes ſedaret, revera autem, ut reſumeret imperium. Porro Diocletianum, Carnunti in Pannonia, non Carnuti in Celtica, ut vult *Zoſimus*, agentem ad idem faciendum per literas cohortatur. At ille: *Vtinam*, inquit, *Salonae poſſetis viſere olera noſtris manibus inſtituta! profecto nunquam iſtud tentandum iudicaretis*. Qua Diocletiani conſtantia, Maximianus nihilo magis ab incepto deterritus, Romam contendit, ubi inſignibus Imperatoriis, & Auguſti nomine iterum ſumpto, Ravennam venit, Severum mala fraude perdit, ſed & Maxentium dolo nequicquam adortus, re agnita, purpuram denuo exuit, ac non ſine vitae periculo Treveros, Galliae Belgicae urbem, ad Conſtantinum, ſub ſpecie officii moliturus ei quoque inſidias, confugit. Ab eo humaniſſime excipitur. Pro quibus officiis Maximianus Fauſtam filiam ei dat in coniugem, cum Auguſti nomine, quod prae modeſtia, ut diximus, huc usque recuſarat.

An.

An. V. C. 1061. *Chr.* 308. *Conſtantini* 3.

Maximianum haud deliniit haec generi ſui Conſtantini humanitas, ac conceſſus, ut aliqui putant, decimus Conſulatus. Quin potius commodum recuperandi imperii tempus nactum ſe eſſe ratus, diſſimulato conſilio, Treveris diſcedit, Arelate reſumit purpuram, tum Maſſiliam fugit, unde navigaturum ſe ſperans in Italiam ad Maxentium, ibi oppreſſus interiit fractis laqueo cervicibus, Epit. *Victoris*, ſi *Euſebio* fides eſt, ſe ipſe ſtrangulavit, lib. VIII. c. 29. Obiit anno aetatis ſexageſimo, *Victor.*

An. V. C. 1069. *Chr.* 316. *Conſtantini* 11.

Diocletianus obit III. Nonas Decemb. *in villa ſua Spalato haud procul Salonis*, inquit *Zoſimus*, vel ut alii legunt, *Salonae in villae ſuae palatio.* De eius obitu variae ſunt auctorum ſententiae. *Morte conſumptus eſt*, inquit *Victor*, *ut ſatis patuit per formidinem voluntaria. Quippe cum a Conſtantino, atque Licinio vocatus ad feſta nuptiarum, per ſenectam, quo minus intereſſe valeret, excuſaviſſet: reſcriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio faviſſe, ac Maximiano favere, ſuſpectans necem dedecoroſam, venenum hauſiſſe dicitur.* Alii ſuae mentis impotem contabuiſſe dicunt, eiusque palatium ictu fulminis abſumptum fuiſſe, *Euſeb.* Hiſt. lib. VIII. Alii Senatus iuſſu ſtrangulatum, *Zonaras.* Alii corpore putrefacto, &, ut addit *Cedrenus*, lingua vermibus ſcaturiente obiiſſe. Quod vereor, ne in oſorem Chriſtianae religionis Imperatorem iracunde nimis dictum ſit. Certe *contigit ei, quod nulli poſt natos homines, ut, cum privatus obiiſſet, inter Divos referretur*, *Eutrop.* Imperavit annis non XXV. ut ait vulgaris Epitome *Victoris*, ſed XX. tantum, ut ait *Victor Schotti*, ceterique conſentiunt. Vixit annos LXVIII. inquit *Victor.* Sed quoniam Maximianus ſexto ante Diocletianum anno, aetatis vero ſexageſimo obiit, atque ita Diocletianus non niſi duobus annis Maximiani anteibat aetatem, aliquam obiicere difficultatem poteſt locus *Mamertini* in utriusque Imperatoris Genethliaco, ubi ambos alloquens: *Quae* (ſimilitudo) *ne etiam intervallum veſtrae vincit aetatis, & ſeniorem iunioremque charitate mutua reddit aequales: ut iam illud falſo dictum ſit, non delectare ſocietatem rerum, niſi inter pares annos. Intelligimus enim, ſacratiſſimi Principes, geminum vobis, quamvis diſpares ſitis aetatibus, ineſſe conſenſum*, &c. c. 7. Hinc enim colligi poſſe videtur maius inter utriusque aetatem fuiſſe, quam duorum annorum intervallum. Quapropter *Baronius*, cum ex *Victore* Diocletianum vixiſſe annos LXVIII. in contextu ſcripſiſſet, ad oram libri legit LXXVIII. Totidem annos ei attribuunt *Pomponius Laetius* & *Ioan. Bap. Egnatius*, quibus ego etſi facile aſſentior, propter hunc *Mamertini* locum, tamen in hac utriusque vita ſecutus ſum communem ſententiam.

Vterque genere fuit ignobili, ſtatura magna, firmo & procero corpore, vultu feroci: uterque ſub Probo & Aureliano ſcientiam militarem edoctus, pa-

ri

ri uterque in Chriſtianos ſaevitia, ſed Diocletianum vel pietas in Deos, vel amittendi regni metus crudelem efficiebat; Maximianum ſola innata ferocia. Ille *conſilii ſemper alti*, inquit *Ammianus*, *nonnunquam tamen effrontis*, *ſed prudentis.* Vt, quo tendebat, perveniret vim ſemper adhibens; hic fraudem, ſi minus vis ſuccederet. Quam ille arrogans, & divinorum honorum cupidus, tam iſte effuſus in omnem libidinem. Poſtremum in hoc praeter aliquam militiae peritiam, nihil non agreſte & humile, in illius vero vel vitiis inerant quaedam magnae mentis indicia.

CHRIST.

CHRIST. GOTLIBII SCHWARZII DISSERTATIO AD MAMERTINI PANEGYRICVM.



Q. D. B. V.

I.

Conſtat, praeter incomparabilem *Plinii* Panegyricum, adhuc reliquos eſſe etiam alios quosdam, licet aliquantum inferioris aetatis, veterum Panegyricos Latinos. Hi quidem, ſi ſtili concinnitatem & elegantiam ſpectes, ad *Plinianae* elocutionis praeſtantiam non adſcendunt. Recte enim *Boeclerus*, non iniquus harum rerum exiſtimator, in Bibliograph. Cort. p. 72. *In omnibus his Panegyricis*, inquit, *qui hoc ſaeculo vixerunt, videre licet, quantum mutaverit facies ſtili. Quamquam enim valerent ingenio, ſaeculum tamen ſuum vincere non potuerunt. Conantur quidem ſaepe aſſurgere ad gravitatem veterum; ſed conantur tantum. Culpa etiam ad adulationes aulicas referenda eſt. Omnia enim tum altius erant efferenda; neque verba invenire poterant, quibus ſatis reverenter de Caeſaribus loquerentur. Hinc, dum novas voces adinvenire coeperunt, valde plerumque lapſi ſunt.* Utcunque tamen eſt, hi ipſi Panegyrici haud quaquam ſunt

ſpernendi, cum non ſolum fecunda argumentorum inventione, & miro ſententiarum acumine artis oratoriae cultoribus maiorem in modum ſe commendent, ſed etiam hiſtoriae, in iſtorum quidem temporum caligine, haud parum inſerviant. Quapropter operam ſuam non male collocare videntur, qui eam ad emaculanda & illuſtranda illa antiquae eloquentiae monumenta conferunt. Neque enim pauca horum loca adhuc cubant in mendis, & quaſi tenebris obducuntur. Quo nec adeo mirum nobis eſſe poteſt, ſi cogitemus, paucos admodum, qui iſtos Panegyricos edidere, idoneis ſubſidiis fuiſſe inſtructos. Quin & hodie horum Panegyricorum Codices MSS. rarius inveniuntur. Certe praeter Codicem chartaceum, qui ex Bibliotheca *Gudiana* redemtus (quanquam in catalogo *Gudiano* tanquam Codex membranaceus deſignetur) in auguſtam Bibliothecam *Guelpherbytanam* pervenit, & praeter noſtrum, quem mox commemorabimus, alium quendam in Germaniae, vel Bataviae Bibliothecis hodie extare, reſciſcere nobis, quamvis omni cura inveſtigantibus, necdum contigit.

II.

Quae vero ſubſidia ad hos Panegyricos illuſtrandos nobis praeſto ſint, iam in Praefationibus obſervationum ad Panegyricum *Plinii* indicavimus. Potiora tamen etiam nunc recenſere lubet. Primum ſcilicet poſſidemus exiguum Codicem MS. quadringentorum circiter annorum, ſatis nitide, quamvis a rudi librario, ſcriptum; quem quidam poſſeſſor ἀνώνυμος ſe perlegiſſe die 17. Iulii A. 1454. in ligatura, multo quidem recentiore manu, quam quae in ipſo Codice comparet, annotavit. In hoc Codice praeter *Plinii*, aliorumque veteres Panegyricos quarto loco occurrit MAMERTINI CONSVLIS GRATIARVM ACTIO DE SVO CONSVLATV DICTA DIVO IVLIANO SEMPER AVGVSTO. De quo *Mamertino* alio tempore agemus. Vndecimo loco exſtat, prout ibi inſcribitur, GENTHLIACI RHETORIS OPTIMI PANEGYRICVS DICTVS DIVO MAXIMIANO AVGVSTO. Hic eſt ille ipſe Panegyricus, de quo nunc agimus, & cuius hoc eſt initium: *Cum omnibus feſtis diebus, ſacratiſſime Imperator, debeat honos veſter divinis rebus aequari*, &c. Alias inſcribitur hic Panegyricus: *Claudii Mamertini Panegyricus, Maximiano Herculeo dictus.* Sequitur duodecimo loco alius Panegyricus, cum hac inſcriptione: PANEGYRICVS MAXIM. ET DIOCLETIANO FINIT. INCIPIT EORVNDEM GENETHLIACVS. Cuius hoc eſt initium: *Omnes quidem homines, ſacratiſſime Imperator*, &c. Alias inſcribitur: *Eiusdem Mamertini Panegyricus Maximiano Herculeo dictus.* Praeterea quondam beneficio *Io. Alberti Fabricii*, Viri etiam poſt ſuprema fata honorificentiſſime commemorandi, excerpſi ſequentes duos libros cum Codicibus MSS. collatos, quorum primus:

C. PLINII CAEC. SEC. *Epiſtolae; & eiusdem* PLINII *ac Pacati, Mamertini, Nazarii Panegyrici.* &c. Excud. *Henr. Stephanus*, anno MDXCI. in 12.

Alter complectitur *XII. Panegyricos veteres, ad antiquam, qua editionem, qua ſcri-*

ſcripturam infinitis locis emendatos & auctos; antehac quidem ope Livineii, nunc vero opera Iani Gruteri: praeter quorum notas etiam accedunt coniecturae valentis Acidalii, & Conradi Rittershuſii. Francofurti anno MDCVII. in 12.

Vterque hic liber, ut modo diximus, collatus eſt cum codicibus MSS. Cum vero uterque in *Gudiana* Bibliotheca quondam extiterit; hinc *Stephanianam editionem* infra appellamus librum primum *Gudianum*; *Gruterianam* vero, librum alterum *Gudianum*. Ac quia iam ex *Pliniani* Panegyrici lectionibus variantibus animadvertimus, eas in *Gruterianum* exemplar ex MS. *Gudiano*, qui hodie eſt *Guelpherbytanus*, tranſlatas fuiſſe in hoc ipſum exemplar *Gruterianum;* facile coniicimus, etiam reliquorum Panegyricorum variantes Lectiones ex *Guelpherbytano* Codice MS. hic reperiri.

Panegyricae veterum Orationes, ex Franciſci Puteolani recognitione: Editio antiqua, ſine loco & anno in 4. In priore pagina primi folii huius libri recenſentur tituli ſingulorum Panegyricorum; ſub cuius recenſionis fine haec excuſa ſunt verba: *Franciſcus Puteolanus diligentiſſime recognovit.* In calce huius editionis haec ſola verba legimus: *Panegyrici XII. finiunt; a variis auctoribus editi cum gratia & privilegio.* Haec editio ſine dubio refert illam principem, quae itidem ſine mentione loci, ubi prodierit, impreſſa eſt anno MCCCCLXXVI., forma quarti ordinis, ac quae, ut ipſa docet dedicatio, curata eſt a *Franciſco Puteolano;* quamque laudat Cl. *Arntzenius* in Praef. ad Panegyricum *Plinii.* Illam vero dedicationem *Franc. Puteolanus* inſcripſerat *Iacobo Antiquario*, Ducali Secretario; ubi ſignificat, ſe Panegyrico *Plinii* addidiſſe undecim alios Panegyricos, non *Pliniano* quidem pares, ſed tamen non inelegantes, aut recuſandos, cum mira in ſingulis ſit eruditio, praeterea adieciſſe, ut magnitudo voluminis iuſta eſſet, *Julii Agricolae* vitam, per *Cornelium Tacitum* conſcriptam, & fragmentum *Petronii Arbitri.* Ab hac ergo editione aliam eſſe oportet, quam *Mich. Maittaire*, T. I. Annal. Typogr. pag. 374. ſuo ſequenti titulo recenſet: PANEGYRICI *Latini Veteres;* PETRONII *Arbitri Satyricon; Ephemeris* DICTYS *Cretenſis.* 4. *Mediolani, impreſſ. die decimo nono Menſis Maii. M. CCCC. LXXVII.; cum Epiſtola Maſelli Beneventani ad Bartholomaeum Chalcum, Ducalem Secretarium, ante Dictyn praemiſſa.* Facile tamen fieri potuit, ut etiam haec *Mediolanenſis* editio ſecuta ſit recenſionem *Franciſci Puteolani;* cum haud raro tunc acciderit, ut Typographi vicini aliorum Typographorum opera recuderint. Id quod illi certius diiudicabunt, quibus contingit utriusque editionis exemplaria inter ſe conferre. Exemplar eius editionis, quam primo loco commemoravimus, & quae *Franc. Puteolani* nomen praefixum habet, quamquam eius praefatio, ſive dedicatio, ibi perperam fuerit omiſſa, pro inſigni humanitate ſua, & incredibili ſtudio ornandae rei litterariae ex praeſtantiſſimo Theſauro Bibliothecae ſuae, noſtro uſui indulſit Perilluſtris Dom. HENR. DE BVNAV, communis huius ſaeculi Maecenas, cuius vel ſolum nomen omni elogio eſt illuſtrius.

Panegyrici variorum auctorum & declamationes nonnullae perquam eruditae hactenus non impreſſae. In calce libri: *impreſſa ſunt haec Viennae Pannoniae opera Hieronymi*

Philovallis, & Iohannis Singrenii, Sodalium. Impenſis vero Ioannis Metzgker, Bibliopolae, Georgio T. Collimitio, Gymnaſii Moderatore. IV Idus Martias, anno M. D. XIII. Imperante Maximiliano, P. F. AVG. Magni omnino facienda, & loco Codicis MS. habenda eſt haec *Cuſpiniana* editio; in qua alio ordine, quam in codice noſtro MS. aut in *Franc. Puteolani* editione, collocati ſunt Panegyrici.

Vt vero pateat, cui debeatur haec praeſtans & rara editio, quae in paucorum manibus eſt, integram eius praefationem transferre huc libet. GEORGIVS CVSPINIANVS, *Canonicus Herbipolenſis, in Haugis* SEBASTIANO FELICI CVSPINIANO, Fratruelis ſui filio, S. P. D.

Decet nos, cariſſ. Sebaſtiane, dum pater tuus IOHANNES CUSPINIANVS *immo & meus pater & patruus, Caeſ.* MAXIMILIANI *Conſiliarius & Orator, crebris legationibus & arduis occupatus negotiis, Regum negotia curat, eisdem inſiſtere veſtigiis, quibus olim ipſe, ſi modo nolumus a ſtirpe noſtra degenerare; & dum per aetatem licet optima quaeque ſectari; non, quod plerique faciunt, paterna gloria contentos, elangueſcere. Id quod factitatum ſaepe numero legimus, Magnos viros raro felicem tuliſſe ſobolem. Nos alia innitentes via, Deo Opt. Max. duce, curabimus latius domum noſtram propagare pro virili, &, quoad fieri poteſt, conemur etiam ſuperare progenitores noſtros; in quo nobis haud invidiam, ſed laudem comparabimus. Nolumus itaque nos tradere otio, ſed vigiliis, lucubrationibus, ſtudio, paternam aemulari gloriam. Et cum tu ſis minor natu, ego te iure & ſanguinis, & aetatis, merito debeo admonere, ut eadem inſtitutione virtutis amplectamur iter, & litterarum ſplendore fiamus percelebres, ut genitor noſter communis* IOHANNES CVSPINIANVS, *non tam literis & omnifaria eruditione, quam induſtria ac prudentia eſt longe celebratiſſimus, qui nullum tempus praeterit, dum non eſt publicis ac Caeſareis officiis impeditus, quo non vel ſcribendo vel legendo, vel libros remotiores evolvendo ac emendando, poſteritatem ſua opera iuvet. Et quamquam iam ingens moliatur opus, de Conſulibus ac Caeſaribus Romanis, usque ad noſtra ſaecula, quod ad finem iam pene deduxit; non intermittit tamen ſucceſivis horis, ſi quid interdum otii nactus fuerit, quin depravata emendet, ac mutilata reſtituat. Quod nuper in his Panegyricis ita diligenter, ita accurate, praeſtitit, ut iam merito illi ſuos auctores agnoſcant. Nam praeter hoc, quod multa erant perperam in his Elegantiſſimis Orationibus inverſa ac corrupta; integras etiam chartas ille noſter parens reperit, in Vetuſtiſſimis ſ is Exemplaribus, ac reſtituit: adieciutque nonnullas pulcherrimas orationes miro artificio contextas, ut diſcerent Iuniores, qua arte ſimiles fabricarent &, ut haberent quaſi Archetypum, & exemplar ſimilium confingendi. Ne itaque tanti viri tantus labor periret, collegi ſedulus tantas ſarcinas, & Achate meo, Philippo Gundelio, Studioſo Iuvene, comite & auxiliatore, in communem ſtudioſorum utilitatem, aere imprimendas tuo auſpicio, mi Sebaſtiane, tradidi, ut per univerſam volarent Germaniam, & nos ex eisdem, ceu fontibus, & Studioſi alii, Rhetorices & bene dicendi praecepta ediſceremus. Vale, mi Sebaſtiane, felix, ac patrem tuum, imo noſtrum, venerare & ſequere. Viennae Pannoniae IV. Idus Martias, Anno ſalutis M. D. XIII.*

Coniicio adeo, *Io. Cuſpinianum* excuſum quidem, & a *Franc. Puteolano* curatum exemplar veterum Panegyricorum, in manibus habuiſſe; id tamen ex aliis vetuſtis Codicibus MSS emendaſſe.

Pane-

Panegyrici veteres. Baſileae, per Io. Frobenium, anno M. D. XX. 4. In quibus Excudendis pro magna parte Codicem *Rhenanicum* imitatus eſt *Frobenius*, ut ipſe ait in titulo. *Beatus* vero *Rhenanus* in praefatione: *Panegyricos veteres*, inquit, *aliquando percurri, vetuſtatem curioſius excutiens, & in his inter legendum obiter, in meum dumtaxat uſum, quaedam annotavi; quaedam reſtituere conatus ſum; Iudicium tantum meum ſecutus: nam exemplari vetuſto carebam, cum quo conferrem. — —. Proinde, mi Luca, hanc recognitiunculam laborioſiorem, quam feliciorem fortaſſis, (quae enim felix caſtigatio absque Codice Vetuſto, qui tamen non omnino ſit depravatus?) tibi nuncupare libuit*, &c. In collocandis Panegyricis idem ordo obſervatur, qui eſt in editione *Franc. Puteolani.* Adeo hanc fortaſſe ſaltem ex ingenio caſtigare conatus eſt *Rhenanus.* Praeter Panegyricum *Auſonii*, adiecti ſunt quatuor Panegyrici recentiores, nempe *Hermolai, Eraſmi, Pandulphi Collenutii, & G. Sauromani.*

Panegyrici diverſorum, nunc demum recogniti, & in lucem editi per Paulum Navium, Venetum, apud *Gryphios*, anno 1576. 8. Diu editionem hanc quaeſiveram fruſtra; tamdem ex gratia & beneficio periluſtis Dom. de BVNAV huius quoque mihi copia facta eſt. Sed res exſpectationi minus reſpondit. *Navius* ille in his Panegyricis edendis non admodum fuit navus; in praefatione, neſcio quam, in hiſce Panegyricis emendandis induſtriam iactat. *Quantum*, inquit, *noſtri ſtudii fuerit in his emendandis, corrigendisque Panegyricis, optimus quisque cognoſcere poterit, cum intellexerit, nullum nobis aliud exemplar ſuppetiiſſe, niſi illud, quod multo ante quidam Franciſcus Puteolanus non ſatis diligenter recognovit. Quamquam ipſe de ſe referat: diligentiſſime recognovit. Qui, praeter typi deformitatem, (praetereo illum Plinii Traiano dictum, quem cum ceteris eius ſcriptis ad unguem Aldus ſenior vidit, & impreſſit,) verborum inemendationem, puncti lituram, ordinem quoque temporum, & Imperatorum, invertit, & qui priores erant, poſteriores emiſit. Nos vero, etſi impreſſorum incuria aliquid ſit praetermiſſum, ut potuimus, obſervavimus, ne quid adhuc nemo amplius in iis expeteret, ut in aliis etiam libris perpetuo praeſtituri ſumus. Argumenta adiecimus; in quibus, qui, quando imperio potiti ſunt, & ad quos Imperatores laudes habentur. Multa praeterea, quae tum longiſſime ab intelligentia, & a noſtris ſenſibus, erant diiuncta, ut intelligerentur, non parum nobis fuit elaborandum.* Sed bonus *Navius* plus de ſe pollicitus eſt, quam praeſtitit. praeter enim brevia argumenta, ſive ſummaria, ſingulis Panegyricis praemiſſa, nihil ab eo additum deprehendi.

XII. Panegyrici Veteres, ad antiquam, qua editionem, qua ſcripturam, infinitis locis emendati, & aucti. Ioh. Livineius, Belga, Gaudenſis, recenſebat, ac notis illuſtrabat. Antverpiae, ex officina Plantiniana, M. D. XCIX. 8. Non parum contulit *Livineius* ad hos Panegyricos purgandos, uſus, qua ſcriptis qua vulgatis, codicibus; nimirum, quod in praefatiuncula ad Lectorem commemorat: 1) Vetuſto Exemplari in membrana exarato, quod ipſe poſſedit. 2) apographo codicis antiqui, quem e *Bertinienſis* monaſterii Audomarapole ſcripto codice deſcripſerat, & *Marco Welſero* donaverat *Franciſcus Modius.* 3) Veteribus ſchedis, quas doctiſſimus *Car. Langius* ad *Frobenianam* lectionem contulerat. 4) editione *Cuſpiniani*, quae Viennae prodiit,

M. D. XIII.; quam *Iuſtus Lipſius* ſuppeditaverat. 5) editione *Beati Rhenani*, quam *Frobenius* excudit. 6) *Lugdunenſi* editione non unius anni & Typographi. *Livineius* novum, eumque a Superioribus diverſum ordinem in collocandis Panegyricis tenuit, quam deinceps *Gruterus*, *Pariſienſes*, & recentiores, *Cellarius* ac *Patarol*, ſunt ſecuti.

PLINII *Epiſtolarum Libri X; eiusdem Panegyricus Traiano dictus cum commentariis Io. Mariae Catanaei. Adiuncti ſunt alii, ad alios Caeſares, Panegyrici, ad fidem vet. ſti Exemplaris emendati. Excudebat Paulus Stephanus A. M. DCI.* 4. Haec editio ſaepius prodiit *Genevae, ſumtibus Samuëlis Chouet.*

XIV. Panegyrici Veteres, cum notis variorum. (Additur Panegyricus *Auſonii*, item & *Ennodii.*) *Pariſiis, apud Claudium le Beau, anno M. D. C. XLIII.* 12. Dedicatio inſcripta eſt *Henrico de Bourbon*, Principi Condaeo. Eadem editio etiam prae ſe fert annum 1655.; & nomen bibliopolae, *Simeonis Piget.* Sed nihil ibi mutatum, niſi titulus & formula dedicationis, quae inſcripta eſt *Ludovico Phelypeaux, Domino de Vrilliere*, &c. Non immerito dici poteſt Editio *Puteana*, a *Claud. Puteano*, Senatore Pariſienſi, qui, cum viveret, de nova editione cogitavit, quam cum variis MSS. diligenter collatam, & *Catanaei*, *Raijani*, *Baldini*, *Livineii*, *Lipſii*, & *Gruteri*, notis, ac *Valentis Acidalii* coniecturis auctam, item *Petri Fabri Sanioriani*, *Franc. Jureti*, *Theod. Pulmanni*, & *Antonii Schonovii*, ſuisque inprimis notis & emendationibus antea non editis locupletatam, cum eſſet proxime editurus, praematura morte rebus humanis ereptus eſt. Poſt mortem tamen, ex illius ſchedis, haec editio adornata eſt, cui velut fundamenti loco fuit editio *Gruteriana*, A. 1607.

Panegyrici veteres interpretatione & notis inluſtravit Jacobus de la Baune, Soc. Ieſ. iuſſu Chriſtianiſſimi regis, ad uſum Sereniſſ. Delphini. Pariſiis apud Simonem Benard. A. M. D. C. LXXVI. 4. Editor hic ſecutus eſt editionem *Pariſienſem* A. 1643. Quid praeterea praeſtiterit, iam in obſervationibus ad *Plinii* Paneg. expoſuimus. Eadem editio recuſa eſt A. 1728., Venetiis.

Duodecim Panegyrici Veteres, ex ſaeculo a Diocletiano ad Theodoſium ſuperſtites, recenſiti a Chriſtophoro Cellario. Halae Magdeb. A. CIↃ IↃ CC III. Editor potiſſimum ſecutus videtur editionem *Jac. de la Baune*, nullo codice MS. uſus. Quia vero haec editio in Germania potiſſimum uſu valet, ad eam & emendandam & confirmandam maxime reſpicimus.

Panegyricae Orationes veterum Oratorum. Notis ac Numismatibus illuſtravit, & Italicam interpretationem adiecit Laurentius Pantarol, Venetus. Editio ſecunda, Venetiis, A. M. D. CC. XIX. 8. (Prior editio A. M. D. CC. VIII. prodierat.) Editor potiſſimum recenſionem *Cellarianam* ſecutus videtur, & quamquam in praefatione commemoret, ſe etiam quosdam Codices MSS. adhibuiſſe, in ipſis tamen notis, ſuccinctis alioquin & luculentis, nusquam indicat, ubi, & unde quaedam loca correxerit?

III.

Hic vero Panegyricus, quem nunc illuſtrandum nobis ſumſimus, vulgo quidem *Claudio Mamertino*, tamquam auctori, hodie adſcribitur: res tamen, ſi penitus excutiatur, non parum dubia videtur. Certe in noſtro Codice nomen *Mamer-*

Mamertini haud deprehenditur: cum ibi, quod iam Supra notavimus, haec inſcriptio minio ſignata ſit. GENTHLIACI RHETORIS OPTIMI PANEGYRICVS DICTVS DIVO MAX. AVGVST. Neſcio, an rudis librarius ex ſequenti Panegyrico Genethliaco, itidem Maximiano Aug. dicto, nomen *Genthliaci*, tamquam proprium, finxerit; & huc tranſtulerit? an ab initio ſimpliciter, ſine nomine Auctoris, ſcriptum fuerit: *Genethliacus Panegyricus Maximiano Aug. dictus?* quia hic ipſe Panegyricus die natali urbis Romae habitus eſt. Neque enim eſt, quod cogitemus, hoc nomen proprium fuiſſe alicuius Oratoris iſtius aevi: quamquam ſimile invaluit nomen; Cum *Auguſtinus* epiſtola CLXIII, anno quidem 399. ſcripta, mentionem fecerit alicuius *Genethlii*, beatae memoriae, cui in munere ſacro ſucceſſerit Aurelius Carthaginienſis. Interim, in priore libro *Gudiano*, ex alio cod. MS. idem fere titulus ſic exprimitur: *V. C. Genethliaci, Rhetoris Optimi, πανηγυρικὸς dictus Divo Maximiano Aug.*. In eodem libro *Gudiano*, ex alio Codice MS. hic titulus exhibetur: *Panegyricus Maximiano Herculio Diocletianoque in natali Vrbis dictus.* In altero vero libro *Gudiano* annotatum eſt, in quodam cod. MS. plane deeſſe titulum huic Panegyrico, qui ibi inter ceteros numeretur x. Etiam *Claud. Puteanus* iam annotavit, titulum huius Panegyrici varie in libris notari. Aliquando ita inſcribi: *F. Genethliaci Rhetoris optimi πανηγυρικὸς dictus Divo Maximiano Aug.* Aliquando ſic: *Panegricus Maximiano, de natali Romae die.* Aliquando hunc in modum: *Incerti Auctoris Maximiano.* Atque ita etiam in principe editione *Franc. Puteolani* hic titulus excuſus eſt. *Panegyricus Maximiano, Diocletianoque, dictus.* Qui titulus etiam in *Cuſpiniani* editione invenitur. Primus, quantum nobis conſtat, *Beatus Rhenanus* in impreſſis hanc inſcriptionem exhibuit: *Panegyricus Maximiano Aug. dictus, a Mamertino, ut putatur. In quo Diocletiani quoque Laudes continentur, qui cum Maximiano Imperavit.* Quam inſcriptionem etiam *Henr. Stephanus*, A. 1591. retinuit. At A. 1576. *Paulus Navius*, ſimpliciter & ſine haeſitatione hunc titulum edidit: *Panegyricus Mamertini Maximiano Diocletianoque.* In argumento autem: *Arbitror*, inquit, *hunc eſſe dictum a Mamertino, ut ex ſequenti Panegyrico cognoſci poteſt; ſed Diocletiano abſente. Etenim, ſi Diocletianus adfuiſſet, omnino eſſet praeponendus, &c.* A. 1607. *a Grutero*, forte libros MSS. *Palatinos* ſecuto, ita inſcriptus eſt: *Claudii Mamertini Panegyricus Maximiano Auguſto:* quem reliqui editores imitati ſunt. Atque ita etiam *Carolus Sigonius*, qui Libr. I. Hiſtor. de occidentali Imperio, aliquot loca ex hoc ipſo, de quo agimus, Panegyrico, excitavit, eum ſine haeſitatione adſcripſerat *Mamertino*; cum bonae notae exemplari, ſive codice MS. quantum ex indiciis non obſcuris colligimus, uſus videatur. Sic pag. 8., edit Baſil. A. 1579. *Exſtant*, inquit, *Orationes aliquot poſt a Mamertino Rhetore ad Maximianum in Gallia dictae, quibus utrumque ſignificatur.* Mox vero locum adfert, qui nunc legitur Cap. 3 & 4. huius Panegyrici. Item, pag. 12, ex cap. 4. Porro, pag. 14, ex cap. 4; ubi haec praefatur: *quod factum, ut ſingulari felicitate commemorandum, Mamertinus deinceps ſic Gallica dicendi copia celebravit.* Et denique, pag. 20.; uti plura verba ex cap. 12, 13 & 14. affert, ita quaſi dubitanter loquitur. *In ea ſolennitate* (XI Kal. Maii) *Mamertinus*

nus

nus idem, ut exiſtimatur, orationem habuit, in qua, expoſitis Maximiani rebus omnibus, quas commemoravimus, demum de Conſtantio, & apparatu inſtantis belli Britannici, ita diſſeruit. Quamvis itaque haec res nondum prorſus expedita, & certa videatur, cui auctori hic Panegyricus ſit adſcribendus; nolumus tamen nomen *Mamertini* deturbare de poſſeſſione iam vulgo probata; in primis, cum & princeps editio *Franc. Puteolani*, & editio *Vindobonenſis Cuſpiniani* eamdem indicio quodam confirmare videantur; utpote in qua utraque editione ſequenti Panegyrico, cuius initium eſt; *Omnes quidem homines*, &c. hic titulus praefigitur: EIVSDEM MAMERTINI GENETHLIACVS MAXIMIANI AVGVSTI. Iam ante hunc Genethliacum nullus alius proxime antecedit Panegyricus, quam hic ipſe, qui nobis nunc ſub manibus eſt. Huc praeterea accedit non obſcura in utroque Panegyrico ſtili affinitas, quae eundem utriusque auctorem indicat. Num vero & is *Mamertinus*, qui Maximiano hos duos dixit Panegyricos, & is, qui Iuliano Imperatori de conſulatu ſibi delato gratias egit, unus idemque fuerit auctor, alio tempore disquiremus.

IV.

Iam quod ad primarium huius Panegyrici argumentum attinet, quod uberius exponit illuſtratque *Jacobus de la Baune*; hic ipſe Panegyricus, potiſſimum Maximiano Herculio, Auguſto, XI Kal. Maii h. e. XXI Aprilis, natalem urbis Romae celebranti, & tunc forte Treviris, primario Galliae Belgicae oppido, agenti, dictus eſt, ita tamen, ut laudes quoque Diocletiani abſentis, qui cum Maximiano imperavit, ſimul complectatur. In Exordio, Capite quidem I, & II, rationem affert Orator, cur Imperator maxime laudandus ſit die natali Vrbis Romae, cuius, ſi non conditor, certe conſervator reſtitutorque ſit? Ratio haec proditur, quod, cum iis diebus Hercules multo honore a Romanis colatur, qui ſaltem hoſpes advenerit in Italiam; multo aequius ſit, eodem tempore etiam laudari Maximianum Herculium, qui maiores geſſerit res, & inſigniora beneficia praeſtiterit Romae. Loco PROPOSITIONIS, *Mamertinus*, Cap. II. primum dubitatione & praeteritione utitur, unde ordiatur laudes? Deinde Maximiani res Imperio geſtas, tamquam tempori congruenter commemorandas, per compendium proponit. In parte I. Tractationis, generatim oſtendit, Maximianum a Diocletiano in Imperii conſortium adſcitum, plus tribuiſſe, quam accepiſſe, beneficii; Cap. III. Deinde ſententiam hanc illuſtrat comparatione Maximiani eum Hercule, quia, uti hic Iovi Gigantum bello laboranti; ita ille Diocletiano opem ferre non recuſarit. Parte II, confirmat haec Orator ſingulari recenſione rerum a Maximiano usque ad id tempus geſtarum. Nimirum:

1) Quia Maximianus ruſticanorum factionem compeſcuerit. Cap. IV.

2) Quia Burgundiones, & Alemannos; item Chaibonas, & Erulos, irruentes in Galliam, repreſſerit. Cap. V.

3) Quia ipſe Maximianus, die auſpicali conſulatus ſui, Alemannos, denuo ad depopulandam Galliam Rhenum transgreſſos, fortiter repulerit. Cap. VI.

4) Quia idem Maximianus, transgreſſus in Germaniam, armis vicerit hoſtes, ſecu-

ſecuramque reddiderit Galliam; uti Diocletianus vel ſola auctoritate nutuque ſibi ſubiecerit, repreſſeritque hoſtem ultra Euphratem Cap. VII. quod factum exaggerat *Mamertinus* comparatione Scipionis Cap. VIII. Item alio exemplo Diocletiani, qui, Rhaetiam ingreſſus, Romanum limitem protulerit. Cap. IX.

5) Quia Diocletianus & Maximianus ex diverſis orbis partibus convenerint, & mira virtutum conſiliorumque conſenſione res imperii curarint, geminis illis Regibus Lacedaemonibus, Heraclidis, concordiores. Cap. IX.

6) Quia Maximianus Regi Francorum reſtituerit regnum & alii conceſſerit pacem; ſicut Diocletianus Regem Perſarum redegerit in ordinem. Cap. X.

7) Quia utrique hi Imperatores, concordia ſua, iuſtitiaeque ſtudio, tum per ſe, tum per adminiſtros, maxima afferant bona Imperio. Cap. XI.

8) Quia Pirata, Carauſius, eo ſit redactus, ut timeat exitium ſuum; & quia claſſis adverſus eum apparata fortunatum ſpondeat belli eventum. Cap. XII.

In EPILOGO, orator felicem praedicat Romam his Imperatoribus tam concordibus. Cap. XIII. deinde feliciorem in futurum auguratur, ſi videat eos reduces Victores, una cum Maximiani filio, &c. Cap. XIV.

V.

Etſi adeo hic Panegyricus potiſſimum in honorem Maximiani Auguſti dictus eſt, non minus tamen orator identidem etiam in laudes Diocletiani, ſenioris Auguſti, digreditur, quamobrem de utriusque vita, rebusque geſtis, nonnihil praelibandum duximus. Cum vero in horum annis Imperii ad Faſtos Romanos digerendis iam diligenter verſati fuerint viri eruditiſſimi, *Noriſius*, *Pagius*, *Relandus*, aliique; ex his, quae nobis probabiliora viſa ſunt, breviter nunc repetere licebit.

Anno Chriſti 284; A. V. 1037. *Carino Aug. II, & Numeriano Aug. Conſulibus*, poſt occiſum Numerianum, xv Kalend. Octobr. i. e. die XVII Septembris. C. AVREL. VALERIVS DIOCLETIANVS, renunciatus eſt Imperator, ut tradit *Auctor* Chronici Alexandrini, ad hos Conſules: *Διοκλητιανὸς ἀναγορευθεὶς πρὸ ιέ καλανδῶν ὀκτωβρίων ἐν Χαλκηδόνι, εἰσῆλθεν εἰς Νικομήδειαν πρὸ ε' Καλανδῶν ὀκτωβρίων μετὰ πορφυρίδος καὶ Καλάνδαις Ἰανουαρίαις προῆλθεν ὕπατος.* h. e. *Diocletianus renuntiatus Imperator XV Kal. Octobres* (h. e. die XVII. Septemb.) *Chalcedone. Nicomediam V. Kal. Octobr. cum purpurea Chlamyde ingreſſus eſt. Deinde Kalendis Ianuariis Conſul proceſſit.* Huc pertinent, quae *Eutropius*, libr. IX. Cap. XIX, ſcribit: *De Perſide victa Exercitus rediens, cum Carum Auguſtum fulmine, Numerianum Caeſarem inſidiis, perdidiſſet; Diocletianum Imperatorem creavit, Dalmatia oriundum, verum obſcuriſſime natum, adeo, ut a plerisque, ſcribae filius, a nonnullis Anulini ſenatoris libertinus, fuiſſe credatur.* Hoc eodem anno, ac quidem XII Kal. Decemb. (h. e. XX Novembr.) Diocletianus, ut Carinum facilius opprimeret, M. VALERIVM MAXIMIANVM HERCVLEVM Caeſarem nuncupavit. Id quod *Pagius*, in diſſertatione Hypatica Part I, Cap. 2, N. 9; & in Critic. *Baron.* ad h. a. ex *Lactantii* Cap. 17 de mortibus perſecutorum, aliisque indiciis, oſtendit.

A. C. 285, *Diocletiano Aug. II, & Ariſtobulo, Conſulibus*, Carinus, Impera-

tor, occiſus eſt, tertio imperii ſui Auguſtei anno, teſte *Idacio.* Tunc Bagaudae, i. e. ruſticorum factio, in Galliis ſeditionem conciverant; quos domuit Maximianus Caeſar. Huc referimus, quae narrat *Eutropius*, Libr. IX, Cap. 20. *Poſtea Diocletianus Carinum, omnium odio & deteſtatione viventem apud Margum*, (Moeſiae oppidum) *ingenti praelio vicit, proditum ab exercitu ſuo.* —— *Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultum ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuae Bagaudarum nomen imponerent, Duces autem haberent Amandum & Aelianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium, Caeſarem, miſit; qui levibus proeliis agreſtes domuit, & pacem (partem) Galliae reformavit.*

A. C. 286, *M. Iunio Maximo II, & Vettio Aquilino, Conſulibus, levatus eſt Maximianus ſenior*, (ſive Herculius) *die Kalendarum Aprilium*, inquit, *Idacius* in faſtis; cum ſcilicet Diocletianus ſentiret, ad compeſcendos tot motus ſibi conſorte imperii opus eſſe, ſcilicet Tunc Diocletianus in hibernis morans, ac bellum adverſus Perſas ibi adornans, Maximianum renunciavit Auguſtum. Eodem anno Germani, Superato Rheno, in Galliae oppida impetum fecere; quos autem fortiter debellavit Maximianus. De qua victoria loquitur *Mamertinus*, Cap. 5. Panegyr. Quin & eodem hoc anno Carauſius, claſſi per tractum Belgicae & Armoricae parandae, & propulſandis Germanis maria infeſtantibus praefectus, ob ſuſpicionem vero muneris non recte adminiſtrati, a Maximiano iuſſus occidi, purpura ſumta, Britannias occupavit. Quam rem narrat *Eutropius*, libr. IX, Cap. 21.

A. C. 287. *Diocletiano Iovio, Aug. III, & Maximiano Herculio, Aug. Conſulibus*, ipſis Kalendis Ianuariis, Maximianus Auguſtus inſignem victoriam retulit de Germanis, qui ad Treviros usque, in qua primaria Galliarum Vrbe ipſe agebat, pervenerant. Diocletianus vero rem adverſus Perſas feliciter geſſit, dum Narſeo, Perſarum Regi, bellum de proximo oſtentans, tantum incuſſit terrorem, ut hic non tantum adventanti Imperatori ultro ceſſerit Syria; ſed etiam pacem ſupplex per legationem rogaverit. De Maximiani Victoria agit Mamertinus Cap. 6. Panegyr.; de Diocletiani rebus in Perſia geſtis Cap. 7. Ex his itaque rebus geſtis utrique Auguſto triumphus Romae decretus fuiſſe videtur, qui quamvis non re ipſa fuerit tunc peractus, tamen nummo cuſo memoriae proditus eſt. Neque enim quadrigae in Numis ſemper triumphos revera actos; ſed aliquando tantum a ſenatu decretos deſignant. Huiusmodi numum in Gaza *Medicea* aſſervatum, Cardin. *Noriſius* egregia diſſertatione inluſtravit. In cuius Nummi adverſa parte conſpiciuntur Imperatores, Diocletianus & Maximianus, ſe reſpicientes, & laureati, ac conſularibus trabeis induti, ſcipionem conſularem manu geſtantes, in cuius ſummitate aquila apparet. Averſa nummi pars exhibet currum triumphalem, iunctis quatuor Elephantibus: In curru ſtant Imperatores, & deſuper Victoria, quae hinc inde palmas ſpargit. In adverſa parte haec legitur Epigraphe: IMPP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AUGG. in averſa: IMPP. DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO COSS. Recte hic nummus, cuius imagine ornavimus frontem huius diſſertationis, refertur ad A. C. 287, in quo utrique hi Imperatores conſulatum geſſere, & Diocletianus quidem tunc tertium; Maximianus vero adhuc ſine numero. Diocletianus, pace cum Narſeo inita, in Europam ſe contulit, & Rhaetiam

tiam ingreſſus, Romanum limitem protulit, ac cum Maximiano de rebus Imperii & forte de bello adverſus Carauſium, qui Britannias occupaverat, ſuſcipiendo, deliberavit. Cuius colloquii mentionem facit *Mamertinus*, Cap. 9. Eodem anno igitur naves adverſus Carauſium aedificari coeptae; de quibus commemorat *Mamertinus*, Cap. 12. A. C. 289, *M. Aurelio Valerio Maximiano Herculio Aug. II*, *& Pomponio Ianuario*, *Conſulibus*, videtur Maximianus Rhenum tranſgreſſus arma victricia tuliſſe in Germaniam, ſecuramque reddidiſſe Galliam, & Regi Francorum reſtituiſſe regnum.

A. C. 289, *Tib. Baſſo II*, *& Quinctiano*, *Conſulibus*, *Mamertinus*, die natali Vrbis Romae, ſcilicet XXI Aprilis, Panegyricum hunc dixit, ut recte probat *Noviſius*; quamquam *Pagius* eum referat ad annum proxime antecedentem. Sed cum eo anno, poſt Chriſtum natum 288, Maximianus Conſulatum geſſerit, nulla ratio apparet, cur *Mamertinus* tunc nullam mentionem inieciſſet huius conſulatus, Imperatorisque faſces veneratus eſſet. Sed neque ad poſteriores annos commode referri hic poteſt Panegyricus. Etenim, cum is ante habitus ſit, quam educta eſſet claſſis adverſus Carauſium; utpote cui claſſi Orator felicem egreſſum expeditionemque ominatur: vix credibile eſt, eam fere per biennium in mari vagatam eſſe, prius quam cum Carauſio conflixerit. Praeterea in hac Oratione, neque claſſis infeliciter diſiectae, neque Caeſarum a Diocletiano & Maximiano iam deſignatorum, ſit mentio.

A. C. 290, *Diocletiano Iovio IV. & Maximiano Herculio III. Auguſtis, Conſulibus*, Carauſius, bello navali ſuperior, Maximiani claſſe partim capta, partim adverſa tempeſtate diſiecta, pacem, & Auguſti titulum, obtinuit.

A. C. 291, *Iunio Tyberiano II.*, *& Caſſio Dione*, *Conſulibus*, Diocletianus & Maximianus Imperatores, venere Mediolanum, ut de Caeſaribus creandis deliberarent; prout & ſequenti anno Conſtantium Chlorum, Conſtantini M. Patrem, & Galerium Maximianum, Caeſares nuncupavere.

Ceteras res horum Imperatorum in praeſenti proſequi ſuperſedemus, quum ad illuſtrandum hunc Panegyricum non pertineant.

CLAVDII MAMERTINI

PANEGYRICVS

MAXIMIANO HERCVLEO DICTVS.

CAPVT I. Cum omnibus feſtis diebus, ſacratiſſime Imperator, de-

PANEGYRICVS. Varie titulus huius Panegyrici in libris vett. notatur. *F. Genethliaci Rhetoris optimi* πανηγυρικὸς *dictus Divo Maximiano Aug. Palman. Panegyricus Maximiano de natali Romae die*; alius, *incerti auctoris Maximiano. Sigonius Mamertino* tribuit, & Treviris, ubi tunc Conſtantinus agebat, dictum exiſtimat. PVTEANVS. Maximiano A. ſoli hunc inſcripſi, non Maximiano & Diocletiano AA. quod habitus natali Romae die celebrando, & quidem Treviris, ut exiſtimo, abſente & occupato in Oriente Diocletiano; extrema oratione: *credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens regat.* LIVINEIVS. Huius & ſequentis Panegyrici auctorem eſſe cum perſuadet ſtyli affinitas, tum videtur auctor ipſe innuere; *Voveram, ut me dignatione, qua pridem audieras, rurſus audires.* Genethliac. cap. 1. & 3. *De victoriis veſtris multi ſumma eloquentia praediti dixerunt, & ego pridem cum mihi auditionis tuae divinae dignatio eam copiam tribuit, quantum potui praedicari.* Accedit *Sigonii*, *Livineii* & *Puteani* ita exiſtimantium auctoritas. Hunc autem auctorem eſſe *Mamertinum* indicio eſt Panegyrici titulus. Ac [1]*Mamertinum* alium fuiſſe oportet ab eo, qui poſt ſeptuaginta annos elegantiſſimo Panegyrico gratias egit Iuliano Imp. de conſulatu; etſi nominis fortaſſe ſimilitudo fecit, ut aliqui ex duobus *Mamertinis* unum feciſſe videantur. Habitus eſt, XI. Kal. Maii die Vrbis natali, *hoc die, quo immortalis ortus dominae gentium civitatis celebratur*, cap. 1. anno Chriſti CCXCII. cum Conſtantius, Bononia capta, purgataque a barbaris Batavia, claſſem, ut eſt cap. 11. & 12. in Britanniam tranſitui appararet, cum Diocletianus eſſet in Oriente, cap. 14. praeſente Maximiano Aug. *Quanto tandem ſtudio laudari Te hic a nobis convenit, qui te praeſentem intuemur?* non Romae, cap enim 13. *quanto nunc civitas illa* (Romam intelligit) *eſſet auguſtior, ſi vos* (Imperatores) *conſpiceret.* in Gallia, *quoniam hunc optimum Principem* (Maximianum) *in Galliis ſuis retinet ratio reipublicae*, cap. 13. Treviris, ut putat poſt *Sigonium* & *Livineium Cl. Puteanus*; & vero erat urbs iſta Imperatorum domicilium, cum

cum in Galliis verſabantur. BAVNE. Sunt, qui putent, quos inter *Gerh. Io. Voſſius* de Rhetor. Nat. cap. 15. orationis huius auctorem eundem *Mamertinum* eſſe, qui & Iuliano gratiarum actionem dixit, ut infra. Verum ut illis aſſentiar, adduci nequeo: ſeptuaginta enim circiter poſt annos illa Gratiarum Actio dicta eſt, quod temporis ſpatium nimis longum ſane videtur: nam hinc nonagenarius ſaltem *Mamertinus* ille fuiſſet. At ex eadem illa oratione facile coniectes, *Mamertinum* ſub Iuliano ſenem quidem fuiſſe, ut cap. 17. & 18. colligi poteſt, ſed non adeo probabile videtur extitiſſe, praeſertim quod ab eodem Imperatore Praefecturae Ptaetorii per Illyricum, & aliis muneribus laborioſis addictus fuerit, quae ſane nonagenario ſeni non conſona. Idem putavit & *Io. le Clerc* Bibliot. T. III. *Cellarius Mamertino* huic *Senioris* nomen recte praefigit. Creditur autem dicta Oratio haec Treviris, quo die Maximianus natalitiam Romae diem celebrabat. PATAROL. *Puteolanum* non moror, Panegyricum *Maximiano Diocletianoque* inſcribentem. Solius Maximiani nomen iure praefigi, demonſtrat tum Diocletiani in Oriente abſentia, tum quod potiſſimum Maximiani ſe laudes canere profitetur Orator cap. 1. §. 4. perſequitur ideo illius originem, patriam, geſta, alia. Neque tamen eos ſequor, qui cap. 11. §. 4. ediderunt, *veſtra haec, Imperator, veſtra laus eſt.* & §. 7. *Veſtrae felicitatis eſt, Imperator:* utroque enim loco *Imperatores* legi ſuadet Cod. *Guelferbytanus*, ubi loquitur orator de Diocletiani & Maximiani facinoribus: ut cap. 8. §. 5. *ambo ſacri Imperatores ipſo eſtis Scipione potiores.* Codicum Suffragium, ſoli Maximiano inſcribentium, addidit *Schwarzius* praecedenti Diſſert. §. 2 & 3. — *Baunium* miror, & *Fabricium* Biblioth. Lat. Vol. II. p. 769. ſtatuentes Panegyricum hunc A. C. CCXCII. dictum. *Baunium* ideo iam notavit *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 135. & iure. Ad annum enim CCLXXXIX ut orationem referas, varia ſuadent. viderunt id, qua erant perſpicacia, *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. *Schwarzius* Diſſert. praeced. §. 5. & *Pagius* dicto loco, qui non priori, ut *Schwarzius* adfirmat, ſed huic vel circa tribuit. Dictum certe poſt annum CCLXXXVI. Auguſto iam Maximiano, adeo certum eſt, quam quod certiſſimum. Ad ſequentem annum referri nequit, quia tum primum cum Diocletiano fuit Coſ. Maximianus, atque adeo, ſi hoc anno dicta fuiſſet oratio, faſces illos haud dubie Imperatori fuiſſet gratulatus *Mamertinus.* Eadem eſt ratio, quo minus anno CCLXXXVIII. adſcribamus, quo cum Pomponio Ianuario Conſulatu fuit functus Maximianus. Praeterea ſecundum iam conſulatum fuiſſe praeterlapſum, cum diceretur oratio, patet ex cap. 6. init. *Illum tamen primi Conſulatus tui auſpicalem diem*, ita enim legendum eſt. Tantum, puto, *Conſulatus* meminiſſet, ſi ſecundus nondum fuiſſet geſtus. Sequitur annus CCLXXXIX. hoc Panegyricus omnino dictus videtur. Cap. enim 12. memorat claſſes adverſus Carauſium (is namque *pirata eſt*) ornatas & aedificatas; ex tota orationis ſerie adparet, claſſem anno praecedenti deductam, quo dicta eſt oratio; ad hunc itaque, quem dixi, annum manu velut nos ducit rerum geſtarum ſeries. Adverſus Bagaudas enim, anno CCLXXXV. rebellantes, egregiam Maximiano operam praeſtiterat Carauſius. *Aur. Victor* Caeſ. 39. 18. Praefectus itaque fuit claſſi per Belgicam parandae & obſervandis Oceani littoribus, quae tunc Franci & Saxones infeſtabant; at vero negligenter cuncta tractando, quo facilius tranſeuntes cum praeda exciperet, eamdem praedonibus ereptam ſibi ſoli vindicavit, nec dominis reſtituit. *Accendit itaque*, inquit *Oroſius* VII. 25. *ſuſpicionem, quod ipſos quoque hoſtes ad incurſandos fines artifici negligentia permitteret.* ubi ex Codd. *Leidenſibus*, & *Gronoviano* reſtituendum fuiſſet; *admitteret*, iubente ita *Eutropio* IX. 21. *conſulto ab eo admitti barbaros.* Ob ſuſpicionem itaque hanc ſibi metuens defecit, quae defectio ad annum CCLXXXVI. referenda. Sequenti anno CCLXXXVII. pace cum Perſis compoſita, in occidentem redit Diocletianus, cumque Maximiano colloquium inſtituit. infr. cap. 9. ubi male Mediolanenſe colloquium intelligit *Livineius*, quod ab hoc diverſum ſerius contigit, notatus ideo a *Noriſio* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. Byzantii inſtitutum eſſe coniicit *Baſnag.* Annal. T. II. p. 451. ob legem 6. C. An Ser. pro ſuo fact. illic. II. Idus Aprl. datam. ſed infirmum illud eſt argumentum: locum ipſe in medio reliquerim. Inſtituti colloquii ratio fuit de Carauſio debellando, placuitque claſſem contra eum aedificari, qua occupati fuerunt ad ver anni CCLXXXVIII. tum eadem deducta eſt, eique felicem ſucceſſum auguratur cap. 12. & proſpere adverſus Carauſium fuiſſe pugnatum, patet ex cap. 11. in fin. hinc & *fugientem piratam* eum adpellat *Eumenius* Conſtantio Cap. 12. deinde tamen haec claſſis a Carauſio capta eſt, & tempeſtate diſiecta. Illud itaque felicis expeditionis augurium docet orationem habitam eſſe ante, quam haec clades contigerit, quam ad annum CCXC. refert *Baſnage* d. l. p. 454. neſcio tamen, utrum contigerit poſt habitum anno CCXCI. Genethliacum: ita enim illic cap. ult. §. 4. *praeter victorias toto orbe terrarum partas etiam navalia tropaea promittunt:* ita vix auſus videtur loqui orator, claſſe deleta, niſi malis, eum adulandi ſtudio cladem conſulto preſſiſſe ſilentio. Conſtantium anno CCXCII. mare ingreſſum fuiſſe, & deinde claſſem diſſipatam, ſtatuit *Baune* ad *Eumen.* Conſtantio cap. 12. quidquid ſit, hoc certum, diu

ante

debeat honos veſter divinis rebus aequari, tum praecipue celeberrimo iſto,

ante habitum Ganethliacum, inter cladem illam, & deductam claſſem orationem haberi debuiſſe: ante cladem habitam adparet ex cap. 12. in fin. *Facile itaque quivis intelligit, Imperator, quam proſperi te ſucceſſus in re maritima ſecuturi ſint.* Perſecutus haec ſum copioſius, ut adpareat *Baunii* hoc, aliisque locis error, de quibus inferius videbo. —— Treveris dictam eſſe orationem conſtituo: Civitatem enim, in qua dicebat, ita extollit, ut reliquis facile credas fuiſſe honoratiorem. vide cap. 14. §. 3. ea autem Treverorum erat honoratior, in qua ſaepius degebant Impp. etiam Maximianus, unde in ipſius numo litterae S. M. T. exponit *de Bie* Numiſm. Imp. p. 123. & de ſimilibus notis *Jobertus* Notit. Num. p. 303. Ed. Belg. Poſt Maximianum fuit haec Imperatorum apud Gallias ſedes, & Gratiani domicilium. Conf. *Teſhenmacker.* Annal. Cliviae p. 21. & illic *Dithmarum.* & *Cannegieter*, in Poſtumo cap. 6. Hinc repetendae tot Principum conſtitutiones Treveris datae, ut recte *Gothofred.* ad L. II. C. *Theod.* de Medic. qui ad L. I. Cod. *Th.* de ſentent. ex peric. in ſubſcriptione L. 3. C. *Juſtin.* eod. iure pro *Trebus*, quod editur, emendat *Treveris.* de hac urbe adde *Auſon.* Clar. urb. carm. 4. & Incerti epigramma in Authol. Latin. III. 20. —— Denique hic Panegyricus *Rhenano*, aliisque eſt decimus; ſextus in *Guelferb.* ſed *Livineii* ordinem ſecutus ſum, a quo *Rvinius* male receſſit, *Rhenano* magis adhaerens. Temporis ordo hunc ei locum tribuere iubet, a quo in colligendis hiſce Panegyricis perperam receſſerunt nonnumquam Codices & Editores.

Debet honor. Debent Vet. & *Bertin. honos*, Vet. *Debeat* meis auribus ſuadent numeri. *Pacatus* in Theodoſium: *Cui cum difficile ſit pro amore, quo in te praeditus eſt, de te ſatis fieri, cum difficilius*, &c. Iterum, *nam cum per ſe vivax ſit recordatio calamitatum, tum mihi metus*, &c. *Eumenius* in Conſtantinum: *nam cum omnes homines gratia non indigentes curare boni ſit Principis, tum praecipue bene mentis & graviter affectis ſubvenire ſapientis eſt.* Ipſe *Cicero* pro Cornelio Balbo: *Nam cum ex omnibus civitatibus via ſit in noſtram, tum vero ut quaeque nobiſcum maxime ſocietate, pactione, foedere coniuncta eſt, ita mihi maxime communionem beneficiorum, praemiorum civitatis continere videtur: Plinius* Panegyr. *Sed cum ita comparatum ſit, ut de nullo minus Principe querantur homines, quam de quo maxime licet, tum tuo ſaeculo nihil eſt, quo non omne hominum genus laetetur.* Epiſt. 8. lib. VII. *Nam cum omnibus virtutibus abundet, tum hac praecipue, quod habet maximam in amore conſtantiam.* Epiſt. 18. Lib. VIII. *Nam cum aures hominum novitate laetentur, tum ad rationem vitae exemplis erudimur.* Divus Nerva ad Tullium Iuſtum Epiſt. 59. Lib. X. *Cum rerum omnium ordinatio, quae prioribus temporibus inchoatae ſunt, obſervanda ſit, tum epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſt.* LIVINEIVS. *Mamertinus* habuit hanc orationem die natali Vrbis Romae, h. e. XI. Kal. Maii, prout ex ſequentibus verbis liquet: ergo in exordio ait, aequum eſſe, ut Maximianus eo die honoretur colaturque; cum Imperatores omnibus feſtis diebus divino quodam honore ſint colendi; cumque ii, ſi non conditores, tamen conſervatores ſint Vrbis eiusdem. Verba haec Oratoris ſatis ſunt perſpicua; neque, quantum nobis conſtat, huc usque ab alio ſollicitata, niſi a *Livineio*, qui, quum in duobus vetuſtis Codicibus MSS. reperiſſet, *debent honos*, coniecit ſcribendum eſſe, *debeat honos*, cum litera *a* imperito librario facile commutari potuerit in *n*. Atque plane ita ſcriptum, non ſolum in Codice noſtro, ſed in utroque etiam libro *Gudiano* ex aliis Codicibus annotatum, deprehendimus. Novimus quidem, particulas *cum, tum*, quando ſimpliciter copulandi vim habent, & per *non ſolum, ſed etiam* commode reddi poſſunt, utrimque verbum modi indicativi admittere, quemadmodum e. g. *Cicero* Epiſt. 6. Libr. XVI. ad Famil. loquitur: *Cum tua & mea valde intereſt, te valere; tum multis eſt curae.* At enimvero, quando particula *cum* non tam copulativam, quam cauſſalem vim habet, & velut pro *quoniam* ponitur, uti hoc loco; utique rectius cum verbo coniunctivi modi coniungitur. Id quod iam *Livineius* variis exemplis veterum auctorum comprobavit. Cuius ſtructurae exempla quaedam, & nos afferre poſſumus. Sic enim *Cicero* exorditur librum de natura Deorum: *Cum multae res in Philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatae ſint; tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras) & perobſcura quaeſtio eſt de natura Deorum.* Idem in initio Orationis pro Deiorato: *Cum in omnibus cauſſis gravioribus, C. Caeſar, initio dicendi commoveri ſoleam vehementius, quam videtur vel uſus, vel aetas mea poſtulare: tum in hac cauſſa ita me multa perturbant*, &c. Idem in Laelio cap. 7. *Cum plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praeſtat omnibus, quod bonam ſpem praelucet in poſterum.* Idem Epiſt. 4. Libr. IV. ad Famil. *Conſilium tuum cum ſemper probaviſſem, tum multo magis probavi, lectis tuis proximis literis.* Idem Epiſt. 4. Lib. VII. ad Atticum: *Pompeius*

cum

iſto, & imperantibus vobis laetiſſimo die veneratio numinis tui cum ſollemni ſacrae vrbis religione iungenda eſt. Verum eſt enim profecto, quod de origine illius civitatis accepimus, primam in ea ſedem numinis veſtri, ſanctum illud venerandumque

cum ante intelligeret, Caeſarem ab ſe plane alienatum; tum vero proxime iudicavit. Mittimus multo plura huius generis exempla. Eam adeo emendationem huius loci, etſi non neceſſariam ducamus, cum & vulgatior lectio aliis ſe exemplis tueri queat, haud tamen diſſimulandam exiſtimavimus. SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta, *debeat honos videtur divinis*, uti *videtur* illic ex *veſter* corruptum, ita verior eſt altera lectio *debeat honos*, ab aliis quoque Codd. confirmata. Hanc itaque revocavi, Codicibus obſecutus, ut in iis par eſt, quae in utramque poſſunt partem diſputari, licet minus neceſſaria *Schwarzio* videatur emendatio. Praeter Codicum auctoritatem adcedit quaedam diſtinctionis ratio in uſu του *cum* ſequente *tum*. Tradit quidem *Manutius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. XV. 9. utrique ita modo, indicativo & ſubiunctivo, *cum* iungi. Vereor, ut hoc verum ſit: indicativus probatur magis in orationis ſerie coniunctim poſitae, ut apud *Ciceron.* pro Domo I. *Cum multa divinitus a maioribus noſtris inventa atque inſtituta ſunt, tum nihil praeclarius.* *Plinius* Paneg. 74. §. 2. *Sed cum multa illo die dicta ſunt ſapienter & graviter, tum vel in primis hoc.* Vbi non probo *ſint*, quod eſt in *Petavino* & *Voſſiano*. Si vero cauſſae adſit notio, adſentirer *Schwarzio* ſubiunctivum praeferenti. Adcuratius quaedam potuiſſet exempla diſtinguere *Noltenius* Lexic. Antib. p. 1374. ubi cum proferat *Ciceronem* in Laelio cap. I. *cum ſaepe multa narraret, tum memini*, videtur quidem is locus huic obſtare ſententiae, ſed *narraret* in Codd. non exſtat, recte in melioribus Editionibus reiectum. Vid. illic *Gruterus*. In hac conſtructione duobus *Plinii* locis uſus eſt *Livineius*, ſed corruptis. In altero enim ex optimis Codd. emendatum eſt, *abundat*, in altero, *laetantur*. Vid. *Cortius* ad eumdem VII. Epiſt. 8: 3. — Recte *Mamertinus* praecedenti *cum* iunxit *tum praecipue*; in paribus enim *tum tum*, in diverſis, ex quibus maioris eſt momenti poſterius, *cum tum* obtinet: dixi quaedam in Miſcellan. p. 64. itaque Bibliothecae *Daventrienſis* Codex, quem aliquando conſului, recte apud *Salluſtium* Iugurth. 94. *tum propter uſum belli, tum quia res aſpera videbatur*, non *cum propter*, utraque res enim momento nihil diſtabat: recte etiam Cod. *Traiectinus* apud *Ciceron.* de Orator. II. 43. *tum erga oratorem, tum erga illum.* In poſterioris autem rei incremento eleganter *praecipue*, aut *maxime* additur, praecedente *cum*. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Caeſar. 75. male adeo Cod. *Daventr.* apud *Salluſt.* Iugurth. 47. *tum propter bonas artes, tum maxime.* & *Traiectinus* apud *Ciceron.* de Orator. II. 13. *tum ad ceteras res illuſtres, tum ad ſcribendum hiſtoriam maxime ſe adplicaverunt*; probo illic *ſcribendum* prae vulgari *ſcribendam* ex eodem Codice, quod & in *Wagſtaffiano*, & Coll. Nov. illic invenit *Thomas Cockmannus*.

Nobis. *Vobis* Vet. PVTEANVS. Ante *Livineium* legebatur *nobis*, male retentum a *Rivino*, cum aliud ſuadeat ſententia, & *vobis* legatur in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis. Frequenter haec permutata eſſe docent Notae ad *Livium* XXXIV. 2. 2. & *Arator.* I. 541. in Panegyr. *Eumenii* Conſtantio 20. 4. *quae a nobis ita recuperata eſt.* Lege ex *Guelferb.* *a vobis*, ſequitur enim *veſtris nutibus obſequantur*; frequenter ita inferius *noſter* & *veſter* permutata videbimus.

Die. Natalitio Vrbis Romae, qui erat XXI. Aprilis, dicebaturque *Palilia*, a Pale paſtorum Dea, cui dies eadem ſacra. *Tibull.* IV. Eleg. 2.

Vrbi feſtus erat; dixere Palilia Patres:
Hic primus coepit moenibus eſſe dies.

inde Imp. Caligula primum diem imperii ſui vocari iuſſit Palilia, *velut argumentum rurſum conditae Vrbis*, teſte *Sueton.* cap. 16. PATAROL. *Plinius* H. N. XVIII. 26. *hoc eſt vulgo adpellatum ſidus Palilicum, quoniam XI. Calend. Maii urbis Romae natalis, quo fere ſerenitas redditur, claritatem obſervationi dedit.* *Cicero* de Divinat. II. 47. *L. quidam Tarutius Firmanus, familiaris noſter, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam noſtrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus, Romamque, in iugo cum eſſet luna, natam eſſe dicebat.* Vid. illic *Daviſius*. Tarubii, ſive, quod *Salmaſio* placebat, *Torrunti* auctoritate etiam uſus *Plutarchus* in Romul. p. 24. B, & *Solinus* Polyhiſt. I. qui urbem addit conditam hora poſt ſecundam ante tertiam plenam. Vere id factum dicitur XI. Kal. Maias; quod apud *Eutropium* I. I. antea legebatur, X. Kal. cuiusque loco eſt corrupto uſus *Demſter.* ad Roſin. I. I. poſtea ex Codd. recte fuit emendatum. Adde de natali urbis *Thyſium* Miſcellan. Exercit. 20. *Gothofred.* ad L. 2. C. *Theod.* de Feriis, *Briſſon.* Oper. Minor. p. 282. *Fabrum* Semeſtr. I. 9.

Sacrae Vrbis. Romae. CELLARIVS. Quae tam-

que Palatium, regem advenam condidiſſe, ſed hoſpitem advenam conſediſſe.

tamquam Dea culta. Conveniunt *Iuliani* verba Orat. I. p. 6. *σεβόμενος εἰκότως τὴν πόλιν.* ubi commode *Mamertini* verba adhibuit *Spanhemius.* hinc in numis Θεὰ dicitur, de quo idem de V. N. Diſſ. III. p. 138. 140. & 145. *Elſner.* ad Apocal. 17. 1. Templum hinc & ei erectum, primum quidem a provincialibus, deinde & in ipſa Vrbe ab Hadriano, in regione IV. de quo *Pancirollus*, *Valeſius ad Ammian. XVI.* 10. & *Donatus* de Vrb. Rom. III. 5. praeſertim *de Rhoer* in Otio Daventr. p. 182. ubi & *Velleii Paterculi* locum adtigit, lib. I. c. 11. §. 5. ex quo nonnulli Metellum iam antea Romae aedem exſtruxiſſe ſunt perperam opinati. Eleganter de hoc Romae honore *Rutilius* Itin. I. 47.

Exaudi, Regina tui pulcerrima mundi,
Inter ſidereos Roma recepta polos.
Exaudi genetrix hominum, genetrixque Deorum,
Non procul a caelo per tua templa ſumus.
Te canimus, ſemperque, ſinent dum fata, canemus,
Soſpes nemo poteſt inmemor eſſe tui.
Obruerint citius ſcelerata oblivia ſolem,
Quam tuus ex noſtro corde recedat honos.
Nam ſolis radiis aequalia munera tendis.
Qua circumfuſus volvitur Oceanus.

Locum adſcripſi longiorem, ut turpiter a Librariis corruptum ſanem. *Solem ſceleratum* non concoquo, neque *Barthii* expoſitionem, abſonum, horrendum, inmane. *Heinſius* eleganter *celatum*; magis tamen mihi placet *velatum*, quia potius hoc in *celatum* abiit, ut in Codd. apud *Lucan. II.* 367. videatur & *Burman.* ad *Ovid.* Heroid. V. 131. Sic *velata Lunae cornua* habet *Valer. Flaccus VIII.* 29. quod *Heinſium* nollem in *alata* mutaſſe. Deinde apud *Rutilium munera tendere* Latine dici recte negat *Burmannus. moenia tendis* eſt *Barthii*, *munera fundis Graevii* coniectura, quam expreſſit *Brouklus.* ad *Tibull. II.* 5. 59. *Burmannus* mavult, *munera penſas.* Vir doctus in Obſerv. Miſcellan. Vol. III. p. 369. *brachia tendis.* Prae omnibus placet *Graevianum*, *fundis*, ſed cum ſplendorem ſolis Romanae gloriae, totum terrarum orbem inplenti, comparet, *munera* quoque mutes, hoc pacto,

Nam ſolis radiis aequalia lumina fundis.

ut apud *Valer. Flacc.* I. 572. & *flamma fuſa* apud *Livium* XXV. 39. 16. *Virgil.* Aeneid. II. 683.

Palatium. Domum in colle Palatino. PATAROL.

Regem advenam condidiſſe. In *Bertinienſ.* ſcribitur, *regem advenam condidiſſe, ſed Herculem hoſpitem condidiſſe:* iuvem ego & emendem, *regem advenam & Herc. hoſp. condidiſſe.* Regem advenam Euandrum cape, & *Halicarnaſſeum* adi Antiq. Roman. I. LIVINEIVS. Euandrum, Mercurii, & Carmentis filium, Arcadiae regem, qui cum patrem forte interfeciſſet, avito regno pulſus, ſuadente matre, quae vates erat, in Italiam venit, pulſisque inde Aboriginibus, ea loca tenuit, ubi poſtea Roma condita eſt, parvumque oppidum in Palatino monte extruxit *Pallanteum* dictum vel a *Pallante* proavo, vel a Palantio urbe Arcadica, unde profectus erat, ut mavult *Dionyſ. Halic.* videri poteſt *Virgil.* Aeneid. VIII. 180. BAVNE Euandrum ex Arcadia, qui Palanteum oppidum, ſive Pallanteum, in monte Palatino iuxta Tiberim condidit. *Virgilius* Aeneid. VIII. v. 54.

Poſuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

Mons etiam *Palatium Ciceroni* dictus Catilin. I. cap. 1. & in eo domus Principum: ſive Auguſtorum, *Palatium*, quia Auguſtus Caeſar in illo colle habitaverat. CELLARIVS. In priore huius loci periodo, quantum ſcimus, nullus adhuc editor commentatorque aliquid deſideravit; cum tamen ſi poſteriorem periodum priori iungas, & utramque expendas accuratius, haud aegre ſuſpicari poſſis, ſubeſſe nonnihil lacunae inter eam utramque periodum. In priore enim periodo Orator ait, Regem advenam, ſcilicet Euandrum, condidiſſe Palatium Romanum, quod fuerit in civitate Romana prima ſedes regia, & primarium palatium Numinis, h. e. maieſtatis imperatoriae Diocletiani & Maximiani; cum & multa alia eſſent palatia; prout idem *Mamertinus* in Genethliaco cap. 11. nominat *Mediolanenſe palatium*; & incertus Orator in Panegyrico Maximiano & Conſtantino dicto cap. 6. *palatium Aquileienſe*, &c. In altera autem periodo, quae, propter formulam connectendi, *neque enim fabula eſt*, *ἀιτιολογίαν* prioris afferre, eiusque ſententiam probare debet, nihil orator de Euandro habet; ſed potius ex monimento arae maximae Herculis, & ex officio familiae Pinariae demonſtrat, ibi aliquando Herculis fuiſſe hoſpitium, ubi poſtea exſtiterit domus Caeſarum. Aut ergo, particula cauſalis *enim*, quae tamen hucusque omnium librorum, & manu ſcriptorum & typis excuſorum, auctoritate firmatur, mutanda erit in copulativam particulam *etiam*; ut

Neque enim fabula eſt de licentia poetarum; nec opinio de fa-

quaſi alia res a priore narrari videatur; aut ducimur ad ſuſpicandum, ante periodum poſteriorem iam etiam Herculis mentionem factam eſſe oportuiſſe. Huc accedit evidentius veſtigium defectus alicuius ex quorundam Codicum MSS. teſtimonio. Iam enim *Livineius* teſtatur, ſe in Codice *Bertinienſi* ſcriptum reperiſſe: *Regem advenam condidiſſe, ſed Herculem hoſpitem condidiſſe.* Quae ſcriptura, licet & ipſa fuerit depravata, ſaltem indicat, mentionem Herculis quomodocunque praeceſſiſſe. Quam lectionem iuvare quidem conatus eſt *Livineius*, dum reſcribendum exiſtimavit, *Regem advenam, & Herculem hoſpitem condidiſſe*; verum non ſatis feliciter. Herculem enim fabulae quidem narrant, hoſpitatum eſſe, & aliquandiu conſediſſe in Palatio, vel Palanteo, ab Euandro condito, ſed eundem ipſum Palatium condidiſſe nusquam indicant: Propiorem ergo aditum ad neceſſarium quoddam ſupplementum non ſolum noſter, ſed & alii Codices MSS. in utroque libro *Gudiano* annotati nobis aperiunt: quamquam neque hi locum hunc ſine omni corruptela exhibeant.. Ita vero ibi ſcriptum legimus: *Verum eſt enim profecto, quod de origine illius civitatis accepimus; primam in ea ſedem numinis veſtri, ſanctum illud venerandumque Palatium, Regem advenam condidiſſe; ſed Herculem hoſpitem conſediſſe. Neque enim fabula eſt*, &c. Particula *ſed* omnino parum commoda congruensque huic loco videtur; ideo autem eo facilius indicium affert, eam aliunde acceſſiſſe, & pro voce *ſede*, fortaſſe aliquantum obliterata, ab imperito librario agnitam, adſcitamque fuiſſe. Vt nimirum hoc ſupplementum, quod non de nihilo eſſe videtur, conciliaremus cum oratione *Mamertini*, ductu nexus, & quadam neceſſitate ſententiae conſtituendae, coniecimus locum iſtum ita reſtituendum eſſe: *Regem advenam condidiſſe, eaque ſede Herculem hoſpitem conſediſſe.* Facile enim fieri potuit, ut nonnulli librarii inciderint in Codicem pervetuſtum, in quo (ut non raro in ejuſmodi Codicibus fieri ſolet) temporis aliusque cauſae vitio, voces iſtas obliteratas, vel difficulter, vel plane non legere potuerint. Vnde alii eas prorſus omiſerunt: alii aliquantum corruptius, aut certe non ſine omni defectu retulerunt, adeoque, extincto pronomine *eaque*, tantum ex evaneſcente voce *ſede* ſolas tres priores litteras adhuc agnoverunt, atque exinde effinxere particulam *ſed.* Vtcumque eſt, emendationem hanc non indignam exiſtimavimus, quam annotaremus. Equidem alicui in mentem venire poſſit, utique aſſumentum illud quorundam Codicum MSS. ſuperfluum videri; quoniam omnino, ſi non expreſſa, tamen latens, mentio Herculis iam in his verbis praeceſſerit: *primam in ea ſedem numinis veſtri*, i. e. Herculis. Etſi enim ſolus Maximianus cognominaretur *Herculeus*, uti Diocletianus *Iovius*; adeoque Orator, cum Maximianum coram alloqueretur, tunc ſtricte dicere debuiſſet: *primam ſedem numinis tui*, i. e. Herculis; attamen cum ambo iſti Imperatores, concordiae ſtudioſiſſimi, omnia inter ſe communia habere videri vellent, Orator etiam, quamvis ſolum alloqueretur Maximianum praeſentem, non minus recte dicere potuit *ſedem numinis veſtri*; haud ſecus ac in Genethliaco cap. 14. 1. dixit *de Iove veſtro*, licet alioqui ſolus Diocletianus a *Iove* cognominaretur *Iovius.* Verum ea loquendi ratio, eiusque interpretatio nihilominus hoc loco obſcurior foret, neque conſtaret, quomodo palatium Romanum vocari poſſit *prima ſedes* Herculis, qui ſine dubio iam alibi ſuas habuiſſet ſedes. Atque adeo lubentes interim admittimus ſupplementum, quod noſter nobis Codex ſuggerit, & ab aliis confirmatur, usque dum certior lux huic loco affulgeat, SCHWARZIVS. In Gudii Codice, qui *Guelferbyti* eſt, *Cortius* legi notaverat *regem advenam condidiſſe, ſed hoſpitem advenam conſediſſe.* Is itaque in eo a *Schwarzii* membranis differt, quod *hoſpitem advenam* exhibet, ubi illae *Herculem hoſpitem.* Herculis mentionem requiri rationes *Schwarzii*, ex ſequentibus Panegyrici verbis, prorſus perſuadent; is autem per *hoſpitem advenam* iure intelligi poteſt. Eoque magis ſuppreſſum ipſius nomen placet, cum & in Euandro idem obtineat. Oppoſuit adcuratuis *regem advenam*, & *hoſpitem advenam Mamertinus*, quam *regem advenam* & *Herculem hoſpitem.* Herculis nomine addito utique & Euandrum nominare debuiſſet. In contextu igitur *Guelferbytani* Codicis ſcripturam repoſui, & Codd. quidem multum debemus, qui ſententiam deperditam, atque adeo in Editionibus omnibus neglectam revocaverint. *Schwarzii* coniectura *eaque ſede* non eſt inelegans; iam ad marginem Editionis ſuae adſcripſerat *Cortius* legendum eſſe, *ea ſede hoſpitem advenam conſediſſe*; quae *Gudii*, an ipſius *Cortii* ſit coniectura, in medio reliquerim. *Conſidere* verbum eſt de illis frequens, qui novas ſedes quaerentes illic maneant. *Burman.* ad *Valer. Flacc.* VII. 119. & ita *conſederunt* forte ex Cod. Reg. reſtituendum *Floro* II. 9. 3. ubi *ſederunt* editur. Vid. *Dukerus.* Metaphora ab examine apum deducta, illud adhibuit *Tertullianus* Apol. 40. ubi *Havercamp.* Sed in

fama veterum ſeculorum; ſed manifeſta res & probata, ſicut hodieque teſtatur

in *Guelferbytani* Codicis ſcriptura haec eſt difficultas, quod *conſediſſe* quarto caſui tum iunxiſſe videatur *Mamertinus*, contra vulgarem uſum, qui ſextum cum praepoſitione requirit. *Iuſtinus* II. 4. 2. *in Cappadociae ora iuxta omnem Thermodonta conſederunt.* XVII. 3. 3. *in his locis conſedit.* XXIV. 4. 4. *in Pannonia conſedit*, qui locus oſtendit, quam vitioſe alter Bibliothecae *Franequeranae* Cod. apud eumd. XXXII. 3. 12. legat, *in Pannonium conſedit. Sulpicius Sever.* H. S. I. 5. 2. *in loco, cui Sichem nomen eſt, conſedit.* ubi Notae. Itaque in vulgata apud *Mamertinum* ſcriptura, vel ex ſuperioribus ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt, *in ea ſede*, quod ſaepius factum, & hoc quidem loco ſit veriſimile, vel admittenda, quam dedit *Cortius*, coniectura; niſi forte magis placeat, quod mihi in mentem venit, *primam in ea ſedem* —— *condidiſſe, ſed hoſpitem advenam inſediſſe:* ita nihil eſt, quod quemquam offendat: *Inſidere* cum quarto caſu inluſtravit *Drakenborch.* ad *Silium* XII. 487. & Pater meus ad *Plinii* Paneg. 26. 1. *inſidere collem, Burman.* ad *Lucan.* V. 16. Dicitur autem id quoque verbum de illis, qui locum domicilio occupant. *Valer. Flacc.* II. 176.

Sarmaticas utinam, Fortuna, dediſſes
Inſediſſe domos.

& *inſidere iugis Hetruſcis, Virgilius* Aeneid. VIII. 480.

De fama. In primo libro *Gudiano* annotatum eſt, in quodam Codice MS. legi, *nec opinio de fama veterum fabularum*, ubi rectius, & in Codice noſtro, & in omnibus libris excuſis legitur, *veterum ſaeculorum*, quia in eadem periodo modo praeceſſerat vocabulum *fabula.* SCHWARZIVS. Similis haec eſt locutio, ut apud *Quinctilian.* I. O. VI. 3. p. 557. *verſus tunc dicere coepit de libro Ennii.* ubi non opus fuerat, ut *Francius e libro* coniiceret. *Lactantius* Divin. Inſtit. V. 19. 15. *ſepulcra de libris noverint:* atque haec tuentur ſatis vulgatam apud *Minucium Felicem* ſcripturam, Octav. 7. *Specta de libris memorias*, ubi fruſtra quidam malunt *libris memoriarum*, aut *de his rebus*, quae coniectura eſt *Wopkenſii* in Obſerv. Miſcell. Tom. X. p. 19. vulgatum aliis potuiſſet exemplis tueri *Gronovius*, quod ſucceſſit felicius *Rhoerio* Feriis Daventr. p. 230.

Hodie quoque. Vet. *hodieque.* PVTEANUS. *Hodieque* Vet. & *Bertin.* LIVINEIUS. *Cuſpinianus*, aliique editores habent, *ſicut hodie quoque teſtatur.* Noſter, & *Livineii* & *Puteani* Codices atque alter liber *Gudianus*, itemque *Gruterus*, & *de la Baune* produnt, *ſicut hodieque teſtantur.* Non damnamus *hodie quoque*, neque tamen non placet, quod tot Codices probant, & uſus *Velleii*, *Senecae*, *Quinctiliani*, *Taciti*, aliorumque auctorum confirmat. SCHWARZIVS. Ante *Gruterum* exhibuerunt *hodie quoque;* ſequentes, praeter *Rivinum*, omnes *hodieque*, confirmantibus illud Codd. *Hodieque* eſt hodie quoque, ut recte exponit *Marcilius* ad *Catull.* Epigr. II. *que* enim pro *quoque* adhiberi docent *Heinſius* ad *Vellei. Paterc.* I. 8. 2. & *Wopkens.* Obſerv. Miſcellan. Tom. VIII. p. 30. aurea aetate indignam indicavit hanc vocem *Scioppius* Infam. *Famiam.* p. 55. *Borrichius*, aliique contra ſentiunt, ſed quae ex *Cicerone* protulerunt exempla, *Noltenio* non perſuadent in Lexic. Antib. p. 76. quia copulative magis capienda videatur pro *& hodie:* Sed in loco *Vitruvii* X. 7. id vix verum videtur; *hodieque, quot menſibus magiſtratus in eum locum proficiſcitur, & ei ſacrificium facit.* Qui purioribus proxime adcedunt, *Velleius*, *Livius*, ſaepius adhibuerunt; &, licet *hodie quoque* Latino dici poſſe non negaverim, eſt tamen *hodieque* elegantius. Confer ea de re differentes *Dukerum* & *Drakenb.* ad *Livium* V. 27. 1. & XXXI. 7. 9. recte adeo *Oudendorpius* ſuum *hodieque* reſtituit *Suetonio* in Claud. 19. ubi *Burmannus hodie quoque* tuebatur. Neſcio, cur non & eamdem ex *Cuiac.* & *Voſſ.* elegantiam, quam reddiderat iam *Iac. Gronovius*, ſervaverint in Galb. cap. 1. ut factum in Tito cap. 3. alia exempla congeſſit Pater meus ad *Victor.* Illuſtr. 42. 6. addo *Quinctilian.* I. O. X. 1. p. 910. *Sunt clari hodieque:* Declam. XVII. c. 19. *ut me hodieque coneris occidere. Tacitum* Germ. 3. *hodieque incolitur.* Dialog. de Orator. 34. *quas hodieque cum admiratione legimus. Sulpicium Sever.* Dial. III. cap. 3. §. 4. *ut Preſbyter hodieque fatetur. Cyprianum* de Idolor. vanit. p. 394. *cur non hodieque naſcuntur:* male illic *hodie quoque* eſt in aliis apud *Crenium* de Furib. Librar. Diſſert. I. p. 108. varietas haec orta eſt ex frequenti permutatione *que*, & *quoque;* utriusque enim vocis apices in Codd. parum diſtant. vid. ad *Sueton.* Vitell. 5. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 5. 7. *Drakenb.* ad *Livium* V. 27. 1. infra Genethliac. cap. 3. §. 4. pro *omniumque* in aliis eſt *omnium quoque.* apud *Celſum* de Medicin. VI. 6. legendum ſuſpicor: *nonnumquam, per duos menſes duret, aliquando quoque brevius finitur*, editur *quandoque*, id vero elegantia *Celſi* indignum eſt, *ali* in *aliquando* abſorptum eſt

Herculis Ara Maxima, & Herculei ſacri cuſtos familia Pinaria principem illum tui generis ac nominis Pallantea moenia adiiſſe victorem, & parva li-

ex ultima praecedentis vocis ſyllaba. apud *Sulpicum Sever.* Dial. III. cap. 10. §. 5. *Chriſtum quoque in ſe monſtrabat.* Cod. *Traiectinus*, *Chriſtumque*, quod tamen illic vulgatae non praetulerim, ut neque ex *Traiectino* apud *Ciceron.* ad Diverſ. I. 3. *tuum in me amorem, noſtram quoque neceſſitudinem.*

Maxima. *Livius* Libr. I. *Dionyſ.* iib. I. PVTEANUS. Lege *Livium* IX. 29. CELLARIVS. Quam Hercules ipſe Iovi Inventori poſuit poſt inventa armenta, & Cacum eorundem raptorem interemptum. Fuit autem haec ara Romae prope portam Trigeminam, ipſiusque mentionem faciunt *Dionyſius*, & Origo Gentis Rom. PATAROL. *Schwarzii* notam omiſi longiorem ob exſcriptum *Livii* locum integrum. Addit tamen eandem fabulam, aliquantum variatam, legi apud *Dionyſ.* I. p. 30. *Victorem* O. G. 6. & 7. *Macrobium* Saturn. II. 6. *Solinum Virgil.* VIII. Aen. 269. *Ovid.* Faſtor. I. 579. *Tacit.* Annal. XV.

Familia primaria. *Pinaria* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* *Pinaria* procul dubio verum, alluſumque eſt aperte ad Virgilii verſum Aeneid. VIII.

Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

LIVINEIVS. Idem *Liv.* I. 7. & IX. 29. ac. *Valer. Max.* I. 1. n. 17. & *Virgil.* VIII. v. 270. CELLARIUS. Recte notat *Cerda* ad *Virgilii* locum *Pinarios* tantum memorari, qui hoc tempore ſoli his ſacris praeerant, Potitiis dudum exſtinctis ob facinus, quod miniſterium illius ſacri ſervis delegaſſent: vide *Livium* IX. 29. & Antholog. Latin. I. Epigr. 39.

Tui generis. Infra, *an divinam generis tui originem recenſebo, quam tu non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtans?* Rurſum, *eadem ſcilicet auxilii opportunitate, qua tuus Hercules Iovem veſtrum quondam Terrigenarum bello laborantem magna victoriae parte iuvit.* Nam Maximiano *Herculius* cognomen, ut Diocletiano *Iovius.* LIVINEIVS. Adparet hinc, cognomina *Iovii* & *Herculei* inde repetenda eſſe, quod ad Deos hoſce originem referebat uterque Imperator. Neque aliter cap. 7. §. 5. *Iovis ſui more, nutu illo patrio.* Genethliac. 2. 4. *Siquidem vos Diis eſſe genitos & numinibus quidem veſtris, ſed multo magis virtutibus approbatis*, ubi mox §. 4. *Schwarzius* emendat *cognominibus*, ſed ex quorundam coniectura, & *Gudiano* Cod. magis placet *nominibus*, & firmat ipſe *Mamertinus* cap. 3. 2. *veſtri illi parentes, qui vobis & nomina & imperia tribuerunt:* ibid. §. 8. *parentes Deos videamus imitari.* Epithalam. Incerti 8. 2. *Hic eſt, qui nomen; acceptum a Deo principe generis ſui, dedit vobis, qui ſe progeniem eſſe Herculis non adulationibus fabuloſis, ſed aequatis virtutibus comprobavit:* ita enim is locus ex *Guelferb.* eſt legendus. Iisdem fere exemplis uſum iam conſpicio *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. p. 147. ut oſtendat Imperatores hos Iovem Herculemque patres habuiſſe. Arbitratur *de Bie* in Numiſm. Imper. p. 123. Maximianum dictum fuiſſe *Herculeum*, & ad roboris gloriam, & quia Diocletiani Iovii filius erat adoptivus & conſors. Tantum ita dictum arbitror ob virtutem, ut loca ſuperius prolata confirmant. vid. & *Ioſephus Monterchius* ad rariora Numiſm. Principis Corpegnae p. 128. Male igitur *Aurel. Victor.* Caeſar. 39. 18. *Huic (Maximiano) poſtea cultu numinis Herculei cognomentum acceſſit, uti Valerio Iovium.* quod miror etiam *de Bie* ſecutum Numiſm. Imper. p. 122. ſaniora dedit *Grunerus.* adrogantiam hanc ſugillat *Lactantius* M. P. cap. ult. *ubi ſunt modo magnifica illa & clara per gentes Ioviorum & Herculiorum cognomina, quae primum a Dioclete & Maximiano inſolenter adſumta.* adde *Spanhem.* de V. N. Diſſert. XII. p. 494.

Addidiſſe. Vet. *adiſſe.* PVTEANUS. Forte *adiſſe.* LIVINEIVS. Suadet argumentum, legamus, *adiiſſe*, veluti coniecere *Bongarſius* ac *Livineius.* propius tamen ad literas divinarat *Claudius Puteanus* V. C. *adiviſſe*; ſic enim ad marginem libri adpictum manu *Petri Danielis*, harum literarum, dum fata Deusque ſinebant, eruditiſſimi. GRVTERVS. Mendoſum. forte, *Palatina moenia condidiſſe victorem.* ACIDALIVS. Lege, *adiiſſe*, ut reſtituunt *Livineius* & *Bongarſius.* BAVNE. Divinat *Acidalius* legendum *Palatina*, fruſtra tamen; diximus enim Palatium olim Palantium fuiſſe dictum. Adde, quod nonnulli, teſte eodem *Dionyſ.* non a Palantio Arcadica urbe, ſed ab Herculis filio Palante nomen inditum tradunt, quare potiori iure *Palantea* legendum, ideo & *Virgilio* Aeneid. l. VIII. dictum, *& nobile Palanteum.* PATAROL. Plurimi libri editi, qui nobis innotuerunt, habent, *Palantea moenia addidiſſe victorem.* At Codex noſter, & alii in utroque libro *Gudiano* pro *Palantea* ſcribunt *Pallantea.* Satis bene: nam a *Pallante*, Rege Arcadiae, proavo ſuo, Euander urbem ad Ti-

licet tunc regia, ſumma tamen religione ſuſceptum, futurae maieſtatis dediſſe primordia, vt eſſe poſſet domus Caeſarum, quae Herculis fuiſſet hoſpitium.

Tiberim conditam vocavit *Pallanteum*, unde & *Virgilius* lib. VIII. Aeneid. V. 51. ſqq. canit.

Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

inde tamen poſtea deductum eſt nomen *Palatium*, quod docet *Pauſanius* Libr. VIII. p. 689. ubi narrat, Euandrum Nympha, Ladonis filia, & Mercurio genitum, conſilio & bellica virtute Arcadas ceteros antecelluiſſe; hunc in coloniam miſſum, deducta e Pallantio in locum Tiberi proximum, Arcadum manu opidum condidiſſe, quod Urbis Romae poſtea pars fuerit; appellatum vero de Arcadici opidi nomine ab ipſo Euandro, & inquilinorum comitatu *Pallantium*: poſteros vero hoc nomen duabus litteris *L.* & *N.* ſubmotis, immutaſſe, nempe dixiſſe *Palatium*. At illud opidum ipſum iam apud *Dionyſium Halicarnaſſ.* libr. I. p. 25. per λ ſimplex ſcriptum legitur: ὄνομα δέ τῷ πολίσματι τούτῳ τιτενθαι Παλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως; νῦν μέν τοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται, συγχέαντος τοῦ χρόνου τήν ἀκρίβειαν, καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς. h. e. *Huic opidulo a vetere patria nomen imponunt Palantium; nunc vero Palatium a Romanis dicitur, corrupta voce iniuria temporum: unde multis abſurdarum etymologiarum occaſio.* Sic idem *Dionyſius* Lib. II. p. 77. narrat, Arcadas, digreſſos ab opido Palantio, ſecutos Euandrum, Mercurii & Themidis nymphae filium, ducem coloniae; hos domicilium fixiſſe ad unum e VII. collibus, in media ferme Roma ſitum, quem locum ab Arcadia patria denominarint Παλάντιον, nec multo deinde poſt Herculem in Italia eſſe appulſum. Nominis *Pallantei*, ſive *Palantii* aliquot abſurdas etymologias, non ſolum *Dionyſius Halicarnaſſeus* priore loco, ſed etiam *Feſtus*, ſeu potius *Paulus Diaconus*, interpolator *Feſti* recenſent. Vnum adhuc reſtat de loco ex *Mamertino* propoſito monendum; nempe antehac in excuſis libris *Cuſpiniani*, *Rhenani*, *H. Stephani*, *Livineii*, *Gruteri*, & *Pariſienſium* publicatum fuiſſe, *principem illum, tui generis ac nominis Palantea moenia addidiſſe victorem. Livineius* iam ex coniectura notaverat in margine, fortaſſe pro verbo *addidiſſe* legendum eſſe *adiſſe. Valentinus Acidalius* opinatus eſt, forte reſcribendum eſſe, *Palatina moenia condidiſſe victorem. Grutero* viſum eſt, ſuadere argumentum, ut legamus *adiiſſe*, prout coniecerint *Bongarſius* & *Livineius:* propius tamen ad literas divinaſſe *Claudium Puteanum*, *adiviſſe:* ſic enim ad marginem libri adpictum manu *Petri Danielis*. Attamen *Cl. Puteanus* in Variarum lectionum libello, qui adiectus eſt editioni *Pariſienſi* A. 1643. notavit, ſe etiam in veteri Codice reperiſſe, *adiſſe*, & ſic *Cellarius* edidit *adiviſſe: Patarol*, *adiiſſe:* etiam in noſtro Codice, & utroque *Gudiano* libro exſtat *adiſſe.* Miſſum quidem facimus verbum *addidiſſe*; utrum vero *adiviſſe*, an *adiiſſe*, an *adiſſe* legas, parvi referre arbitramur. SCHWARZIVS. *Addidiſſe* editi quoque *Baunius. Patarolum* ſecutus dedi *adiiſſe.* —— Deinde *Pallantea* repoſui ex *Guelferb.* & locis adhibitis ad *Livium* I. 5. 1. apud *Stephanum Byzant.* de Vrbib. Arcadiae oppidum dicebatur Παλάντιον, vere Παλλάντιον emendavit *Salmas.* ad *Solin.* p. 99. idque iubet elementorum ordo. *Solinus* Polyhiſt. 9. *Pallanteum Arcadiae, quod Palatio noſtro per Euandrum Arcada adpellationem dederit. Aurel. Victor* O. G. 5. 3. *illi a Pallante Pallanteum, poſtea non Palatium diximus.* adde omnino *Euſtathium* ad *Dionyſ.* Perieg. vs. 347. atque hinc *Pallantium* quoque reddendum *Plinio* Hiſt. Natur. IV. 6.

Licet tunc regia. Virgilius in VIII.

Vt ventum ad ſedes, haec, inquit, limina victor
Alcides ſubiit, haec illum regia cepit.

ad quem locum *Servius* in V. C. *hic ius Pontificale quibusdam videtur ſubtiliter tangere: domus enim, in qua Pontifex habitat, regia dicitur, quod in ea Rex Sacrificulus habitare conſueſcit, ſicut Flaminia domus, in qua Flamen habitare dicebatur, quod hic oſtendit ex perſona Euandri.* PVTEANVS. *Tunc licet, Bertin.* LIVINEIVS.

Suſceptum. Forte *ſuſcepta.* ACIDALIVS. Turbat magis *Acidalii* coniectura ſententiam, quam adiuvat, ſive *ſuſcepta* referas ad *religione*, ſive *ad primordia.* Si emendatione indigeret locus, interpungi mallem, *& parva licet tunc regia, ſumma tamen religione, ſuſceptum*, ut *religione* potius cum *regia* iungeretur, hac ſententia, regia quidem parva, ſed maxime venerabili. Vulgatum tamen ſervemus potius. *Suſcipere* ad illos pertinet, qui veneratione quadam, aut amore alios domo, hoſpitio excipiunt: infra cap. 2. §. 5. *quae caſtra dominum*

Iure igitur hoc die, quo immortalis ortus dominae gentium civitatis veſtra pietate celebratur, tibi potiſſimum, Imperator invicte, laudes canimus, & gratias agimus, quem ſimilitudo ipſa ſtirpis tuae, ac vis tacita naturae

habitura ſuſceperunt Genethliac. 3. 8. *ardorem etiam earum, quae primae vos ſuſcepere, regionum*, cap. 4. §. 2. *illum modo Syria viderat, iam Pannonia ſuſceperat: Iuſtinus* XXVIII. 4. 10. *a quo honorifice ſuſceptus*, ubi in duobus *Franequeranis*, & totidem *D'Orvillii* Codd. inveni, *exceptus.* in *Cornelio Nepote* Dion. 1. 5. quaedam membranae, *hunc a Dionyſio miſſum Karthaginenſes ſuſceperunt:* ob ſequens tamen *admirati* probo illic vulgatum *ſuſpexerunt. Ovidius* Heroid. XII. 29.

Suſcipit hoſpitio iuvenes Aeëta Pelaſgos.

Ita duo *Moreti*, nec male. *Burmannus* illic hoc *Mamertini* loco *ſuſceptum* monet legendum, cur ita monuerit, neſcio, cum in omnibus ita conſtanter fuerit expreſſum. *Hegeſippus* Excid. Vrb. I. 38. fin. *Suſcepit eos Archelaus opimo convivio. Ruffinus* Hiſt. Eccleſ. X. 17. *hoſpitio Athanaſium ſuſcepiſſe* ubi ex MS. *Gruteri recepiſſe* mavult *Ianus Gebhardus* Crepund. I. 11. cui aegre adſentior, quia ipſe *Ruffinus* mox cap. 19. *honorifice religioſeque ſuſceptus eſt.* ὑποδεξαμένη, quod in Epiſtola adhibuit *Iacobus* cap. 2. vs. 25. vertit Vulgatus interpres, *ſuſcipiens.* ὑποδέξασθαι hac notione eſt apud *Aelianum* Var. XIII. 10. & 26. *Antonin. Liber.* Metam. 37. *Polybii* locum adhibuit *Raphelius* ad *Lucae* Euang. 19. 6. — Quod additur, *eſſe poſſet domus*, interpretor *eſſet*, qua elegantia late dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Vigilium 15. & de Actib. Apoſtol. I. 530. apud *Sulpicum Sever.* Vit. Martin. 20. 6. ex Traiectino emendandum, *nullum ſcilicet exiſtimans digniorem, qui poſſit prior bibere.* editur iam, *qui poſt ſe biberet:* in Actib. Apoſtol. 17, vs. 19. δυνάμεθα γνῶναι verti malim, *ſcimuſne*, neque opus eſt, ut illic cum *Toupio* ad *Suidam*, part. III. οὐ inſeratur.

Dominae Gentium. Sic in fine huius Panegyrici: *Interim tamen te Gentium domina*, & paullo poſt, *domina gentium Italia*, & in fine, *veſtri imperii mater.* & in Genethliac. Maximiani cap. 12. & paſſim. PVTEANVS. Vide *Livineium* ad Geneth. 12. 1. *Paterol.* infr. 14. 3. *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. II. p. 67. & quae dixi ad *Arator.* II. 1226. Incerti Epithalam. Maxim. II. 7. *quibuſnam tu, domina gentium, potes compenſare beneficiis.* & Italia *gentium domina* mox cap. 2. 2. *Eumenius* Conſtantio 10. 3. Quod vero hic plures genitivi iungantur, id neque aliis inſuetum, ut docet *Drakenb.* ad *Livium* Praefat. §. 3. *Laberii* Prologus ante Mimos apud *Macrobium* Saturnal. II. 7.

Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen noſtrae famae frangere.

Iuſtus Specim. Obſerv. Critic. cap. 1. emendat. *florens*; ſed ſententiam non ſatis adſecutus eſt. Per *litterarum laudes* intelligendi ſunt mimi, ad quos ſcribendos Caeſar *Laberium* invitaverat, quosque in ſcena agi iuſſerat, inde autem *cacumen floris famae* fractum dolet *Laberius*, utique qui eques erat Romanus. Pari veſtigio in vulgata defendenda inſtitit Vir Eruditus in Actis Lipſiens. A. 1768. pag. 4. cuius mihi conſenſum gratulor. Alia dedit exempla *Cannegieterus* meus ad Fragment. Vet. Iuriſprud. p. 317. Pater ad *Plinii* Paneg. 49. 2.

Stirpis tuae. Tanta vanitas Diocletiani & Maximiani Auguſtorum fuit, ut ille *Iovii*, hic *Herculei* ſibi cognomen adſumerent, quaſi ex ſtirpe Deorum progeniti: quod paſſim ex hoc Panegyrico apparet cap. 2. n. 3. cap. 7. n. 5. & Genethliaci cap. 3. n. 3. quamquam de Maximiano *Aurelius Victor cultu numinis Herculei cognomentum acceſſiſſe* tradit. CELLARIVS. Vide ſuperius §. 3.

Vis tacita. In codice noſtro, & in altero libro *Gudiano* legimus, *ac vis tantae naturae.* Haud abſurde, ut opinamur. Ita *Cicero* libr. I. de Orator. cap. 44. de patria loquitur: *cuius rei tanta eſt vis ac tanta natura.* Nolimus tamen reiicere lectionem vulgatam, *vis tacita naturae*; eſt enim virtus & poteſtas latens atque occulta naturae. *Quinctilianus* Inſtit. Orat. III. 5. *Subeſt*, inquit, *& temporis & qualitatis tacita vis.* atque idem Declam. 321. *Fratrem ſuum potuit aliquis occidere? Non obſtitit tacita natura? Cicero* lib. III. de Orator. cap. 50. *In hoc ipſo magna quaedam vis incredibilisque naturae. Omnes enim tacite quodam ſenſu, ſine ulla arte aut ratione, quae ſint in artibus recta ac prava, diiudicant.* Certe haec loquendi ratio *vis tacita naturae* nobis elegantior, & huic loco convenientior videtur, quam ut eam aliunde intruſam putemus. Ceterum *ſimilitudinem ſtirpis* Maximiani, de qua loquitur, adulatorie Orator refert ad ſtirpem Herculis. Etſi enim, teſte *Aurelio Victore*, Maximianus fuerit ortu agreſti, in Pannonia natus, cuius parentes opera mercenaria exercuerint; & licet, eodem *Victore* commemorante, cognomen *Herculei*
Ma-

rae ad honorandum natalem Romae diem tam liberalem facit, vt vrbem illam ſic colas conditam, quaſi ipſe condideris. Re vera enim, ſacratiſſime Imperator, merito quivis te, tuumque Fratrem, Romani imperii dixerit conditores. Eſtis enim, quod eſt proximum, reſtitutores: & ſit licet hic illi vrbi natalis dies, quod pertinet ad

Maximiano primum acceſſerit a cultu numinis Herculis, nihilominus *Mamertinus* in hoc ipſo capite Herculem vocat *principem generis ac nominis Maximiani Herculei.* & cap. 2. 3. *An divinam*, inquit, *generis tui originem recenſebo, quam tu non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris.* Adhaec idem *Mamertinus* Genethl. cap. 2. 4. Diocletianum & Maximianum Imperatores allocutus; *Vos Diis*, inquit, *eſſe genitos, & numinibus quidem Veſtris, ſed multo magis virtutibus approbatis*, in quo quidem loco pro *& numinibus* legere malimus *cognominibus.* SCHWARZIVS. *Tantae* excerpta quoque *Voſſii.* Intellige naturam ab Hercule oriundam, ſed cum idem in *ſimilitudine ſtirpis* iam lateat, ſervem *tacita*, id eſt occulta, innata, uti *tacitis facibus* aliquem *incitare* dixit *Valer. Max.* VIII. 14. extern. I. ubi *Perizon.* & *virtus tacita* apud *Boeth.* Conſol. Philoſ. II. Proſ. 7. paſſim utraque vox confuſa eſt. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* XL. 8. 5. & quaedam hinc loca emendavit *Heinſius* ad *Ovid.* Metam. V. 498.

Tuumque fratrem. Diocletianum puta, quem huius & ſequentis Panegyrici auctor Maximiani fratrem ſemper adpellat, ſive quod ut idem ait cap. 8. Romanum imperium ambo fraterna concordia regerent, ſeu quod virtutibus fratres eſſent. BAVNE. Diocletianum. Duo enim Auguſti Imperatores inſtar fratrum erant, exemplo Marci & Lucii Antoninorum, quos *Divos fratres* Romanae leges appellant. CELLARIVS. *Fratrem* adpellat, quia imperii erat conſors, quod hac aetate conſuetum erat, imitatione eorum, qui eiuſdem collegii conſortes hoc nomine indicabantur. Puto *Oroſium* Hiſtor. VII. 19. ita Balbinum adpellare Pupieni *fratrem*, quod male factum ſcribit *Havercampus*, quia nulla cognatione erant iuncti, ſed tantum collegae in imperio. Rectius *de Rhoer* Feriis Daventr. p. 210. adde & *Cannegieter* ad Fragm. Vet. Iuriſprud. p. 52. ſimili modo loquitur *Lactantius* Mort Perſec. 8. *Quid frater eius* (Diocletiani) *Maximianus*, ubi elegantia contulit *Cuperus* & *Bunemannus.* infra cap. 9. §. 3. *eſtis —— virtutibus fratres.* Genethl. 7. §. 5. *vos —— pares victoriae fecere fratres*, vide & mox 4. 1. Epithalam. incerti 8. 5. & paſſim. Non aliter haec accipi poſſe, inde patet, quia Maximianus erat Pannonius, quam *Patriam* ipſius dicit cap. 2. §. 2. Diocletianus autem Dalmata, oppido Dioclea, Anulini ſenatoris libertinus, ut tradit *Victor* Epit. 39. aut ſcribae filius, ut *Eutropius* IX. 19. Vti vero Auguſti ſeſe fratres adpellabant, ita Caeſares erant quaſi filii. *Spartianus* Aelio Vero 2. *Maximianus atque Conſtantius Caeſares dicti ſunt, quaſi quidam principum filii viri, & deſignati auguſtae maieſtatis heredes.* Pro *viri* coniicit *Ianus Cannegieterus* ad Collat. Leg. Moſaic. Tit. 10. §. 3. *veri.* poſſet quoque legi *iure*, ut in adrogationis formula, *tam iure legeque filius.* Interim in Galerio Maximiano, quem *Spartianus* intelligit, & Conſtantio, adcedebat in filii adpellatione quoddam quoque adfinitatis vinculum: Galerius enim Valeriam, Diocletiani filiam duxit, Conſtantius Theodoram Herculii privignam. *Eutrop.* IX. 22. *Oroſius* VII. 25. *Iornandes* de Regn. Succeſſ. I. p. m. 700. de *filii* adpellatione erudita habet *Spanhemius* ad *Iuliani* Orat. p. 48.

Sic licet. Vet. *ſit.* PUTEANUS. Lege, *& ſit licet.* ACIDALIVS. In *Rhenani* & *H. Stephani* editionibus locum hunc occupavit vitium, dum ibi excuſum eſt, *& ſic licet.* Sed iam *Cuſpinianus*, *Paul. Stephanus* & *Gruterus* pro vocula *ſic* recte repoſuere *ſit.* In noſtro Codice neque *ſic*, neque *ſit* legitur, quam vero ἔλλειψιν minus probamus. SCHWARZIVS: *Sit* etiam habent excerpta *Schonhovii*, & *Livineius:* deteriorem lectionem ſervavit *Rivinus.*

Quod pertineat. Pertinet, *Bertinens.* LIVINEIVS. Vox *pertineat* turbat magis curſum orationis, quam ut adiuvet; itaque induci poſſet. GRVTERVS. Lege *quod*, id eſt quantum, *pertinet:* ACIDALIVS. *Bertinenſem* apographum ſequor, in aliis eſt, *quod pertineat*, id eſt, quantum pertinet, ſed expungendum illud penitus *Gruterus* putat, ut quod plus obſcuritatis afferat orationi, quam lucis. BAVNE. Verbum *pertinet* per modum indicativum iam ex Codice *Bertinenſi* annotavit *Livineius*, ſimiliterque protulere *Gruterus*, *Pariſienſes*, & alii recentiores; cum *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, uterque *Stephanus*, *Livineius*, noſter Codex, & alter liber *Gudianus* exhibeant modum potentialem *pertineat.* Vbi vero, ſi omnino hoc verbum ſit retinendum, malimus priorem, quam poſteriorem lectionem admittere. Integra formula eſt, *quod*, i. e. quantum, *pertinet ad originem populi Romani.* Sic certe loquitur *Plinius* lib. VIII. Epiſt.

ad originem Populi Romani; veſtri imperii primi dies ſunt principes ad ſalutem.

Cap. II.

Epiſt. 16. 14. *quantum ad decernentes pertinet.* *Cicero* lubentius videtur dicere, *quod ad me attinet:* *Gruterus* cenſuit, verbum *pertinet* hic turbare magis curſum orationis, quam adiuvare, idque iuduci poſſe. Et nos quoque id verbum tollendum cenſeremus, dummodo ne omnes libri ſcripti & excuſi, quos hucusque vidimus, id tuerentur. Alioqui ſane multa occurrunt loca, ubi verbum *attinet*, vel *pertinet* in hac loquendi formula eleganter ſuppresſum eſt. V. G. apud *Ciceronem* lib. II. de Orator. cap. 31. *Verum hoc, ut dixi, nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos.* Coelius ad *Ciceron.* lib. VIII. Epiſt. 1. ad Famil. *Quod ad Caeſarem; crebri, & non belli de eo rumores.* At in re nota non opus eſt pluribus exemplis. SCHWARZIVS. *Pertineat* quoque *Rivinus.*

Ad ſalutem. Putabamus primum, forte in ultimis verbis pronomen *quod* repeti debuiſſe, hoc modo: *ſunt principes, quod ad ſalutem.* ut ſcilicet poſteriora haec verba reſponderent prioribus, *quod ad originem Populi Romani.* Sed nunc exiſtimamus, nihil eſſe, quod hic mutemus, aut addamus. Ipſe *Cicero* vocabulum *princeps*, quatenus dicitur dux & auctor, ſimpliciter coniungit cum praepoſitione *ad.* In Orat. Philipp. X. cap. 11. *Teſtis eſt per literas Brutus, M. Apuleium principem fuiſſe ad conatum exercitus comparandi.* Item in Laelio cap. 8. *Amor enim princeps eſt ad benevolentiam coniungendam.* Et Plancus ad *Ciceronem* libr. X. Epiſt. 17. ad Famil. *Frater meus ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat.* Denique & illud adhuc obſervandum eſt, *Baronium* in Annalibus ex hoc ipſo *Mamertini* loco deducere voluiſſe, eundem Vrbi Romae, qui & Maximiano Herculio ac Diocletiano, fuiſſe natalem, ideoque eos ipſis Parilibus, h. e. xi. Kal. Maias, imperium auſpicatos eſſe. At dudum hunc *Baronii* errorem notavit *Petavius* lib. II. de Doctrina temporum cap. 30. negavitque, ullam his in verbis literam eſſe, qua probari id poſſit, cum diverſi potius dies natales, Vrbis Romae, & duorum ipſorum Imperatorum conſtituantur, & κατ' ἀντίθεσιν ſibi opponantur. Confer, ſi lubet, etiam *Antonium Pagium* in Critic. *Baron.* ad A. c. 284. n. 3. SCHWARZIVS. Patre amiſſo, cum, ex nimio fletu, oculorum dolore correptus eſſet Numerianus, & lectica veheretur, fraude Arrii Apri, Praefecti Praetorio & ſoceri, violenta nece ſublatus eſt. Ex foetore cadaveris milites facinus, quod tegebatur, odorantes Aprum ante ſigna protraxerunt, caediſque vindicem legerunt Diocletianum, Comitem Domeſticorum, aut Domeſticos regentem, qui tum creatus eſt Imperator, ſuaque ſtatim manu Aprum interfecit, vid. *Oroſius* Hiſtor. VII. 25. *Eutrop.* IX. 20. *Vopiſc.* Numer. 13. hoc factum A. cclxxxiv. conſtat, ad quem Diocletiani iure refertur imperium a *Noriſio* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 1. quaedam habet quoque *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XXIII. 1. Ex hoc autem *Mamertini* loco olim fuit creditum, Diocletianum, eo, quem dixi, anno ad imperium fuiſſe provectum ipſo Vrbis natali, xi. Kal. Maias, quo quidem nihil fingi potuit veritati magis contrarium. Aliam huius loci ſententiam eſſe, iure oſtendit *Schwarzius.* Licet autem verus dies, quo caeſus eſt Numerianus, memoriae non prodatur apud Hiſtoricos, vixiſſe tamen videtur adhuc anno cclxxxiv. exeunte Auguſto. Legi enim 4. Cod. de Delator. hoc anno iii. Kal. Septembr. datae, praefigitur haec inſcriptio: *Impp. Carus, Carinus & Numerianus A. A. A. Candido.* Nomen *Cari*, diu ante non amplius ſuperſtitis, illic delendum eſſe facile largior *Relando* Faſt. Conſul. p. 251. Numerianum vero hinc adhuc in vivis fuiſſe, tuto ſtatuas. Sed quid? ſi tum iam fuerit caeſus, at vero caedis nuncius ad Carinum pervenire nondum potuerit, isque ideo Numeriani nomen praefixerit. ita: *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 1. ſed non probo: ſtatim namque, cognita caede, lectus eſt Imperator Diocletianus. ita *Victor.* Caeſar 39. 1. *Sed poſtquam odore tabeſcentium membrorum ſcelus proditum eſt, Ducum conſilio Tribunorumque Valerius Diocletianus — deligitur.* Legendus itaque tum fuiſſet menſe Auguſto, & tamen Chalcedone demum creatus eſt xv. Kal. Octobres, quod ex Chronico *Alexandrino* iure contendit *Petavius* Doctr. tempor. XI. 30. & *Pagius* Diſſert. Hypat. p. 93. itaque aliquot dies ante xv. Kal. Octobr. caeſus eſt Numerianus, quot quidem foetori ex cadavere excitando ſufficerent, qui in homine, violenta nece exſtincto, citius oritur, & ex cruore maior eſt. Quod itaque tradit *Victor* Caeſar. 38. 8. *diu facinus illud occultatum*, intelligendum eſt de diebus *aliquot*, ut ſribit *Eutropius* IX. 18. neque aliter capiendi *dies plurimi*, quos memorat *Vopiſcus* Num. 12. eadem itaque hic valet expoſitio, quae in *procul*, quod tam longe, quam prope deſignat. Erudita de eo eſt obſervatio *Cerdae* ad *Virgil.* Aen. III. 13. & hinc vindicatur recte a *Boſii* criſi *Cornelius Nepos* in Obſerv. Miſcell. vol. I. p. 387. Cumque adeo Imperium vere auſpicatus eſt Diocletianus xv. Kal. Octobr. hinc Idibus Octobribus Imperator memoratur in inſcriptione L. 1. Cod. Vt nemo invit. ager. *Baluzius*

CAP. II. Quare ſi nunc Romae omnes magiſtratus, & Pontifices, & Sacerdotes, iuxta parentes Vrbis & Statores deos, Herculis templa venerantur, quia

D par-

zius quidam ad *Lactant.* M. P. cap. 17. p. 39. incertum huius inſcriptionis fidem arguit, magisque Diocletianum XII. Kal. Decembres imperium fuiſſe auſpicatum putat, quia vicennalia hoc die celebrata fuiſſe teſtatur *Lactantius.* Sed contra *Pagius* in Diſſert. Hypat. p. 93. eſt argumentatus, id fieri, quia hoc die Maximianus Caeſar fuerat factus, uti ſaepius Imperatores auſpicia ſui imperii celebranda retulerunt in eum diem, quo collega Caeſar factus erat. *Noriſius* de Epochis Syromaced. Diſſ. III. cap. 6. p. 206. a *Baluzio* nihil diſſentit.

Nunc Romae omnes magiſtratus.] Omnes vet. libri, *quare ſi Romae nunc magiſtratus* PVTEANVS. Olim editionem *Rhenani*, & *H. Stephani* inquinaverat mendum, cum in his verbis *tunc* pro *nunc* excudiſſent. Sed veram lectionem iam *Cuſpinianus* evulgavit, quem ſecuti ſunt poſteriores editores, eandemque ſcripturam referunt codices MSS. Vocabulum *omnes* in noſtro codice omisſum, idemque in libro altero *Gudiano* deletum eſt, & *Claudius Puteanus* teſtatur, omnes veteres libros, quos inſpexerit, habere, *quare ſi Romae nunc magiſtratus & Pontifices* &c. Sed non eſt, quod vocem *omnes* contra ceterorum librorum ſuffragia exturbemus. SCHWARZIUS. In prima editione *tunc* retinuit *Rivinus*, in ſecunda correxit in *nunc* quod & exſtat in *Schonhovii* excerptis. *Omnes*, in *Guelferb.* ſive *Gudii* Codice omiſſum ſervant tamen excerpta *Voſſii*, & retinendum videtur, ut adfirmatio ſit fortior.

Pontifices & Sacerdotes.] Quaeritur, an *Pontifices* non fuerint *Sacerdotes*, cum *Mamertinus* eos ab his diſtinguere videatur? Fuere omnino Sacerdotes, teſte *Livio* lib. X. cap. 6. *Rogationem*, inquit (A. V. C. 454.) *ut, quum quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretque augeri Sacerdotum numerum, quatuor Pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur.* Sed Pontificum collegium erat eminentius prae ceteris Sacerdotibus; Pontificumque erat, alios Sacerdotes, eorumque miniſtros in officio continere, & iis delinquentibus mulctam indicere. SCHWARZIVS. Vera eſt *Schwarzii* diſtinctio. Pontificibus, quos ἱερέων διαφανεςάτους adpellat *Dionyſius Halic.* I. p. 30. ſuberant Sacerdotes reliqui, de quorum delictis cognoſcebant. Sic abſolverunt Virginem Veſtalem. *Livius* IV. 48. 12. & condemnarunt. Idem VIII. 15. 8. *Dionyſ.* IX. p. 597. Flaminem coegerunt. *Livius* XXVII. 8. 4. XXXVII. 51. 2. tribuuntur quidem pleraque Pontifici Max., quem rerum, quae ad ſacra & religiones pertinent, iudicem vindicemque contumaciae privatorum adpellat *Feſtus* in V. & quae *Plutarchus* Num. p. 66. A. ſed pleraque tamen ita intelligenda ſunt, ut per excellentiam quidem haec curaverit, adhibito tamen Pontificum, cui praeërat, collegio, quod erudite demonſtravit Cl. *de Rhoer* in Biblioth. Bremenſ. Nova Cl. VI. Faſc. 2. p. 135.

Parentes Vrbis.] Poetice, & ad ſplendorem multitudinis numero dixit, cum hoc Iovem, illo Martem denotaret. LIVINEIVS. Martem, ideo *parentem Vrbis* dictum, quia Remi & Romuli pater fuit. Hinc *Virgil.* Aeneid. VI. 872. Romam appellat *Mavortis urbem*, & Aneid. I. 281. *Mavortis moenia* BAVNE. Martem, Romulum. CELLARIVS. Pluralem adhibitum, ut Mars & Romulus indicaretur, opinatus videtur *Cellarius.* Ad unum potius Romulum *parentes* retulerim, cui tamquam conditori hoc praeſertim eſt proprium, de quo *Drakenb.* ad *Silium* II. 654. *Livius* XXXVII. 54. 19. *cum parentibus & conditoribus*, uti mox *Statores* ad unum Iovem pertinet. Pluralis adhibitus conſueto Poetarum more, a quorum ſtilo non abhorret Panegyrici natura. *Virgil.* Georg. II. 169.

Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros bello.

Servius quidem *Honoratus* in Grammatic. *Putſchii* p. 1781. notat, non ab unius nomine fieri pluralem, ſed multitudinem nominum hoc facere, atque adeo *Marios* & *Camillos* dixiſſe *Virgilium*, quoniam plures fuerunt. Id ſemper admittendum non arbitror. *Statores Deos* utique hic eſt, quem cap. 13, 4. *Statorem Iovem* adpellat. Sic cap. 14. 2. *Camillos, & Maximos, & Curios, & Catones proponere*, intelligit unum Camillum, Curiumque. *Boetius* Conſ. Philoſ. I. Prof. 3. *at Carios, at Senecas, at Soranos. Saresberienſis* Policr. I. p. 17. *Auguſtinos, Hieronumos, Laurentios, Vincentios.*

Herculis templa.] In regione Vrbis nona, quae Circus Flaminius *S. Rufo*, & *P. Victori* dicitur, erat aedes ſacra Herculi Magno, Cuſtodi Circi Flaminii, & iuxta ipſam templum Iovis Statoris, in ipſaque regione Campus Martis. PATAROL. Non quidem ita *Mamertinum* interpretor, Herculis templum fuiſſe iuxta illud Iovis Statoris, quae *Patároli* videtur quodammodo ſententia: inde enim *Parentum urbis* templa, ſive per eos Martem, ſive Quirinum intelligas, fuerunt remotiora, aliis-

partam aliquando ex victoria praedam, a flumine Ibero, & conſcio occidui ſolis Oceano, ad pabula Tyrrhena compulerit, & in Palatino iugo venturo tibi reliquerit veſtigia, quanto tandem ſtudio nos hic convenit, qui te praeſentem intuemur Deum, toto quidem orbe victorem, ſed nunc cum maxime in eadem occiden-

aliisque in regionibus ſita. Nihil aliud verba ſignificant, quam Herculem aeque atque Iovem & Quirinum Romae fuiſſe cultum. *Eumenius* pro inſtaur. Schol. 3. §. 2. *iuxta cetera, quae inſtaurantur, opera.* Id eſt, aeque atque cetera opera. *Livius* XLI. 6. 10. *iuxta ſe coniuges liberosque vexari.* ubi *Drakenb.*

Ibero.] Tangit inſignem Herculis de Geryone victoriam, de qua paſſim apud Poetas omnes, in primis Aeneid. VII. 662. & VIII. 202. *Geryon* autem, ſeu *Geryones*, ſeu *Geryoneus*, triplici enim modo effertur, rex fuit Hiſpaniae, cui tria ideo corpora attribuerunt Poetae, ſeu quod tribus inſulis Hiſpaniae adiacentibus imperaret, Baleari utrique & Ebriſi; ſeu quod cum duobus ſuis fratribus ita coniuncte viveret, ut unum veluti corpus efficere viderentur. Iberum flumen *l'Ebre* in Hiſpania apud Cantabros oriens. BAVNE.

Tyrrhena.] Vet. *Tyrrheni.* PVTEANVS. Id eſt, in Etruriam, BAVNE. Deterius *Pyrrhena* Excerpta *Voſſii* & *Guelferb.* confer ad Genethliac. cap. 9. in fine. — Quod Oceanum *occidui ſolis conſcium* dicit, *Drakenborchio* videbatur imitatus haec *Silii Italic.* III. 399.

Armat Tarteſſos, ſtabulanti conſcia Phoebo.

ſimiliter *Eumenius* Paneg. Conſtantino cap. 9. in fine: *ab Indis prope conſciis ſolis orientis. Pacatus* Paneg. 2. 1. *ab ultimo Galliarum receſſu, qua littus Oceani cadentem excipit Solem.* ex quorumdam ſententia huc & pertinet *Tacitus* German. 45. *Sonum inſuper emergentis* (Solis) *audiri, formaſque Deorum & radios capitis adſpici.* ubi *ſe mergentis* reponit *Erneſtius:* illud *formas Deorum* certe corruptum, propius vero adcedit *Coleri* coniectura, *formaſque equorum*, praetulerim certe illud τῷ *formaque Deorum*, quod placuit Erud. de *Rooy* Spicil. p. 14. neſcio tamen, utrum haec non deſumta ſint ex *Ovidiana* Solis deſcriptione, & propter *radios capitis*, quos Phoebo fuiſſe patet ex Metam. II. 124. conf. *Burman.* ad Anthol. Latin. Tom. II. p. 301. & 306. legendum ſit, *flammaſque equorum*, quos *ignem vomuiſſe Naſo* ibidem dicit vs. 119. — De voce *occiduus* confer *Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* Tom. II. p. 463. Ed. *Ritter. Sulpic. Sever.* Dial. III. cap. 17. *adeſſe veſperam occiduo Sole ſentirem.* Boet. Conſ. Philoſ. IV. Metr. 6. uti ex meo codice legendum, *occiduo lota profundo*, non *lata.*

Venturo ter.] Vet. *venturo tibi* PVTEANVS. *Tibi* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Quid hoc? forte *adventor*, idem quod advena, quem initio dicebat. In *Plauto adventores* pro hoſpitibus. An &, *victoriae ter reliquit veſtigia*, ACIDALIVS. Olim in *Rhenani* & *H. Stephani* editione pro voce *tibi* mendoſe legebatur *ter*, quamquam veram lectionem iam Cuſpinianus prodidiſſet; & iam *Livineius* ex ſuo vetere & *Bertinienſi* Codice in margine annotaſſet, poſtea & *Gruterus* & alii recentiores recte receperint; eademque nunc & Codicis noſtri, & utriusque libri *Gudiani* auctoritate confirmetur. SCHWARZIVS. In prima editione *Rivinus ter* retinuit. Quod *Acidalio* placebat *adventor*, parum ad hunc locum facit: idem eſſe, quod *advenam* generatim ei non largior: de conviva adveniente, eſt apud *Plautum* Tric. I. 2. 2. in cauponis hoſpites, apud ſcorta alios ea deſignari tradit *Palmer.* ad eumd. act. II. 7. 55. & ſic in Onomaſtico Vet. per πλησιάζοντες exponi teſtatur *Pricaeus* ad *Apul.* Metam. I. p. 26. Noſtro fere convenit Incertus Panegyr. Conſtantino 16. in fin. *venturo tibi ceſſerat.*

Praeſentem.] Igitur coram Maximiano dicta eſt haec Oratio. BAVNE.

Nunc quidem maxime.] Vet. *cum maxime.* PVTEANVS. *Cum maxime* Vet. *Bertinienſ.* Placet ſcripta lectio, *nunc cum maxime. Eumenius* pro reſtaurand. Scholis: *Quarum invicta robora ne in his quidem, quae nunc cum maxime gerunt, bellis requirunt. Nazarius* in Conſtantinum: *Iactat quippe ſe nunc cum maxime alacris omnium ac beata devotio. Auſonius* Grat. action. ad Gratianum: *In procinctu & cum maxime dimicaturus palmatae veſtis mea ornamenta diſponis. Seneca* de Benef. III. cap. 3. *Nemo noſtrum novit niſi id tempus, quod cum maxime tranſit, ad praeterita rari animum retorquent*, & alibi frequenter. *Plinius* Epiſt. 6. lib. 17. *Dicenti mihi ſollicite aſſiſtit, aſſidet recitanti, primis etiam & cum maxime naſcentibus opuſculis meis intereſt.* In editione *Gryphiana* corrupte eſt *tum maxime.* Ipſe *Plautus* Milite Glorioſo ſcena *Sequimini: Nunc cum maxime opus eſt dolis.* & *Terentius* Phormione: *ANT. Non ſum* apud

dentis plaga non paſtorem trino capite deformem, ſed prodigium, multo tetrius

apud me. GETA. *Atqui opus eſt nunc cum maxime ut ſit Antipho.* LIVINEIVS. Scite *cum*, non *quidem*, quod vulgatum erat, e MSS. *Livineius* reddidit. Sic *Plinius* VI. Epiſt. 6. num. 6. CELLARIVS. In hoc loco a *Cuſpiniano*, *Rhenano*, *Henr.* & *Paul. Stephanis*, *Pariſienſibus*, *Patarolo* editum eſt: *ſed nunc quidem maxime*, ubi non ſolum in noſtro Codice, ſed & utroque libro *Gudiano* aperte, idque rectius legitur, *ſed nunc cum maxime.* Hanc ipſam ſcripturam cum etiam in ſuo vetere, itemque in *Bertinienſi* Codice reperiſſet *Livineius*, in notis eandem laudat, exemplisque confirmat, quia & annotavit *Cl. Puteanus* e vetere Codice; iamque recepit *Cellarius.* Saepius hac loquendi formula uſus eſt *Terentius*, V. G. Heaut. IV. 5. 40. *Atque cum maxime volo te dare operam, ut fiat.* & plenius, adiecta etiam particula *nunc*, Adelph. IV. 1. 2. *Nunc cum maxime operis aliquid facere credo.* & Phorm. I. 4. 27. Antiph. *Non ſum apud me.* Get. *Atqui opus eſt nunc cum maxime ut ſis, Antipho.* Sic & *Cicero* pro Cluent. cap. 5. *Quae multos iam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit.* Multa huius generis exempla collegit *Zinzerlingius* in Promulſ. Crit. iuven. cap. 22. itemque *Cortius* ad Plin. lib. 17. Epiſt. 31. 16. qui utrique volunt, elegantem hanc particulam valere fere, in praeſens, hoc ipſo momento. Vnde *Zinzerlingius* putat, in illis locis, ubi praeterea addatur particula *nunc*, hanc tanquam ſuperfluam, & ex gloſſa prognatam eſſe delendam. Verum quamvis largiamur, loquendi formulam *cum maxime* ut plurimum, idque in hoc ipſo loco, commode reddi poſſe, in praeſenti, hoc ipſo momento; negari tamen vix poteſt, eam etiam pro re nata valere, *valde*, *prorſus*, *inprimis;* prout iam bene animadvertit *Weſterhovius* ad *Terent.* Adelph. IV. 1. 2. quaſi dicatur *ita nunc*, *ut*, *cum maxime;* vel, *ita tunc*, *ut*, *cum maxime*, Gr. *ὡς μάλιστα;* quemadmodum ipſe *Terentius* plene expreſſerit, Hecyr. I. 2. 40. *Amabat*, *ut cum maxime*, *tum Pamphilus.* & *Cicero* ad Q. Fratrem II. 6. *Domus celebratur ita*, *ut cum maxime.* Atque idem Vir doctus eadem commentatur ad *Terent.* Heaut. IV. 5. 40. *Eſt ἔλλειψις*, inquit, *plene: ita tunc*, *ut*, *cum maxime. Graece ὅτι μάλιστα. Priſcianus* Inſtit. Gram. libr. XVII. p. 1194. *Edit. Putſchii. Noſtri*, inquit, *cum maxime pro ἐπὶ μάλιστα frequenter ponunt.* Praeterea cum particula *nunc* in tam multis locis diverſorum ſcriptorum coniungatur cum eadem formula, nolimus eam undique exturbare; maxime cum & per *πλεονασμὸν* aliquando abundare poſſit, ut V. G. *iam nunc. Terent.* Andr. I. 1. 44. *Eamus iam nunc intro.* Adelph. II. 1. 2. *Otioſe nunc iam illico hic conſiſte.* ibid. vs. 14. *I. intro nunc iam. Cicero* lib. XIV. 1. 8. *nunc quidem iam abiit peſtilentia.* SCHWARZIVS. *Nunc quidem maxime* lectum quoque videtur in excerptis *Voſſii.* Alterum eſt rectius, ſive id exponas per praeſenti tempore, de qua ſignificatione *Graevius* ad Auctor ad Herenn. IV. 6. ſive per opprimentem ita, ut cum maxime quis opprimat. Erudita eſt de hac Ellipſi obſervatio *Erneſtii* in Clav. *Ciceroniana.* recte *cum maxime* reſtituit *Quinctiliano* Declam. XI. cap. 6. *Burmannus*, & adſtipulantur excerpta Codicis, quae poſſideo. Confer *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. 45. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Tiber. 14. Domitian. 10. *Ruhnken.* ad *Aquilam Rom.* p. 165. *Zinzerlingio* in hac locutione *nunc* reiicienti iure reſtitit *Drakenb.* ad *Livium* XXIX. 17. 20. ſimili notione *tum maxime*, quibusdam damnatum, vindicavit *Dukerus* ad *Florum* II. 16. 3.

Paſtorem.] Geryonem, cui tria fuiſſe capita fabulati ſunt Poetae. Vide *Apollodor.* lib. II. & *Natal. Com.* Mythol. l. VII. c. 1. PATAROL.

Prodigum.] Vet. *prodigium.* PVTEANVS. Seditionem, quam ruſticanorum factio, cui *Bagaudarum* nomen, in Gallia ducibus L. Pomponio Aeliano, & Salonino Amando excitarat. BAVNE. Innuit puto Carauſium, qui tyrannidem arripuerat in Britannia. Hunc cum Maximianus ipſe vincere non potuiſſet, pacem eidem conceſſit, totiusque inſulae imperium. *Eutrop.* lib. IX. Seu fortaſſe *prodigii* nomine Bagaudas intelligit, ab eodem Imp. debellatos, de quibus infr. cap. 4. PATAROL. Apud *Rhenanum* & *Henr. Stephanum* in hoc ipſo loco inquinate *prodigum* excuſum erat, ubi in ceteris libris emendatius legitur *prodigium.* Per *prodigium* vero Geryone, rege tricorpore, *multo tetrius*, *Mamertinus* non intelligit Carauſium, utpote quem tunc nondum oppreſſerat Maximianus, ſed forte Bagaudas, factionem agreſtium, quaſi monſtrum multorum capitum, de quibus infra dicemus. SCHWARZIVS. Quo poſſit modo dici Maximianus Bagaudas *cum maxime* opprimere, non video, anno praeſertim CCLXXXIX. quo haec oratio habita. Illi enim CCLXXXV. rebus novis ſtuduerant, ſed eodem ſunt anno oppreſſi; levibus enim proeliis illos domuit, teſte *Eutropio* IX. 20. & facile; erat enim agreſtium hominum inperita & confuſa manus, militari haud difficulter virtute compeſcenda. *Oroſius* VII. 25. do-

opprimentem, quidquid ſpiritus & vocis habemus, omne id in laudibus tuis non
2 occupare modo, ſed, ſi res poſcat, abſumere? Vnde igitur ordiar? commemorabo nimirum patriae tuae in Rempublicam merita? quis enim dubitat, quin multis iam ſeculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen acceſſerint, Italia quidem ſit

domiti itaque ſunt eodem anno, & paucos forte intra dies, quae *Noriſii* eſt ſuſpicio de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. & quidem ita domiti, ut Galliae fuerit pax reddita, teſte *Iornande* de Regn. ſucceſſ. I. p. m. 700. Non auſim itaque cum *Gothofredo* ad L. 1. Cod. *Theod.* Ne paſtor. dent. fil. verba L. II. Cod. *Iuſtin.* de Adcuſation, *ad ſequens crimen, id eſt, paſtorum latronumve*, de Bagaudis interpretari. Lex illa, anno CCXCII. lata, nimium eſt ab illo tempore remota, quo Bagaudae fuerunt oppreſſi, niſi nomen illud de quibusvis latronibus adhibitum putes, neque ſpeciatim de iis ſemper, qui Gallias infeſtaverant. vid. *Scaliger.* ad *Euſeb.* Chronic. p. 243. tempori convenientius in illa lege Carauſii milites intelligas, potius tamen accipio de paſtoribus plerumque latrocinio infamibus: ita interpretor *Eutropium* Brev. I. 1. *cum inter paſtores latrocinaretur*, ubi *latrocinari* per vitam in armis degere exponit *Anna*, feminarum decus; vulgata tamen notione potius accipio, atque ita *Paeanii* paraphraſis: *βίον τε ἔχων τοῖς ποιμέσι συλλῃστεύειν.* Temporis itaque ſerie adductus, hoc quidem loco *prodigium* potius ad Carauſium refero, verba enim *Mamertini* hoſtem indicare videntur, quo erat debellando adhuc occupatus Maximianus, is vero non alius eſt quam Carauſius, qui inde ab anno CCLXXXVI. defecerat. Eo autem opprimendo iam erat intentus: claſſes erant aedificatae, aliaque peracta, de quibus ad initium huius Panegyrici dixi; feliciter etiam forte iam contra eum pugnatum; hinc cap. 12. *Quid nunc animi habet ille pirata.* De eo autem recte *prodigium* potuit adhibere, quod loco *prodigum* egregie reſtituit *Livineius*, omnesque eum ſecuti praeter *Rivinum*. Erat is perfidus, & Reip. maxime noxius. Similiter *Cicero* in Vatin. 15. *in duobus prodigiis Reip.* in Piſon. 4. *a P. Clodio, fatali portento prodigioque Reip.* in Catilin. II. 1. *a monſtro illo atque prodigio.* Similiter Cleopatram *fatale monſtrum* dixit Horat. Od. I. 37. 21. & Maxentium Auctor Incertus Panegyr. Conſtantino c. 3. §. 5. quem & *portentum* vocat. cap. 14. 2. & *prodigium* Arcadius in L. 17. Cod. *Theodoſ.* de Poen.

Habemus.] *Habeamus* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Cuſpinianus, Rhenanus* & *H. Stephanus* pro *habemus* edidere *habeamus*, prout etiam *Livineius* in ſuo vetere codice ſcriptum repererat, ſimiliterque in utroque libro *Gudiano* annotatum eſt. Nos vero nihil mutandum exiſtimamus, cum & noſter codex, & ceteri editores exprimant *habemus*; quamvis alioquin fateamur, *Mamertinum* ſaepe modo potentiali uti, ubi indicativus uſitatius locum obtineat; V. G. in hoc ipſo capite §. 2. *Quis enim dubitat, quin multis iam ſaeculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen acceſſerint, Italia quidem* &c. cap. 3. 1. *cum ad reſtituendam rempublicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris invocatus*, ubi dicere Orator potuiſſet, *acceſſerunt; fuiſti invocatus* &c. SCHWARZIVS. *Habeamus* quoque excerpta *Voſſii*, & *Rivinus*.

Abſumere debemus.] *Abſumere? Vnde*, Vet. *Cuſp. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livineius* grave mendum admiſit, ubi edidit, *ſed, ſi res poſcat, abſumere debemus.* Etſi enim idem animadvertiſſet a vetere Codice, item & a *Cuſpiniani*, *Rhenani* & *H. Stephani* editione abeſſe verbum *debemus*, illud tamen ipſe aeque ac *Paulus Stephanus*, neſcio unde, intruſit orationi, cum non obſervaſſet, infinitivum *abſumere* dependere potius a ſuperioribus verbis, *quanto tandem ſtudio nos hic convenit — quicquid ſpiritus & vocis habemus, omne id in laudibus tuis non occupare modo, ſed, ſi res poſcat, abſumere?* Vnde vides, per aſſutum verbum *debemus* prorſus corrumpi hunc locum. Neque eſt, cur putes in ſuperioribus iſtis verbis ſcribi debuiſſe, *quanto tandem ſtudio nobis hic convenit;* etenim pronomen *nos* non refertur ad verbum *convenit*, ſed pertinet ad ſtructuram accuſativi cum infinitivo, *convenit nos abſumere.* Sic loquitur & *Cicero* pro Sext. Roſc. 53. *Vos iis rebus maxime mederi convenit*, & pro Rabir. 6. *Quid tandem C. Rabirium facere convenit.* SCHWARZIVS. Et *debemus* ignorant Excerpta *Voſſii* cum *Guelf.*

Patriae.] Sirmii, quae olim Pannoniae urbs, nunc vicus XXII. leucis a Buda diſtans verſus Savum fluvium, incolis modo *Szrein*, Germanis autem *Sirmiſch.* PATAROL.

Acceſſerint.] Nihil muto, etſi ex arte *acceſſerunt* dixiſſet, nam & infra ſic locutus eſt: *cum ad reſtituendam rempublicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris invocatus.* &c. & paulo poſt: *haec omnia cum a fratre optimo oblata ſuſceperis.* &c. pro *fuiſti* & *ſuſcepiſti.* LIVINEIVS. *Guelferbytanus* legit, vi-

ſit gentium domina gloriae vetuſtate, ſed Pannonia virtute? An divinam generis 3
tui originem recenſebo, quam tu non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris? An, quemadmodum educatus inſtitutusque ſis, praedicabo 4
in illo limite, illa fortiſſimarum ſede legionum, inter diſcurſus ſtrenuae iuuen-

 tu-

vires illius Romanum nomen acceſſerint. Conſtruitur quidem *accedere* ſaepius cum quarto caſu, omisſa praepoſitione. *Nepos* Hannib. 8. 1. *Africam acceſſit.* *Virgilius* Aeneid. III. 293.

Et celſam Buthroti accedimus urbem.

ita illic codex *Clermontii*, cuius variantes poſſideo, aliique, de quibus *Burmannus*, pro vulgato *adſcendimus;* eum illic confer, & ad *Phaedrum* I. 25. 6. *Silius Italic.* VI. 604.

Tarpeium accedere collem.

per adſcendere illic interpretatur *Drakenborchius*, malim accipere de hoſtili acceſſione cum *Cortio* ad *Salluſt.* Iugurth. 20. 3. adde *Drakenb.* ad lib. XIV. 26. & ad *Livium* IX. 40. 19. ſed tum huic verbo magis ineſt adeundi, & convenientiae ſignificatio, quam adiungendi, quae hoc *Mamertini* loco obtinet, tum praepoſitio potius videtur addenda, unde vulgatum retinui. —— Quod vero de Pannonia, imperio Romano addita, memorat, ad Auguſti tempora pertinet, qui cum aliis regionibus Pannoniam adiecit. *Eutropius VII.* 9. victo potiſſimum Pannoniorum rege Batone. *Sextus Rufus* in Breviar. 7. a quo differt Bato Daeſitiatarum dux, de quo *Strabo* Geogr. VII. p. 483. ubi *Caſaubon.*

Pannonia.] Pannones robore ac viribus clari, ex iisque nonnulli inter Imperatores Romanos fortisſimi quidem prodiere, ut Aurelianus, Probus, anteque illos Claudius, qui e Dalmatia quidem, ſed ea ipſa olim in Pannonia, teſte *Plinio* lib. III. cap. 25. ideo *Pacato* cap. 33. dictum, *ingentium corporum durator Iſter*, qui Pannoniae fluvius eſt. PATAROL. infra Genethliac. 3. in fin. *Non enim in otioſa aliqua deliciisque corrupta parte terrarum nati inſtitutique eſtis, ſed in his provinciis, quas ad infatigabilem conſuetudinem laboris atque patientiae —— armis ſemper inſtructus limes exercet, in quibus omnis vita militia eſt.* *Priſcianus* Perieg. 313.

Huius ad auſtrales terras Gerraeque feroces,
Noriciique colunt bellaces Pannoniique.

qui locus docet, apud *Dionyſ.* Perieg. 321. pro Γέῤῥαι non emendandum eſſe Ῥαῖτοι, quod *Tanaquillo Fabro* videbatur Epiſt. I. 21. *Stephanus Byzant.* de Vrbib. Τέῤῥος τόπος, καὶ ποταμὸς προσεχὴς τῷ Βορυσθένει. apud *Solinum* Polyhiſt. 21. antea legebatur: *Pannonia vero fortis, ſolo plano laeta atque uber.* ſed *Salmaſius* dedit, *Pannonia ſolo plano uberique laeta*, quod variantes Codicis penes me probant: hunc locum neſcio utrum reſpexerit *Iſidorus* Orig. XIV. 4. de Pannonia: *regio vero fortis & ſolo laeta.* ita Cod. *Groninganus*, & antiqua *Petiti* editio; male *Gothofredus*, *fortis & ſolida*, utrum vero *Iſidorus*, corrupto *Solini* codice uſus, ſcripſit? *regio viro fortis.* De Pannoniis inſignis locus eſt *Velleii II.* 110. 4. *In omnibus Pannoniis non diſciplinae tantummodo, ſed linguae quoque notitia Romanae, plerisque etiam litterarum uſus, & familiaris animorum erat exercitatio, itaque, Hercules, nulla umquam natio tam mature conſilio belli bellum iunxit ac decreta patravit*, confer *Dionem Caſſium XLIX.* p. 413. quem locum erudite inluſtrat *Caſaubon.* ad *Sueton.* Aug. 21.

Divinam.] *Aurel. Victor* ignobili loco natum ait. *Aurelius*, inquit, *Maximianus cognomento Herculeus, ferus natura, ardens libidine, conſiliis ſtolidus, ortu agreſti Pannonioque; nam etiam haud longe Sirmio eminet locus palatio ibidem conſtructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria.* PVTEANVS.

Immortalibus.] Deeſt in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis. Scio, *facta* pro factis fortibus, & omni praedicatione dignis adhiberi. vid. *Paſſerat.* ad *Tibull.* p. 83. hoc Paneg. 14. 2. *veſtra illi facta demonſtrent.* *Eumen.* pro inſtaur. Schol. 10. 2. *principum facta celebrare.* *Lyſias* Orat. in Corinthior. ſocios. p. 27. λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τουτων ἔργοις. Sed cum non infrequens quoque ſit epitheton addere, nihil quidem hoc loco mutaverim. *Eumenius* Conſtant. 4. in fin. *cuius immortalia facta vivunt.* & *facta fortia*, *Mamertin.* Grat. act. II. init. *pulcerrima* Incertus Conſtantino 24.

Nominis.] *Nominis tui* Vet. LIVINEIVS. Vid. ſupra ad cap. 1. §. 3.

In Illa.] *in* abeſt in *Bertinienſ.* LIVINEIVS. In Pannonia enim quoque, ſicuti & in aliis provinciis Romanae legiones ſtationes habebant, tutandae regioni hoſtique repellendo, qui ex ea potiſſimum parte infenſiſſimus & in arma frequens. Legionum exercituumque Romanorum per provincias memoria extat in Nummis, quorum alter Coloniae Caeſareae

Au-

tutis, & armorum ſonitus tuis vagitibus obſtrepentes? Finguntur haec de
5 Ioue, ſed de te vera ſunt, Imperator. An tuas res geſtas enumerare conabor, quae te prima ſigna Imperatoriis auſpiciis inaugurarint, quae caſtra dominum habitura ſuſceperint, quae bella deduxerint, quae victoriae auxe-
6 rint? Ibo ſcilicet veſtigiis virtutis tuae colligendis per totum Iſtri limitem, perque omnem, qua tendit, Euphratem, & ripas peragrabo Rheni, & littus

Auguſtae (indicant liteae C. C. A.) legiones, alter Illyricianum exercitum indicat. Primus nummus Tiberii eſt, alter Traiani Decii. PATAROL. *In* ignorat *Guelf.* & excerpta *Voſſii.* Codices in delenda praepoſitione ſecutus ſum. *Eumenius* pro inſtaur. Schol. 18. 4. *toto Rheni, & Iſtri, & Euphratis limite.* & ita per *limitem* intelligit Danubium *Pacatus* Paneg. 32. 3.

Obſtrepentes.] Vt olim Iupiter in monte Ida inter Corybantum ſonitus, tumultusque educatus eſt, ſic *Mamertinus* ait Maximianum in Pannonia, quae, Romani imperii limes, erat perpetua belli ſedes, inter armorum fragorem adoleviſſe. De Corybantum fabula *Virgil.* Georg. IV. 151. & alii paſſim Poetae. BAVNE. *Minucius Felix* cap. 21. n. 10. *Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur.* Ludicra haec cum armorum ſonitu comparantur. CELLARIVS. Nota fabula de Curetibus, Iovi puerulo aere obſtrepentibus, ne Saturno patri ipſum ad necem quaerenti vagitibus ſe proderet. Vide *Apollod.* lib. I. init. PATATOL. *Sonitus tui* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & prima editione *Rivinus*, ſed illud quidem nihili eſt. apud *Aelianum* Var. Hiſt. III. 18. Silenus refert homines eſſe, qui γίνονται μεθ' ὅπλων *naſcuntur in armis*, deterius alii vertunt *ſunt in armis.* Non male haec *Claudiani* comparavit *Barthius IV.* Conſ. Honor. 152.

Sentit adorantes Galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis.

Deduxerat.] *Diduxerat Bertin.* LIVINEIVS. Rectius alterum. Genethl. 2. §. 4. *quae vos tantis diſcurſibus toto, quem regitis, orbe deducit:* qui locus tueri poteſt *orbe deducto*, quod pro *deducto* ex Cod. *Traiectino* eruit apud *Senecam* Herc. Fur. 281. Pater meus ad *Plinii* Paneg. 66. 1. de permutatione hac late *Drakenb.* ad *Liv. XXI.* 55. 5.

Colligendis.] Simplex aptius, *legendis.* ACIDALIVS. Quia imperium Romani fluminibus magnis terminaverunt, Rheno, Daunbio, Euphrate; ſed Danubio maxime, quem ab Aureliani temporibus nunquam ſunt transgreſſi, neque ante Traianum. Vide *Sex. Rufi* cap. 8. & noſtrum infra cap. 7. CELLARIVS. Quo indicantur Germania, Pannonia, Thracia, ubi Maximianus plures victorias retulit. *Eutrop.* lib. IX. de Iſtro plura Genethliac. cap. 16. PATAROL.

Euphratem.] Vbi adverſus Perſas ad Syriam, Romani imperii tum temporis provinciam, tutandam decertavit. De Euphrate Meſopotamiae fluvio vide cap. 7. Genethliac. cap. 3. BAVNE. Locus hic interpretatione adiuvandus eſt, quem nimis laxe accepit *Patarolus.* Ab imperii initiis, hoc usque tempus, in Oriente & ad Euphratem nihil egit Maximianus, qui Occidentem curabat pacandum, Orientem Diocletianus, infra cap. 7. §. 5. Genethl. 4. §. 2. & ſic dona Perſica Diocletianus, Germanica Maximianus oſtendiſſe dicitur, infr. 9. §. 2. cap. 10. §. 6. *Spanhemius* itaque ad *Iuliani* Caeſares p. 56. & *Cuperus* in Epiſt. ad *P. Voetium* p. 12. haec accipiunt de rebus ante imperium a Maximiano, ſub imperatore Caro, contra Perſas geſtis de quibus Vopiſcus in Caro. cap. 8. Verius, ni fallor, *Noriſius* de Numiſm. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. ex eo more haec exponit, quo victoriarum inter ſe titulos communicabant Imperatores, uti Maximianus in lapidibus PERSICVS dicitur eo tempore, quo nondum adverſus Perſas erat profectus. Sic hoc loco *Mamertinus* ei tribuere potuit, quod ad Diocletianum pertinebat: haud aliter in Genethl. cap. 6. §. 6. *Vobis Rhenus, & Iſter, & Nilus—— tam facili ſunt aequanimitate communia.* Clarius cap. 7. §. 3. *Dividere inter vos Dei immortales ſua beneficia non poſſunt. Quidquid alterutri praeſtatur, amborum eſt.* De Maximiano Imperatore ſaltem, contra Perſas bellante, intelligi hic quidem locus nequit; demum enim poſt hanc orationem anno CCXCVI. eo profectus eſt, cum Diocletianus, Achilleum in Aegypto debellaturus, provinciam daret Maximiano, ut in Meſopotamiam progreſſus Perſas arceret, a quibus tamen Carras inter & Callinicum pulſus, & ad Diocletianum reverſus, ſuperbe ab eo exceptus eſt; comparato tamen iterum exercitu, Narſeum vicit, & in ultimas regni ſolitudines compulit. *Lactant.* Mort. Perſ. 9. §. 6. Ante hanc victoriam ſemel tantum, an ter infeliciter pugnaverit,

tus Oceani? Sed qui velit omnia iſta complecti, ſecula ſibi optare debet, & innumerabiles annos, &, quantam tu mereris, aetatem.

Cap. III. Faciam igitur, compendio orationis meae, ſed damno voluntatis, quod huic tempori maxime congruit: omittam cetera, ut potiſſimum illud arripiam, (quod multis fortaſſe mirum videbitur, & tamen re ipſa veriſſimum eſt) te, cum ad reſtituendam rempublicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris inuo-

rit, ſub iudice lis eſt. Poſterius adfirmat *Oroſius VII.* 25. quem vera ſcripſiſſe putat *Verheikius* ad *Eutropium IX.* 24. Potius *Valeſio* adſentior ad *Ammian. Marcell. XIV.* 11. *Oroſium* erraſſe, ex male intellecto, aut forte corrupto *Eutropii* loco, de cuius vera lectione nondum res eſt expedita, abeuntibus in diverſa MSS. ſane non alius Hiſtoricorum tria memorat proelia, & in Chronicis ita haec narrantur, ut unum tantum inde proelium conficias, quo tendunt haec etiam Metaphraſtae: τὸ μὲν πρῶτον, ἐναντίαν ἔσχε τὴν ἔκβασιν. *Oudendorpii* in *Eutropii* loco coniectura *et* vel *at ſcaevum* huius auctoris ſtilo parum convenit.

Oceani.] Intelligit fortaſſe Britanniam, cuius tamen tyrannum, ut ſupra diximus, non ſubegit. PATAROL. De ſubigendo in Britannia Carauſio, rebusque illic geſtis non cogitare potuit Orator. intelligo tantum arma primo tempore adverſus eum feliciter mota in Batavia, quo pertinet locus cap. II. in fine: *Veſtrae felicitatis eſt, Imperator, quod iam milites veſtri ad Oceanum pervenere victoria, iam caeſorum in illo litore hoſtium ſanguinem reciproci fluctus ſorbuerunt*, licet deinde a militibus, in re maritima novis, parum proſpere pugnatum ſit, de quo exponit *Eumenius* Conſtantio cap: 12. & 13.

Iſta.] Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS.

Compendium orationi.] Vet. *compendio orationis.* PVTEANVS. *Compendio* Vet. *Cuſpin. Bertin. Compendio quidem, Cuſpin. Orationis*, *Bertiniens.* LIVINEIVS. Olim locus hic admodum mendoſus fuit evulgatus. Eum ſic prodidit *Cuſpinianus*, *Faciam igitur compendio quidem orationi meae, ſed damno voluntatis. Quod huic tempori maxime congruit, omittam, cetera & potiſſimum illud arripiam*, &c. *Rhenanus*, *Livineius* & uterque *Stephanus* quodammodo corruptius. *Faciam igitur compendium orationi meae, ſed damno voluntatis* &c. *Acidalius* verba iſta turbata ratus, in hunc ordinem redigere conatus eſt, —— *voluntatis. Omittam cetera: quod huic tempori maxime congruit, & potiſſimum illud arripiam, quod multis* &c. Sed veriorem lectionem primus reſtituit *Gruterus;* quam nunc & integra ſcriptura, & interpunctione opportuna iuvat, confirmatque Codex noſter, nec minus uterque liber *Gudianus*, ita vero, ut in his tribus particula *quidem* omittatur, quae & abeſſe poteſt, atque ante vocem *potiſſimum* loco copulae *et* coniunctio cauſſalis *ut* ponatur. SCHWARZIVS. *Rivinus* retinuit *compendium orationis*, alterum rectius eſt, ſeſe orationem lucrari, & brevitate uti poſſe, ſed citra voluntatem. *Orationis operam compendii facere* ſimili modo exponit *Taubman.* apud *Plautum* Moſtell. I. 1. 57. ſic *quaeſtum* & *compendium* iungit *Cicero* in Verr. II. 3. *compendium pacis*, *Eumen.* Gratiar. action. 4. 3. *exiguum compendium*, *Lactant.* de Ira 13. in fin. deinde *quidem* reieci, quod & ignorabant *Voſſii* excerpta, ante *ſed* paſſim id reticetur. *Phaedr. I.* 30. 7.

Eſt ſtatio ſeparata ac diverſum genus,
Sed pulſus regno

ubi *Burman.* & *Cortius* ad *Plin. III.* Ep. 4. 5.

Voluntatis.] Turbata haec: ſic forte reſtituenda: *voluntatis. Omittam cetera: quod huic tempori maxime congruit, potiſſimum illud arripiam, quod multis* &c. ACIDALIVS.

Congruit, omittam.] *Congruit: omittam cetera & potiſſimum*, ita libuit diſtinguere, ſuadente nexu ſententiae, aliter poſtrema editio, ſed perperam, meo quidem iudicio. GRVTERVS. Olim edebatur: *Faciam igitur compendium —— quod huic tempori maxime congruit, omittam:* verior eſt *Gruteri* interpunctio, ſed pro *et potiſſimum*, quod omnes habent, ex *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis reſcripſi, *ut potiſſimum*, quod & *Schwarzio* placuit ſuperiori obſervatione. Paſſim haec duo confundi, inferius videbimus.

Cognato.] Non ſanguinis affinitate, ſed imperii conſortio. PATAROL. Vide ad cap. 1. §. 5.

Numine.] Iove, Diocletianus enim Iovius dici volebat. PATAROL. Non eſt, ut cum *Guelf.* ſcribamus *nomine*, de qua ſollemni permutatione Vid. *Gothofr.* in Not. ad Cod. *Theodoſ.* Tom. I. p. 155. *Klotz* Miſcell. Crit. p. 9. inſr. Geneth. 2. 4. & quae dixi ad *Arator. II.* 698. apud *Iuvenc.* Hiſt. Euang. II. 223. ex *Cantabrig.* cuius excerpta poſſideo, legendum. *Illius ad nomen*, non *Numen*, reſpicit enim Euang. *Ioannis* 3. 18. εἰς τὸ ὄνομα. —— In ſequentibus forte imitatus eſt *Plinium*

inuocatus, plus tribuiſſe beneficii, quam acceperis. Neque enim ſpecie tenus ac
2 nomine, fortuna imperii conſideranda eſt. Trabeae veſtrae triumphales, & faſces conſulares, & ſellae curules, & haec obſequiorum ſtipatio & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum pul-

nium Paneg. 6. 3. ubi hunc quoque locum contulit Pater meus: *tempus, in quo liqueret, non tam accepiſſe te beneficium, quam dediſſe.*

Faſces.] Habes hic praecipua Imperatoriae & conſularis dignitatis ornamenta, trabeam, faſces, ſellam Curulem, ſtipatores, bis ſex radios, quibus caput cinctus rex Latinus deſcribitur Aeneid. XII. 163, qualesque in nonnullis numiſmatis, imprimis in Probi & Maximiani numo videntur. BAVNE. Duodecim lictores cum faſcibus, ex quo Senatus id Auguſto decreverit, Imperatoribus praeiviſſe docet *Valeſ.* ad *Ammian. XVI.* 10. — De trabea habet erudita *Albertus Rubenius* de re Veſtiar. I. 5. *regales trabeas* adpellant Imperatores in L. 4. Cod. *Theod.* Ne quid publ. laetit. nuncii, ubi *Gothofr.* & ad L. 33. de Petit. & ultro dat.

Obſequiorum] Clientum & venerantium ſtipatio ac comitatus. Adde infra cap. II. n. 4. CELLARIVS.

Fulgur.] *Fulgor* Vet. *Bertiniens.* LIVINEIVS. Edidit *fulgur* quoque *Paull. Stephanus*, & ita ſaepius Codd. variant, obſervante *Oudendorpio* ad *Sueton.* Aug. 29. ſed *fulgor*, quod conſtanter hic MSS. tuentur, & meliores editiones, magis probo. *Vell. Paterc. II.* 50. 4. *ipſius adventus vigore ac fulgore occupatus*, ubi nulla neceſſitate, *vigore haud ſecus ac fulgure* emendabat audacior *Criſius* Prob. Crit. p. 119.

Divinum verticem.] Στέμμα & coronamentum, meo animo, ſentit, quod in Imperatorum aliquot capitibus, atque ipſius adeo, quo de loquimur, radiatum nummi repraeſentant. LIVINEIVS. *Plinius* Paneg. cap. 52. *radiatum caput* dixit, ſignum divinitatis, quale in Imperatorum multis imaginibus obſervamus. CELLARIVS. Alludit ad radiatam coronam, qua Imperatorum capita cingi paſſim obſervamus in Nummis; ſeu ad aurum & gemmas, quibus eadem aliaeque ornatae viſuntur. PATAROL. Parum huc faciunt *Pataroli* gemmae, a quo vix diſſentit *Barthius* Adverſ. XI. 18. de diademate gemmato haec interpretatus. Diocletiani enim aevo id Imperatorum nondum fuit inſigne. Diadema ſibi inponere voluit Caligula, teſte *Sueton.* Calig. 22. in numis Tarſenſium Antoninus Caracalla ita quidem conſpicitur, ſed is id in Oriente fecit Parthorum regum inſtar, non Romae, atque ita Antoninus Elagabalus diademate gemmato uſus, at vero domi; unde haec exempla nihil iuvant ad Imperatorium inſigne inde probandum. vid. *Spanhem.* V. N. Diſſ. XII. p. 389. Aurelianum hoc feciſſe primum tradit *Aurel. Victor.* Epit. 35. 5. ſed cum *Cedrenus* teſtetur, coronam gemmatam primum a Conſtantino M. adhibitam fuiſſe, *Victorem* potius erraſſe Patri meo adſentior, quam ut cum *Valeſio* ad *Ammian. Marcell. XXI.* 1. deſtinguam, Aurelianum id primum feciſſe diebus ſollemnioribus, Conſtantinum ſemper; aut cum *Paſchalio* de Coron. IX. 13. ſtatuam, Conſtantinum in eo fuiſſe Aurelianum imitatum, confer *Cuperum* ad *Lactant.* M. p. 19. Coronam gemmatam primum a Conſtantino adhibitam, atque ex eius tempore demum inſigne Imperatorum Rom. fuiſſe, iure docet *Spanhem.* V. N. Diſſ. XII. p. 389. & *Iobertus* Notit. Num. p. 199. gemmatum, ſi lubet, Conſtantinum vide in Numis Ducis Arſchotani, Tab. LXVI. num. 1. Hoc inſigni Conſtantinum putat uſum *Valeſius* religionis cauſſa, quia crucis Chriſti clavus id connectebat, ſed in illo Conſtantini numo, neque in duobus Iuliani apud *Spanhemium*, nulla quidem crucis imago, in ſequentibus vero Impp. frequens: potuit tamen *Valeſii* ratio vera eſſe, quia crucem gemmis his innexam fuiſſe auctoritate *Hieronymi* docet *Cannegieterus* Biblioth. Hagan. Cl. IV. p. 444. recte hinc demonſtrans, coronam radiatam, Valenti in numo tributam, ad eum non pertinere. Adparet hinc, *Mamertini* locum de corona gemmata exponi non poſſe, ubi de Maximiano agit, ſed tantum de corona radiata, de qua eum recte accepit *Barthius*, parum ſibi conſtans, ad *Claudian.* Stilicon. IV. 158. & alios eum inſcite de diademate accipere, quod ipſum tamen in Adverſariis feciſſe vidimus, ſcribit ad *Claudian.* Conſul. Honor. IV. 199. Vti autem radii XII. regum erat geſtamen, quod ex *Virgilio* Aen. XII. 163. conſtat, ſic idem ad coronam radiatam tranſlatum, quae tamen in Auguſto divinitatis magis & conſecrationis erat inſigne, hinc ei poſt mortem tantum data eſt, erudita eſt obſervatio *Schwarzii* ad *Plinii* Paneg. 52. 1. *Florum*, Caeſari vivo diſtinctam radiis coronam adſcribentem lib. IV. 2. 91. erraſſe ſtatuit *Dukerus:* videantur tamen *Schegt.* ad *Velleium. II.* 58. 5. & *Graevium* ad *Ciceron.* Philipp. II. 34. Auguſto poſt mortem datam fuiſſe, patet ex Ducis Arſchotani Numiſm. Tab. XVI. num. 17. & 22. ubi ſtellae ad-

pulcerrima quidem & auguſtisſima: ſed longe illa maiora ſunt, quae tu, impartito tibi imperio, vice gratiae retuliſti; admittere in animum tantae reipublicae curam, & 3

E to-

adpoſitae, & adpellatio *Divi*, & *conſecratio*. Tales numi retinere potuiſſent Virum eruditum, in Actis Litterariis a *Schirachio* continuatis, Vol. VII. p. 271. ſcribentem, non probabile eſſe, numos, in quibus *Divi* adpellatio, poſt mortem fuiſſe cuſos, aut Principum mortuorum nomina numis inſcripta. Primus autem corona radiata vivus Nero uſus eſt, ex quo tempore alii, eum ſecuti, hanc non amplius habuerunt divinitatis inſigne, ſed faſtigii & dignitatis, qua effulgebant Imperatores ad huc vivi. Si quid tunc ſancti fuerit eidem tributum, tantum id ex adulatione factum, uti hic *divinum verticem Mamertinus* memorat, quatenus Imperatores Dis ſimiles dicebant, & ſupra humanum faſtigium evectos. Coronae itaque huic divinitatis quidem ſignum adſcribere potuerunt adulatores, quae tamen in ipſo Imperatore non niſi ſummae erat dignitatis indicium, quo & eam hoc loco retulerim, non vero ad dignitatem Conſularem, quod opinatus videtur *Morellus* Specim. rei numar. p. 83. male hinc poſt Neronem corona radiata habetur a quibusdam Imperatoris, in Deos relati, indicium; conſecrationis poſt Neronem potius in numis ſignum eſt, ſi omne capitis ornamentum fuerit amotum, quod docet *Vignolius* de Columm. Anton. Pii cap. 8. a *Schwarzio* ad *Plinium* iam citatus. Idem vero recte cum hac corona contulit *nimbum*, qui ſplendor eſt circa Deorum capita: vocem hanc *Auſonio* quidam reddere ſunt conati, vide Omiſſa ad eumd. p. 799. ex quo more Chriſtianos Servatoris optimi, Apoſtolorum, Mariae, aliorumque capita nimbo circumdediſſe obſervat *Cerda* ad *Virgil.* Aeneid. XII. 163. *Taubman.* ad eumd. III. 151. & late *Raynaudus* de Pileo Sect. 18. *Solerius* de Pileo p. 578. de tali nimbo hunc *Mamertini* locum accepit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 52. 2. & *Tollius* ad *Auſon.* p. 799. ſed de corona radiata magis eſt, ut accipiam cum *Steph. le Moyne* in Epiſtola de Melanophoris, poſt *Cuperi* Harpocr. p. 272. & *Cannegietero* Biblioth. Hagan. Cl. IV. p. 441. aurum enim fulgens, ex quo corona conſtabat, lucem praebebat Solis inſtar, radiis adpoſitis XII. vel minoribus, de quo copioſe *Paſchalius* de Coron. IX. 16.

Merae gratiae.] Omnes veteres Codd. habent, *impertito tibi imperio vice gratiae retuliſti:* ex quo lege, *vice grata*, PVTEANVS. *Vice gratiae* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Vice gratiae*, ita reſtitui ex *Viennenſi* & *Bertinienſi* Codicibus, atque ita legitur in editione *Lugdunenſi*. In aliis editionibus eſt, *merae gratiae*. Legerem lubens *vice grata*, ſi accederet alicuius codicis auctoritas. BAVNE. *Vice gratiae*; proba haec lectio, quam iam *Sconhovius* in variis lectionibus, & *Livineius* in margine, ex ſuo & *Bertinenſi* Codicibus, annotarunt; nec minus *Cuſpinianus*, & ex editione quadam *Lugdunenſi Iacob. de la Baune*, itemque *Cellarius* evulgarunt. Ceteri editores habent, *merae gratiae retuliſti: Cl. Puteanus* teſtatus eſt, ſe in Codicibus veteribus reperiſſe, *vice gratiae;* maluit tamen legere *vice grata*, cui coniecturae ſuccurrere poſſet liber alter *Gudianus*, ubi extat *vice grá*, i. e. vice grata. Primus liber *Gudianus*, et noſter codex habent, *vice gratia*. Non prorſus improbamus coniecturam *Puteani:* attamen ea loquendi ratio magis Poëtica videtur, uti *Lucanus* libr. IX. v. 998. cecinit.

Reſtituam populos: grata vice moenia reddent.
Auſoniae Phrygibus: Romanaque Pergama ſurgent.

quin & ambigua formula videtur, nam *Horatio grata vice* dicitur pro grata viciſſitudine, lib. I. Od. 4. 1.

Solvitur acris hiems, grata vice veris & Favoni.

ac neſcio, cur non lectionem tot libris probatam retinere velimus? Eſt enim *vice gratiae* idem ac loco gratiae, prout V. G. *Terentius* Andr. I. 5. 57. dixit, *fratris loco diligere*. Si quid mutandum videretur, reſcribendum potius putaremus, *vicis gratia*, i. e. grati animi declarandi cauſſa. Nam *vicem reddere*, vel *referre* idem eſt ac gratiam referre. Sic *Plinius* loquitur, lib. II. Ep. 9. *reddam vicem, ſi repoſces*. SCHWARZIVS. Quem Codicem *Baunius* adpellet *Viennenſem*, ignoro; forte *Livineii* veterem intelligit. Ipſe autem primus *vice* recepit, eumque ſecutus eſt *Cellarius*. Priſcam lectionem *merae gratiae* revocavit *Patarolus*, ſed iniuria. *vice* etiam tuentur *Voſſii* excerpta, id eſt, loco gratiae, ut *vice lavacri* apud *Apuleium* Metam. IV. p. 66. ubi poſteriorem male vocem omittunt excerpta Codicis penes me. & *vice ſtructi parietis* ibid. p. 67. ſic *vice ſacra iudicare* eſt loco Caeſaris, de quo *Burmannus Secundus* ad Anthol. Tom. I. p. 324. cuius & Patruum confer ad *Sueton.* Galb. 6. *ad vicem* ſimili ratione exponit Erneſti Clav. *Ciceron.* V. *Vicem*, & *Vorſtius* ad *Sulpic. Sever.* Hiſt. Sacr. I. 53. 3.

Obli-

totius orbis fata ſuſcipere, &, oblitum quodammodo ſui, gentibus vivere: & in tam arduo humanarum rerum ſtare faſtigio, ex quo veluti terras omnes & maria deſpicias, viciſſimque oculis ac mente colluſtres, ubi ſit certa ſerenitas, ubi dubia tempeſtas, qui iuſtitiam veſtram iudices aemulentur, qui virtutis veſtrae gloriam
4 duces ſervent; accipere innumerabiles undique nuncios, totidem mandata dimittere; de tot urbibus & nationibus & provinciis cogitare; noctes omnes diesque perpeti ſollicitudine pro omnium ſalute tranſigere.

Cap. IV.

Oblitum.] *Cicero* de Offic. I. 25. hoc Platonis praeceptum memorat de iis, qui Reip. ſunt praefuturi: *uti utilitatem civium ſic tueantur, ut quaecumque agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum.* Non illic *Mamertini* inmemor eſt *Graevius.*

Deſpicias.] An *proſpicias?* id eſt, e longinquo, ex alto videas. *Drakenb.* ad *Livium XXII.* 6. 8. *Scheffer.* ad *Phaed. I.* 17. 8. *Marckland* ad *Statii* Silv. II. 2. 45. *Burman.* ad Antholog. Tom. I. p. 706. infra Genethliac. 12. 1. *e ſpeculis ſuorum montium proſpicere. Eumenius* Conſtantino 7. 2. Incertus Maxim. 14. 1. atque ita nonnumquam a *deſpicere* differt. Acta Lipſ. 1761. p. 153. Potius tamen coniectura abſtinuerim. Incertus Conſtantino 26. 1. *ex altiore naturae arce deſpicias. Mamertinus* Iulian. 10. 1. *in idem illud editum reponatur ac deſpiciat.* cap. 28. 5. *Deum — cum deſpiciat in terras.* conf. Patrem meum ad *Victor.* Inluſtr. 7. 4. *Burman.* ad *Velleium* II. 14. 3. *Oudend.* ad *Sueton.* Neron. 19. — De comparatione Maximiani cum Iove agit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 80. in fine.

Perpeti ſollicite.] Vet. *ſollicitudine.* PVTEANVS. *Perpeti ſollicitudine* ſcriptum exiſtimo pro perpetua. PET. FABER. *Sollicitudine* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Aut *perpetim* lege, aut *perpeti ſollicitudine.* Sic *Mamertin.* Genethliac. Maxim. Aug. *Praepeti cura quamvis compoſitum gubernet imperium,* nam & hic *perpeti*, id eſt perpetua emendamus. ACIDALIVS. Id eſt, perpetua. *Plaut.* in Amphitr. *Ibi coenavi, atque ibi quievi in navi nocte perpeti.* BAVNE. Nihil in hoc loco deprehendimus, quod mutandum cenſeamus, ſed id tantum agimus, ut eius lectionem confirmemus. Olim enim *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, uterque *Stephanus*, & *Livineius* publicarunt, *noctes omnes diesque perpeti, ſolicite pro omnium* &c. *Acidalius* coniecerat aut *perpetim* legendum eſſe, quod & *Sconhovius* annotarat, aut *perpeti ſolicitudine.* Et hanc poſteriorem lectionem iam in ſuo & *Bertinienſi* Codice repererant *Livineius* & *Puteanus*; eamque evulgarunt *Gruterus*, & recentiores. Quam nunc manifeſta ſcriptura Codicis noſtri, ſimiliterque libri alterius *Gudiani* comprobat. *Perpes* vero eſt perpetuus, iugis, V. G. apud *Plautum* Trucul. II. 2. 23. *noctem in ſtramentis pernoctare perpetem*, & ipſe *Mamertinus* in Genethl. cap. 3. *perpeti cura gubernat imperium.* SCHWARZIVS. *Feſtus* in V. *Perpetem pro perpetuo dixerunt Poetae. Pacuvius in Iliona: fac, ut coepiſti, hanc operam mihi des perpetem. Iuſtinus* V. 7. 6. *perpeti nocte*, qui locus a *Graevio*, aliisque iure adhibitus firmandae apud eumdem vulgatae, lib. XII. 16. 5. *aquilae tota die perpetes ſupra culmen domus — ſederunt*, ubi *perpedes*, quod in *Bongarſiano* eſt, inveni quoque in altero *Franequerano*, *praepetes* autem in duobus *D'Orvillii*, quos a *Wopkenſio* collatos habeo. L. 2. Cod. *Theodoſ.* Si cert. pet. de Suffrag. *contractus habebit perpetem firmitatem.* in Cod. *Iuſtinianeo* L. unic. de Suffrag. illic eſt *perpetuam*, ſed prius iure placuit in Notis *Gothofredo. Prudentius* Hymn. IX. 42.

cruore qui fluebat perpeti.

alii *perpetim*, quod iure damnat *Spiegelius. Annus perpes*, *Lactant.* Mort. Perſ. 33. ubi *Columbus*; *Iuvencus* Hiſt. Euang. II. 513.

gaudebit perpete vita

lib. III. 511.

Iſtaec ſemper mihi perpete cura
Obſervata reor.

adde *Pricaeum* ad *Apul.* Metam. II. p. 112. *Fabric.* ad Poet. Chriſtian. p. 102. *Davieſ.* ad *Minuc. Fel.* Octav. 11. — *Sollicitudine*, quod *Gruterus* primum iure recepit, placuit quoque *Rivino*, in ſecunda editione, dum in prima *ſollicite* retinuit. Si emendatiorem illa *Pauli Stephani* editionem in Panegyricis adhibuiſſet Erudituſſ. *de Rooy* in Spicil. Critic. p. 48. emendationem *ſollicitudine* premere potuiſſet.

Su-

Cap. IV. Haec omnia cum a Fratre optimo oblata ſuſceperis, tu feciſti forti-
ter, ille ſapienter. Neque enim, cum reipublicae navem ſecundus a puppi flatus 2
impelleret, ſalutarem manum gubernaculis addidiſti: ſed cum ad reſtituendam eam
poſt priorum temporum labem divinum modo, ac ne id quidem unicum,

 ſuſ-

Suſceperis.] Seu quarto, ſeu ſecundo imperii, ut vult *Euſebius* in Chron. & *Zonaras*: ἐν δέ τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, τῶν τῆς ἀρχῆς πραγμάτων ἀντεποιήσατο, καὶ τῆς τούτων ἥψατο διοικήσεως, ἀπιδὼν δὲ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ὑπέρογκον, κοίνωνὸν αὐτῆς προσλαμβάνεται, κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς ἡγεμονίας, ἤ καθ' ἑτέρους κατὰ τὸ δεύτερον Μαξιμιανον τὸν Ἑρκούλιον. PVTEANVS.

Inpleret.] *Impelleret* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Impleret* recte, ſed rectius hoc de velis, quam ipſa navi. de hac potius *impelleret*, quod vide ne reponendum. ACIDALIVS. *Impleret* legebatur ante *Gruterum*, poſt quem in prima editione id male retinuit *Rivinus*. *Inpelleret* recte Codd. & *Schonhovii* excerpta; parum emendata editione uſus ita quoque ex ingenio *de Rooy* Spicil. Crit. p. 48. recte in id proferens *Virgil.* Aeneid. V. 241. & *Ovidium* Metam. XV. 697. adde *Senecam* Agam. 431.

Hinc aura primo lenis inpellit rates.

Boetius Conſol. Philoſ. II. Proſ. 1. *ſed quo flatus inpelleret*, ita melius excerpta Cod. penes me, non *inpellerent*. *Homerus* Odyſſ. H. 277.

ἐπέλασσε φέρων ἄνεμος.

Apollon. Rhodius Argon. I. 953.

Ἐνθ' ἀργὼ προὔτυψεν ἐπειγομένη ἀνέμοισι.

ſimilis librorum eſt varietas in Genethl. cap. 3. 4. quem ex Codice ſuo locum iam emendabat *Livineius* in Epiſt. ad *Lipſium*, Tom. I. Syll. *Burmannianae* p. 639. Ceterum ventus a puppi *ſecundus* eleganter dicitur, quae notio, ab ἕκω derivata, eadem eſt atque in *ſequendus*, a quo origine ſua *ſecundus* nihil differt. Graecis ille ventus venire dicitur ὄπισθεν, πρυμνήθεν. *Homerus* Odyſſ. Λ. 6.

Κατόπισθε νεὼς κυανοπρώροιο
Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον.

Apollon. Rhod. IV. 910.

Νῆα δ' ὁμοῦ ζέφυρός τε καὶ ἠχῆεν φέρε κῦμα
Πρυμνόθεν ὀρνύμενον.

contra Latinis eſt *ventus a vertice*. *Drakenb.* ad *Silium.* XVII. 256.

Labem.] Motus ruſticos intelligit, de quibus infra, *cum militaris habitus ignari agricolae appetiverunt*, &c. *Bagaudae* fere ſcriptoribus dicuntur, Βακαῦδαι *Paeanio*, qui *Eutropianum* Hiſtoriae Romanae breviarium Graece expreſſit. Addit, ὄνομα δ' ἐςὶ τοῦτο τυράννους δηλοῦν ἐπιχωρίους. *Bargandas* appellare *Salvianus* videtur V. de Provident. Dei. Hi, ducibus Amando & Aeliano (Aemilianum Paeanius vocat) intolerandis Carini Caeſaris iniuriis irritati Galliam fere omnem ferro ignique vexarunt. *Eutropius* alii. LIVINEIVS. Hic locus iuvare *Baunium* poſſet apud *Eumen.* pro inſtaur. Schol. 18. 1. emendantem, *quae priorum temporum labe conciderant.* Sed ibi nihil opus eſt. De Bagaudis, quos hic intelligit cum Perſis vide ad *Eumen.* d. l. cap. 4.

Quid eſt unicum.] Legendum *quidem* RHENANVS. Vet. *quidem* PVTEANVS. Cum praeter te in ſocietatem imperii aſſumptum duo Caeſares, nempe Galerius Armentarius & Conſtantius Chlorus fuere ad pacandum imperium adoptati: BAVNE. Ante *Livineium* edebatur, *ac ne id quid eſt*, quod male in prima editione retinuit *Rivinus*, in ſecunda dedit non melius, *ac ne quid eſt*. Excerpta *Schonhovii* habent *ac ne id quod unicum*. Sed in *Guelf.* *quidem* legitur. Caeſares, Conſtantium & Galerium, hic intelligi, nemo facile *Baunio* conceſſerit, qui res hac aetate geſtas conſuluerit. Caeſares illi ſunt facti Kal. Martiis anno CCXCII. quo Orationem hanc fuiſſe dictam ſupra ſcripſit *Baunius*, ſed veriora docui ad cap. 1. Per *unicum*, quod non ſufficiebat, *auxilium* tantum intelligit *Mamertinus* Diocletianum. Is enim *poſt temporum labem*, id eſt, Bagaudarum ſeditionem Maximianum fecit Auguſtum, hinc ſupra cap. 3. §. 1. *cum ad reſtituendam Remp. a cognato tibi Diocletiani numine fueris invocatus*, factum vero illud eſſe Nicodemiae in hibernis, ex L. 6. C. de Fide inſtrum. colligit *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. Solus autem iuvandae Reip. non ſufficiebat Diocletianus, hoſtibus imperium graviſſime infeſtantibus inpar. *Eutropius* IX. 22. *Cum per omnem orbem terrarum res turbatae eſſent, Carauſius in Britanniis rebellaret, Achilleus in Aegypto, Africam Quinquegentiani infeſtarent, Narſeus Orienti bellum inferret, Diocletianus Ma-*
xi-

ſufficeret auxilium, praecipitanti Romano nomini iuxta Principem ſu-

ximianum Herculium ex Caeſare fecit Auguſtum, Conſtantium & Maximianum Caeſares. Paria *Oroſius* Hiſtor. VII. 25. uterque tamen parum adcurate. Carauſius enim rebellare demum coepit, Maximiano iam Auguſto, ſaltem poſt Kalendas Apriles. Superiori enim anno operam adhuc egregiam Maximiano praeſtiterat in debellando Aeliano Amandoque. *Noriſius* quidem d. l. victoriam Maximiani de Aeliano refert ad annum CCLXXXVI. ſed iniuria; dicitur enim adverſus eum pugnaſſe Maximianus *Caeſar*, apud Oroſ. VII. 25. vide & quae dixi ad initium huius Panegyrici. Ob Carauſium itaque, nondum hoſtem, Auguſtus legi non potuit Maximianus, neque etiam ob Quinquegentianorum & Achillei ſeditiones, ab *Eutropio* & *Oroſio* additas. Eae enim ſerius contigerunt, atque ob periculum inde metuendum lecti Caeſares, Conſtantius & Galerius anno CCXCII. vid. *Euſebius* in Chronico, *Victor* Caeſar. 39. 22. & *Spanhem.* ad *Iuliani* Caeſar. p. 56. Sola, qua Auguſtus fuit factus Maximianus, ratio mihi in bello Perſico quaerenda videtur, ut in Occidente imperio proſpiceret, quia Diocletianum Nicomedia in Orientem evocabant res contra Perſas gerendae, quorum tamen regem *Eutropius* & *Oroſius* male *Narſeum* adpellant, ut inferius demonſtrabo. Alterum utriusque Scriptoris errorem, quo eodem tempore Conſtantium & Galerium Maximianum Caeſares creatos adfirmant, caſtigarunt iam *Baluzius* ad *Lactant.* Mort. Perſ. 8. & *Noriſ.* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 2. Vti autem Maximianum Kal. April. Auguſtum eſſe factum conſtat, ita de anno diſſentiunt. ad CCLXXXVI quidam referunt ob locum Incerti Paneg. Maxim. 8: *Te rurſus viceſimo anno Imperatorem, octavo Conſulem.* & cap. 11. *curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidiſti.* Octavus Maximiani Conſulatus incidit in annum CCCIV. cui ſi conveniat annus imperii viceſimus, concludunt eo, quem dixi, anno legi debuiſſe: pluribus confer *Baluzium* ad *Lactant* Mort. Perſ. p. 18. quem *Spanhemius* ſequitur ad *Iulian.* p. 54. Sed ſi Auctoris incerti locus ita ſtricte ſit accipiendus, lectus fuiſſet Auguſtus A. CCLXXXIV. Amplector potius ſententiam *Noriſii* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 2. & 3. ad Kal. Apriles anni CCLXXXVI. id referentis, & Auctoris incerti locum ita exponentis, Maximianum vicennalia, anno CCCVI. celebranda, biennio anticipaſſe, quia Diocletianus ea tum celebrabat. Sed quid? ſi Auctor ille viceſimum imperii annum numeraverit ex eo, quo Caeſar factus eſt Maximianus, qui annus fuit CCLXXXIV. & id quidem malim. Interim Auguſti in Maximiano dignitatem non ab alio anno repetendam eſſe docet inſcriptio apud *Smetium* p. CXLV. 7. aliosque memorata, & poſita Diocletiano TRIB. POT. X. Maximiano TRIB. POT. IIX. IMP. VIII. imperium itaque Maximiani Diocletianeo fuit biennio ſerius; conveniunt enim in eo Tribuniciae poteſtatis anni & imperii; quia haec poteſtas una cum imperio ipſi data eſt, obſervante *Pagio* Diſſert. Hypat. p. 160. quod in aliis Impp. nonnumquam aliter obtinere oſtendit *Spanhem.* V. N. Diſſ. XII. p. 426. Corruptae hinc ſunt vel a librariis, vel ipſo Triboniano omnes Legum in Codice inſcriptiones, quae ante Kal. April. CCLXXXVI. *Diocletiani & Maximiani AA* nomen praeferunt. Sic anno CCLXXXV. menſe Ianuario ita inſcribitur L. 2. Si quis aliq. teſt. proh. Auguſto, L. 3. Quib. ex cauſ. maior. Septembri, L. 10. ad Leg. Corn. de Falſ. Novembri, L. 3. & 4. de Decurion. L. I. Si adv. donat. L. 4. Quib. ex cauſ. maior. L. 8. & 9. de Praed. & al. reb. min. L. 6. de Teſtam. Decembri, L. 7. de Hered. inſtit. ſimiliter anno CCLXXXVI. menſe Ianuario, L. 2. Ne fil. pro patr. L. 6. de Fide inſtrum. L. 3. Qui adm. ad bon. poſſ. Februario, L. 16. de Pact. L. 4. & 5. de Inoffic. donat. L. 2. Quib. non obiic. long. temp. praes. L. 6. de Remiſſ. pign. L. 6. de Donat. L. 6. de Gener. abolit. Omnes illae ſoli ſunt Diocletiana adſcribendae, in quibusdam id iam monuit *Baſnage* Annal. Tom. II. p. 450. & *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 3. Fruſtra *Spanhemius* & alii ex illis inſcriptionibus collegerunt, Maximianum numquam fuiſſe Caeſarem, de quo mox dicendum. Graviſſime erravit in Chronico *Caſſiodorus*, qui Auguſteam in Maximiano dignitatem refert ad Coſſ. Baſſum & Quinctianum, quorum Conſulatus pertinet ad annum CCLXXXIX.

Praecipitanti. Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *Statim igitur ut praecipitantem Remp. refrenaſti;* &c. *Nazarius* in Conſtantinum: *Cuius cum divina virtus, & eius miſericordia comes appendixque victoria urbem Romam non praecipitantem exceperit, ſed afflictam ac plane iacentem excitarit,* &c. ipſe *Cicero* pro P. Sextio: *Cum illi ſoli eſſent praeter furioſum illum Tribunum duo Reip. turbines, qui non modo praecipitanti patriae non ſubvenirent, ſed etiam nimium tarde concidere moererent.* pro C. Rabirio Poſtumo: *Satis eſt homines imprudentia lapſos non erigere, urgere vero iacentes, aut praecipitantes impellere certe eſt inhumanum.* *Plautus* Tri-

ſubiiſti: eadem ſcilicet auxilii opportunitate, qua tuus Hercules Iovem veſtrum, quondam Terrigenarum bello laborantem, magna victoriae parte iuvit, probavitque, non magis a Diis accepiſſe caelum, quam eisdem reddidiſſe. An non 3

Trinummo: *Qui in amorem praecipitavit peius perit quam ſi ſaxo ſaliat.* *Virgilius* Aeneid. II.

Et jam nox humida caelo
Praecipitat.

Statius Thebaid. IV.

Non aliter ſilvas humeris & utroque refringens
Pectore montano duplex Hylaeus ab antro
Praecipitat.

LIVINEIVS. Vid. *Drakenb.* ad *Livium. V.* 18. 7. & XXV. 11. 6. *Burman.* ad Antholog. Tom. II. p. 376. *Vechner.* Hellenol. lib. I. Part. I. cap. 6.

Subiiſti.] *Subiſti* Vet. LIVINEIVS. Recte *Baune* interpretatur, una cum principe ſubveniſti.

Victoriae parte.] Capio ab hac mente, quod in laudatione Herculis chorus qua iuvenum, qua ſenum apud Euandrum canunt Aeneid. VIII.

Nec te ullae facies, non terruit ipſe Typhoeus
Arduus, arma tenens.

Macrobius Saturnal. I. cap. 20. de Hercule: *Ipſe creditur et Gigantas interemiſſe, cum caelo propugnaret quaſi virtus Deorum.* LIVINEIVS. *Apollodorus* lib. I. 6. hanc fabulam ſcripſit, quam & *Horatius* tangit lib. II. Od. 12.

Domitosque Herculea manu
Telluris iuvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris.

CELLARIVS. Cum *Sigonius* lib. I. Hiſtor. de occidentali imper. p. 8. locum hunc ex *Mamertini* Panegyrico protulit, pro verbis *magna victoriae parte*, repoſuit *magnae victoriae pace;* ſed, ut opinor, perperam, aut certe codice ex hac parte vitiato uſus eſt. Vulgata lectio uti commodam affert ſententiam, ita omnium ceterorum librorum auctoritate adiuvatur. SCHWARZIVS.

Probavitque.] Vet. *ſe.* PVTEANVS. *Probavitque ſe, Cuſpin.* LIVINEIVS. Fortaſſe, *ſe non magis.* BAVNE. Poſt verbum *probavitque* pronomen *ſe* noſter Codex, & uterque liber *Gudianus*, itemque variae lectiones, a *Sconhovio* & *Puteano* collectae, habent; quod praeter *Cuſpinianum* in ceterorum omnium libris excuſis deſideratur. Non quidem neſcimus, pronomen hoc ſaepe iuxta verbum infinitum omitti, cuiusmodi exempla collegit *Cortius* ad Salluſt. Catil. cap. 31. 7. &, ne putes id omitti ſola librariorum culpa, habebis poetas huius ἐλλείψεως teſtes certiores, V. G. *Ovid.* II. Metam. 697.

Simulat Iove natus abire.

Idem lib. IV. v. 338.

Simulatque gradu diſcedere.

Nihilominus id pronomen, ſi in antiquis Codicibus reperio ſic poſitum, haud libenter dimitto. SCHWARZIVS. Pronomen illud *ſe* adeo frequenter nunc additur, nunc a Scriptoribus omittitur, ut non niſi optimorum Codd. fide de eo conſtitui queat. Dixi quaedam ad *Sedulium IV.* 80. & *Arator. II.* 538. quaedam iuris loca ex vetuſtis membranis hinc emaculavit *Stewechius* ad *Arnobium* adverſ. Gent. I. p. 56. apud *Salluſtium* Iugurth. 97. Cod. *Daventrienſis; ad caelum ſe ferre.* cap. 115. *ſe credere illum nihil auſurum.* cap. 117. *edocet, quae ſibi reſponderentur*, quod & in ſuis invenit *Cortius.* cap. 120. *quae imperarentur ſe facere:* idemque pronomen omiſſum Scriptores ſaepius corrupit. Unus utar *Martialis* loco XI. 40.

Et vix a ferulis abſtinet ira manum.

praefero, quod ex *Thuaneo* enotatum habeo, *a ferulis temperat ira tua*, ſupple *ſe. Heinſius* ex eiusdem Codicis veſtigiis emendabat, *temperat ira ſibi*, ad *Virgil.* Georg. I. 360. — Sequentibus *Mamertini* paria ſunt haec *Plinii* Paneg. 6. §. 4. *Ita filius ac parens, uno eodemque momento, rem maximam invicem praeſtitiſtis, ille tibi imperium dedit, tu illi reddidiſti.* — De Hercule in caelum recepto vide etiam Genethliac. 3. §. 6. & *Taylor.* ad *Lyſiae* Orat. p. 34. *Boëtius* Conſol. Philoſ. IV. in fin. de Hercule:

Pretiumque rurſus
Vltimi caelum meruit laboris.

ubi non probo *caelo*, quod in *Cantabrig.* ſeſe in-

illud malum ſimile monſtrorum biformium in hiſce terris fuit, quod tua, Caeſar, ne-

veniſſe teſtatur *Waſſeus* Indice ad *Salluſt.* V. *Nuda.* Vulgatum tuetur Antholog. Graeca IV. cap. 8. Epigr. 4.

Δέρκεο μυριόμοχθε τεοὺς Ἡράκλες ἀγῶνας
Οὓς τλὰς ἀθανάτων οἶκον Ὄλυμπον ἔβης.

emendo *Rutilium* Itiner. I. 75.

Aras Paeoniam meruit Medicina per artem,
Factus & Alcides nobilitate Deus.

Illud *nobilitate* turbas dedit eruditis, quod exponere ſunt conati *Oudendorp.* ad *Lucan. IV.* 521. Vir Clariſſ. in Obſerv. Miſcell. Vol. III. p. 563. & *Cannegieter* ad Avian. 24. vs. 2. putaverim legendum, *Alcides nobilis arte Deus.* Sollemni Poetarum more, ex ſuperiori verſu, repetitur *arte*, id eſt, virtute, ut apud *Horat. III.* Od. 3. 9.

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Eniſus arces adtigit igneas.

Scholiaſtes *Crucquii* exponit *animi virtute*, ſive τῇ Ἡρακλέους ἀρετῇ, quam memorat *Lyſias* Orat. in Corinthior. ſocios p. 36. *Cruſio* in Probab. Crit. p. 56. & Obſerv. Miſcell. Nov. Tom. ult. p. 377. emendanti, *Prodit & Alciden nobilis ara Deum*, haud dubie locus *Martialis* Spectac. I. vs. 4. neglectus fuiſſet, ſi egregiae *Barthii* coniecturae in *Martialis* loco fuiſſet memor, *Diſſimulet Delum.* vide ad *Statium* Theb. VI. 6. quam lectionem ex veſtigiis Cod. feliciter eruit *de Rooy* Spicil. p. 19.

Biformium.] Infra in Genethliac. Maximiani. PVTEANVS. Miror *Schwarzium*, mox non perſpicientem, quo potuerit *Mamertinus* modo Gigantes dicere *biformes*, ideoque *deformes* adpellari potuiſſe contendit. Sed quid, ſi haec acceperit eodem pacto, quo in Genethl. 3. §. 4. *praeter depulſos quondam caeli poſſeſſione Titanas, & mox biformium bella monſtrorum*, ubi & a quibusdam peccatum eſt, *deformium* ſubſtituentibus. Vereor, ut *Schwarzius* illic ſatis memor fuerit eorum, quae hic ſcripſerit. Hic eo magis dixit *biformium*, quia, ut recte vidit *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. intelligit agreſtium & latronum duces, Amandum et Aelianum, quem *Aulum Pomponium Aelianum*, diſtinctum a *Lucio Aeliano*, qui ſub Gallieno imperium invaſit, *Rupertus* credidit ad *Beſoldum* p. 356. & *Triſtanus* apud *Spanhem.* V. N. Diſſ. XI. p. 264. alii contra. *Pomponii* nomen nititur auctoritate numi, quem *Goltzius* produxit, de quo tamen ampliandum iudicat *Cannegieter* Neglig. Trebell. cap. 5. De duobus his ducibus eo magis *biformia* adhibuiſſe mihi videtur, reſpiciens forte ad numum Diocletiano cuſum, quem dedit *Begerus* Continuat. Theſaur. Brandenb. p. 777. ubi Iupiter Fulgurator exhibetur, & ad ejus pedes proſtratus homo *biformis*, inferiori parte pedibus ſerpentinis. Ad Achilleum hunc refert *Begerus*; dubitanter vero *Schwarzius* in Diſſert. *Mamertini* Genethliaco praefixa, §. 6. ipſe ex hoc loco ad Bagaudarum duces, de quibus dixi, referre maluerim.

Ec hiſce terris.] Vet. *in hiſce.* Scilicet in Gallia. *Eutrop.* lib. IX. *Ita rerum Romanarum potitus cum tumultum ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuae Bagaudarum nomen imponerent, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium Caeſarem miſit, qui levibus proeliis agreſtes domuit & partem Galliae reformavit. Oroſius* lib. VII. *Vacandas* nominat, qui collecti ab Amando & Aeliano. Vide *Paulum Diaconum* & *Zonaram*, *Euſebium* in Chronic. qui vocat eos *Baccharedas.* PVTEANVS. *In hiſce* Vet. *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Bene ſe nunc habet hic locus. Olim *Rhenanus*, uterque *Stephanus* & *Livineius* reddiderant, *& hiſce terris.* Ceteri melius *in hiſce terris*, ſcil. Galliis, quam praepoſitionem *in* ex Codice ſuo & *Bertinienſi* margini allevit *Livineius*, & nunc noſtri Codicis, atque utriusque libri *Gudiani* ſuffragio comprobatur. SCHWARZIVS. *Et hiſce terris* iam in editione principe dedit *Puteolanus*, retinuitque *Rivinus.* in *Schonhovii* excerptis eſt *ut hiſce.* Depravatam lectionem coniectura adiuvare conatus eſt *Lindenbrogius* ad Anthol. Lat. I. Epigr. 42. emendat, *monſtrorum biformium & excetris fuit.* Speciosum hoc eſt, in primis ubi de Hercule agitur. *Servius* ad *Virgil.* Aen. VI. 287. *Hydram dicit, ſerpentem inmanis magnitudinis, quae fuit in Lerna Argivorum palude; ſed Latine excetra dicitur, quod uno caeſo tria capita excreſcebant*, deſcripſit haec *Iſidorus* Orig. XI. 3. quem tamen corruptum recte emendavit *Munker.* ad *Hygin.* Fab. 30. & adſtipulatur Codex *Groninganus.* De *excetra* dedit ex Gloſſario MS. *Leidenſi*, & *Papiae* Vocabulario ſimilia *Burmannus Secundus* ad Anthol. lib. II. Epigr. 162. & hinc etiam pro quovis malo & noxio adhibetur. *Drakenb.* ad *Livium XXXIX.* 11. 2. neque in *Lindenbrogii* coniectura obſtat duplex caſus, *ſimile monſtrorum* & *excetris.* Ita apud *Avienum* recte defenditur *expertes nimborum* & *tempeſtatibus*, in Obſerv. Miſcell. Tom. I. p. 277. Nullus tamen du-

neſcio vtrum magis fortitudine repreſſum ſit, an clementia mitigatum, cum militares habitus ignari agricolae appetiverunt: cum arator peditem, cum paſtor equitem, cum hoſtem barbarum ſuorum cultorum ruſticus vaſtator imitatus eſt? quod ego curſim praetereo. Video enim, te, qua pietate es, oblivionem illius 4
victoriae malle, quam gloriam.

CAP. V. Quod vero ſtatim, vixdum miſero illo furore ſopito, cum

dubito, quin hoc loco verum ſit, *in hiſce terris*, confirmatum a Codicibus. *Caelo*, Diis reddito, commode opponit *terras*, id eſt, Belgicam, ut exponit *Gothofred.* ad L. 1. Cod. *Theodoſ.*. Ne paſtor dentur fil. Similiter cap. 9. §. 1. *quidquid pro hiſce terris feceras.*

Arator equitem.] Vet. *arator peditem.* PVTEANVS. *Arator peditem* Vet. *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Alterutro loco *peditem* legendum. ACIDALIVS. In vulgaribus editionibus eſt *auctor equitem.* Quod *Gruterus* & *Puteanus* in editione ſua iuxta veteres codices expunxerunt. Hoc autem in loco ſcite admodum Bagaudas cavillatur, qui cum ruſticani eſſent virorum agreſtium cultum militari habitu commutarant. Quomodo vero a Maximiano compreſſi ſint, referunt *Eutropius* & *Victor.* BAVNE. Bene recteque, ac Codicibus reliquis convenienter etiam haec verba hodie leguntur: *quum arator peditem, quum paſtor equitem,* &c. *Livineius* & *Paulus Stephanus* ediderant, *quum autor equitem, quum paſtor equitem.* Etiam *Rhenanus*, et *H. Stephanus*, quamvis pro voce *autor* recepiſſent *arator;* bis tamen inutiliter poſuere *equitem*, haud ſecus ac in libro priore *Gudiano* vox *peditem* inepte repetitur. Inde iam *Acidalius* alterutro loco, *peditem* legendum eſſe cenſuit: commodiſſime vero, prout nunc excuſum, atque etiam in noſtro Codice ſcriptum eſt, *arator* ad *peditem*, *paſtor* ad *equitem* refertur. SCHWARZIVS. *Paulli Stephani* editione uſus *de Rooy*, pro *auctor* ex coniectura ſubſtituit quoque *arator*, in Spicil. Crit. p. 48. ſed *equitem* inemendatum reliquit, quod ex *Puteolani* editione in reliquas tranſiit.

Cultorum ruſticus vaſtator.] *Culta* hoc loco dicuntur *rura*, vel *arva culta*, per ἐλλέιψιν, ut *novalia*, & plura alia. Ceterum manifeſtum eſt, & alii etiam iam annotarunt, *Mamertinum* per iſtos *agricolas* & *ruſticos*, *vaſtatores cultorum ſuorum* ſignificare *Bagaudas*, vel *Bacaudas*, h. e. multitudinem & factionem ruricolarum, qui ſumtis armis tumultum excitarant, omniaque vaſtarant. Cuiusmodi factionem rebellium agricolarum, ducibus Amando & Aeliano, temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, in Galliis exortam, at mox repreſſam fuiſſe, ex *Aurel. Victore*, *Eutropio*, & *Oroſio* conſtat, de quibus alibi plura afferemus, rati interim, nomen hoc *Bacaudarum* antiqua Francorum lingua ortum, & ex *Bag*, vel *Bac*, vel *Pak*, & *auwe*, vel *gau*, ſive *gew* aut *gow* compoſitum, idem fere valere, quod nonnulli dicerent, *ein back Gau-Diebe.* Certe eiusmodi notio factionis, ſeu multitudinis probroſae, in vocabulo *back* adhuc hodie ſupereſt in iſtis vulgaribus, *das Lumpenback*, *das Diebes-back*, *das Hurenback*, &c. *Gau* autem, ſive *Gew* de pagis, & rure, & certo territorio dictum eſſe, notiſſimum eſt. Hos vero Bagaudas *Mamertinus* comparat cum *monſtris biformibus*, hoc eſt, cum Titanibus, & gigantibus, qui Iovi bellum inferre auſi erant. Quos neſcio, cur Orator appellet *biformes?* quos dicere potuiſſet *deformes:* niſi id reſpiciat, quod *Ovidio* Metam. lib. I. v. 184. dicantur *anguipedes.* SCHWARZIVS. *De Rooy* Spicil. Crit. p. 48. emendat, *vaſtatorem*, & primam ſequentis vocis ſyllabam corruptelae putat cauſſam dediſſe. Tuëor *vaſtator;* ruſtici, factione inita, agros ipſi ſuos veſtaverant, ad morem barbarorum. *Trotzius* in Iure Agrar. Rom. p. 283. *Mamertinum* reprehendit, tamquam parum memorem, militiam apud maiores noſtros ex paſtoribus praecipue conſtitiſſe. Sed ad illud tempus, de quo loquitur Noſter, parum facit illa obſervatio.

Quod vero.] *Quid enim ſtatim* Vet. Scriptam lectionem iuvo, & reſcribo, *Quid enimvero? ſtatim* &c. Apud *Senecam* quoque de Benef. I. cap. 14. ubi vulgatur, *illa enim inque quantum volet, exeat, ſedeat, non erret.* in *Leodienſi* MS. eſt, *illa vero in quantum vol.* mihi liquet emendandum, *illa enim vero in quantum.* LIVINEIVS. Anceps haereas, quo prima vocula *quod*, ſive ſit pronomen relatitivum, ſive coniunctio cauſſalis referatur? Tanquam locum ſalvum ſanumque omnes praetermittunt Commentatores, neque alicuius varietatis indicium vel libri excuſi, vel nunc *Gudiani* illi faciunt, niſi quod *Cuſpinianus* & *H. Stephanus* pro *cum* ſubſtituunt *tum*, ut quaſi tunc iſtae particulae ſic, ſed parum commode, coniungantur cum verbo: *quod vero tum omnes barbarae nationes excidium Galliae minarentur.* &c. Et quamvis *Livineius* in Codice vetere, pro *quod vero*, inveniſſet *quid enim*, atque inde finxiſſet, *quid enim vero?* prout fere & in noſtro Codice legitur, *quid vero*, vix tamen con-

cum omnes barbarae nationes excidium univerſae Galliae minarentur, neque ſolum Burgundiones & Alamani, ſed etiam Chaibones Erulique, viribus primi barba-

connexionem ſatis aptam inde eruas, niſi intelligas, ſuppleasque id, quod per ἔλλειψιν omiſſum videatur: *Quid vero dicam?* ſive, *Quid vero factum, ſive conſecutum eſt, ſtatim*, &c. At enimvero nondum induci poſſum, ut reiiciam illud vulgatum *quod.* Certe enim particula *quod* alioqui non raro παρέλκει, cum quidem ad periodum cum antecedente connectendam aſſumta videatur; V. G. apud *Hyginum* Fab. 16. *Quod poſtero die, cum prope littus appropinquaſſet, & vidiſſet ſe Regem interfeciſſe, ſepulturae eum tradidit.* apud Livium lib. XLI. cap. 10. *Quod cum milites Conſulis imperio dicto audientes futuros ſeſe dicerent, cum is more maiorum, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, cum lictoribus paludatus profectus ab Vrbe eſſet; furens ira vocatum, qui pro quaeſtore Manlii erat, eatenus popoſcit.* Potiſſimum vero ille πλεονασμὸς particulae *quod* ſaepius occurrit, ſi ea cum ſequentibus particulis coniungatur, *quod ſi, quod niſi, quod utinam, quod cum, quod quia, quod ubi, quod tametſi*, cuiusmodi plura exempla praeter alios collegere *Munkerus* ad *Hyginum* Fab. 16. & *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. cap. 18. 8. Itaque & hoc loco particula *quod*, quantumvis interiectis quibusdam vocibus, iungitur cum adverbio *cum*; imo & ad ſequentia referri poteſt, *quod* — *niſi tu adfuiſſes.* SCHWARZIVS. Exempla, quae contulit *Schwarzius*, vulgatae tuendae parum conveniunt. Quis credat, *quod* cum ſequente *niſi*, aut *cum* iungi poſſe, quibusdam interiectis? & quocumque conſtruas modo, ſemper obſtabit *vero.* Conieceram, *Quin vero*, aut *quid vero?* Sed ingenioſiſſima eſt acutiſſimi *Eldikii*, quocum de hoc loco egeram, coniectura, *Quod vero fatum.* Eleganter hoc connectitur ſequentibus, *quis Deus*, utraque enim vox ſaepius ita iungitur. *Eumenius* Conſtantino 14. §. 3. *neminem hominem peccare, niſi fato,* — *contra autem Deorum munera eſſe virtutem.* Incerti Maximiano 9. 1. *non illis* (Diis) *hauriuntur volentibus, ſed aut aliorſum adſpicientibus, aut fatali rerum curſu. Plinius* Paneg. 1. 5. *poteſtate fatorum, ſed ab Iove. Florus I.* 13. 1. *ſive invidia Deum, ſive fato.*

Cum omnes.] Quae terreſtribus copiis Galliam infeſtabant, dum interea Franci etiam & Saxones maria proxima turbabant. Teſtis *Eutrop.* lib. IX. PATAROL. *Puteolanus, Rhenanus, Henr. Stephanus*, & prima editione *Rivinus*, ediderunt *tum.* Per *furorem ſopitum* bellum civile cum ruſticis recte intelligit *Noriſius* ad Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4.

Burgundiones.] Pars Vindilorum fuere iuxta *Plinium* lib. IV. c. 14. in Scandia. In Germaniam primum delapſi regiones iuxta Viſtulam tenuere; mox poſt diſcurſus varios Galliam ingreſſi Burgundiae nomen indidere provinciae, quae fuit olim Aeduorum & Sequanorum PATAROL. Confer *Wagenaer* Hiſt. Patr. lib. III. p. 219.

Alamanni.] Populi Germaniae inter Rhenum, Moenum ac Danubium amnes, Hermundurorumque confinium incolentes. BAVNE. A Germanis omnino diſtincti, de quo *Trivorius* Obſerv. Apolog. c. 16. *Vopiſcus* tamen in Procul. 13. *Alemannos, qui tum adhuc Germani dicebantur*, ſed poſteriora pro gloſſemate habet *Spanhem.* V. N. Diſſ. XII. p. 505. confer & *Rhenan.* Rer. German. I. p. 152. & *Dithmar.* ad *Teſchenmek.* Annal. Cliv. I. p. 75. *Wagenaer* Hiſt. Patr. III. p. 197.

Chaibones.] Ita fere nominantur. Libri tamen carioſi nunc *Caybones* exhibent, nunc *Cayvones*, nunc *Caviones*, nunc *Chabiones.* Quid potiſſimum ſequendum, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. LIVINEIVS. Obſcura quis Germaniae, ſubſequenti Genethliaco cap. 7. n. 2. *Caviones* dicti. Forte ſunt Χαῦβοι, *Chaubi Strabonis*, quos ille a Chaucis ſive Cauchis diſtinxit lib. VII. poſt initium. Eruli ſunt Heruli, ſatis noti ex Hiſtoria Romana. CELLARIVS. De Chaibonibus quid afferam non habeo, niſi forte legendum ſit *Cavionibus.* Fuere autem Caviones Germaniae populi ad Albim fluvium, ubi nunc fere Ducatus Luneburgenſis. Paneg. Seq. cap. 7. etiam dicitur *gens Cavionum, Erulorumque.* Erulorum mentio fit apud *Agathiam* lib. I. & Iornand. lib. de Reb. Gothor. Hi quoque ex iis Daniae, Sueciaeque populis, qui cum Gothis aliisque non modo Germaniam ac Gallias, ſed ipſam Italiam vaſtavere. PATAROL. Plena manu de illis mox *Schwarzius.* Excerpta *Voſſii* & *Guelf. Caibones.*

Erulique.] Seu *Heruli* populi Germaniae olim regionem incolentes ad Septentrionem mari Codano, ad orientem Viſtula definitam. Nunc parti orientali Pomeraniae & occidentali Pruſſiae reſpondet. BAVNE. Et de his ſtatim *Schwarzius. Eryleique* excerpta *Voſſii* & *Guelf.*

Viribus primi.] De Erulis *Iornandes* cit. *qui inter omnes Scanziae nationes nomen ſibi ob nimiam proceritatem affectant.* PATAROL. *Guelferb.* & excerpta *Voſſii*, *locis ultima*, quod quo pertineat, non video. *Curtius IV.* 9. 1. *ultimis gentibus. Iuſtinus XII.* 7. 4. *ultimo oriente. Cicero* ad Diverſ. XV. 9. *Vltimi locis* ſunt populi longiſſime remoti.

Ra-

barorum, locis ultimi, praecipiti impetu in has provincias irruiſſent, quis Deus am inſperatam ſalutem nobis attuliſſet, niſi tu adfuiſſes? Tum enim, divinae providentiae Imperator, conſilio prius, quam vi bellum gerendum ratus, ceteros quidem perduelles, quibus parebat ipſa multitudo peſtifera, ire paſſus es in profundam famem, & ex fame in peſtilentiam, mox ad triumphi ornamenta capienda militum manibus uſurus; Chaibonas tamen Eru-

Ratus] In Codice noſtro, pro participio *ratus*, ſcriptum eſt, *curaſti*, & poſt hoc verbum ponitur integra diſtinctio. Idem verbum etiam in altero libro *Gudiano* annotatum eſt. Poſſet id tolerari, ſed ſine dubio melior eſt vulgata lectio, quam ceteri libri omnes confirmant. SCHWARZIVS.

Quibus ipſa] Sic Vet. *quibus parebat ipſa multitudo peſtifera, ire.* PVTEANVS. *Peſtiferat*, *Bertin.* Forte, *peſtifera erat.* LIVINEIVS. & BAVNE. Inter pronomina *quibus ipſa* Codex noſter ſatis opportune interponit verbum *parebat*, hunc in modum: *ceteros quidem perduelles*, *quibus parebat ipſa multitudo peſtifera*, quod verbum etiam *Puteanus* in vetere codice reperit, item & in utroque libro *Gudiano* annotatum eſt. *Livineius* contra in Codice *Bertinenſi* invenerat ſcriptum. *peſtiferat*, unde coniecit, coaluiſſe ibi duas voces *peſtifera erat*, adeoque forte easdem nunc ſeiungendas eſſe. Nos non ſpernimus Codicis noſtri ſcripturam, duorum etiam aliorum Codicum con ſenſu ſtabilitam; in primis ſi per vocem *perduelles* potiſſimum principes & auctores hoſtium intelligas. *Ciceroni* de Offic. I. 21. *parentiores exercitus* dicuntur, qui promtius ducibus dicto ſunt audientes. SCHWARZIVS. Miror itaque neminem, ne *Iaegerum* quidem, Codicibus apud *Puteanum* & *Schwarzium* eſſe obſecutum, ut ſuum *Mamertino* redderent, *quibus parebat ipſa.* Conſentiunt excerpta *Voſſii*, forte ex *Puteaneo.* —— Eadem, & *Guelf.* tranſponunt *multitudo peſtifera*, quod auribus ſuavius ex ſuis quoque Codd. produxerunt *Puteanus* & *Schwarzius.* Eleganter additur, *ire in famem*, de quo *Drakenb.* ad *Livium* III. 53. 7. *Cannegiet.* ad *Avian.* Fab. 14. 10 *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. II. 10. *fami* iungit *peſtilentiam*, ut *Florus* III. 5. 17. *fames*, *ex fame peſtilentia urgeret*, quem cum noſtro contulit recte *Dukerus.* In excerptis *Voſſii* legitur *ex fame peſtilentia*, in *Guelferb.* autem, *ex fame peſtilentiam.*

Mox triumphi] Vet. *mox ad.* PVTEANVS. *Mox ubi*, Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Inſere praepoſitionem, *mox ad triumphi ornamenta.* ACIDALIVS. & BAVNE. Antehac, omiſſa praepoſitione *ad* verba haec, *mox triumphi ornamenta capienda*, ediderant *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Livineius*, uterque *Stephanus*, *Pariſienſes.* *Acidalius* ſuaſit praepoſitionem *ad* inſerendam, quam etiam *Puteanus* inter variantes huius Panegyrici lectiones repoſuit. Cui & nunc noſtri Codicis, & duorum librorum *Gudianorum* ſuffragia favent. *Livineius* pro *ad* in margine, ex *Lugdunenſi* quadam editione, annotavit *ubi*, quod vero ex ingenio editoris natum videtur. SCHWARZIVS. Praepoſitionem, *Puteolano*, *Baunio* & *Rivino* quoque omiſſam, ipſa iubet ſententia inſerendam.

Chaibones] *Chaibonas* Vet. *Cuſpin.* *Rhenan.* LIVINEIVS. Quod adtinet ad *Chaibonas* (ita enim caſus quartus ſcriptus eſt in Codice noſtro, & in libris *Gudianis*) nomen huius populi varie ſcribitur. *Livineio* enim teſte, libri carioſi nunc *Caybones* exhibent, nunc *Cayvones*, nunc *Caviones*, nunc *Chabiones.* Omnium ſcriptura eodem recidit, quamvis origini primae convenientius ſcribantur *Cayvones.* *Mamertinus* eos annumerat barbarorum, ut vocat Germanos, primis, ſive praecipuis, ſi vires ſpectes; ultimis, quod ad loca habitationis. Mirum eſt, tam fortis & numeroſi populi non alibi, quantum nobis conſtat, niſi in his Panegyricis fieri mentionem, niſi forte ab aliis Scriptoribus alio nomine deſignentur. *Cellarius* coniicit, hos fortaſſe eſſe Χαύβυς *Strabonis*, quos hic a Chaucis, ſive Cauchis diſtinxerit libr. VII. poſt initium p. 291. Πρὸς δὲ τῷ Ὠκεανῷ Σύγαμβροί τε, καὶ Χαῦβοι, καὶ Βρύκτεροι, καὶ Κίμβροι, Καῦκοι τε, καὶ Καῦλκοι. Hac coniectura nihil puto eſſe veriſimilius. Primum enim ſitus locorum convenit: *Chaibones* enim *Mamertino* dicuntur locis ultimi; hoc eſt, inter extremos Germaniae populos ad Oceanum Germanicum habitantes; at & *Chaubi* a *Strabone* ad Oceanum hunc collocantur. Deinde nec nomina differunt. Vix enim dubito utrumque nomen deſcendere ab antiquo *Chay*, *Caya*, vel *Chaia*, domus, caſa, & maxime eiusmodi caſa, quae ad littora ponebatur; unde & *Cay* adhuc appellatur area in littore, onerandarum & exonerandarum navium cauſſa, e compactis tabulis trabibusque firmata, ac deſuper tecta inſtar domus, quod *Carol. du Freſne* in Gloſſar. Lat. docet, & ultimam originem huius vocis a Cambro-Britannica voce *cae*, id eſt, ſepe & clauſtro derivat. Cum vero hi populi

Eruloſque non dignatus pari aſtu perdere: atque, ut interim divina virtus tua exer-

puli *Mamertino* dicantur *Chaibones*, vel *Cayvones*, indicio eſt, nomen id eſſe compoſitum a *caya* ſcilicet, & itidem Germanica voce *wohnen*, morari, habitare, ut ita dicerentur, quaſi *incolae caſarum littoralium*; prout & alii Germaniae populi dicti ſunt; V. G *Ingevones*, *Inwohners*, prima Germaniae gens, ſic dicta, quod proxima Oceano ab utroque latere Iſthmi, inter duo maria protenſa, ſedes ſuas in locis maritimis fixiſſet. Porro *Iſtaevones*, ſive *Aeſtivones*, *Oſt-woners*, ad orientem colentes. Ad haec *Herminvones*, id eſt, *Herumwohners*, qui intra ambitum reliquorum habitarunt, a Rheno praetenti. Item *Hilleviones*, monticolae, de quibus nominibus plura tradit V. C. *Wachterus* in Praef. ad Germanos §. 38. 39. 40. qui vero, quod mirum eſt, nihil de voce *cay*, ſive *caya* habet. Quod autem *Strabo* hunc populum non, uti *Mamertinus*, vocavit *Chaibones*, vel *Caivones* (litterae enim *b* & *u* & *vv* facile inter ſe permutantur) ſed decurtata ſyllaba χαύβους *Chaubos*, inde fortaſſe evenit, quia vel librarii veterem ſcripturam mutarunt, vel quia ipſe *Strabo*, cum vim Germanici nominis non intelligeret, id magis ad Graecae Romanaeque linguae rationes inflexit. Iam dudum vero *Cluverius* libr. III. Antiq. Germ. cap. 27. monuit, hos *Chaibonas*, ſeu, ut in *Mamertini* Genethliac. cap. 7. legimus *Caviones*, fuiſſe eosdem, quos *Tacitus* de Morib. German. cap. 40. vocavit *Aviones*. Nec mirum eſt, potuiſſe iſtorum nominum ſcripturam vitiari, aut etiam per ἀφαίρεσιν mutari, cum ita aliquando etiam *Ildericum*, item *Clotharium* ſcriptum dictumque reperiamus, quem alii vulgo dixerunt *Childericum*, *Lotharium*, ut longe plura huius generis exempla taceam. SCHWARZIVS. Ante *Livineium* conſtanter fuit editum *Chaibonas*, quod ex Veteri *Livineii* Codice, excerptis *Voſſii*, & *Guelf.* revocavi, retentum quoque in prima *Rivini* editione Cum *Avionibus* Taciti hos quoque contulit *Dithmarus* ad *Teſchenmak.* Annal. Cliv. Part I. p. 78. iidem ſint, ſe neſcire profitetur *Wagenaerius* Hiſt. Patr. lib. III. p 220. *Aviones* facile tranſire potuiſſent in *Caviones*, ut *Auchi* in *Cauchos*, de quibus *Alting.* Notit. German. Part. I. p. 12. & *Cannegieter.* Britenb. p. 89. *Cluverius* Geogr. III. 2. collocat eos ad Albim, finitimos Thuringis, ubi nunc Daneberga & Lavemburgum. Aviones quoque *Althamerus* Comment. German. p. 278. in maritima Saxoniae plaga conſtituit, ubi Mechelburgenſis regio, ſed deinceps in Fioniam, inſulam Holſatiae obiectam, ſeceſſiſſe contendit. *Ortelius* in Theſauro iam ſuſpicatus eſt, *Strabonis* χαύβους eſſe hos Chaibonas, vel Chabionas; collocat autem circa Friſiam Si *Schwarzii* ſuſpicio vera foret, eſſent incolae ad littus. *Kilianus* enim *Kaeije* interpretatur, *acte*, *acta*, *littus*, & *Kaijen adpellere*, *intrare portum*. Dubito tamen, utrum terminatio *vones* tuto ſemper explicetur per *wooners*, uti *Ingevones Pontanus* interpretatur *inge*, *eng wooners*, Hiſtor. Danic. p. 640. alii id in aliis commenti. Potuit enim terminatio eſſe eadem, quae in *Senones*, & aliis, praecipue cum Gallorum Germanorumque nomina paſſim in *o* exierint, quidni & populorum, ut *Saxo*, *Friſio*, *Franco*, *Burgundio*, de quibus *Cannegieter* Britenb. p. 7. haud aliter & *Chaibo* dici potuit.

Eruloſque] *Herulorum*, quos *Mamertinus* noſter coniungit cum *Chaibonibus*, frequentior occurrit mentio apud veteres Scriptores. *Cluverius* docet, eos ad Viſtulae oſtia, tanquam terminum Germaniae ab oriente, inter Rugios & Gothos conſediſſe. Et eosdem ad Oceanum collocat *Sidonius Apollinaris* libr. VIII. Epiſt. 9.

Hic glaucis Erulus genis vagatur,
Imos Oceani colens receſſus,
Algoſo prope concolor profundo.

Sed horum migrationes & fata commemorare, nunc nimis longum foret. De iisdem non pauca annotavit *Gundlingius* de Henrico Aucupe p. 159. item Dom. *Maſcovius* in egregio opere, quod inſcribitur, *Geſchichte der Teutſchen* libr. XI. cap. 23. Quod ſi *Gundlingius* ex eo recte arguit, Herulos quondam etiam in Marchia Brandenburgica ſedes habuiſſe, quia ibi adhuc hodie ſuperſit mons, ab Herulis *Harlungus* cognominatus; ſimiliter coniecturam facere poſſumus, eosdem etiam in Miſniae partem, quae Oſterlandia dicta eſt, deveniſſe, & ſigillatim prope Leiſnicium, vetuſtum opidum, aliquando conſediſſe, cum ibidem ſuperſit mons ruderibus antiqui caſtelli inſignis, qui hodieque *Harlungus*, *der Harlungs-berg* nominatur, de quo non nihil diximus in notis ad *Petri Albini* librum de Comitibus Leiſnicienſibus T. III. *Menkenii* Scriptorum rerum Miſnicarum p. 839. SCHWARZIVS. Heruli quibusdam videntur antea dicti Lemovii, a Vipera ad Viſtulam habitantes. *Cellar.* Geogr. II. 5. fuerunt certe Germaniae populi, de quibus *Ludewigius* Vit. Iuſtin. p 381.

Pariter prodere] Vet. *pari aſtu.* PVTEANVS. *Pari aſtu perdere*, Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Non muto, & tamen proclive, ſit *perdere*. Vt neque mox pro *proculiſti* ſub-

exercitatione ſolita non careret, aperto Marte atque uno impetu perculiſti, non
univerſo ad id praelium uſus exercitu, ſed paucis cohortibus. quid enim opus 3
erat multitudine, cum ipſe pugnares, ipſe omnibus locis totaque acie dimicares?
ipſe hoſti undique, & qua reſiſteret, & qua accederet, & qua fugeret Oceanum, oc-
cur-

ſubſtituendum *perculiſti.* ab illo *procella.* ACIDALIVS. Olim legebatur, *pariter prodere*, deinde *pariter perdere.* Iam tamen *Cuſpinianus*, qui in paucorum aliorum editorum manus veniſſe videtur, eam, quae nunc recepta eſt, lectionem evulgarat, quam & primus liber *Gudianus* exhibet. At in altero libro *Gudiano*, & in noſtro Codice, pro *aſtu* ſcriptum eſt *aeſtu.* Arridebat nobis primum haec lectio, quod *Mamertinus* videbatur dicere voluisſe, Maximianum non dignatum eſſe pari aeſtu, id eſt, pari ardore & fervore Chaibones & Erulos perdere, quo perdidiſſet hoſtes ceteros. Sed ubi rem curatius penſitavimus, utique non poſſumus non priorem lectionem *aſtu* approbare. Poſtquam enim *Mamertinus* dixerat, Maximianum quidem a ceteris hoſtibus, ex Germania in Gallias tunc irruentibus, cum ipſi ſacra fame ac deinde ſaeviore peſtilentia infeſtati fuiſſent, arma abſtinuiſſe, ac ſua ſponte illis duobus malorum generibus conflictari conſumique permiſiſſe, nunc ait, Chaibonas vero Herulosque non dignatum eſſe pari conſilio & aſtu perdere, ſed tanquam hoſtes, viribus primos barbarorum, aperto Marte aggreſſum primo certamine profligaſſe. *Aſtus*, cui opponitur *vis aperta*, dicitur hic prudentia militaris & calliditas, quae & laudi ducitur imperatoribus, ducibusque belli. SCHWARZIVS. *Aeſtu* etiam excerpta *Voſſii.* Ob praecedens tamen *conſilio* alterum probo, quod quoque in excerptis *Schonhovii* fuit, ut apud *Tacitum* Annal. VI. 32. *conſiliis & aſtu res externas moliri*; per *ſcientiam bellicam* id interpretatur *Servius* ad *Virgil.* Aen. X. 522. *Iuſtinus* IX. 2. 14. *Cum virtute & numero* (uterque *Franequeranus* & tres *Orvillii*, *animo*) *praeſtarent Scythae, aſtu Philippi vincuntur.* recte pro *ingenio* vox haec reddita eſt *Livio* XXVII. 20. 9. ubi Notae. apud *Iuſtinum* XXI. 5. 7. pro *omnia iſta facere*, forte non male *omnia aſtu* emendabat *Wopkenſius* in Obſerv. Miſcell. Nov. Tom. ult. p. 195. Ante *Baunium* omnes *pariter* ediderunt. *Prodere* dedit *Henr. Stephanus*, & prima edit. *Rivinus.* Mox *Guelf.* pro *exercitatione*, *excitatione*.

Perculiſti] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *pertuliſti.* *Henr. Stephanus* & *Rivinus* prima edit. *proculiſti*, quod non diſplicebat ſupra *Acidalio.*

3. *Dimicares*] *Gruterus* mox hanc vocem, tamquam gloſſema, delet, ut una periodo ſequentia coniungantur. Diſplicuit nimirum duplex verbum *pugnares* & *dimicares*; hoc ut vitetur, vide, an rectius legatur, *emicares*; videtur enim indicare, tota acie Imperatorem ſubito, & fulminis inſtar fuiſſe praeſentem, quo me ducit ſequens, *undique occurreres.* ita *Florus* IV. 12. 1. *diverſis orbis oris emicabant.* & quae *Cortius* ad *Plinium* II. Epiſt. 10. 3.

Ipſi hoſti] Forte, *ipſe.* LIVINEIVS. Leg. *ipſe hoſti undique.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Gruterus* ſuſpicatus eſt, a gloſſa manaſſe vocem *dimicares*, qua expuncta, recte retineretur vulgata, & in Codicibus etiam MSS. expreſſa lectio, *ipſi hoſti.* Verum cum verbum illud *dimicares* omnes libri tueantur, malo cum *Acidalio*, *Cellario* & *Patarolo*, levi mutatione, *ipſe hoſti* recipere, quam verbum illud de ſede ſua deiicere. SCHWARZIVS.

Et qua fugeret] In *Bertin.* auctius eſt, *& qua fugeret Oceanum occurreres.* Mihi haec olim, *& qua fugeret*, gloſſa & interpretamentum viſa eius, quod praeceſſit, *& qua cederet.* Itaque expunxeram, nec video, cur ſententiam mutem. In *Oceano* tamen mihi aqua haeret. LIVINEIVS. Adſtipulor *Livineio* arbitranti interpretamentum, *& qua fugeret*, ſed & amplius puto a gloſſa manare vocem *dimicare*; ea certe etiam expuncta belle omnia proceſſerunt. GRVTERVS. Nec verba *& qua fugeret* ſollicitanda exiſtimo, quamquam & *Livineius* & *Gruterus* pro gloſſa & interpretamento eius, quod praeceſſit, *& qua cederet*, habuerint. Sufficit iſta verba in omnibus libris legi, atque haec duo commata, *& qua cederet & qua fugeret*, ſatis a ſe invicem diſtingui poſſe. Aliud eſt enim *cedere hoſti*, quod aliquando conſilii & prudentiae eſt: aliud *fugere*, quod ad deſperationem & ignominiam propius accedit. SCHWARZIVS. Veſtigiis ſcripturae in Cod. *Bertinienſi* apud *Livineium*, *& qua fugeret Oceanum*, *occurreres*, inſiſtens *Eldikius* meus locum ita putabat ſanandum, *& qua accederet*, *& qua fugeret*, *obviam occurreres.* Non dubito, quin *accederet* ſit verum, ſed *Oceanum* ex *Bertinienſi* Cod., quem magni facio, non puto negligendum. Chaibones enim & Eruli, de quibus loquitur, ad Oceanum Germanicum habitabant, unde eos *locis ultimos* adpellavit n. 1. Oceanum itaque illum, irruente in eos Maximiano, vel accedebant, reſiſtere amplius non auſi, vel fugiebant

curreres, erroremque adverſariis pariter ac tuis faceres? cum neque te barbari unum putarent, neque milites, non dico ſtipatione atque comitatu, ſed ſaltem oculis ſequi poſſent? toto quippe proelio ferebare, non aliter quam magnus amnis ſolet hibernis imbribus, auctus etiam nivibus, paſſim fluere, qua campus eſt.
4 Ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tanta internecione caeſi interfectique ſunt, ut exſtinctos eos relictis domi coniugibus ac matribus non profugus aliquis e praelio, ſed victoriae tuae gloria nuntiaret.

CAP. VI. Tranſeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnas atque victorias; quae enim

bant in fugam verſi. Ante *Livineium* edebatur *occurrens*; quod retinuit *Rivinus*. Sed etiam *occurreres* probant *Schonhovii* excerpta.

Saltem] *Saltim* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Et ita quaedam editiones aliae Sunt, qui ex analogia id tuentur, ut in *ſtrictim*, *curſim* & ſimilibus. Vide *Cellar.* Orthogr. p. 109. —— *Obtutu ſequi* dixit *Arator* II. 833. ubi Not. adde *Eumenium* Conſtantino 17. fin. Incertum Conſtantino c. 19. *Cerdam* ad *Virgil.* Aeneid. VIII. 592.

Tanto quippe] Vet. *toto*. Leg. *toto*, ut in omnibus MS. Similis locus in Incerti Paneg. Conſtantino cap. 9. *Toto quippe impetu ferebare torrenti ſimilis amni, quem abruptae radicitus ſilvae, & convulſa funditus ſaxa ſequerentur.* *Horatius:*

Monte decurrens velut amnis imbres
Quem ſuper notas aluere ripas, &c.

PVTEANVS. *Toto*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Reponendum iuſſu MSS. plurium, *toto quidem* &c. GRVTERVS. *Toto* iure tuentur *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, & in eo *Gruterum* ſecuti ſunt editores, praeter *Rivinum* in prima editione. ſic paullo ſuperius, *totaque acie dimicares.* quidam non male cum hoc loco contulerunt Incertum Conſtantino 9. 5. *Toto quippe inpetu ferebare, torrenti ſimilis amni*; & *Homeri*, aliorumque loca adhibuit Vir Clariſſ. Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 18. imitatio loci ex Incerti Panegyrico hic tuetur *quippe*, pro quo in *Guelferb.* eſt *fere.* Confuſio vocum *totus* & *tantus* demonſtrata eſt *Drakenborchio* ad *Liv.* II. 57. 3. apud *Sulpic. Sever.* Dial. II. c. 8. §. 4. in *Traiectino* eſt, *tanta vobis iſtorum mentio.* vulgatum praeſtat. apud *Martialem* VI. 89. in *Thuaneo* eſt, *tota lagena.* —— Eleganter *ferre* metaphoram, a flumine petitam, continuat. vid. *Burman.* ad *Ovid.* Metam. VIII. 582.

Et nivibus] Ex *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis revocavi *etiam.* mutata tamen interpunctione, quae erat, *amnis ſolet, hibernis imbribus auctus & nivibus, paſſim.* Arbitror amnem dixiſſe *magnum imbribus* & *auctum nivibus.*

4. *Internicione*] *Schonhovii* excerpta, & pleraeque Edd. *internecione.* alterum tamen quoque eſt in *Guelferb.* In *Iſidori* Codice *Groningano* inveni lib. V. 26. *internicii iudicium.* & XVIII. 2. *internicione.* ſaepius ita in libris antiquis. vid. *Drakenb.* ad *Livium* IX. 26. 2. Patrem meum ad *Victor.* Inluſtr. 23. 9. *internecione* tamen probat *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. p. 603. Ed. *Staver.* ubi, quod in *Aurelii Victoris* loco emendandum putat, *inproviſus internecione occidit*, idem in mentem venit *Schwarzio* ad *Plinii* Paneg. 65. 3. & aliis ante. —— Vnde *Patarolus* ediderit *capti interfectique*, divinare nequeo. In meis omnibus eſt *caeſi.* Ceterum hunc locum ex *Cicerone* pro Leg. Manil. 9. adumbratum eſſe recte obſervat Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 19.

1. *Tuas tota Gallia*] Intelligit, ut puto, varios conflictus uno eodemque bello. BAVNE. Hunc locum ita excudendum curavit *Cuſpinianus*: *Tranſeo innumerabiles tua tota gloria pugnas atque victorias*, &c. cui lectioni calculum addit Codex noſter, quae fortaſſe admitti queat, ſi κατ᾽ ἔλλειψιν explicetur, quaſi dixerit *Mamertinus*: *innumerabiles cum tua tota gloria pugnas*; aut velut per παρένθεσιν, *innumerabiles* (quae *tua tota gloria eſt*) *pugnas.* Verum malumus tueri ſcripturam iam pluries vulgatam. Etſi enim etiam in hac quaedam ἔλλειψις praepoſitionis *in* occurrat, cum dicendum fuiſſet: *innumerabiles tuas in tota Gallia* (aut per totam Galliam) *pugnas*; haec tamen loquendi ratio nec ab ipſis probatae Latinitatis auctoribus eſt aliena. Sic ipſe *Nepos* in Praef. §. 5. loquitur: *Magnis in laudibus tota fuit Graecia. victorem Olympiae citari.* ubi *tota Graecia* etiam eſt ſextus caſus, qui ſic explicandus, *in tota Graecia*, vel *per totam Graeciam.* Praeterea cum in *Mamertino* proxime praeceſſerit vocabulum *gloria*, eiusdem nomi-

enim tot tantiſque rebus ſufficiat oratio? Illum tamen primi conſulatus tui au- 2
ſpicalem diem tacitus] praeterire nullo modo poſſum: quo tu ſolus omnium con-

minis repetitio, quae nec elegantiam figurae, nec excuſationem neceſſitatis habet, haud nobis probatur. Ita vero ibi legimus: *caeſi interfectique ſunt, ut extinctos eos, relictis domi coniugibus ac matribus, non profugus aliquis e proelio, ſed victoriae tuae gloria* nuntiaret. Tranſeo innumerabiles tuas tota Gallia *pugnas atque victorias*. Verba, quae hic antiquo charactere exprimi iuſſimus. ex quodam codice MS., prout in altero libro *Gudiano* annotatum legimus, prorſus exciderunt, unde nec obſcure patet, quam facile fieri potuerit, ut vocabulum *gloria* deinceps ab aliis cum vocabulo *pugnas* fuerit coniunctum. SCHWARZIVS. Vt in *Guelf.* ſive *Gudiano* quaedam verba deſunt, monente *Schwarzio*, idem & deprehendi in *Voſſii* excerptis. Illud *tua tota gloria*, primo ſive ſexto caſu interpreteris, nimium aures offendit. *Tua* iam dederat *Puteolanus*.

Sufficiet] *Sufficiat* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Navius* & *Paulus Stephanus*, itemque primus liber *Gudianus* habent *ſufficiet*, pro quo ceteri omnes libri rectius exhibent *ſufficiat.* SCHWARZIVS. *Lyſias* Orat. in Corinth. ſocios p. 57. τίς γὰρ ἂν ἢ χρόνος, ἢ λόγος, ἢ ῥήτωρ ἱκανὸς γένοιτο μηνύσαι τὴν τῶν κειμένων ἀνδρῶν ἀρετήν.

2. *Primum Conſulatus*] Multos geſſit Maximianus; at hic de primo verba fieri puto, quem cum Diocletiano exercuit A. C. 287. aut de ſecundo ad ſummum, quem cum Ianuario anno ſequenti. Videtur enim, ſi quis advertat, habita haec oratio primis ſtatim eiusdem imperii temporibus. PATAROL. In verbis *Mamertini* non ferre poſſumus vocabulum *primum*, quaſi dicatur *primus dies auſpicalis conſulatus.* Non enim plures dies auſpicales fuere uniuscuiusque Conſulatus, ſed tunc unae Calendae Ianuariae. In his ſolis novi Conſules conſulatum auſpicabantur, hoc eſt, boni ominis cauſſa, & Deorum placandorum ergo, ſacra faciebant, & in futurum tempus pro ſalute publica, & pro felicitate regiminis ſui nuncupabant vota. Sic igitur ab iſto auſpicio *primus dies conſulatus* idem erat, qui *auſpicalis dies conſulatus;* adeoque ſuffeciſſet, ſi *Mamertinus* duntaxat ſimpliciter appellaſſet vel *primum*. vel *auſpicalem* diem, ſicuti V. G. *Suetonio* in Vitell cap. 12. dicitur *primus dies imperii;* in Caeſare cap. 18. *primus dies praeturae*, & *Latino Pacato* cap. 3. *felicitatis publicae auſpex dies.* Prorſus autem inquinate in Codice noſtro ſcriptum eſt, *illum tam proprium Conſulatus tui auſpicalem diem;* quamquam in margine, pro vocabulo *proprium*, eadem manu annotatum ſit *primum.* Multo ergo magis nobis arridet ea lectio, quam in utroque libro *Gudiano*, & in altero quidem ex Cod. MS. VV. annotatam deprehendimus, ubi, pro caſu quarto *primum*, exhibetur caſus ſecundus *primi.* Vnde iſta verba hunc in modum ſunt reformanda: *Illum tamen primi conſulatus tui auſpicalem diem*, &c. quam eximiam lectionem iam publicavit *Cuſpinianus.* Solus praeterea *Anton. Schonhovius* in varietatibus lectionis, quae Pariſienſium editioni A. 1643. excuſae, ſunt inſertae pag. 690. eandem ex *Aldo* prodidit. Atque hanc ipſam nunc merito vindicamus *Mamertino.* Valet ea ad confirmandam imperii Maximiani chronologiam, quam primae parti harum obſervationum praemiſimus. Cum enim *Mamertinus*, A. C. 289 die XXI. Aprilis, hunc Panegyricum diceret, Maximianus Auguſtus iam antehac duos geſſerat Conſulatus: primum quidem A. C. 287. ubi ipſis Calendis Ianuariis inſignem, de qua loquitur Orator, victoriam retulerat de Alemannis, qui, ſummae hiemis tempore traiecto Rheno proximos Galliarum agros hoſtiliter invaſerant. Alterum Conſulatum geſſerat Maximianus A. C. 288. prout ex Faſtis Romanis antehac oſtendimus. Bene ergo recteque Orator nominatim deſignavit primum Maximiani Conſulatum, cuius ipſo die auſpicali, hoc eſt, ipſis Calendis Ianuariis, quibus in urbe Treverorum auſpicatus erat conſulatum, victoriam reportaverat de Alemannis Galliam invadentibus, ne ea res geſta ad ſecunda conſulatus eius tempora referretur. SCHWARZIVS. Reſpice ad initium Panegyrici.

Auſpicalem] *Auſpicabilem*, *Cuſpinianus.* LIVINEIVS. Sicut lubentes pronique amplectimur verum caſum vocis *primi*, a *Cuſpiniano* proditum, & a quibusdam Codicibus MSS. confirmatum, ita fere dubitamus eundem *Cuſpinianum* ſequi, cum evulgavit *diem auſpicabilem*, pro quo omnes, quos vidimus, libri habent *diem auſpicalem.* Licet enim neutra vox, *auſpicalis* & *auſpicabilis*, uſu bonorum Latinitatis auctorum facile comprobetur, malumus tamen nunc plurimorum librorum conſenſui locum relinquere. Congruentius autem Latinitati probatae loquitur *Latinus Pacatus* loco ante excitato: *Det igitur mibi ſermonis huius auſpicium ille felicitatis publicae auſpex dies, qui te primus inauguravit imperio.* SCHWARZIVS. *Auſpicalis* Lexica tuentur auctoritate *Plinii* Hiſt.

 Nat.

conſecutus es, ut, quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur, tunc primum potuerit ſufficere peragendis; unoque ſol curriculo ſuo, eoque breviſſimo, & officia te conſulis inchoantem videret, & imperatoris implentem.

Nat. XXXII. 1. neque illic variam in Codd. lectionem deprehendo; aliud non ſuccurrit exemplum. *Mamertinum* itaque *Plinii*, & Codicum auctoritate tueamur, Ceterum imitationem ex *Cicerone* pro Marcell. 1. recte notat Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. part. I. p. 19.

Curriculo] Vno eodemque die Conſul & Imperator factus in Germaniam profectus eſt, unde non multo poſt Mediolanum redux, ut eſt infra cap. 9. ſpolia Germanica cum Parthicis, quae Diocletianus retulerat, coniunxit BAVNE. Senſus & hiſtoria talis eſt: Treveris in Gallia Maximianus conſulatum inibat, &, ut moris fuit, vota faciebat in futurum. Vix peracta erant ſolemnia ſacra, quum nuntius affertur, Germanos traiecto Rheno accelerare. Eodem ergo die obviam progreſſus vicit, fudit hoſtes, & victor in urbem Treverorum revertit. CELLARIVS. *Cicero* in Timaeo c. 9. *ad originem temporis, curriculum inventum eſt ſolis & lunae.* quod fragmentum exſtat quoque apud *Nonium Marcell.* cap. 3. n. 55. quatuor anni tempora *curricula* dici notat *Iſidorus* Orig. V. 35. *curricula menſium* ſunt apud *Hegeſippum* Excid. Hier. I. 2. & *annorum*, I. 45. & V. 15.—— Male *Baunius* verba cap. 9 ad Mediolanenſe colloquium retulit. dixi ad principium huius Panegyrici.

Incipiendis] Magiſtratum ineuntes, primo eius die, auſpicandi gratia, leviter officia ſua delibare ſolebant. Vid. *Lipſ.* ad *Tacit.* Annal. IV. 36. IAEGERVS.

Imperatoris implentem] *Imperatoris ora implentem* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Forte *opera.* LIVINEIVS. Sine varietate in omnibus fere exemplaribus ſic excuſa leguntur: *& officia te Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem.* Et certe, abſque indicio Codicum MSS. eſſet, non facile alicui in his verbis ſuboleat defectus. At enim vero indicium alicuius defectus faciunt & Codex noſter, & uterque *Gudianus* liber. Quibus praeterea accedit *Cuſpiniani* editio, in quibus ſingulis vox *ora* inſeritur ultimis verbis, *& ora imperatoris implentem.* Equidem haec ipſa vox *ora* hic nullum locum habet; interim tamen nos perducit ad veriorem lectionem indagandam. Nimirum ſuſpicamur, aliquando librarios *opera* per compendium ſcripſiſſe, *opra* vel *ora*, inde alios rudiores, dimiſſo compendii ſigno, prodidiſſe *ora.* Quod nomen cum nullam commodam ſententiam hic efficeret, id a ceteris editoribus prorſus omiſſum reiectumque eſt, cum exiſtimarint, antecedens vocabulum *officia* iam ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ poſſe repeti. At omnino illud nomen *opera* huic loco vindicandum cenſemus. Per ſingularem enim ἔμφασιν *opera officiis* opponi putamus. Primo enim illo conſulatus ſui die Maximianus *officia* quidem *Conſulis*, auſpiciis ſcilicet rite captis, votisque nuncupatis inchoaverat, ſed nulla adhuc *opera* praeſtiterat *conſularia.* Contra vero cum, ſumptis armis, exiiſſet adverſus hoſtes ingruentes, eosque forti manu repuliſſet, victorque glorioſus revertiſſet, non ſolis officiis Imperatoris functus eſt illo tempore, ſed & ipſa *opera Imperatoria & militaria* cum magna virtutis ſuae gloria implevit. Atque adeo ſic ſignificatur, eum non ſolo ductu ſuo, ſed & manu conſerta tunc rem confeciſſe. Ita vero *opera* non raro dicuntur de laboribus militaribus, ad uſum militiae pertinentibus, imo & generatim de rebus geſtis. *Eumenius* in Orat. pro reſtaur. Scholis cap. 19. *Quo magis*, inquit, *horum nova & incredibilis virtus & humanitas, qui inter tanta opera bellorum ad haec quoque literarum exercitia reſpiciunt.* M. Valerius Corvus tertium Conſul, qui dicitur *omnia inter infimos militum haud gravate munia obiiſſe*, apud *Livium* lib. VII. cap. 32. deſignavit opera militaria ducis belli, vel Imperatoris. *Intuendum eſt*, inquit, *cuius ductu auſpicioque ineunda pugna ſit: utrum, qui ad audendum duntaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantum ferox, operum militarium expers: an qui & ipſe tela tractare, procedere ante ſigna, verſari media in mole pugnae ſciat? Facta mea, non dicta vos, milites, ſequi volo: nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam a me petere.* Hinc & Clitus, Alexandri M. dux belli, apud *Curtium* lib. VIII. cap. 1. dicitur *multis bellicis operibus clarus.* & Iul. Caeſar, cum Britannicae inſulae bello inieciſſet manus, cum quatuor commilitonibus rate transvectus, *Valerio Max.* lib. III. cap. 2. ex. 23. dicitur *non contentus opera ſua Oceani claudere littoribus.* Verbum autem *implere*, quod opponitur verbo *inchoare*, hoc loco idem eſt ac praeſtare, perficere & abſolvere, cuius notionis exempla paſſim occurrunt. Quod ſi vero Orator duo haec participia, *inchoantem* & *implentem*, ad unicum illud nomen *officia* referre voluiſſet, hac tranſlocatione verborum uſurus fuiſ-

ſe

tem. Vidimus te, Caeſar, eodem die pro republica & vota ſuſcipere, & 3
coniuncta debere. quod enim optaveras in futurum, feciſti continuo transactum:
ut

ſe nobis videretur: *unoque ſol curriculo ſuo, eoque breviſſimo, officia te & Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem.* SCHWARZIVS. Poſſet *officia* ex praecedentibus repeti, quod etiam viſum Viro Clariſſ. in Bibl. Critic. Vol. II. Part. I. p. 19. cuiusmodi exempla dedit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 71. 3. ſed cum Codices, inque iis *Voſſii* excerpta, exhibeant *ora Imperatoris*, a Librariis hic aliquid admiſſum ſuſpicor. Non male *Schwarzius* ex eo *opera* eruit, *Livineii* tamen inmemor, ut *opera bellorum* apud *Eumenium* pro inſtaur. Schol. 19. adde Incerti Paneg. Maxim. 12. & *Duker.* ad *Flor.* prooem. §. 1. Mihi ad veram lectionem, ex Codd. veſtigiis eruendam, ducere videtur Hiſtoriae ſeries. Imperatorem lectum eſſe Maximianum A. CCLXXXVI. oſtendi ad cap. 4. n. 2. Sequenti anno fuit Conſul, tunc itaque verſabatur in Auguſteae dignitatis initiis; videtur itaque ſcripſiſſe *Mamertinus*, *& Imperatoris orſa inplentem*, quod in *ora* mutatum, eodem modo, quo in locis apud Interpretes ad *Valer. Flacc.* V. 471. inchoabat itaque Conſulis officia, capiendis in muneris initio auſpiciis, orſa Imperatoris inplebat in bello gerendo & perficiendo; hae enim Imperatoris praeſertim partes. Hoc ſenſu *orſa* de initiis cuiusque rei maioris apud *Livium* Praefat. n. 13. *Ovidium* Heroid. XIV. 18. *Valerium Flacc.* I. 20. *Prudent.* Apotheos. 236.

Caeſar] Cave, de ſecundo faſtigio capias, quo *Caeſares* dicebantur futuri ſucceſſores, eſt enim *Caeſar* nihil aliud, atque Auguſtus, qualis anno CCLXXXIX., quo haec oratio habita, Maximianus iam erat, & Diocletiani *frater*. vid. *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. cap. 8. & quae diſſerui ad cap. 4. §. 2. ſimiliter *Cuperus* haec exponit ex cap. 4. *quod tua, Caeſar, neſcio, utrum magis fortitudine repreſſum ſit:* neque valde intercedo. Cum tamen illic agat de Bagaudis, a Maximiano nondum Auguſto domitis, de ſecundo poſſet faſtigio accipi, ſi qui contenderent. At Maximianum numquam fuiſſe Caeſarem, ſed ſtatim Auguſtum placet *Baluzio* ad *Lactant.* M. P. p. 19. id tamen ex legum inſcriptionibus adfirmare cum eodem vix audeo, neque rem omnem conficit, Caeſaream Maximiani dignitatem in numis non occurrere, ut argumentantur *Cuperus* ad *Lactant.* p. 140. & *Spanhem.* ad *Iuliani* Caeſares p. 55. Vellem, *Baluzius*, aliique *Ammiani* locum XXVII. 6. adcuratius expoſuiſſent, adfirmantis Valentinianum primum ſtatim Auguſtos, non Caeſares, creaſſe. Id vero teſtimonium efficit, ut Maximianum quoque fuiſſe Caeſarem credamus, cum *Pagio* Diſſert. Hypat. p. 157. & 160. *Baſnagio* Annal Tom. II. p. 447. & 449. Addam, quod aliis neglectum, Incerti teſtimonium Paneg. Maxim. c. 8. *Hic eſt* (Maximianus Herculeus) *qui in ipſo ortu numinis ſui Gallias, priorum iniuriis efferatas, Reip. ad obſequium reddidit.* intelligit Bagaudas domitos, idque factum dicit *in ipſo ortu numinis.* hoc per primum annum, quo Auguſtus fuit, interpretatur *Noriſ.* Numiſm. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. ſed tum ſcripſiſſet, *ortu imperii*, ut cap. 1. *oriens Imperator* notat Conſtantinum factum Auguſtum; *incipientem Imperatorem* cum eo contulit *Acidalius* ad *Tacit.* Annal. I. 19. Rectius itaque *ortus numinis* illic ſola eſt Caeſarea dignitas, ſive *maieſtatis ortus*, ut eamdem adpellat *Eumenius* Paneg. Conſtantii cap. 2. eumdemque *ortum Caeſarum* dicit idem cap. 3. Locutionem hanc expoſuit *Cuperus* in Praefat. Notarum ad *Lactantium* de Mort. Perſec. Itaque cum apud *Victorem* Caeſ. 39. 17. Maximianus, Bagaudas debellaturus, dicatur *imperator*, id tantum interpretor ducem militiae, non ut Auguſtea poſſit inde dignitas confirmari.

3. *Coniuncta debere*] Leg. *coniuncta reddere*, nam *Cicero* de Legib. *caute vota reddunto.* Imo nihil muto, nam *debendi* verbo *Plinius* utitur: *invita ne debeat.* P. FABER. Alii legunt *coniuncte*, id eſt, ſimul. *Votum ſuſcipere* ſimul & *debere* dicitur, qui ſtatim poſt nuncupatum votum ſit illius compos. BAVNE. Sententia huius loci ſatis eſt plana, niſi quod vocem *coniuncta* habeamus ſuſpectam. Nemo enim nobis facile explicaverit, quae dicta ſint *vota coniuncta.* In utriusque quidem libri *Gudiani* margine annotatum eſt, *concepta vota*; ſed cur ſic non dicerentur *ſuſcepta vota*, cum proxime dixerit Orator *vota ſuſcipere.* Deinde nec proprie vota *concepta*, ſive *ſuſcepta* dicebantur *deberi*, niſi ea antea fuiſſent impleta. *Iacobus de la Baune* teſtatur, quosdam legere *coniuncte.* Non prorſus male, ſi *coniuncte* pro ſimul dicatur, uti eſt apud *Ciceronem* lib. II. de Orator. cap. 61. *maxime homines delectantur, ſi quando riſus coniuncte re verboque moveatur.* Sic enim *votum ſuſcipere*, & *coniuncte*, id eſt ſimul, *debere* is diceretur, qui ſtatim poſt nuncupata vota fieret eorum compos. Neſcio tamen, quomodo illud *coniuncte* hic frigeſcere videatur, cum non ſta-

tim

ut mihi ipſa Deorum auxilia, quae precatus eras, praeveniſſe videaris, &, quidquid illi promiſerant, ante feciſſe. Vidimus te, Caeſar, eodem die & in clariſſi-

tim appareat, cur ea vota ſuſcepta debeantur. Nobis in mentem venit, pro voce *coniuncta* hic reponi debere *convicta.* Vota enim *convicta* dicuntur, quorum conditio adimpleta affert obligationem, ita ut is, qui ea nuncupavit, iam ſit votorum reus, eaque ſolvere debeat. Ita ſane loquitur *Cicero* Orat. pro Domo ſua, cap. 57. *Hanc ego devotionem capitis mei, cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique convictam eſſe & commiſſam putabo.* Quid enim aliud hic eſt *devotio convicta & commiſſa*, quam devotio adimpleta, & exitu comprobata, quae obligationem ſolvendi affert? Iam vero *devotio* eſt genus *voti*, cum in omni devotione etiam inſit votum quoddam, ut ii ſerventur, quorum cauſſa aliquis ſe devovet ad periculum, vel calamitatem ſubeundam. Quae autem qualisque fuerit illa *devotio Ciceroniana*, & quibus conditionibus ſuſcepta, patet ex eiusdem formula: *Me, ac meum caput ea conditione devovi, ut ſi & eo ipſo tempore, & ante, & in conſulatu meo commodis meis omnibus, emolumentis, praemiis praetermiſſis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil niſi de ſalute meorum civium laboraſſem, tum mihi republica aliquando reſtituta liceret frui. Sin autem mea conſilia patriae non profuiſſent, ut perpetuum dolorem avulſus a meis ſuſtinerem.* Vid. *Ciceronis* Orat. pro Domo ſua cap 57. & Orat. ad Quirites poſt red cap. 1. ibi nimirum teſtatur *Cicero*, ſe, cum diſceſſerit in exilium, votum diis nuncupaſſe, ut, ſi ſua commoda reipublicae ſaluti anteposuerit, in exilio periret; ſin ſecus, tum in patriam ſalvus rediret. Vbi ergo ſalvus rediit in patriam, votum illud, ſeu *devotio* ex ea parte erat *convicta & commiſſa.* Neque vero tantummodo *votum*, cuius conditio impleta erat, dicebatur *convictum*, & exitu ipſo validum declaratum, ſed & is, qui voverat, votique compos redditus erat, dicebatur ex manifeſtis indiciis impleti voti *convictus*, aut *reus*, & *damnatus voti*; qui tanquam debitor ex ſponſione obligatus erat ad ſolvendum reddendumque votum. Vnde & *Cicero* in eadem Orat. ad Quirites cap. 1. *poſt reditum in patriam* dicit; *ſe eius devotionis eſſe convictum, iudicio Deorum immortalium, teſtimonio Senatus, conſenſu Italiae, beneficio divino immortalique Quiritum.* Iſtae autem loquendi formulae e iure civili, & ſigillatim a ſponſione & ſtipulatione ſunt petitae, quia *votum* exiſtimabatur ſponſio, vel iuſta promiſſio alicuius faciendi, vel non faciendi pro felici eventu, aut alicuius ſalute facta, cuius conditione impleta, ſpondentes fiebant rei debendi, & ad promiſſum ſolvendum Deo obligati. Sicuti ergo, ſecundum Iureconſultos, omnis obligatio naſcitur vel ex contractu, vel ex maleficio, & inde *obligati, rei, debitores, damnati* exiſtunt, ac nominatim ii, qui ſub conditione ſpoponderunt, impleta conditione ſunt *obligati*, & *rei debendi*, ita & ii, quorum vota erant impleta, & *convicta*, id eſt obtenta, & manifeſtis indiciis probata, dicebantur *convicti, rei, damnati, debitores votorum, votisque obligati*, item & *votis promiſſisque teneri*, cuiusmodi formulas collegit, expoſuitque *Robigius* in Codice Critico lib. XI. cap. 14. Et ſicut *committi ſtipulationem* dixere Iuriscónſulti, cum id, quod per eam promiſſum eſt, debetur, & *commiſſa ſtipulatio* appellatur, quae impleta eſt facto & commiſſo promiſſoris; vid. Tit ff. de V. O. & *Salmaſium* de Mod. uſur. cap. 14. p. 615. quia, qui tale quid commiſit, legi, quam ipſe ſibi dixit, ſit obnoxius ex conventione, ubi id commiſit, quo debiti conditio ex pacto impleta eſt, ita hoc ſenſu etiam *Cicero* in Orat. pro Dom. ſua cap 57. *devotionem capitis ſui*, cum eius conditio eſſet impleta, *convictam commiſſamque* vocavit Igitur arbitramur, etiam *Mamertinum* noſtrum bene apteque *vota convicta*, non *coniuncta* dixiſſe, quae erant iam obtenta, & ſtatim felici rerum eventu evidenter comprobata. Ad quam emendationem uti primum ſola coniectura, & comparatione *Ciceronianae* loquendi formulae ſumus deducti, ita non parum laetati ſumus, ubi deinceps ſorte animadvertimus, eandem emendationem etiam auctoritate *Caroli Sigonii*, viri quondam eruditiſſimi, confirmari. Etſi enim nobis quidem haud conſtet, ab eo unquam integros Panegyricos veterum editos eſſe, in eius tamen hiſtoriis de occidentali imperio lib. I. pag. 14. ubi enarrat res geſtas Diocletiani & Maximiani Auguſtorum, hunc ipſum locum *Mamertini*, fortaſſe ex antiquo quodam Codice, ita exſcriptum affert: *Vidimus enim te, Caeſar, eodem die pro republica, & vota ſuſcipere, & convicta delere.* Commemorabilis eſt haec lectio. Quae dicantur *vota convicta* modo expoſuimus. *Delere* autem vota idem eſt ac vota ſolvere. Quae loquendi formula de codice & rationibus impenſarum atque expenſarum eſt deſumta. Perſcribebantur nimirum nomina debitorum in Calendario, vel tabulis. Si qui igitur perſolviſſent pecuniam debitam, eorum no-

ſimo pacis habitu, & in pulcerrimo virtutis ornatu. Bona venia Deûm dixe- 4
rim, ne Iuppiter quidem ipſe tanta celeritate faciem caeli ſui variat, quam facile

nomina delebantur. Adeo tunc expungi & deleri nomen debitoris dicebatur, cum omne eius debitum eſſet perſolutum. Vnde *Plautus* Ciſtell. act. I. ſcen. 2. 40. & 41. *Nunc quod reliquum reſtat, volo perſolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeam.* Alioquin etiam ii, qui debita ſolvebant, dicebantur nomina *expedire*, *explicare*, *tollere de tabula.* Simili modo ii etiam *vota delere* dici potuerunt, qui eadem perſolverunt. Vota enim, quorum conditio erat expleta, habuerunt rationem debitorum, atque homines, votorum compotes, qui ad vota ſua ſolvenda obligati erant, dicebantur *debitores votorum.* Sic *Martialis* lib. IX. Epigr. 43. ubi Apollini nuncupabat vota, ut Stella conſulatum adipiſceretur:

Felix tunc ego, inquit, *debitorque voti*
Caſurum tibi ruſticas ad aras.
Ducam cornibus aureis iuvencum.

& ipſe *Mamertinus* noſter in Geneth. cap. 1. *dicendi munus, quod tunc voti promiſſione ſuſceperam, nunc religione debiti repraeſento.* Equidem vota, ſub conditione nuncupata, non ſtatim nuncupantes efficiebant *reos debendi*, ſed ab eventu exoptato ſuſpendebant promiſſum, ac, quemadmodum *Iuſtinianus* Inſtit. de V. O. §. 4. de ſtipulatione conditionali loquitur, ſaltem ſpem dabant *debitum iri;* attamen ubi votorum conditio erat impleta, ſive ubi vota iam erant convicta, & ad bonum exitum ducta, tunc ii, qui ea nuncupaverant, *vota* actu ſecundo *debere* incipiebant, & ubi iam reipſa praeſtabant, quod voventes promiſerant, *vota exequi*, *vota perficere*, *vota reddere*, *vota ſolvere* aut *perſolvere*, ac, ſi ſequimur *Sigonii* lectionem, etiam *vota delere* dicebantur. Plus adeo omnino eſt *delere vota*, quam *debere vota.* Et hinc credas Maximianum a *Mamertino* dici, eodem die pro republica & vota ſuſcepiſſe, & convicta *deleviſſe*, ſive perſolviſſe, cum idem Orator mox narret, Maximianum eodem die, quo mane auſpicia conſularia & vota fecerat, veſpere ex acie cum triumpho reverſum, *urbem laetitia & exultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis & odoribus accenſis numini ſuo impleviſſe*, quamquam ſub veſperem magis populus iſto gratulationis genere excepiſſe Imperatorem, quam ipſe Imperator iam vota Deo ſolviſſe videatur. Vtcunque eſt, uti in hoc *Mamertini* loco participium *convicta* lubenter amplectimur, ita de recipiendo verbo *delere* pro *debere* adhuc ampliamus. SCHWARZIVS. *Victa* & *vincta* inter ſe permutari docet *Drakenb* ad *Sil. Ital.* VI. 348. & *vincta* & *iuncta* confundi oſtendit *Heinſ.* ad *Ovid.* V. G. Faſt. IV. 681. ubi habet *iunctis*, *victis*, & *vinctis.* Conf. *Eumen.* pro Reſtaur. Schol. c. 10. 3. in fin. ubi pro *coniunctum* occurrit *convinctum*, & Incert. Paneg. Maxim. & Conſt. 1. 5. in fin. & *Brouckhus.* ad *Tibull.* I. 1. 77. IAEGERVS. *Delere* multum diſplicet. *Schwarzio* adſtipulatur Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 20. ut *coniunctus* & *convictus* permutata reperiuntur apud *Caeſarem* B. G. I. 40. 12. *Livium* II. 40. 13. *Ciceronis devotionem convictam* adtigit *Mencken.* Obſerv. L. L. p. 199. Dubito tamen, an rarior vocis uſus, ad elegantiae *Tullianae* exemplum, *Mamertino* conveniat. *Eldikio* meo placuit, *& nuncupata debere.* Mihi fit veriſimilius, *& coniunctim debere*, id eſt, ſimul, ut vota ſuſceperit, & ſuſcepta ſimul eodem die debuerit. Rem ita intelligo; primo Conſulatus die, ex more vota pro Rep. mane ſuſcepit, & ita officia Conſulis inchoavit, ſimul vero pro rebus eo die feliciter in bello geſtis vota debuit veſpertino tempore, quae tunc ſolveret, & ita Imperatoris orſa inplevit. Vt ita explicem, faciunt verba hoc cap. in fin. *ita utroque illius diei ſupremo tempore* (id eſt mane ob Conſulatum, veſpere ob victoriam) *bis divina res pari religione celebrata eſt, Iovi, dum pro futuris vovetur; tibi, dum pro victoria ſolvitur.* —— *Eodem die* eſt, quo Conſulatum inieras, ut exponit *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 56. 4.

Ornatu] Paludamento Imperatorio, de quo iam diximus ad *Plinii* cap. 56. ſeu intelligit de armatura ferrea, ſeu thorace. Noſter infra. PATAROL. *Pacis habitus* eſt toga praetexta cum Conſulatus inſignibus, *virtutis ornatus* paludamentum & thorax. Ita *paludamento mutare praetextam* dixit *Plinius* Paneg. 56. 4. ubi *Schwarzius.* adde *Fabrum* Semeſtr. I. 19.

4. *Venia*] Alii *pace* alicuius *dicere.* *Eumenius* Conſtant. 9. 2. utramque locutionem copioſe illuſtrarunt *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* I. p. 8. *Stephan.* ad *Saxon.* Gramm. Hiſtor. Danic. V. p. 128. V. D. ad *Livium* III. 19. 7. uſumque in invidia amolienda adtigit *Rittershus.* ad *Oppiani* Cyneg. I. 9.

Iuppiter, totam] Vat. *tu, Imperator, togam.* Vide *P. Fabrum* ad L. 1. de Iuſtit. & iur. PVTEA-

le tu, Imperator, togam praetextam ſumto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, a tribunali temet in campum, a curuli in equum tranſtuliſti, & rurſus ex acie cum triumpho rediiſti: totamque hanc urbem, repentina tua in

TEANVS. Lego *tuam*, ut reſpondeat illi verbo, *caeli ſui*, niſi fortaſſe pro *totam* legendum eſt *togam*, ſic *toga praetexta* dicitur a *Vopiſco* in Aureliano. Sic & apud *Senecam* lib. VI. Controverſ. 26. idem error deprehenſus eſt a me in illo loco: *Qui non fuerant contenti unius linguae eloquentia, cum Latine declamaverant, tota poſita* (lego *toga poſita*, nam ſequitur *ſumpto pallio*) *quaſi perſona mutata redibant, & Graece declamabant.* prioris loci emendationem notavimus in tractatu ad Leg. 1. de Iuſtit. & iur. qui Commentario ad Regulas a nobis adiunctus eſt. P. FABER. *Imperator, togam, Bertin.* LIVINEIVS. Ita malui cum *Bertinienſi* Codice, quam ut erat in aliis, *tu Iupiter*, quod non viderem ullam in eo emphaſim. GRVTERVS. *Gruterus* coniecit *togam*, rectiſſime. Idem *Imperator*, etiam recte, ſed defendere tamen aliquis vulgatum poſſit. Vt enim Imperatores hi Iovii dicebantur & Herculei, ſic quoque Iupiter alter, alter Hercules; quamquam Maximianus, de quo hîc, Hercules, non Iupiter, qui audiebat Diocletianus. ACIDALIVS. Ante *Livineium* conſtanter editum, *tu, Iupiter, totam praetextam.* Quod ex ingenio *togam* coniectabat *Faber*, repetiit de Magiſtrat. Roman. cap. 1. & Semeſtr. I. 19. idque Codd. & *Voſſii* excerpta confirmant, probante etiam Patre meo ad *Plinii* Paneg. 56. 4. miror itaque in utraque editione deteriora ſecutum *Rivinum.*

Scipione] *Caſſiodori* e Variar. VI. verba commentarii vicem huc tranſſcribam. Igitur in formula Conſulatus: *Pinge*, inquit, *vaſtos humeros vario colore palmatae, validam manum victoriali ſcipione nobilita, Lares proprios etiam calceis auratis egredere, ſellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus eniſus aſcende.* LIVINEIVS. Scipio olim triumphi inſigne, & eburneum quidem teſte Livio XXXI. 11. 11. ubi Not. aquila ei impoſita, cuius rei rationem reddit *Iſidor.* Orig. XVIII. 2. neque tamen ideo confundendus cum legionum aquilis, ex quarum parte inferiori acuta differentiam adtigit *Reineſius* Epiſt. 21. ut autem is triumphi die geſtus, ſic ſub Impp. geſtus quotidie, cum eſſet conſulatus inſigne, quod cum aliis conſulatus ornamentis expoſuit *P. Faber* de Magiſtr. Roman. cap. 1. & *Salmaſ.* ad *Vopiſc.* Aurelian. 13. —— Vim ſummae celeritatis, quae voci *rapere* ineſt, indicavit *Barthius* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 375.

Veniſti in campum] *Temet in campum* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Vix Maximianus Treveris, ubi ineundi magiſtratus cauſa ſolennia vota concipiebat, audiit Alamannos receptis ex peſtilentia viribus Rhenum ad depopulandas Gallias traieciſſe, cum ſumptis raptim armis palantes hoſtes adortus ultra Rhenum eos repulit, confeſtimque victor Treveros reverſus eſt anno Chriſti 287. BAVNE. *Veniſti* edidit *Livineius* & *Paullus Stephanus.* altera lectio, ut melior, ſic quoque ab omnibus Codd. confirmatur; ipſam rem, quam tangit *Baunius*, explicat *Noriſius* de Num. Diocletian. Diſſ. I. cap. 2.

In equum] Non poſſum, quin huc advocem *Iuſtini* locum de Mithridate lib. XXXVII. cap. 4. *Hieme deinde imminente non in convivio, ſed in campo, non in advocationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter coaequales, aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat.* Accurrit non unus medicus ad membrum iſtud, tamquam ſi aegrum eſſet, & varie adhibuere medicinam. Verum ſi & mihi hiſcere licet, tyroni inter archiatros, dixerim omnia illo loco ſana, integra. *Advocationes* enim hoc loco nihil aliud, quam opera impendenda tribunali, vultque minime reis & accuſatoribus vacaſſe, ut mos regum aliorum, ſed magis exercitiis campeſtribus. id ipſum pluribus confirmavi in libellis Suſpicionum, ſed praecipue fide *Senecae* Conſolat. ad Marciam cap. 36. *Et foro, & advocatis, & huiusmodi aliis occupationibus acerbiſſimi funeris levabat mala proh pudor imperii! Principis Romani lugentis ſororem alea ſolatium fuit.* en quod *Trogi* decurtator vocat *advocationes*, *Seneca* interpretatur *forum & advocatos.* GRVTERVS. Excerpta *Voſſii* & *Guelf.* ignorant *in. De Rooy* Spicil. Crit. p. 49. emendat, *in equum tranſiluiſti.* Locum emendatione egere ſuſpicatus eſt Vir amiciſſimus, quia *P. Stephani*, qua ſola videtur uſus, editio exhibebat, *veniſti in campum*, poſito ſine pronomine verbo *tranſtuliſti:* emendatiorem ex Codd. locum dederunt alii, quo nihil facile ſit mutandum.

Rediiſti] *Rediſti* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS.

Vrbem] Treverenſem, ubi habitam hanc orationem puto. BAVNE.

in hoſtes eruptione ſollicitam, laetitia & exſultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis numini tuo, impleſti. Ita utroque illius diei ſu-pre-

Aras flagrantibus] Vet. *aris*. PVTEANVS. *Aris*, *Cuſpin.* *Auris*, *Bertin.* Sequor *aris*, non *auris*. Auctor Geneth. Maxim. *Concurſare inter ſe agricolae*, *arae incendi*, *tura poni*, *victimae caedi.* Tum reliqua ſic conſtituo: *& ſacrificis odoribus*, *& accenſis Num. t. luminibus impleſti.* LIVINEIVS. Neſcio, an non melius fuerit, *& aris*, ut extat in *Cuſpiniani* editione, neque abludunt MSS. in quibus *auris*. Ceterum, qui expuncto *&* repoſitum eunt, *& aris flagrantibus*, *& ſacrificis odoribus*, *& accenſis numini tuo luminibus impleſti*, adſentior quidem eis, quod attinet ad vocem *luminibus:* haud tamen cetera mutarim. Nam non video, cur inepte dicantur *arae flagrare* partim *ſacrificiis*, partim *odoribus*, hoc eſt, tum victimis, tum aromatibus; hoc enim vult *Mamertinus.* Sic idem noſter Genethliaco Maxim. cap. 10. *Concurſare inter ſe agricolae*, *arae incendi*, *tura poni*, *victimae caedi.* Nimirum vult, exceptam victoriam Maximiani omnis generis honoribus, ditiores victimis, medios odoribus, infimates cereis accenſis gratulationem ſuam teſtatos. De taedis & luminibus in re laeta egregia multa cumularunt amici mei ſummi, *Lipſius* ac *Caſaubonus*, quorum teſtimoniis & nos haud pauca adiecimus, comprehenſa libellis Suſpicionum. GRVTERVS. Recte etiam *aras*. ſed malim *aris*, expreſſius ad ritum, quo omnia paſſim aris impleta in adventum Principum aut Regum, de quibus *Lipſ.* ad II. Hiſtor. *Taciti.* Atque ibi diſertim hunc locum citat, & ſcripſit *aris*, non *aras*. ACIDALIVS. In conſtituenda h. l. lectione potiſſimum ſecutus ſum auctoritatem *Cuſpiniani*, & iudicium *Gruteri*. *Baunius* cum pleriſque edidit, *aras flagrantibus & ſacrificiis & odoribus accenſis numini tuo impleſti.* Illud *aris*, quod & *Livineio*, & *Acidalio*, & *Grutero*, & *Cellario* placuiſſe video (melius nimirum exprimit ritum, quo omnia paſſim aris impleta ſunt in adventu Principum. V. *Bern.* ad *Plin.* Paneg. c. 23. 5. p. 640. Ed. *Schwarz.*) confirmatur veteri Cod. *Cl. Puteani*, & *Fr. Modii* apographo *Bertinienſ.* quorum in illo *aris*, in hoc *auris* legitur. Vox *luminibus* ſoli *Cuſpiniano* debetur. Pro *ſacrificis odoribus*, ut *Livineius* voluit, inductus auctoritate *Cuſp.* & *Bert.*, in quibus eſt *ſacrificiis odoribus* ſine interpoſita vocula *&*, retinui *ſacrificiis & odoribus*, quod ceteri omnes habent, ac probat quoque *Gruterus*, qui & *aras flagrantes* tuetur alio *Mamertini* loco Genethl. cap. 10. ubi *arae* dicuntur *incendi.* adde *Ovid.* Met. III. 691. & VII. 258. itemque *Plin.* Hiſt. Nat. XV. 30. 40. *adeoque in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas non eſt*, *ut ne propitiandis quidem Numinibus accendi ex his altaria araeve debeant.* ad quem locum vid. *Harduin.* Not. & Emend. n. 19. Flagrabant eae *ſacrificiis*, i. e. victimis, & *odoribus.* Oſtendit ſcilicet Orator, adventum Maximiani ſumma laetitia ab omnibus hominibus cuiuſlibet ſortis ſuiſſe exceptum; lautiores victimis, tenuiores ture & odoribus, pauperes taedis & luminibus accenſis gaudia ſua eſſe teſtatos. V. quae adfert *Lipſius* ad Tacit. Hiſt. II. 70. IAEGERVS. *Et aras* dederunt *Puteol.* *Rhenan.* *H. Stephan.* *Livin.* Pariſienſes, *Baunius*, *Rivinus* in prima; ſecutus potius *Paull. Stephanum*, *Cellarium*, & *Patarolum* expreſſi *aris*, quo ducit prava in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis lectio, *auris*, ex altera voce oriunda, ut apud *Ovid.* Her. I. 110. & *Virgil.* Aeneid VII. 593. confirmat me *Plinius* Paneg. 23. 5. *ut plena altaribus*, *anguſta victimis cuncta.* ubi plura de hoc more *Berneccerus.* loquitur Orator de aris flagrantibus tum ſacrificiis, tum odoribus accenſis; prius pertinet ad victimas, poſterius ad tura, ut recte *Gruterus.* Conf. *Lipſium* ad *Taciti* Hiſtor. II. 70. alteram lectionem, *aras flagrantibus & ſacrificiis & odoribus accenſis*, premit conſtructio durior, quae evaneſceret, ſi legeretur, *& aras flagrantibus ſacrificiis & odoribus accenſis.* ita ſaltem locum excitat *Stewechius* ad *Arnob.* adverſ. Gent. VII. p. 143. unde tamen, me latet. *Turis odore* exſtat apud *Priſcian.* Perieges. 877. ſed propter invenuſtam illius vocis repetitionem ter in fine proximorum verſuum, illic ex Cod. *Leidenſi* praefero, *turis honore*, *& caſiae*, ſecutus *Bondamium* Var. Lect. II. 13. n. 12. idem ex Cod. Regio *Burmannus Secundus* ad Antholog. I. 63. quod pari ratione *Ovidio* vindicavit ipſius Patruus, Triſt. II. 76. *honore* apud *Priſcianum* tuetur θυοσκοίοιο *Dionyſii* Perieg. 938.

Et odoribus] Abeſt *&* in *Cuſpin.* & *Bertinienſ.* LIVINEIVS.

Impleſti] *Luminibus impleſti*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. In excerptis *Voſſii* eſt, *& ſacrif. odoribus & accenſis Numini tuo impleſti.* Poſſet ſavere haec lectio voci *luminibus*, tamquam librarii culpa neglectae, ut integre legatur, *& ſacrificiorum*, vel *ſacrificii*, *odoribus.* Neque *luminibus* diſplicebat *Grutero.* Nec tamen voci locum dare ſine Codicibus audeo.

Illius die] Vet. *diei.* PVTEANVS. Diei. ACIDA-

premo tempore bis divina res pari religione celebrata eſt, Iovi, dum pro futuris vovetur; Tibi, dum pro victoria ſolvitur.

Cap. VII. Tale igitur auſpicium illius anni quid ſequebatur, niſi novum ali-
2 quod & ingens miraculum? Quod autem maius evenire potuit illa tua in Germaniam transgreſſione? qua tu primus omnium Imperatorum probaſti Ro-
3 mani imperii nullum eſſe terminum, niſi qui tuorum eſſet armorum. Atqui Rhe-

DALIVS. Mane ac veſpere. Mane auſpicia conſularia & vota facta, veſpere ob victoriam relatam ſacrificatum. CELLARIVS. *Diei* habent Codices, ſed *Rhenanus* & *H. Stephanus die*, quod *Acidalio* dictum videtur pro *diei*. Vt enim, in caſibus per *i* terminatis, Graeci illud poſtea ſubſcripſerunt, ita ſimili modo Latini veteres *i* omiſerunt, unde ex *mihei* factum *mei*, & *me*, *fructu* ex *fructui*, *die* ex *diei*. Confer erudite diſputata a *Perizon.* ad *Sanct.* Minerv. I. 6. Mox *celebranda* in prima Edit. *Rivinus*, quod rei iam geſtae parum convenit.

1. *Qui ſequebatur*] Lege, *quid ſequebatur, niſi.* ACIDALIVS.

2. *Maius*] Male noſter Codex, itemque alter liber *Gudianus* pro voce *maius* habent *magis.* SCHWARZIVS.

In Germania] Vet. *Germaniam.* PVTEANVS. Nec placet, quod idem Codex pro nomine *Germaniam* exhibet *Galliam.* Treveris enim in urbe Galliarum tunc degebat Maximianus, ex qua urbe ſupra Rhenum transgrediebatur in Germaniam. Sed *Puteolanus*, *Rhenanus*, & *Navius* perperam caſu ſexto poſuerunt, *in Germania.* Ad haec nihili eſt *congreſſione*, quod in primo libro *Gudiano* annotatum eſt pro *transgreſſione.* SCHWARZIVS. *Germaniam* quoque excerpta *Schonhovii*, & hunc caſum, quem Codd. ſervant, poſcit rei geſtae ſeries, expoſita a *Noriſio* de Num. Diocletian. Diſſ. I. cap. 2.

Primus] Plures quidem traiecerant Rhenum, etiam proeliis vicerant, nec nihil poſſederant, pacare autem nondum potuere. CELLARIVS. Encomiaſtice ac adulatorie; quot enim ex Romanis Imperatoribus ante Maximianum in Germaniam, ſuperioresque provincias arma intulerunt? PATAROL. Similiter tamen Incertus Epithalam. Maxim. 8. 4. *Hic, quod iam falſo traditum de antiquis Imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum ſigna primus barbaris gentibus intulit*, neque hic locus fugit induſtriam *Wagenaarii* Hiſt. Patr. lib. III. p. 221. —— *Voſſii* excerpta *Imperator.*

Arborum] Opinor legendum *arbitriorum.* RHENANVS. Vet. *arborum.* Lego *armorum.* Non diſſimile eſt Spartani cuiusdam dictum apud *Plutarch.* in Apophthegm. Lacon. ἔλεγε δὲ οὗτος τείχη εἶναι τῆς Σπάρτης τοὺς νέους, ὅρια δὲ τὰς ἐπιδορατίδας. & ibid. ἐρωτηθεὶς δέ ποτε, ἄχρι τίνος εἰσὶν οἱ τῆς Λακωνικῆς ὅροι, τὸ δόρυ κραδάνας εἶπεν, ἄχρις οὗ τοῦτο φθάνοι. PVTEANVS. Fallitur *Rhenanus*, qui putat legendum *arbitriorum.* Vnica enim mutata littera eleganter reponendum eſt *armorum.* Confer autem hunc locum cum *Eumenii* Paneg. Conſtantio cap. 20. & adde, quae habet *Vopiſcus* in Caro in fin. *Plerique dicunt vim fati quandam eſſe, ut Romanus princeps Cteſiphontem tranſire non poſſit.* &c. IVRETVS. *Laborum* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Quid facilius, quam litera reformata reponere? *ardorum*, quemadmodum conieceram ante annos XVI. & tamen hariolationes ceterorum quam alia omnia nobis ſubſtituerint, in promptu eſt. Lepida tamen emendatio *Danielis*, *armorum*, quam lectori impartiendam putabam, ut conſtaret de elegantia ingenii hominis, qui licet infinita nobis communicarit monumenta veterum, at nihil tamen voluit manare in vulgus, quod domi ſuae natum eſſet. GRVTERVS. *Gruterus ardorum*, *Langius laborum* legit. Ego *Danielis* emendationem ſecutus ſum, cum in vulgaribus editionibus eſſet *tuorum arborum.* BAVNE & CELLARIVS. Bene *Iacobus de la Baune*, *Cellarius*, & *Patarol* receperunt, *qui tuorum eſſet armorum*, ubi *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Stephanus*, *Livineius*, aliique ediderant, *qui tuorum eſſet arborum*: *Cuſpinianus*, *qui tuarum eſſet arborum*; quamvis *Rhenanus*, & *Stephanus* ex coniectura, pro voce *arborum*, in margine annotarint *arbitriorum*, *Livineius* ex *Car. Langii* Schedis *laborum*, *Gruterus* ex ſuſpicione *ardorum.* Vocem illam *armorum* confirmat Codex noſter MS. confirmant libri *Gudiani*, & eandem iam *Puteanus* etiam in antiquis Codicibus repererat, atque ita quoque legerat *Sigonius*, & legendum conieceràt *Franc. Iuretus.* SCHWARZIVS. *Schonhovius laborum* coniecit; adde *Meurſium* Exercit. Critic. p. 229. Praeſtat Codices ſequi.

Rhenum antea videbatur ipſa ſic natura duxiſſe, ut eo limite Romanae provinciae ab immanitate barbariae vindicarentur. Et quis umquam ante vos Prin- 4
cipes non gratulatus eſt, Gallias illo amne muniri? quando non cum ſummo metu noſtro Rheni alveum minuit diu ſerena tempeſtas? quando non cum ſecuritate noſtra illius diluvia creverunt? Credo, itidem opimam illam fertilem- 5
que

3. *Limite Rom. provinciae*] Sic cap. 8. Incertus Auctor in Paneg. Maximiano & Conſtantio, loquens de eodem Maximiano; *Hic quod iam falſo traditum de antiquis Imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum ſigna primus barbaris gentibus intulit.* Vid. *Eumenii* Paneg. Conſtantino cap. 11. *Auſon.* Ep. 4.

Nec Rhenum Gallis limitis eſſe loco.

PVTEANVS. Relege ad cap. 2. dicta. CELLARIVS. Galliae, quae Romanis ſerviebant, & pace quidem plerumque firmiori: plus enim motuum ſemper in Germania. PATAROL. *Eumen.* pro inſtaur. Schol. 18. 4. *Rheni limite.* Conſtant. Caeſ. 13. 3. Incertus Conſtantino 2. 6. per excellentiam *limitem* dicit *Eumenius* Conſtantino 21. 2. de limitibus imperii ad Rhenum erudite *Cannegieter* Trebell. Pollion. neglig. p. 182.

Barbariae] Germaniae, in quam barbarae nationes identidem ex ultima Europa confluebant. PATAROL.

Vendicarentur] Vet. *vindicarentur.* PVTEANVS. Et *Schonhovii* excerpta, & Codd. tuetur hoc recte *Dausquius* Orthogr. Vol. II. p. 331. & vocis compoſitio ex *vim dicere*, quam ex iuris Romani principiis inluſtravit *Voſſius* Etymol. in V. aut ex *vim dicare*, ut *Wielingio* de Furt. per lanc. cap. 1. §. 5 videbatur.

Et quis] *Ecquis* Vet. LIVINEIVS. Forte *ecquis*, ut ad oram marginis notat *Livineius* ex veteri Codice. BAVNE. Vulgatum tuentur notata apud *Emmeneſſ.* ad *Virgil.* Eclog. I. 26. *Heinſium* ad eumd Aeneid. III. 341. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 49. 3. & 54. 1.

Illorum amne] Vet. *illo.* PVTEANVS. *Illo* Schedae *Langii*, *illius Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita emendavi ſecutus membranas *Langii.* Prius erat *illorum*, quod cui adplicari queat, non video. GRVTERVS. *Illorum* capio facile *principum.* Sed rectius certe fit, *illo amne.* ACIDALIVS. *Illius* excerpta *Schonhovii.* Codices probant *illo.* Ante *Gruterum* omnes *illorum.* —— *Munire*, *Puteolanus* & *Rhenanus.*

Eum ſine metu] Sic Vet. *quando non cum ſummo metu.* PVTEANVS. *Cum ſummo* Vet. *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Sine?* imo *cum.* Ergo ſcribendum pro *ſine*, *niſi.* Malim tamen hercle, *quando non cum metu noſtro*, ut ſtatim ſubdit, *quando non cum ſecuritate noſtra illius diluvia creverunt?* Illud teneam, etſi & recte ſententia exeat, abiectis voculis *non eum.* ACIDALIVS. *Cum ſummo* etiam *Aldus* in excerptis *Schonhovii*, & Codd. quod recte receperunt *Pariſienſes*; *eum* male retinuit *Rivinus.*

Minuit] Vnde & *Tacitus* lib. IV. Hiſtor. cap. 26. *apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipſa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque, & vetera imperii munimenta deſererent*, &c. GRVTERVS. Excerpta *Voſſii*, & *Guelf. munivit.* Male; intelligit enim ſerena tempeſtate aquarum inopiam fuiſſe exortam, per quam populi feroces, Rheno facilius traiecto, Galliam invadere poterant, ut id factum fuiſſe ex hoc loco recte ſuſpicatur *Wagenaarius* Hiſt. Patr. III. p. 220. Egregie huc facit *Claudianus* Bell. Get. 46.

Alta nec incertis metimur flumina votis,
Excidio latura moram, non poſcimus amnes
Vndoſam ſervare fidem.

—— In iisdem Codd. deſunt *Rheni alveum.*

5. *Itidem*] *Identidem*, *Bertiniens.* LIVINEIVS.

Optimam] Non placet, forte *opimam* LIVINEIVS. Lege *opimam.* ACIDALIVS. & BAVNE. Forte *opimam*, ut ſuſpicatur *Livineius*, & edidit *Cellarius.* IAEGERVS. Regio fertilis non male *optima* dicitur; ita ſane *Virgilius* Georg. II. 205. & 263. *Avienus* Deſcript. orb. 1070.

Hic Tyrus eſt opulens, Berytus & optima.

ex emendatione *Cellarii* Geogr. III. 12. & recte edidit *Frieſemannus*; ideo non acceſſerim *Wopkenſio*, apud *Fulgentium* Mythol. I. 26. emendanti, *regnum opimum*; illic enim *optimum* eſt, quod colendo fructificandoque melius Meduſa reddiderat. Hoc loco tantum *opimam* probo, lectum iam in editione principe *Puteolani*, & in quo reſtituendo *Cel-*

que Syriam velut amplexu ſuo tegebat Euphrates, antequam Diocletiano ſponte ſe dederent regna Perſarum: verum hoc Iovis ſui more, nutu illo patrio,
6 quo omnia contremiſcunt, & maieſtate veſtri nominis conſecutus eſt. Tu autem, Imperator invicte, feras illas indomitasque gentes vaſtatione, proeliis, caedibus, ferro igniqùe domuiſti. Herculei generis hoc fatum eſt, tuae virtuti de-

Cellarium, quamvis de mutata lectione nihil monentem, ſequi debuiſſet *Iaegerus*. Suſpicor etiam de conſenſu Cod. *Gudiani*, cum ad oram Edit. *Cellarianae* nihil pro varia lectione adſcripſerat *Cortius*. Confirmat me *Cicero* pro Dom. 9. *opimam fertilemque Syriam*. & Agrar. II. 19. Galilaeam, Syriae vicinam, *terram opimam & feracem* dicit *Iſidorus* Orig. XIV. 3. quamvis illic in Cod. *Groningano* etiam ſit *optima*. *Opimam Lariſſam*, & ſimilia contulit *Heinſius* ad *Claudian.* in Eutrop. II. 215. eadem utriusque vocis permutatio eſt apud *Livium* XXXVIII. 8. 8. *Apuleium* Metam. VIII. p. 216. Ed. *Elmenh.* niſi illic *opimis* tueatur *Seneca* de Benef. I. 6. & apud eumdem II. p. 27. Ed. *Pric.* pro *porcum opimum* in MS. vidi *optimum*; alterum ex ingenio praetulit *Stewech.* ad *Frontin.* Strateg. IV. 5. 4. apud *Iſidorum* Orig. XIV. 3. ex Cod. *Groningano*, & *Petiti* editione legendum, *opima balſamis.*

Syriam] Vt Gallicas provincias Rhenus a Germanorum incurſionibus defendebat, ſic Syriam, Romanam quoque provinciam, contra Perſas Euphrates tutabatur, antequam Perſae Diocletiano ſponte ſe dediſſent, quod anno Chriſti 286. aut 287. contigiſſe obſervavi in Diocletiani vita. Syria autem regio inter Euphratem, Arabiam, & mare mediterraneum. BAVNE. Vid. infra ad cap. 10. 6. *Euphratem geminum* dicit Genethliac. 6. 6.

Iovis ſui] Quia Diocletianus vocatus fuit Iovius. Infr. Paneg. ſeq. ad Maximian. *Itidem quoque, Maximiane, Hercules tuus.* quia Maximianus dictus Herculius. PVTEANVS. Reſpicit *Virgilii* verſum Aeneid. X.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

quae his *Homericis* reſpondent H.

Καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
Κράτος ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Sic ait, atque oculis Saturnius annuit aequis,
Ilicet & ſacri capiti intremuere capilli,
Immortale decus, concuſſaque regia caeli eſt.

Diocletiano autem, ut hoc addam, cognomen *Iovio* fuiſſe ſupra iam notavi. Vnde proxime *Iovis ſui* dixit. LIVINEIVS. Firmare hic locus poſſet *Lipſii* emendationem, apud *Florum* I. 17. 5 ſcribentis, *in ſubiectos Iovis more detonuit*, quae placuit quoque *de Rooy* Spicileg. Critic. cap. 2. videtur tamen vulgatum recte tuitus illic *Graevius*, & ad *Ciceron.* in Verr. II. 14.

Noſtri nominis] Vet. *veſtri*. PVTEANVS. *Veſtri nominis* recte legitur, non *noſtri*, ut in *Rhenano*, & *Imperatorii* expono. LIVINEIVS. *Noſtri* habent *Puteolanus*, *Rhenanus*, *H. Stephanus*, & *Rivinus*. *Aldus veſtri* quoque tuetur in excerptis *Schonhovii*.

6. *Invicte*] *Invictus* Vet. LIVINEIVS. Locum hunc ex numo inluſtrat *Cannegieter* Monum. Dodenwerd. cap. 6.

Virtuti debere] *Virtuti tuae* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Fidem Codd. ſecutus emendavi, *fatum eſt, tuae virtuti debere, quod vindicas.* cum antea legeretur, *fatum eſt, virtuti debere, quod vindicat.* illa *tuae virtuti* debentur *Livineii* Cod. excerptis *Voſſii*, & *Guelferb. vindicas* autem iisdem, & excerptis *Schonhovii*, & *Cuſpiniani* editioni, hac ſententia, Diocletianus non adeo quidem ipſe res egit, quam Iovis exemplo terrorem Perſis tantum iniecit, tu ipſe manu tua domuiſti, id enim Herculeo generi, ex quo originem ducis, fato deſtinatum eſt, ut, quodcumque vindices, virtuti tuae debeas. *Fatum* eſt, quod generi fato ſit deſtinatum, ut *fata principum*, apud *Florum* III. 17. 3. & *generis humani* ibid. IV. 2. 43. Deterius itaque *Guelferb.* hic exhibet, *factum*, ut in eodem apud *Eumenium* Conſtantin. 14. 6. adde Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 80 6. *Drakenb.* ad *Livium* III. 40. 9. locum *Martiani Capellae* ſimili remedio lib. I. p 21. ex Cod. *Leidenſi* ſanavit *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol I. 7. ſed non perſanavit, ex eodem enim *Leidenſi* ita conſtituo: *haec mox, ut Fata conſpexit —— ſubnotare, ad eorum libros —— cucurrit, & licentiore quadam fiducia, quae facta conſpexerat*, &c. In L. 1. C. de Offic. iudic. legendum *facta panduntur*, & in L. 14 de Advocat. diverſ. iudic. *ambigua cauſſarum facta*, in hoc iudicium ſequor *Ritteri* ad Cod. *Theo-*

debere quod vindicas. Exinde igitur ſoluto animo ac libero ſumus. Licet 7
Rhenus areſcat, tenuique lapſu vix laeves calculos perſpicuo vado pellat, nullus inde metus eſt. Quidquid ultra Rhenum proſpicio, Romanum eſt.

Cap. VIII. Sic illa quondam Romanae potentiae diu aemula & inimica Carthago a Publio Scipione devicta eſt, cum is, traiecto in Africam exercitu,
Hannibalem ab Italiae vaſtatione revocavit. Audieras hoc, Imperator? an ipſe 2
per te divina tua mente perſpexeras, ita demum hoſtes funditus poſſe ſubverti, ſi in propriis ſedibus vincerentur, nec praedam modo, quam cepiſſent, amitterent, ſed ipſi coniuges & liberos, & parentes ſuos, & cariſſima omnia ca-

Theodoſ. Tom. I. p. 58. in L. 21. pr. ff. de Eviction. praeplacet *fatum humanae ſortis*, adſentiente in notis *Gebauero*. apud *Martialem* Epigr. I. 43. in *Thuaneo* vidi, *coniugis factum*. in *Statio* Theb. I. 466. in quibuſdam Edd. exſtat, *mens conſcia facti*, quod Codex *Chriſtii* confirmat apud *Klotzium* Miſcell. Critic. p. 64. adde Obſervat. Miſcell. Tom. I. p. 176. qualis permutatio eſt in eodem Cod. III. 191. VIII. 227. XI. 299. alia *Petrus Daniel* ad Auctor. Querol. ad p. 40. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. III. p. 213.

Vindicat] *Vindicas* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS.

7. *Areſcat*] Sic fere *Eumen.* in Panegyr. Conſtantino cap. 11. *neque enim iam gurgitibus Rheni, ſed nominis tui terrore munimur, quamlibet ille aut areſcat aeſtu, aut reſidat gelu, neutro hoſtis audebit uti vado.* PVTEANVS. Commode hunc locum adhibuit *Ruhnkenius* V. C., ut *Theocrito* ſuum λάλλαι redderet, in Auctar. Emend. ad *Heſychium* Tom. II. ad pag. 420. Vnde vero totus hic locus ſit adumbratus, docte indicat Vir Clariſſ. in Bibl. Critic. Vol. II. Part. I. p. 22.

Romanum eſt] Sic fere *Claudianus* lib. I. de Laud. Stilic.

Geminasque viator
Cum videat ripas, quae ſit Romana, requirat.

PVTEANVS. Oratoriae hoc adulationi tribuo cum *Dithmaro* ad *Teſchenmacheri* Annal. Cliv. Part. I. p. 78. & *Wagenaario* Hiſt. Patr. lib. III. p. 220. Poſt Amandum, & Bagaudas vicit quidem Maximianus Chaibonas & Erulos, ad Rhenum inferiorem, ad ſuperiorem Alemannos & Burgundiones, vide ſupr. cap. 5. & hinc GERMANICI in numis & inſcriptionibus titulum deduxit *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 3. ſed tantum abeſt, ut regiones ita omnes ultra Rhenum ſubegerit, ut, quo tempore haec oratio habita, nondum Franci & Saxones in Batavia, maria infeſtantes, ſubacti fuerint, teſte *Eutropio* IX. 21. qui ſunt *Germani* illi, quos memorat *Victor* Caeſar. 39. 20. adde, quae adtigi ſupra p. 2.

1. *Is traiecto*] Voculam *is* delent excerpta *Voſſii.*

2. *Ipſa per te*] Forte, *an ipſe per te.* Sic quoque *Eutropius* initio Breviarii ſui ad Valentem Imp. *ut tranquillitatis tuae poſſit mens divina laetari, prius ſe illuſtrium virorum facta in adminiſtrando imperio ſecutam, quam cognoſceres lectionem.* Sic fere etiam *Vegetius* in Praefat. PVTEANVS. Forte *ipſe.* LIVINEIVS. Forte *ipſe*, ut ſuſpicatur *Livineius.* BAVNE. *Ipſa* ad *mente* retulerunt Editores ante *Baunium*, poſt quem ex *Puteani* coniectura *ipſe* ſibi locum retinuit. In Codd., etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, eſt *ipſa parte*, ſed alterum praevalet, ut opponantur, quae aut ex aliis, aut ſuo ipſius Imperator conſilio intellexiſſet, quod aliis dicitur *per ſe*, de quo *Drakenb.* ad *Liv.* IX. 46. 8. & XXXIX. 12. 8. id reſtituendum puto *Lactantio* Mort. Perſecut. 21. 3. *quia id aperte iubere non poterat, ſic agebat, ut & ipſe libertatem hominibus auferret.* nihil eſt, quod opponatur τῷ *aperte*; pro *& ipſe* legit *Heumannus reapſe*, ſed *Bunemannus tacite*; coniicio ex veſtigiis litterarum, *ut tectim per ſe.*

Proſpexeras] *Perſpexeras*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Proſpexeras* habet, quo ſe tueatur, ſi capiamus Imperatorem iam ante vidiſſe, hoſtes ita vinci poſſe, quod *praeſumere divina mente* dixit Incertus Epithalam. 7. 1. & *proſpicere animo*, *Iuſtinus* IX. 1. 1. & ita ex Cod. *Traiectino* legendum puto apud *Ciceron.* ad Diverſ. IV. 13. *videor mihi proſpicere ipſius animum.* loquitur enim de iis, quae futura auguratur. Hic tamen ex *Bertinienſi*, *Gudianis*, & *Voſſii* excerptis malui *perſpexeras*, ea ſententia, quam *Suetonio* vindicavit *Oudendorp.* Tiber. 57. Sequens *ſedibus* expoſuit *Gronovius* Diatrib. *Statian.* p. 15.

Et liberos] *Ac liberos* Vet. LIVINEIVS. *Ac* receperunt *Pariſienſes*, & reliqui praeter *Rivinum.* Cum

3 capta moererent? Hoc tu ſive cognitum ſecutus es, ſeu te auctore feciſti,
utrumque pulcerrimum eſt. Neque enim minorem laudem magnarum rerum ae-
4 muli, quam ipſi merentur auctores. Quinimmo, quamvis optimum, intentatae
rei conſilium fortunae committitur; iteratum vero idem atque repetitum ad cer-
5 tam iudicii gloriam pertinet. Ideoque hoc nunc ambo, ſacri Imperatores, ipſo
eſtis Scipione potiores, quod & tu Africanum, & te Diocletianus imita-
tus eſt.

Cap. IX. Ingreſſus eſt nuper illam, quae Rhaetiae eſt obiecta, Germa-
niam;

Cum vero *Guelf.* ſervet *&*, priorem potius lectionem revocavi. Mox pro *capta* Pater meus coniiciebat *capita.* Vnde *Rivinus* in ſecunda editione ediderit, *capta manerent*, me latet.

3. *Auctores*] *Ductores*; *Cuſpinian.* inepte. LIVINEIVS. *Auctores* tuentur notata *Waſſeo* ad *Salluſt.* Catil. 3.

4. *Intentatae*] Aperta ſententia eſt, nec ſollicito, etſi in Vet. *intentae*, in *Bertinienſ.* eſt *intemptae*, in quo veſtigia quaedam propiora verae lectionis, fere enim vetus ſcriptura *intemptatae.* Mox pro *rei* emendaveram *recti*, nec paenitet. Mendum a librariorum compendiis. LIVINEIVS. Quae tentamus primum abſque uſu & experientia, ea, ſi bene ſucceſſerint, fortunae tribui ſolent: quae vero iam facta, & felici uſu comprobata repetimus, iudicio ſunt ac prudentiae adſcribenda. BAVNE. *Intentae* etiam excerpta *Voſſii*, frequenti permutatione, de qua *Drakenb* ad *Livium* IX. 6. 2. optime Oratoris mentem explicuit *Baunius.*

Iteratum idem] *Iteratum vero idem* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Ex iis, quae in praecedenti interpretatione *Baunii* ſibi opponuntur, probo lectionem *Bertinienſis*, *Gudianorum*, & *Voſſii* excerptorum, *iteratum vero idem*, Editoribus neglectam, quia *quamvis* cum *committitur* conſtruxerunt, & ita *vero* ſententiae obeſſe videbatur; ſed id factum ex prava interpunctione, quam ita reſtituo; *Quin imo*, *quamvis optimum*, *intentatae* cet.

Rei gloriam pertinet iudicii] Sic Vet. *ad certam iudicii gloriam pertinet. Ideoque.* PVTEANVS. *Rei* abeſt in *Bertin. iudicii gloriam pertinet* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Ad certam iudicii gloriam pertinet.* ita & duo MSS. nam antea habebamus, *ad certam rei gloriam pertinet iudicii.* inepte. Vox enim *re* repetita ex ſuperiore *intentatae rei.* Si quis tamen dictionem eam mutaverit in *recti*, minime ei adverſer; moneam tantum non comparere in libris pluteariis, ſine quibus nihil mutandum in ſcriptis antiquorum, quamvis aperte falſum, iam plus ſemel teſtatus ſum. GRVTERVS. Dele hoc poſterius *rei.* ACIDALIVS. *Ad certam iudicii gloriam pertinet* etiam *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, eaque lectio poſt *Gruterum* eſt recepta, prae altera illa deteriori, quam tamen in prima Edit. retinuit *Rivinus*, ſed in ſecunda dedit, *ad certam gloriam pertinet iudicii*, haud dubie ſola ductus coniectura, quia non erat, quo *rei* referret.

5. *Sacri ambo*] *Ambo ſacri* Vet. PVTEANVS. *Ambo ſacri Imp. Bertiniens.* LIVINEIVS. Transpoſitionem probant *Guelf. Voſſii*, & *Schonhovii* excerpta. Pater meus pro *hoc nunc* coniiciebat *hoc in uno.*, ſed vulgatum tueri videtur *Mamertinus* cap. ſeq. 3. *ambo nunc eſtis.*

Te Diocletianus] Vt enim Maximianus Germanos in ipſorum finibus oppugnavit, ſic Diocletianus Perſas cis Euphratem primum, tum eosdem traiecto fluvio in ipſorum oris. BAVNE.

1. *Ingreſſus es*] Vet. *eſt.* PVTEANVS. *Eſt* Vet. Aperte *eſt*, non *es* legendum, nam ad Diocletianum pertinet. Genethliaco Maximiani: *Laurea illa devictis accolentibus Syriam nationibus*, *& illa Rhaetica*, *& illa Sarmatica te*, *Maximiane*, *fecerunt pio gaudio triumphare.* Lege reliqua. Iterum: *Tranſeo limitem Rhaetiae repentina hoſtium clade promotum.* LIVINEIVS. Ita retinui, quamvis contenderit *Livineius* omnino ſubſtituendum *eſt.* Praeſtat enim, mea opinione, in periodis obſcuris & intricatis, errare cum vulgo, quam ſine ratione certa ire via regia, forte non regia. GRVTERVS. *Ingreſſus eſt*, puta Diocletianus, quum ex oriente reverteretur per Pannoniam. *Livineius* illud *eſt* reſtituit, libri habent *es*, ad Maximianum referentes. At Genethliaci cap. 7. noſter, utriusque Auguſti victorias enumerans, Diocletiano *Raeticam* manifeſto adſcribit CELLARIVS. De Diocletiano dici haec adnotat *Acidalius*, legendumque *eſt.* Contra tamen cenſeo, & nihil immuto. PATAROL. Plurimi libri editi V. G. *Puteolani*, *Cuſpiniani*, *Rhenani*, *Navii*, utriusque *Stephani*, *Gruteri*, *Pariſienſium* A. 1643. & 1676. & *Patароli* habent, *ingreſſus es.* Hinc nonnulli referunt
ea,

niam; ſimilique virtute ultra Romanum limitem victoriam protulit: adeo

ea, quae hic commemorat *Mamertinus*, ad Maximianum Auguſtum. Sed utique referenda ſunt ad Diocletianum, quod indicat ipſius orationis ſeries. Paullo ante enim cap. 7. & 8. *Mamertinus* comparaverat inter ſe res geſtas Diocletiani & Maximiani Auguſtorum. Diocletianum ait, veluti Iovem, quaſi nutu ſolo, & maieſtatis nominisque ſui terrore, Perſas eo redegiſſe, ut hi ſponte ſe ſuaque regna ipſi dederint: Maximianum vero, velut Herculem, conſerta manu, feras Germanorum gentes domuiſſe, & exemplo Scipionis, qui, traiecto in Africam exercitu, Hannibalem ab Italiae vaſtatione revocaverit, transgreſſione in Germaniam hoſtes in propriis ſedibus viciſſe. Ideo porro dicit Orator, utrosque hos Imperatores ipſo Scipione eſſe potiores, quia Maximianus Africanum, & Diocletianus Maximianum ſint imitati. Vt vero *Mamertinus* probet, iam Diocletianum etiam exemplum Maximiani ſecutum eſſe, & hoſtes in ipſorum finibus oppugnaſſe, nunc cap. 9. indicat, quid Diocletianus egerit, poſtquam ex Oriente reverſus erat per Pannoniam. *Ingreſſus eſt*, inquit, *nuper illam, quae Rhaetiae eſt obiecta, Germaniam, ſimilique virtute* (qua Maximianus uſus erat in invadendis vincendisque Germanis) *Romanum limitem victoria protulit.* Quorum verborum nexus etiam indicium facit, legi oportere *ingreſſus eſt*, propterea quod verbum *protulit*, omnium librorum conſenſu, in tertia perſona exprimitur, quod per copulam connectitur cum antecedente verbo eiusdem perſonae, *ingreſſus eſt.* Ergo utrumque verbum, *ingreſſus eſt*, & limites Romanos *protulit*, non ad praeſentem Maximianum, quem coram in ſecunda perſona alloquebatur *Mamertinus*, ſed ad abſentem Diocletianum eſt referendum. Huc accedit, quod laus occupatae Rhaetiae etiam alibi Diocletiano, non Maximiano adſcribatur, quamvis alioqui hi duo Imperatores, pro inſigni concordia ſua, omnes rerum geſtarum laudes inter ſe communes habere videri vellent. Ita diſerte *Mamertinus* in Geneth. Maxim. cap. 7. 1. *Laurea*, inquit, *illa de victis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhaetica, & illa Sarmatica* (hae omnes victoriae a Diocletiano erant partae) *te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare. Itidem hic gens Chabionum Erulorumque deleta, transrhenana victoria, & domitis oppreſſa Francis piratica bella* (hae erant victoriae Maximiani) *Diocletianum votorum compotem reddiderunt.* Mirum ergo eſt, *Gruterum*, *Iacobum de la Baune*, & *Patarolum*, Viros doctiſſimos, illam lectionem *ingreſſus eſt* admittere noluiſſe, ut eam rem geſtam ad Diocletianum referre poſſent, quamvis illam ipſam veriorem lectionem iam laudarit *Livineius*; & in vetere Codice a ſe obſervatam teſtatus ſit *Puteanus*: quam nos quoque iam auctoritate Codicis noſtri, & teſtimoniis utriusque libri *Gudiani* confirmare poſſumus. SCHWARZIVS. *Eſt* quoque *Voſſii* excerpta.

Raetis] Vet. *Rhetiae.* PVTEANVS. *Rhetiae* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Leve eſt, quod in Codice noſtro pro *Rhaetis* legitur *Rhaetiae.* Perinde enim eſt, utram recipias ſcripturam. Rhaetia vero duplex eſt: prima, vel ſuperior, quae Alpes complectitur, quas Griſonum vocant, *Graupunden*: ſecunda vero, ſive inferior, quae a Lico amne ad Oenum uſque porrigitur. Ita quemadmodum Maximianus Alamannis vincendis Romanum limitem ultra Rhenum, ſic Diocletianus vindicanda Rhaetia, quae ſub Gallieno amiſſa erat, & hinc ſubigendis Quadis, aliisque vicinis populis, qui Rhaetiam infeſtabant, ultra Danubium protulit. SCHWARZIVS. Licet perinde ſit, tamen *Guelferb.*, *Voſſii* excerpta, aliosque Codd. ſecutus *Rhaetiae* repoſui, quod & verbo *obiecta* videtur convenientius; ita Genethl. 5. 4. memorat *limitem Rhaetiae promotum. Germaniam* vero per Alamaniam exponit *Gabriel Trivorius* in Obſerv. Apolog. cap. 16. n. 2.

Victoria protulit] Sic Vet. *virtute ultra Romanum limitem victoriam protulit.* PVTEANVS. De Diocletiano iam ſermo eſt, qui, compulſis ad deditionem Perſis, victorias ultra Romanos fines protulerat. BAVNE. Ne duo caſus ſexti *virtute*, *victoria* concurrant, aut malumus pro *victoria* legere *victor* (prout infra ſub finem cap. 11 huius Panegyrici Codd. MSS. habent, *victores*, ubi vulgo excuſum eſt: *iam milites veſtri ad Oceanum pervenere victoria*) aut ſatius ducimus, hanc admittere lectionem, quae in Codice noſtro, & ambobus libris *Gudianis* reperitur, *ſimilique virtute ultra Romanum limitem victoriam protulit.* SCHWARZIVS. Prior lectio quidem accipi poſſet ea ratione, qua *imperium proferre* dixit *Ovidius* Metam. V. 372. & Eleg ad Liv. 20. adde *Burman.* ad Antholog. I. Epigr. 103. & *limitem promotum*, *Lucanus* I. 404. ſed Codices magis ſequor, quos a *Iaegero* neglectos miror, quorum ſcripturam auctoritate tueor *Taciti* Annal. XIV. 29. *quin ultra bellum proferret.*

H

adeo numini illius ſimpliciter amanterque, quidquid pro hiſce terris feceras, retuliſti, cum, ex diverſa orbis parte coeuntes, invictas dexteras

Adeo numini] In altero libro *Gudiano* aliquis, pro prima particula *adeo*, in margine annotavit, *f. ideo*, id eſt, forte, aut e coniectura reſcribendum cenſuit *ideo*. SCHWARZIVS.

Illius ſimpliciter] Pronomen *illius* refertur ad Diocletianum, de quo proxime ſermo. Adverbium *ſimpliciter* hoc loco idem eſt, quod aperte, candide, ſine ſimulatione, ut *Plinius* loquitur lib. II. Epiſt. 3. *me amice ſimpliciterque reprehenderent*. SCHWARZIVS.

Pro his ceteris] Puto legendum, *hiſce terris*. Nam ante dixit hic Auctor, Maximianum deleviſſe Barbaros, qui cum magnis copiis in Galliam irruperant. Vel etiam ad illud pertinet, quod attigit ſupra de ruſticis, qui ſeditiones in Gallia excitarant, ab Herculio oppreſſis. PVTEANVS. Forte *hiſce terris*. LIVINEIVS. & GRVTERVS. Lege *his ac ceteris*. ACIDALIVS. Forte *pro hiſce terris*, ut ex veteri codice emendat *Claud. Puteanus*. BAVNE. & CELLARIVS. In verbis *pro hiſce terris* vulgo latebat vitium, cum *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius*, uterque *Stephanus*, *Livineius*, *Gruterus*, *Pariſienſes* & *Patarol* in excuſis libris exhibuerint *pro his ceteris*. Quin nec Codex noſter meliorem oſtendit lectionem. *Acidalius* parum utilem attulit medicinam, cum ſuaderet legendum eſſe, *pro his ac ceteris*. Primum *Livineius* annotaverat in margine: *f. pro hiſce terris*. Deinde & *Claud. Puteanus* in notis ad h. l. ſimiliter reſcribendum cenſuit, *pro hiſce terris*. Quam appoſitam coniecturam acutiſſimi *Puteani* vocavit *Gruterus*, ac iam bene recteque in contextum Panegyrici recepit *Cellarius*. Eſt autem *pro hiſce terris* idem, ac pro hac Gallia, quam tunc tuebatur, & a Bagaudis hoſtibusque externis defenderat Maximianus. Vnde & ſupra cap. 4. 3. *Mamertinus* dixit; *An non illud malum ſimile monſtrorum biformium in hiſce terris fuit, quod tua, Caeſar, neſcio, utrum magis fortitudine ſit repreſſum, an clementia mitigatum?* Mirum vero eſt, ad hunc usque diem ne unum quidem Codicem MS. repertum indicatumque ab aliis eſſe, ubi iſta verba huius loci vere recteque ſint perſcripta, ut adeo ſuſpiceris, omnes ſuperſtites Codices horum Panegyricorum ex unico quodam Codice, hac ex parte corrupto, dimanaſſe, quorum tamen alii aliis deinceps evaſerint adhuc corruptiores. Facilis tamen in hac ſcriptura labendi occaſio apparet. Videtur ſcilicet primus librarius fortaſſe neceſſitatem habuiſſe dividendi pronomen *hiſce*, ita ut in fine alicuius verſus ſcripſerit *his-*, in initium autem ſequentis verſus tranſtulerit ſyllabicam adiectionem *ce*, quam ſequitur nomen *terris*. Cum autem forte iſtae voculae, *ce teris* vel *ce terris* nimis coniuncte eſſent ſcriptae, inde alii effinxere *ce teris* pro *in hiſce terris*. SCHWARZIVS. Recte *Schwarzius*, hanc etiam lectionem probante *Marcklando* ad *Stat.* IV. Silv. 6. 65. neque inpedio; in Codicum enim, quantumvis conſpirantium, lectione nihil ſani eſt.

Retuliſti] Aut dicitur pro expoſuiſti, narraſti, aut hoc ſignificat: tu tuas res, pro hiſce terris tuendis geſtas, viciſſim attuliſti ad Diocletianum, & quaſi cum eo communicaſti, ſicut ille ſuas res geſtas tecum communicat, teque in ſocietatem laudum ſuarum admittit. Ita Latini dicunt *referre ſalutem*, id eſt, reſalutare; *referre auxilium*, id eſt, viciſſim auxiliari; *referre controverſiam*, id eſt, viciſſim accuſare. SCHWARZIVS. Poſterior notio hic tantum vera eſt, atque ita accepit *Marckland.* ad *Stat.* IV. Silv. 6. 65. quem conſule. Recte *Baunius* in addita interpretatione: *ita candide & benevole eius potentiae adtribuiſti*.

Diverſa orbis parte] *Ovidius* Epiſt.

Nec tibi diverſa quamvis a gente venires.

PVTEANVS. Mediolani. Fuſe Genethliaco Maxim. LIVINEIVS. Diocletianus e Perſide victor, Maximianus vero e Germania Mediolanum A. C. 290. ad ſeditionum motus tollendos, item & de Aegyptiaco & Africano bello deliberaturi conveniunt. BAVNE. & CELLARIVS. Mediolani, inquit *Livineius*, ut colligitur ex Genethliac. Maxim. Ego tamen, ſi locum hunc cum *Eutropio* confero, varie diſtrahor. Conſtat enim ex ipſo, Maximianum primo & ſecundo praelio victum a Perſis, tertio demum in Armenia commiſſo ingentem de illis victoriam retuliſſe, ipſa Narſei Regis gaza, ac familia capta, inde ovantium more ad Diocletianum reverſum fuiſſe in Meſopotamiam, a quo honorifice ſuſceptus eſt. Quomodo igitur Mediolani convenerunt, aut quomodo Diocletianus Maximiano dona Perſica oſtendit, quae hic quinimmo ad illum detulerat? Dicam igitur alterum a noſtro intelligi Imperatorum occurſum, & poſteriora innui Perſarum ſpolia, quae victi hoſtes ad Diocletianum miſerint. PATAROL. Difficultatem ſuperare pot-

ras contuliſtis : adeo fidum illud fuit fraternumque obſequium. In quo 2
vo-

potuiſſet *Patarolus*, a *Baunio*, aliisque in errorem ductus, ſi adcuratior rerum geſtarum habita fuiſſet ratio; de iis enim, quae contra Narſeum geſta, cogitare haud potuit *Mamertinus*, utique diu poſt hanc orationem perpetrata; adde Narſeum ſexennio demum poſt hanc orationem regem eſſe creatum, ut deinde dicam. Nihil itaque huc etiam Mediolanenſe colloquium. Potius ita cape, Diocletianum hoc quidem tempore contra Perſas bellum urſiſſe, ſed cum Carauſii defectionem audiſſet, pace cum iis compoſita, in Europam profectum, ut cum Maximiano de novo hoſte debellando conſilia caperet, quod colloquium contigit anno hanc Orationem antegreſſo, a quo longius diſtat illud Mediolanenſe. Rem confecit *Noriſius* de Num. Diocletian. Diſſ. I. cap. 4. & quae dixi ſupra pag. 2.

Fidum firmumque fuit] Sic Vet. *adeo fidum illud fuit fraternumque obſequium, in quo vobis.* PVTEANVS. *Fidum fraternumque* Vet. *Cuſpin. Rhenan. Fraternumque* vera lectio. Supra, *merito quivis te tuumque fratrem Romani imperii dixerit conditores.* Rurſum: *Haec omnia cum a fratre optimo oblata ſuſceperis*, &c. & alibi frequenter. LIVINEIVS. *Cellarianae* editioni typographus mendum intulit, dum pro voce *fidum* expreſſit *fidem*. *Navius*, *Livineius*, & *Paul. Stephanus* pro *fraternumque* parum ſcite edidere *firmumque*. Vera, & a ceteris libris confirmata lectio eſt, *fraternumque*. Diocletianus enim & Maximianus vocabantur *fratres*, non quidem natura, ſed voluntatum & dignitatis ſimilitudine. Hinc & *Mamertinus* ſupra cap. 1. huius Paneg. *Revera enim*, inquit, *ſacratiſſime Imperator, merito quivis te tuumque fratrem Romani imperii dixerit conditores.* Optime autem idem *Mamertinus* Geneth. cap. 7. hanc exponit fraternitatem: *Vos caſtra, vos proelia, vos pares victoriae fecere fratres. Dum virtutibus veſtris favetis, dum pulcherrima invicem facta laudatis, dum ad ſummum fortunae faſtigium pari gradu tenditis; diverſum ſanguinem affectibus miſcuiſtis. Non fortuita in vobis eſt germanitas, ſed electa. —— Certiſſimae fraternitatis eſt usque ad imperium ſimilitudo.* Et in hoc ipſo Panegyr cap. 9. 4. orator noſter Diocletianum & Maximianum vocat *virtutibus fratres*, *quod omni conſanguinitate ſit certius.* Atque ita hodieque reges ſe invicem honoris cauſſa vocant *Fratres.* SCHWARZIVS.

Eloquium] *Eloquium* retineo, id eſt, colloquium. Ita enim & eodem Genethl. *Quam invicti ſedent? quam concorditer eloquuntur.* LIVINEIVS. Lege *colloquium.* Sed Genethliaco ſequenti, *quam concorditer eloquuntur*, id eſt, colloquuntur. ACIDALIVS. In his verbis Codex noſter quasdam voces tranſponit, & loco nominis *eloquium* reponit *obſequium*, hunc in modum: *adeo fidum illud fuit fraternumque obſequium.* Eandem lectionem etiam produnt ambo libri *Gudiani*, atque ex vetere Codice quoque annotavit *Claud. Puteanus.* Noſtra quidem opinione *obſequium*, quatenus exprimit Gallorum *la complaiſance*, ſatis bene dici poterat de Diocletiano & Maximiano, qui, mutuis officiis & gratificandi ſtudiis, quaſi inter ſe certare dicebantur. De cuiusmodi *obſequio* loquitur *Terentius* Andr. I. 1. 36. ſeqq. *Cum quibus erat una, iis ſeſe dedere, eorum obſequi ſtudiis, advorſus nemini, nunquam praeponens ſe illis. Ita facillime ſine invidia laudem invenias & amicos pares —— namque hoc tempore obſequium amicos, veritas odium parit.* Sed omnes editiones conſtanter promunt *eloquium*, idque Commentatores interpretantur per colloquium, cum idem *Mamertinus* in Geneth. cap. 11. 4. de colloquio Mediolanenſi Diocletiani & Maximiani dixerit, *quam iunctim ſedent! quam concorditer eloquuntur!* ſed & ibi in *Bertinienſi* Codice legi *colloquuntur* monuit *Livineius.* Quin & in noſtro Codice, & in utroque libro *Gudiano* hic ſcriptum invenimus *colloquuntur*, eandemque lectionem ex libris veteribus annotavit probavitque *Puteanus.* Itaque niſi *obſequium* ſatis placeat, certe malimus legere *colloquium*, quam *eloquium.* Facile enim *e* ex inverſo ɔ, quo librarii aliquando pro ſyllaba *con* vel *co* uſi ſunt, oriri potuit. SCHWARZIVS. Quem omnes ante me locum editores dederunt depravatum, eum ex Codd. ſanitati ſuae reſtitui. *Eloquium* nihil eſt aliud, quam facundia, ut apud *Eumenium* pro inſtaur. Schol. 17. 4. quod hic nullius eſt efficaciae. *Obſequii* vox indicat adcommodationem ad alterius voluntatem, ea dicendo vel faciendo, quae grata eſſe ſciamus, de quo *Burman.* ad *Quinctil.* Inſtit. Orat. VIII. 3. aut licet capere de ſuperioris erga inferiorem ſtudio; illius uſus exempla collegit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 78. 1. ita enim indicaret Orator Diocletianum, licet maiorem, in eadem conſilia Maximiani, quamvis minoris, conſpiraſſe; Diocletiano enim minor erat, quia, eodem imperante, Caeſar fuerat, & ab eo in imperium adſumtus; namque Caeſares, quamvis iam Imperatores, *minores* dicti. *Lactantius* Mort. Perſ. 18.

vobis mutua praebuiſtis omnium exempla virtutum; atque invicem vos, quod fieri iam poſſe non videbatur, auxiſtis: ille tibi oſtendendo dona Perſica, tu illi
3 ſpolia Germanica. Sed neque illum virtutes tuae bellicae a liberalitate, nec illius opes a bellica virtute te revocarunt: ambo nunc eſtis largiſſimi, ambo fortiſſimi: atque hac ipſa veſtri ſimilitudine magis magisque concordes, &,
4 quod omni conſanguinitate certius eſt, virtutibus fratres. Sic fit, ut vobis tantum imperium ſine ulla aemulatione commune ſit, neque ullum inter vos dis-

18. 5. *ut duo ſint in Rep. maiores, qui ſummam rerum teneant, item duo minores, qui ſint adiumento.* ad hunc locum propius idem *Lactantius* §. 6. Maximianum adfirmat conſulturum, *ne amplius minor & extremus eſſet.* Non tempero mihi, quin hinc emendem eumdem *Lactantium* cap. 8. n. 2 praeſertim cum ad *Mamertinum* faciat. Tradit, qua in parte Diocletiani & Maximiani indoles differret: *avaritiae minori altero fuit plus, maiori vero minus, ſed plus timiditatis, plus vero animi non ad bene faciendum, ſed ad male.* qui uno ſpiritu maiori, id eſt Diocletiano, & timiditatem & animum tribuat, non video. Varie haec tentant eruditi, omnes tamen parum commode; tu ſcribe, *plus vero animi minori, non*, id eſt Maximiano; *minori* abſorptum fuit a voce *non*, & praecedentis ultima ſyllaba.

Nobis mutua] *Vobis*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. An *vobis*, ut eſt in *Bertin.* Codice, probatque *Livineius.* BAVNE. Loco τȣ *nobis*, quod *Baunius* cum plerisque hic exhibet, *Schonhovius* ad oram Ed. *Froben.* adſcripſit *vobis.* Sic etiam *Cuſpin.* habet, &, teſte *Livineio*, Cod. *Bertiniens.* Et profecto τὸ *vobis* multo accommodatius eſt illo altero ad vocem ſequentem *mutua*, adeoque praeferendum eſſe duxi. IAEGERVS. Etiam ob ſequentia, *invicem vos*; recte igitur hoc iam reſtituit *Patarolus*, quamvis de mutata lectione nihil monuerit.

3. *Neque illius*] *Guelf. nec*; probo, in bis repetita voce ſecutus *Graevii* iudicium ad *Ciceron.* ad Diverſ X. 11. *Bentleii* ad *Horat.* III. Od. 11. 43. vide, an idem reſtituendum *Ovidio* Metam. II. 55. & 293. *Suetonio* Caeſ. 86. *Ciceroni* ad Diverſ. X. 12. alia dedi in Miſcell. p. 58.

Ab hac ipſa veſtri] *Atque hac ipſa veſtri*, *Bertinienſ. Cuſpin.* Forte, *atque ab hac.* LIVINEIVS. Melius in Cod. noſtro, & in utroque libro *Gudiano* ſcriptum eſt, *atque hac ipſa veſtra ſimilitudine magis magisque concordes.* Copulam *atque* iam etiam publicavit *Cuſpinianus.* SCHWARZIVS. Lectionem Cod. *Schwarz.* & utriusque *Gudiani* veriorem eſſe vulgata adfirmare non auſim. Particulam *a*, *ab* interdum idem valere ac propter, ſatis conſtat. *Curt.* VI. 4. 1. *Tum caſtris undique aperto loco poſitis, non conſultare modo, quid agendum eſſet, ſed vates quoque adhibere coepit a ſuperſtitione animi. Livius* VII. 10. *Armatum adornatumque adverſus Gallum ſtolide laetum, & —— linguam etiam ab irriſu exſerentem producunt.* Alterum illud *veſtri ſimilitudine* convenit *Ovidiano* Metamorph. I. 29. ſeq.

Denſior his tellus, elementaque grandia traxit,
Et preſſa eſt gravitate ſui.

& *Virgiliano* Aen. IV. 654.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Cap. proxime ſequenti Orator noſter: *diſcrimen ſui*, & c. 13. *praeſentia veſtri.* Conf. quae *Schwarzius* ipſe docet ad Paneg. ſeq. c. 2. & quae diſputat *Sanctius* in Minerv. II. 13. & *Perizon.* & *Cort.* ad *Cic.* Ep. ad Diverſ. II. 6. 13. IAEGERVS. Adde infr. 13. n. 4. unde *veſtri* retinui. *Atque hac* etiam excerpta *Voſſii*, unde in iisdem *Schonhovii*, *at quae.* Similitudinem utriusque tangit etiam *Lactantius* Mort. Perſ. 8. 1. *Quid frater eius Maximianus —— non diſſimilis ab eo.* poſteriorem locutionem damnant Interpretes, locumque corruptum pronunciat *Bunemannus*, emendat *Heumannus* ſubſtituendo, *nihil ſimilius eo.* potius lego, *non diſſimiles ambo*, ſequitur enim continuo, *nec enim poſſent in amicitia tam fideli cohaerere, niſi eſſet in utroque mens una.* Illud *ambo* ipſe hic *Mamertini* locus confirmat egregie; *ambo eſtis largiſſimi, ambo fortiſſimi.*

Concordes quod] *Concordes, & quod* Vet. *Cuſpin. Rhenan* LIVINEIVS. *Et* male etiam omiſit *Paul. Stephanus.*

4. *Vlla aemulatione*] *Vlla potentiae aemulatione*, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

Vllum vitae vos] Vet *ullum inter vos.* PVTEANVS. *Inter vos* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *inter vos.* ACIDALIVS. *Inter vos*, ita ſenſus exi-

diſcrimen eſſe patiamini: ſed plane, ut gemini illi reges Lacedaemones Heraclidae, rempublicam pari ſorte teneatis. Quamquam hoc vos meliores & iuſtiores, quod illos mater aſtu coegit, cum nemini fateretur, quem prius edidiſſet in lucem, pari aetatis auctoritate regnare: vos hoc ſponte facitis, quos in ſummis rebus aequavit non vultuum ſimilitudo, ſed morum.

Cap. X. Attamen illos, ſi diſcrimen ſui ſcire potuiſſent, minus mirum fuiſſet, exiguam ſibi communicaſſe regionem, quam ſaepe uno die impiger viator emenſus eſt: vos vero, qui imperium non terrae, ſed caeli regionibus terminatis,

exigit, ut iuxta veteres codices emendarem, pro *vitae vos*, quomodo in vulgaribus editionibus legitur. BAVNE. *Inter* confirmant Codd. *Guelf.* & *Voſſii.*

Gemini] Euryſthenes & Procles, qui regno ab Heraclidis, unde exciderant, recepto, primi Lacedaemone bini imperarunt. *Straboni* Geogr. X. & XIV. alter *Patrocles* nominatur, *Porphyrio* I. de Animal. abſtinentia, *Proſcles;* utrumque errore, ut arbitror, ſcribarum. Adi Herodotum VI. LIVINEIVS. Euryſtheus & Procles, Ariſtodemi & Argiae filii gemelli, *Heraclidae* dicti, quod ab Hercule genus ducerent. Hi Peloponneſo A.M. 2881 capta, pulſoque inde Tiſamene, Lacedaemoniorum rege, & Penthilo Oreſtis filio, ſtatim ab obitu patris, qui in expeditione illa interiit, ambo regnarunt ſimul, quod in incerto eſſet, uter altero prior in lucem exiiſſet. Inde porro duae regum familiae fuerunt, Euryſthenidarum, qui & Agidae ab Agide, Euryſthenis filio, dicti ſunt, & Proclidarum, qui & Eurypontidae ab Euryponte, Proclis nepote, appellati. Euryſthenidae magis eam ob rem honorati ſunt, quod deprehenſum ſubinde ſit, prius in lucem editum fuiſſe Euryſthenem. Ex hac familia XXXI. Reges extitere, ex altera vero XXIV. tantum memorantur. Videri poteſt *Pauſan.* in Laconic. c. 1. 2. 7. BAVNE. Euriſthenes & Patrocles, ſeu Procles, Ariſtodemi Spartae Regis & Argiae filii, teſte *Pauſan.* in Lacon. At *Aelianus* Hiſt. anim. lib. II. cap. 31. Ariſtomachi filios dicit, cui pater fuit Cleadas, Hyllus avus, proavus Hercules, ad quod ſi *Livineius* advertiſſet, non exprobaſſet auctori, quod *Heraclidas* illos appellarit. Horum mentionem faciunt etiam *Apollodor.* lib. II. *Strabo* lib. VIII. ac X. *Herodot.* lib. VI. *Cicero* de Divinat. PATAROL. Quod de *Livineio* memorat, pertinet ad ipſius obſervationem cap. ſeq. Refer huc *Nazarium* Conſtantin. 36. 2. *Nec Lacedaemoniis magis licuerit hoc inſtituto remp. tueri ſuam, cum regem niſi ex ſtirpe Herculis non haberent.* De *Procle*, an *Patrocle*, vid. Clariſſ. *de Rhoer* ad *Porphyr.* I. §. 25.

Lacedaemones] Forte *Lacedaemonis.* LIVINEIVS. *Lacedaemones*, quod omnes libri ſcripti & editi habent, inuſitate pro *Lacedaemoniis* dicitur. *Livineius* ideo coniicit legendum eſſe *Lacedaemonis.* IAEGERVS. Mox *ſorte* ignorant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, quae de lacuna in Cod. monent. Forte hinc ſcripſit, *pares teneatis.*

5. *Nemini*] *Voſſii* excerpta, *eo egit*, *cum nemini coegit*, *nemini fateretur.* corrupte.

Faciatis] *Facitis* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *facitis*, ut *Livineius* iuxta vetera exemplaria emendat. BAVNE. Rectius Codex noſter, item *Bertinienſis*, & vetus *Livineii*, ambo libri *Gudiani*, item & *Cuſpinianus* pro *faciatis* habent *facitis*, cum id conveniat cum indicativo ſuperioris verbi *coegit*, quod utrumque verbum a praecedente particula *quod* dependet. SCHWARZIVS Etiam excerpta *Voſſii* & *Schonhovii*, *facitis*, idque revocavi.

Summis rebus] Tam ſuprema imperii auctoritate. PATAROL.

1. *Illos ſi*] *Illos etiamſi*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Quod ſi Heraclidae diſcernere utcunque potuiſſent, uter altero prior in lucem prodiiſſet, haud valde fuiſſet mirum, ſi regionem tam exiguam fratres duo, qualis eſt extrema Peloponneſi pars, tam unanimiter gubernaſſent. At vos, qui totum terrarum orbem habetis inter vos dividendum, &c. BAVNE. Illud *etiam* dedit *Cuſpinianus*, quem primum ſecuti *Pariſienſes*, hos omnes reliqui. Codd. magis obſequor, ex quibus *etiam* delevi.

Vno die] Dictum hoc exaggerationis gratia. Caeterum Laconica regio non adeo brevis: a ſinu enim Argolico, Boream verſus, usque ad mediterraneum ad auſtrum protendebatur, continebatque centum oppida. Vide praeter veteres auctores *Vbb. Emmium* de Graec. Vet. lib. II. PATAROL. Sed ita rem quoque auget *Cicero* pro Manil. c. 12.

Terminatis] Hauſit ex *Cicerone* Catil. III. 11. *quorum alter fines veſtri imperii non terrae, ſed caeli regionibus terminaret.* *Virgilius* Aen. I. 287. *Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.* Sunt ita

tis, tantam vim, tantam poteſtatem mutuo vobis impartire, divinae profecto
2 immortaliſque fiduciae eſt, quam cupiditas nulla perturbet. Et tamen vides, Imperator, non invenire me ex omni antiquitate, quod comparem vobis, niſi
3 Herculeae gentis exemplum. Nam ille quidem magnus Alexander iam mihi humilis videtur, Indo regi ſua regna reddendo, cum tam multi reges, Imperatores, veſtri clientes ſint; cum per te regnum receperit Genobon; Eſatech ve-

itaque illi οὔτε γῆς ἄπειροι οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, ut *Lyſias* in Corinth. Soc. p. 28. Ed. *Taylor.* Rem ipſam adtigit *Columb.* ad *Lactant.* M. P. p. 277.

2. *Herculeae*] Non excuſo auctorem, qui Euryſthenem & Proclem fratres Herculeae gentis nominet. Contra enim profecto occupatum ab Heraclidis regnum receperunt, ut iam dixi, & hiſtoria probat. LIVINEIVS. Sed vide *Patarol.* ad cap. praecedens.

3. *Indo regi*] Scilicet Poro. Vide *Diodor. Sicul.* lib. XVII. *Plutarchum*, *Curtium* lib. VIII. *Iuſtinum* lib. XII. & alios. PVTEANVS. In noſtro Codice pro *Indo regi* ſcriptum eſt *modo regibus.* Liber ſecundus *Gudianus* ſimpliciter habet *regibus.* Sed tuemur lectionem vulgatam, omnino enim *Mamertinus* reges multos voluiſſe videtur opponere uni. Hic vero fuit Porus, quem, teſte *Iuſtino* lib. XXII. cap. 8. Alexander ob honorem virtutis incolumem in regnum remiſit. SCHWARZIVS. Etiam *Voſſii* excerpta cum *Guelf. regibus.*

Imperatores veſtri] Forte, *veſtri Imperatores.* LIVINEIVS.

Receperit] *Suſceperit*, *Bertin.* *Receperit* probo, non *ſuſceperit.* nam ſequitur ſtatim, *cum te, Maximiane, placaſſet.* Genethliac. Maxim. *Francos ad petendam pacem cum rege venientes.* LIVINEIVS. Vtrum vero armis tunc Franci fuerint devicti, mihi non liquet. Adfirmat *Wagenaar* Hiſtor. Patr. T. I. p. 221. ſed ex Genethliac. 5. 4. magis patere videtur terrore armorum, quam ipſis fuiſſe armis haec facta; adde *Matthaeum* de Nobilit. I. p. 74.

Genobon: Eſatech] In nominibus regum non una ſcriptura. In Vet. *Genneboud Eſaret* lego, in *Bertin. Gennobonde Sathi.* in *Cuſpin. Genobon Vdeſadech. Divaeus* noſter priorem *Genebaudum* reſcribebat; fuiſſe enim eo nomine regem Francorum. Mihi non hic modo, ſed omnino in hiſtoria rerum a Maximiano geſtarum, merae tenebrae apud Scriptores, qui nunc extant. Perſecutus haec olim diligenter Claudius Euſthenius, Diocletiano ab epiſtolis, quem *Vopiſcus* Carino refert quatuor Principum, Diocletiani, Maximiani, Galerii, Conſtantii vitam ſingulis libris complexum. Sed monumenta ea vixerunt. Itaque fides ſit penes *Mamertinum.* LIVINEIVS. De Regulis, quos nominat *Mamertinus*, nihil habemus, quod in medium afferamus. Praeter enim *Mamertinum* nullus Scriptor, ex antiquitate reliquus, horum meminit. Id facile patet, utroſque fuiſſe duces, vel Reges Germanorum, & alterutrum ſigillatim Regem Francorum. Ita idem *Mamertinus* in Geneth. Maximiano dicto cap. 5. commemorat *tropaea Germanica, in media defixa barbaria; & Francos ad petendam pacem cum Rege venientes.* Varie autem in antiquis libris ſcripta deprehendimus obſcura haec nomina. Alter dicitur *Genobon*, *Genoboc*, *Gennobu*, *Genobonus*, *Genneboud*, *Genobond*, *Gennobonde*, *Genebaudus.* Eſt hoc nomen compoſitum: nam docente *Wachtero*, felici originum Germanicarum indagatore, id deſcendit a *Gun*, id eſt, vir, & a *Bald*, id eſt, audax, fortis, robuſtus; quod in compoſitis exprimitur per *baudes*, *baudus*, & *bodus*, litera *l* in media voce omiſſa. Hinc *Genobaldus*, & *Genobaudes* erant nomina Francorum, & eadem notione ſignificabant virum audacem & fortem. Quamquam idem Cl. *Wachterus* huius nominis alteram partem etiam referat ad vetuſtam vocem Germanicam *Bod*, quae in nominibus propriis veterum videatur denotaſſe Ducem, vel alium aliquem auctoritate iubendi potentem, a *bieten*, mandare, praecipere. Vnde *Bauto*, quaſi regnator, nomen nobilis Franci, & belli ducis in exercitu Gratiani apud *Zoſimum* lib. IV. cap. 33. item *Marobodus*, & *Marobaudes* eadem ſignificatione; quorum duorum nominum prima pars deducitur ab antiquo *Mar*, id eſt, princeps, dominus. Sed illae antiquae Germanorum voces, *bald*, *wald*, *bot*, facile inter ſe conciliari poſſunt. Quod vero ad alterius Regis nomen attinet, id aeque varie ſcriptum invenimus: *Eſadech*, *Eſathech*, *Deſathe*, *Vdeſadech*, *Eſaret*, *Sathi.* Laudatiſſimus *Wachterus* huius ducis Francorum nomen ſcriptum exhibet *Atech*, idque ait nihil aliud ſignificare, quam felicem vel fortunatum, cui ſimile nomen Allamannicum ſit, *Otich*, *Aedich*, vel *Oticho* in Indice *Goldaſti.* Refert id ad primitivum *Od*, & in

vero munus acceperit. Quid enim ille aliud expetivit, ad conſpectum tuum 4
cum omni ſua gente veniendo, niſi ut tunc demum integra regnaret auctoritate,
cum

in Angloſaxonum lingua *Ead*, id eſt, divitiae, felicitas; *eadig*, felix: inde & derivat nomen ducis Herulorum & Rugiorum *Otaker*, *Odoacer*, id eſt, felix, dives. Sed haec aliorum diligentiae penitius excutienda relinquimus; id unum ad hunc locum iam addimus, per *munus*, quod Eſatech dicitur a Maximiano accepiſſe, videri nobis ſignificari munus pacis; prout haec coniungit alter *Mamertinus* in Grat. act. Iuliano dicta cap. 7. 3. *Innumerabilibus barbaris data venia, & munus pacis indultum.* Certe *Francos cum Rege*, *ad pacem* a Maximiano *petendam*, *veniſſe* teſtatur noſter *Mamertinus* in Geneth. cap. 5. 4. Sed & *munera* proprie ſic dicta dare, potius erat Regum devictorum & ſupplicantium, quam victoris. Vnde parum abeſt, quin ſuſpicemur vocabulum *pacis*, propter ſyllabam aliquantum ſimilem ſequentis verbi *acceperit*, forte ex codicibus MSS. excidiſſe; Codex noſter pro voce *munus* habet *minus*. SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta, *Genobaudes atch*, in iisdem *Schonbovii Aldus*, *Genebond & Eſadech*. Pronior ſum, ut *Mamertinum* ſcripſiſſe credam, *Genobaudes*, *Atech vero munus*. Genobon, ſive Genobaudem Francis, qui in Batavia conſederant, imperaſſe docet ex Annalibus Treverenſibus *Wagenaar* Hiſt. Patr. lib. III. p. 221. Nomina haec, ita in Codd. corrupta, frequenti Librariorum in nominibus propriis errori ſunt tribuenda. Abundant exemplis MSS., quaedam dedit Cl. *Bondam* Var Lect. I. 3. apud *Ioſephum Iſcanum* IV. 5. feliciſſime alia reſtitues ex *Dict. Cretens.* II. 35. *Darete Phrygio* cap. 18. iuvat addere eiusdem *Iſcani* locum ex lib. IV. 484. quo memorat Teuthrantem a Telepho ſepultum, in funere autem facta ipſius ſculpta fuiſſe ſpectaculo, & in illis mortis ipſius genus, quo ab Achille vulneratus, & a Telepho clypeo obtectus, tandem exſpiraverat:

tres aere propinquo
Haerent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teutbras: pallere videres
Ora, genas, aurumque mori.

pro *aurum* ſubſtituit *Vonckius* Lect. Lat. p. 148. aut *aevum*, aut *artus*, aut *totum*. non dubito, quin ſcripſerit, *Teuthranta mori*. Apud *Ampelium* Memor. 16. eſt, *a regibus deditus*. quinam illi reges? unum *Regulum Thraciae* in eadem cauſſa memorat *Florus* II. 15. 5. tu ſcribe, *a rege Byza deditus;* ita eum adpellat *Zonaras* Annal. IX. 28. ubi male *a Byzo* Interpres Latinus; *Byza* eſt a recto Βύζας. porro apud *Spartianum* Hadrian. 16. *ut ſero Kalendis Ianuariis ſcripſerit*, omnino admitti debuiſſet *Meurſii* coniectura apud *Gruterum*, *ut Vero*, nempe Aelio Vero, & ita *Lipenius* Strenar. Hiſtor. T. III. Theſ. *Graevii* p. 433. hoc praetulerim aut *Salmaſii* interpretationi, aut τῷ *fere*, quod divinabat *de Rooy* Spicil. Critic. p. 2. Denique apud *Martialem* Epigr. I. 43.

Ruſtica lactentes nec miſit fiſcina metas.

interpretantur *fiſcina* caniſtrum agreſte, idne vero ſatis commode dici poteſt *metas lactentes mittere*, id eſt caſeos ex lacte coagulato in metae formam? in *Thuaneo* vidi *Saſina*, unde eruebam *Saſſina*, urbs Vmbrorum caſei dives; iam video idem in mentem veniſſe *Heinſio* ad *Silium Ital.* VIII. 463. & Adverſ. II. 9. in fin. cuius in emendatione certa conſenſum mihi gratulor.

4. *Quid ille*] *Quid enim ille* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. In *Puteolani*, *Cuſpiniani*, *Rhenani*, *Navii*, & *Livineii* exemplaribus omiſſa eſt particula *enim*, quae vero in aliis libris ſcriptis excuſisque legitur. SCHWARZIVS. *Enim*, omiſſum etiam utrique *Stephano* & *Rivino*, receperunt *Pariſienſes*, & qui ſecuti ſunt.

Conſpectum] *Conſpectum tuum* Vet. PVTEANVS. Potiſſimum huic loco reſtituendum eſt pronomen *tuum* poſt vocabulum *conſpectum*. Etenim *ad conſpectum tuum* extat in noſtro Codice; annotatum eſt in altero libro *Gudiano*; id in vetere Codice etiam reperit *Puteanus*, & iam evulgavit *Cuſpinianus*. SCHWARZIVS. Dedi, quod eſt in Codicibus.

Gente] Vtrum cum ſua familia? an cum gentis ſuae primoribus? Ea de re nullibi, quod ſciam, praeterquam in his Panegyricis mentio eſt. BAVNE. Puto cum integra gente, ſive *popularibus ſuis*, ut mox ſcribit, & *Francos*, id eſt, gentem cum ſuo rege veniſſe tradit Genethliac. 5. 4.

Auctoritate regnaret] In noſtro Codice, & ambobus libris *Gudianis* haec verba ſic aptius collocata leguntur, *ut tunc demum integra regnaret auctoritate.* SCHWARZIVS. Quod *Schwarzio* aptius videbatur, reddidi.

5 cum te, Maximiane, placaſſet? Oſtendit ille te idemtidem, ut audio, popula-
ribus ſuis, & intueri diu iuſſit, & obſequia diſcere, cum tibi ipſe ſerviret.
6 Hoc eodem modo rex ille Perſarum, numquam ſe ante dignatus hominem con-
fiteri, fratri tuo ſupplicat, totumque, ſi ingredi ille dignetur, regnum ſuum
7 pandit. Offert interim varia miracula, eximiae pulcritudinis feras mittit, amici-
tiae nomen impetrare contentus, promeretur obſequio.

CAP.

6. *Modo rex*] Infr. in Paneg. Conſtantino Caeſari cap. 10. *Toties obtrita Sarmatia, Vitungi, Quadi, Carpi, toties profligati, ſubmittente ſe Gottho pace poſcenda, ſupplicante per munera rege Perſarum.* PVTEANVS. Narzeum *Sext. Victor* nominat. LIVINEIVS. Narſeus, a Galerio Caeſare victus, a Diocletiano Auguſto regnare permiſſus. Adi *Aurel. Victorem Schotti*, qui invidiae Diocletiani in Galerium tribuit, ne provincia tum Perſis fieret. CELLARIVS. Narſeus, ſeu Ormisdas eiusdem nepos. PATAROL. *Voſſii* excerpta, *modo mox ille rex.* Rerum geſtarum ſeriem hic confundunt Interpretes, & in vita Diocletiani *Baunius.* Vno omnes ore *Regem Perſarum* interpretantur Narſeum. De eo ne cogitare quidem hic potuit Orator, cum demum ſexennio poſt hanc Orationem ad regnum pervenerit, A. CCXCV. ut demonſtrarunt *Scaliger* ad *Euſeb.* p. 243. & *Cuper.* ad *Lactant.* de Mort. Perſecut. p. 145. Videntur in errorem ducti ab *Eutropio* IX. 22. & *Oroſio* Hiſtor. VII. 25. Narſeum regem inter cauſſas memorantibus, quare Maximianus ex Caeſare factus ſit Auguſtus. Id quidem ob bellum Perſicum contigit, ſed non cum Narſeo geſtum. Neque vera *Gruneri* ad *Victor.* Caeſar. 39. 22. ſuſpicio, ut, quae de Narſeo apud *Eutropium* & *Oroſium* memorentur, referantur ad tempus, quo Conſtantius & Galerius Maximianus creati ſint Caeſares; id enim factum A. CCXCII. triennio ante, quam Narſeus rex fuerit. Eſt itaque hic locus de alio contra Perſas bello intelligendus, quod ex Bithynia movens geſſit Diocletianus, ſed, ut videtur, A. CCLXXXVI. compoſitum fuit, cum res in occidente ordinandas iuberet Carauſii defectio, ita ut Diocletiano Syriam ceſſerit rex Perſarum, & legatione cum muneribus miſſa pacem oraverit. Is autem debuit eſſe Vararanes II. qui aliis Warharan, *Parthum* adpellat Genethliac. 5. 4. Narſeum adhuc praeceſſit Vararanes III. ſive Seganſaa; is autem per quatuor tantum menſes praefuit, ſed Vararanes II. per annos ſeptemdecim, qui incidunt in huius Orationis tempus. Vid. *Agathias* de Reb. Iuſtinian. IV. p 130. Ed. *Vulcan. Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. p. 156. *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſert. I. cap. 4. *Baſnage* Annal. Polit. T. II. p. 451. *Cuperus* Epiſt. ad *Voetium* p. 11. —— Locum hunc *Mamertini* imitatus eſt *Pacatus* Paneg. 22. 5. de Perſarum rege: *Ipſe ille rex eius, dedignatus ſe antea confiteri hominem, iam fatetur timorem.* inſerui illic omiſſum *ſe* ex *Schwarzii* Codd. *Voſſii* excerptis, & hoc *Mamertini* loco. Convenit praeterea *Sidonius Apollin.* VIII. Epiſt. 9. de Parthorum rege:

Qui, cognata licet ſibi aſtra fingens
Phoebea tumeat propinquitate,
Mortalem hic tamen inplet obſecrando.

Se ut ingredi] Sic Vet. *totumque ſi ingredi ille dignaretur.* PVTEANVS. *Si ingredi* Vet *Bertin.* LIVINEIVS. Vel delendum *ſe*, vel tranſponendum, *totumque, ut ingredi ille dignetur, reg. ſ. pandit, ſe offert.* Niſi tamen illo ordine melius: *Fratri tuo ſupplicat, ſe offert, totumque ut ing. i. d. regnum ſuum pandit: interim varia.* ACIDALIVS. Olim obfuſcarat ſententiam huius loci depravata ſcriptura, dum *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius* edidere, *totumque ſe, ut ingredi ille dignetur, regnum ſuum pandit.* Sed iam veriorem lectionem evulgarunt *Gruterus*, & *Pariſienſes*, quae etiam Codicis noſtri ſuffragio confirmatur, ac iam a *Livineio* ex ſuo, & *Bertinienſi* Codice in margine notata erat. Quibus teſtibus etiam *dignetur* rectius, quam *dignaretur* legitur. SCHWARZIVS. *Totumque ſe ut ingredi ille dignetur*, quod *Puteolano*, *Rhenano*, aliisque antiquioribus placuerat, dederunt quoque *Stephani*, & *Rivinus.* Alterum, quod Codd. confirmant, & edidi, poſt *Gruterum* ſequentibus placuit, niſi quod *Baunius*, & *Cellarius* expreſſerint, *dignaretur.* prius *dignetur* iure revocavit *Patarolus.* Denique *Baunius* dedit *totumque*, ſententia quidem idonea, ſed contra Codd.

Miracula] Infra in Geneth. Maximiani: *Parthum vobis munerum miraculis blandientem.* PVTEANVS. In his vitium latere videtur, Interpretibus neglectum. In *Guelf.* & *Voſſii* excerptis eſt *varia maria*, unde effingebat *Voſſius*, *varia mu-*

ne-

Cap. XI. Veſtra haec concordia facit, inviɛtiſſimi Principes, ut vobis in tanta aequalitate ſucceſſuum etiam fortuna reſpondeat. Rempublicam enim una mente regitis: neque vobis tanta locorum diverſitas obeſt, quo minus etiam velut iunɛtis dexteris gubernetis. Ita, quamvis maieſtatem regiam geminato 2 nu-

nera, *Cortius* in margine Edit. ſuae, *varia mira*, hisce tamen acutior & vere *Eldikius* meus, *offert munerum varia miracula*; illud *munerum* latet in *interim*. Emendationem ipſe probat *Mamertinus* Genethliac. 5. 4. ubi de eodem hoc rege; *Parthumque vobis munerum miraculis blandientem*; *Eumenius* Conſtantio 10. n. 4. *Supplicante per munera rege Perſarum*. Non tentandam eſſe vocem *miracula* oſtendit addita interpretatio, *eximiae pulcritudinis feras*, ea enim eſt huius vocis notio de feris mirae magnitudinis & pulcritudinis, praeſertim de elephantis. *Noriſius* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 6. hoc ſenſu *Claudian*. Conſul. Mall. 280.

Miracula plebi
Colligite, & claris nomen celebrate theatris.

ubi *Barthius*; *miracula avium* dixit *Mamertinus* Gratiar. action. 11. adde *Cannegiet.* ad *Avian.* Fab. 5. princ. & Diſſertat. de *Avian.* cap. 22. *Oppianus* Halieut. I 360. cete adpellat πελάγια θαύματα πόντου. cum quo loco *Lambinus* recte contulit illa *Horatii* Od. I. 3. 18.

Qui ſiccis oculis monſtra natantia.

Bentleio illic placebat *rectis*; puto potius latere *fixis*, quod propius Codd adcedit quos *oculos defixos* adpellat Epiſtol. I. 6. 14 & *inmotos*. *Ovidius* Metam. II. 502.

1. *Hcc*] Codex noſter pro *hoc* habet *haec*, & praepoſitionem *in* prorſus praetermittit. Quae lectio etiam in altero Codice *Gudiano* obſervatur. Videant alii, an pronomen *haec* commodius referri poſſit ad vocem *concordia?* item an non praepoſitio *in* recte omitti poſſit, ut *aequalitas ſucceſſuum* non ſignificet id bonum, quod iam adſit Imperatoribus, ſed quod fortuna eorum concordiae rependat? Sic certe ſine praepoſitione loquitur *Cicer.* lib. XV. Epiſt. 21. ad Famil. *Cui quidem ego amori (utinam ceteris rebus poſſem!) amore certe reſpondebo.* SCHWARZIVS. *Haec* etiam excerpta *Voſſii*, quod fortius ſententiam exprimit, neque negligere debuiſſet *Iaegerus.*

In tanta] *In* abeſt in Vet. LIVINEIVS. Etiam in *Guelf.*

Diverſitas] Maximianus enim erat Treveris, Diocletianus vero in Oriente, ut ex cap. 14. manifeſtum eſt: *hoc idem Diocletianum Oriens rogat.* BAVNE.

Invictis] Puto legendum, *iunctis dexteris*, quemadmodum infr. in Geneth. Maximiani: *ambo ſunt, pariter ſunt, quam invicti ſedent, quam concorditer eloquuntur*; legendum *iuncti*, vel potius *iunctim.* Similis locutio in Paneg. Max. & Conſt *ita non dexteras tantum, ſed etiam omnes ſenſus veſtros menteſque iunxiſſe.* PVTEANVS. Totus ſermo monet, ut emendent potius *iunctis dextris.* Sic Incerti Paneg. Maxim *Ita non dexteras tantum, ſed etiam omnes ſenſus veſtros menteſque iunxiſſe.* & Geneth. cap. 12. *pono quotidiana veſtra colloquia, coniunctas in omni ſermone dexteras.* IVRETVS. Forte, *veluti iunctis dexteris.* LIVINEIVS. Ad eundem ſcopum collinearunt *Puteanus*, *Bongarſius*, *Livineius*, coniectando fuiſſe, *veluti iunctis dextris*, & ita poſcit ſententia. GRVTERVS. Lege *eam*, ſcilicet Rempub. de qua praeceſſit. Et *iunctis*. ACIDALIVS. & BAVNE. Equidem iam ſupra cap. 9. 1. dixerat *Mamertinus*: *ex diverſa orbis parte coeuntes invictas dexteras contuliſtis.* At iam recte obſervarunt alii, eandem loquendi rationem hic locum habere non poſſe, ubi non tam de fortitudine, quam de coniunctione, & concordia Imperatorum ſermo ſit. Particula *velut* male adiiceretur *invictis dexteris*, quaſi hae non proprie vereque eſſent *invictae manus*; at bene illa adiici poteſt *iunctis manibus*, quia Imperatores, multorum locorum intercapedine & diverſitate diſiuncti, non proprie & ipſo corpore, ſed μεταφορικῶς & animo *manus iungere*, ac veluti iunctis dexteris gubernare dici poſſunt. Etſi igitur plurimi quidem libri referant *velut invictis dexteris*, iam tamen *Iuretus*, *Livineius*, *Puteanus*, & *Gruterus* agnoverunt poſcere ſententiam, ut legatur *velut iunctis dexteris*, cui lectioni bene locum dedit in eximia editione ſua *Patarol.* SCHWARZIVS. Recte locum explicuit *Schwarzius.* In *invictis dextris* alia eſt ratio ſupra cap. 9 & apud *Eumenium* Gratiar. action. 1. 3. hic totius loci ſeries confirmat *iunctis*; id flagitat oppoſitio *locorum diverſitas*, praeterea locutiones additae, *aequalitas ſucceſſuum*, *una mens*, *ſingulare imperium conſentiendo retentum*: ideo & ſupra 9. 4. eos di-

numine augeatis, utilitatem imperii ſingularis conſentiendo retinetis.
3 Quare ſi non fruſtra Graeci poetae hominibus iuſtitiam colentibus re-

cit *pari ſorte*, aut *pares*, remp. tenuiſſe; *coniunctas in omni ſermone* eorum *dexteras* praedicat Genethliac. 12. 3. proxime adcedit locus Incerti Epithalam. 1. 3. aliis iam notatus. His motus *iunctis* revocavi, *Patarolum* ſecutus, *Schwarzium*, & *Iaegerum*, quibus iam praeiverat quoque *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. p. 58. neque aliter locum excitavit *Baluzius* ad *Lactant.* de Mort. Perſecut. p. 20. Summam itaque utriusque concordiam indicat, quorum ὁμόνοιαν Diis etiam amatam fuiſſe ſcribit *Iulianus* Caeſar. p. 316. unamque iis mentem, eamdem cogitationem, parem voluntatem, aequam ſententiam tribuit *Lactantius* Mortib. Perſecut. cap. 8. quaedam ad cap. 9. dicta, huc pertinent.

Vtilitatem imperii] *Vtilitatem tamen imperii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *unitatem tamen*, &c. ut opponatur *geminatum numen*, & *unitas imperii ſingul.* RITTERSHVSIVS. Oppoſitio eſt quaerenda inter *geminatum numen*, & *imperium ſingulare*, hac ſententia, aucta maieſtas non efficit, ut alter alterius ſibi rapere imperium conetur, ſed quisque ſuum ſibi ſingulare retineat, quia id utilius. Simili modo in Genethliac. 12. 3. *pietatem utilitate Reip. vincere.* Vulgatum etiam recte tuetur *Wopkenſius* in Miſcell. Obſ. Vol. VIII. p. 80. — In *Voſſii* excerptis, & *Guelf.* pro *conſentiendo* legitur *conſuetudo*, ex quo nihil expedio. — *Tamen* licet inſeruerit *Cuſpinianus*, habeantque *Schonhovii* excerpta, recte neglexerunt poſteriores; ex illa elegantia, quam adtigi ad *Arator.* II. 733. — *Maieſtatem regiam* Impp. tribuit conſueto more, quo *Reges* dicebantur. *Athanaſius* Opp. T. I. p. 931. *Barth.* ad *Claudian.* p. 1235. ad *Rutilium* I. 555. *regalia* hinc poſteriori aevo Imperatorum iura. *Cerda* ad *Virgilium* Aeneid. VIII. 242. *Regia lex*, qua Imperatori Romano ſumma data poteſtas, *Triboniani* tamen commentum in L. 1. pr. ff. de Conſtit. Princip. L. 1. §. 7. C. de Vet. iur. enucl. §. 6. I. de I. N. In Epiſtola *Petri* I. cap. 2. §. 13 βασιλεῖ *Beza* exponit *Caeſari*, haud dubie, quia illic opponitur ἡγεμόσιν; ſed dubito: *Petri* tempore nondum reges dicti Impp. Romani; ſcio apud *Tacit.* Annal. XII. 66. *inſtrumenta regni*, & XIII. 14. *arbitrium regni* memorari, ſed utroque loco de impotenti dominatione, ut ea Romanis placuit notio, quamdiu libertatis ſupereſſent veſtigia.

3. *Graeci poetae*] Oſtendit mihi *Iohannes Bochius*, Antverpienſium urbi a ſecretis, Vir & multa lectione & eruditus, *Platonis* e II. de Republ. locum, qui ad argumentum, quod in manibus, *Heſiodi*; & *Homeri* teſtimonia protulit. Verſus utriusque plenius, & inde a capite, ut ſic dixerim, apponam, qui illic curte leguntur. Sic igitur *Heſiodus* Oper. & dier. I.

Ουδέποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
Ουτ' ἄτη; θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.
Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι.
Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερὲς οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Iuſtitiae non aegra fames cultoribus inſtat,
Non noxae, laeta uſque epulis quin munera cordi,
Vber & annona tellus, monteſque per altos
Luxuriant ſumma glandes, media ilice mella,
Balantum & molli denſentur vellere ſaecla,
Et ſimiles patrum dat caſta puerpera natos,
Perpetibuſque bonis florent, nec cura per altum
Puppe vehi, laetumque tumet ſeges omnibus arvis.

Vlyſſis vero ad Penelopen Ὀδ. T. haec ſunt verba:

ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὸν ἱκάνει,
Ὥς τε τεῦ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων
Εὐδικίας ἀνέχησι. φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριτὰς ἰβρίθησι δὲ δένδρεα κάρπῳ,
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης, ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.

Nam caelo tua vivida gloria ſurgit,
Qualis honorati regis, cui Numinis inſtar
Armiferos lata populos ditione tenenti
Iuſtitiae pia cura. Olli ſtat hordea totis
Triticeusque labor campis, devexaque pomis
Arbor, oves & fetu, & laetum piſcibus aequor,
Et fortunatae placido ſub Principe gentes.

Magnum, & illuſtre utriusque Poetae praemium iuſtitiae, citra duplicem tamen ſeturam aut annonam. Quod meo animo veriſimile ſcriptum laudatori ab Heroum memoria, qui in inſulis Fortunatis. *Pomponius Mela* extremo de ſitu Orbis III. *Contra*

repromittunt binos gregum fetus, & duplices arborum fructus; nunc omnia
gentibus univerſis gemina debentur, quarum vos domini tam ſancte iuſtitiam &
concordiam colitis. Tu quidem certe, Imperator, tantum eſſe in concordia bo- 4
num ſtatuis, ut etiam eos, qui circa te potiſſimo funguntur officio, neceſſitudi-
ne tibi & affinitate devinxeris: id pulcerrimum arbitratus, adhaerere lateri tuo
non timoris obſequia, ſed vota pietatis, quorum ductu proxime, cum feliciſſimis
veſtris auſpiciis uterentur, lubrica illa fallaxque gens barbarorum, ut mereba-
tur,

Fortunatae inſulae abundant ſua ſponte genitis, &, ſubinde aliis ſuper aliis innaſcentibus, nihil ſollicitos alunt, beatius quam aliae urbes excultae. Alii paſſim. *Heſiodus* liberalius:

> τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
> Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

> *quibus alma quotannis*
> *Terra tumet ter fruge nova, ter ponit ariſtas.*

LIVINEIVS.

Repromittunt] *Repromittere* quidem proprie dicitur in ſtipulatione, & reſtipulatione. Vid. *Taubmann.* ad *Plaut.* Curc. V. 2 67. *Cicer.* pro Roſc. Comoed c. 13. Sed, in Scriptoribus ſequioris praecipue aetatis, ſaepe idem eſt ac ſimplex promittere. Vid *Plin.* Epiſt IV 27. 5. & *Sueton.* Tib. c. 17. & *Erneſtium* τὸν πάνυ ad eiusd. Octav. c. 78. ubi pluribus exemplis adlatis docet, in idiomatis ac characteribus ſtili, aetate aurea inclinante & argentea, iam eſſe verba compoſita ex *re*, pro ſimplicibus, contra *Ciceroniani* aevi conſuetudinem, uſurpata. AEGERVS.

Bonos gregum] Vet. *binos.* PVTEANVS. Fertilitatem iuſtitiae praemium laudat *Homer.* Odyſſ. T. vs. 109. ſqq. & largior *Heſiodus* Ἔργ. vs. 171. non ſimplices, ſed triplices fructus promittit; καρπὸν

> Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

CELLARIVS. Adde etiam laudatum a *Livineio* locum *Heſiodi* Ἔργ. vs. 228. ſqq. & *Pomp. Mel.* III. 10. de inſulis Fortunatis. IAEGER. Recte *binos*; deterius *bonos* dederunt etiam *Rhenanus*, *H. Stephanus*, *Rivinus*.

4. *Affinitate*] Quia Theodoram privignam Conſtantio tradiderat. *Eutrop.* lib IX. *Oroſius* lib VII. *Paulus Diaconus*, & *Zonaras.* Diſſentit tamen in hoc ab aliis *Zonaras*, quod Theodoram Maximiani filiam fuiſſe ſcribit. PVTEANVS. & LIVINEIVS. Conſtantium Chlorum mea quidem ſententia intelligit, quem A. C. 291. Caeſarem factum, data ei in uxorem Theodora filia privigna, ſibi affinitate iunxerat. Quo fit, ut iis non aſſentiar, qui Orationem hanc dictam volunt A. C. 289. cum Conſtantius factus ſit tantum Caeſar A. C. 291. & mentio ſit de Mediolanenſi Imperatorum conventu, quem ad A. C. 290. pertinere oſtendi in Diocletiani & Maximiani vita. BAVNE Miſcet hic quaedam *Baunius*, ſaltem quae de Mediolanenſi colloquio tradit; dixi ſupr. p. 2. & ad cap. 9. quae deinde de Panegyrico ſerius habito addit, non perſuadent. Fateor ad Conſtantium ducere nos poſſet *adfinitas*, de nuptiis Conſtantii & Theodorae ab Hiſtoricis quoque adhibita, & Incerto Paneg. Maximian. cap. 2. init. & cap. 7. Sed quid tum fiet de Orationis habitae tempore, quod ſupra ad A. 289. conſtitui? datam enim Conſtantio eſſe Theodoram, poſtquam iam eſſet Caeſar, indicant *Aurel. Victor* Caeſar. 39. 24. Epit. 39. 2. *Eutropius* IX. 22. *Oroſius* VII. 25. *Iornandes* de Regn. Succeſſ. I p. 700. *Victoris* etiam teſtimonio adhaereſcere videtur *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. p. 218. Aut itaque Theodora a Conſtantio nondum Caeſare fuit ducta, quod forte ſuſpiceris ob Anonymum *Valeſii* poſt *Ammian. Marcell.* p. 710 *Caeſar factus eſt. Relicta enim Helena, priore uxore, filiam Maximiani Theodoram duxit uxorem;* cauſſam itaque dignitatis Caeſareae matrimonium fuiſſe vox *enim* indicat; aut haec ad Conſtantium non pertinent, in quem etiam parum congruere videntur *timoris obſequia*, & quae de gente barbarorum iam affecta addit.

Obſequia] Sunt aſſeclae, & ſatellites Imperatorum: ſic hoc libro; *ſellae curules, & haec obſequiorum ſtipatio.* PVTEANVS. Timidos ſervos. Sic ſupra c. 3. n. 2. *obſequiorum ſtipatio.* CELLARIVS.

Barbarorum] Id eſt, Francorum, ut fere his Panegyricis. Incertus in Maximian. & Conſtantinum: *Multa ille* (de Conſtantio ſermo) *Francorum millia, qui Bataviam, aliaſque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, cepit, abduxit.* Fuſe *Eumenius* in Conſtantium Caeſarem. In moribus

5 tur, affecta eſt. Veſtra haec, Imperatores, veſtra laus eſt: a vobis profi-
6 ciſcitur, etiam quod per alios adminiſtratur. Vt enim omnia commoda caelo terraque parta, licet diverſorum numinum ope nobis provenire videantur, a ſummis tamen auctoribus manant, Iove, rectore caeli, & Hercule, pacatore terrarum: ſic omnibus pulcerrimis rebus, etiam quae aliorum ductu ge-
7 runtur, Diocletianus facit, tu tribuis effectum. Veſtrae, inquam, for-

bus, ut hoc addam, convenit & *Salvianus*, cuius e V. de Provid. Dei verba aſſcribam: *Gens Saxonum fera eſt, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, & Hunnorum impudica.* Iterum mox: *numquid tam accuſabilis Francorum perfidia, quam noſtra?* & alibi ſaepius. LIVINEIVS. De Francis Carauſii foederatis loquitur, quos Conſtantius, capta Bononia, cum deficientibus navibus fugientem hoſtem in Britanniam ſequi non poſſet, ad Rhenum profligavit. Nec mirum videri debet, Francos, imperii Romani tunc hoſtes acerrimos, appellari fallaces ab eo, qui Romanos Imperatores laudet. BAVNE. Qui de Bononia, diu poſt Panegyricum capta, haec intelligantur, non video. Neque locus Incerti, a *Livineio* adhibitus, huc pertinet; ad ſequentis capitis initium notanda, illud demonſtrabunt. Magis itaque eſt, ut ad felicem contra Carauſium pugnam haec referam.

Adfecta] Puta, clade, damno: aut fracta, debilitata eſt. *Tacitus* Hiſt. II. 69. *opes adfectae*, id eſt, attritae, exhauſtae. CELLARIVS. Clade maxima. Ingentem barbarorum vim a Conſtantio fuſam teſtantur *Eutrop.* lib. IX. & *Aurel. Victor.* PATAROL.

5. *Imperator*] Forte *Imperatores*, ut ſermo ſit ad Diocletianum & Maximianum. BAVNE. Hanc coniecturam, confirmatam a *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, recipiendam duxi. Confr. ſupr. p. 2.

Et quod] *Etiam quod*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Etiam* habent quoque *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, primusque recepit *Gruterus*, eumque ſecuti, praeter *Rivinum*.

6. *Ope*] *Opere*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS.

Pacatore] Vniverſum enim orbem pacaſſe dicitur, hinc in numis & inſcriptionibus *Pacifer.* vid. *Drakenb.* ad *Silium* II. 483.

Diocletianus facit]. Si haec ſana lectio, ſic acceperim, ut *Plinio* dictum Nat. Hiſtor. XXII. cap. 19. *ſeritur interim, quoniam caeliacis praeclare facit in cinere toſta.* hoc eſt, ſubvenit, iuvat. LIVINEIVS. Lege, *Diocletianus faciem, tu tribuis* &c. RITTERSHVSIVS. Id eſt, faciet, quod eius videtur eſſe, qui Iovius dicitur. Tu vero, Maximiane, vim & efficaciam addis, quod ad Herculium ſpectat; Hercules enim apud Poetas *vis Deorum* dicitur. BAVNE. Non parum nos ſollicitos habet hic locus. Miramur enim inſolentem loquendi rationem, *rebus facere effectum*, neque ſatis capimus, quomodo iſta inter ſe luculenter differant, *rebus facere effectum*, & *tribuere effectum*, ut hinc aliud Diocletianus, aliud Maximianus praeſtitiſſe intelligantur. Neque tamen ulla varietas in libris animadvertitur, niſi quod unice in altero libro *Gudiano* annotatum eſt, haec verba, *ſic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quae aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit*, a quodam Cod. MS. prorſus abfuiſſe, quae tamen ad ſententiam conſtituendam implendamque neceſſario requiruntur. *Livineius*, qui & ipſe de integritate huius loci dubitaſſe videtur, haec ſola notis ſuis inſeruit: *ſi haec.* —— Sed ne ſic quidem ſatis luminis huic loco conciliatur, quia *facit* tunc proprie ponitur pro medetur. *Cunradus* noſter *Rittershuſius*, cuius nomen Muſae Altorfinae nunquam ſinent mori, unice pro verbo *facit* reponendum ſuadet nomen *faciem*, ut ſic integer locus hic legatur: *Sic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quae aliorum ductu geruntur, Diocletianus faciem, tu tribuis effectum.* Credimus acute rem perſpexiſſe *Rittershuſium.* *Mamertinus* perpetuo Diocletianum cum Iove, Maximianum cum Hercule comparat, quia ille *Iovius*, hic *Herculeus* eſt cognominatus. Ergo res haec ex Mythologia explicanda eſt. Conſtat Iovem exiſtimatum eſſe auctorem, & parentem rerum omnium, qui omnia procrearit, hoc eſt, omnibus naturam propriam, formam, & ordinem attribuerit. Ergo qui haec *facit*, dici poteſt tribuiſſe, & impoſuiſſe rebus formam & *faciem.* Quod docet *Varro* lib. V. cap. 8. de Lingua Latina: *Proprio nomine*, inquit, *dicitur facere a facie, quod rei, quam facit, imponit faciem. Vt fictor, cum dicit, fingo, figuram imponit, cum dicit, informo, formam. Sic cum dicit, facio, faciem imponit, a qua facie diſcernitur, ut dici poſſit aliud eſſe veſtimentum, aliud vas*, cetera. Sic *Cicero*, cum honeſti naturam exprimere vellet, lib. I. de Offic. cap. 5. dixit;

fortunae, veſtrae felicitatis eſt, Imperatores, quod iam milites veſtri ad oceanum pervenere victores, iam caeſorum in illo littore hoſtium ſanguinem fluctus reciproci ſorbuerunt.

CAP.

xit; *Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides.* Sic ab ordine, ſtatu, & tota forma ac conditione rei publicae, *Ciceroni* in Orat. pro Flacc. cap. 15. dicitur *facies civitatis*, & *Salluſtio* in Catil cap. 31. *immutata urbis facies*, in Iugurth. cap. 44. *inſolita facies.* ibid. cap. 51. *facies totius negotii varia, incerta, foeda, atque miſerabilis.* cap. 78. *facies locorum.* Huc pertinent, quae *Gellius* lib XIII. Noct. Att. cap. 29. ad explicandam notionem vocabuli *facies* affert: *Quidam*, inquit, *faciem eſſe hominis putant os tantum, & oculos, & genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt: cum tamen facies ſit forma omnis & modus, & factura quaedam totius corporis, a faciendo dicta, ut ab aſpectu ſpecies, & a fingendo figura.* —— *Non ſolum autem in hominum corporibus, ſed etiam in rerum cuiusque modi aliarum facies dicitur: nam montis, & coeli, & maris facies, ſi tempeſtive dicatur, probe dicitur.* Quod ad Herculem attinet, ei prae ceteris Diis virtus, vis, & efficacia adſcribebatur. Quamobrem ex hac ſimilitudine bene dici potuit Diocletianus Iovius, ſenior Auguſtus, Iovis more, omnibus rebus pulcherrimis & negotiis, quae, ſuis auſpiciis & aliorum ductu, in imperio Romano gererentur, *faciem*, id eſt, formam, ordinem, & decus tribuiſſe; nec minus Maximianus Herculeus, cum ipſe divinam virtutem ſuam exercitatione ſolita exeruiſſe, ipſe pugnaſſe, ipſe omnibus locis totaque acie dimicaſſe, atque hoſti undique occurriſſe perhibeatur cap. 5. Paneg. recte dici potuit, Herculis more, tribuiſſe iisdem rebus veram efficaciam, & ipſum effectum. Si quibus haec nondum ſufficiant, ſatis habebunt, cum hinc excitabuntur, ut melioribus ingenii, Codicumque veterum ſubſidiis inſtructi, veriorem lectionem, aut lectionis vulgatae certiorem interpretationem in lucem proferant. SCHWARZIVS. Verba, *ſic omnibus pulcerrimis rebus, etiam quae aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit*, omittuntur in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis. *Cortius* in margine Edit. ſuae ad vocem *facit* adſcripſerat, *faciem, id eſt, modum: hoc dicit, Diocletianus ordinat, tu exſequeris.* Coniiciebat acutiſſimus *Eldikius*, *Diocletianus cauſſam, tu tribuis effectum.* Vulgatum *Valeſ.* ad *Ammian.* XVI. 12. ad conſuetudinem refert, qua ſuorum ſibi ducum victorias adſcribere ſolebant Imperatores, partamque laudem ſibi vindicare. Emendatione locum indigere, nondum mihi perſuadeo; ſententia eſt, Diocletianus *facit effectum*, id eſt, Iovis ſui more res ita moderatur, ut effectum habere queant; ita *facere SCtum* dicitur, qui in cauſſa eſt, ut fiat, interprete *Gronovio* ad *Livium* V. 50. 1. ſed Maximianus *effectum tribuit*, id eſt, ſua virtute, more Herculis, res ad effectum perducit. Inter haec duo itaque idem mihi videtur intereſſe, quod inter *facere*, & *efficere*, id eſt, faciendo perficere, ut exponit *Donatus* ad *Terent.* Andr. III. 4. 16. Occaſione vocis *cauſſae* ſuam mihi *Eldikius* coniecturam ſuggerebat, in *Iulio Rufino* de Schemat. p. 267. quam premere eſt propter elegantiam religio: *Sed eiusmodi figurae, quae iuvenilius in ſchola laſciviunt, ut Cornutus ait, minime maturae ſunt, & parum ganeis foroque conveniunt.* emendabat, *cauſſis foroque.*

7. *Fortunae*] Intellige Imperatorum Genium, qui felicitatem eorum moderari credebatur, cuique proſperos rerum geſtarum ſucceſſus tribuebant, unde etiam per eum ſollemne iuſiurandum. Plura *Barth.* ad *Rutil.* I. 328. Hinc *Claudianus* B. Gild. 503.

Si mihi tempeſtas Libyam ventique negabunt,
Auguſti Fortuna dabit.

ita de Genio vocem interpretatur *Wopkenſ.* Animadv. ad *Pacati* Paneg. cap. 40. praeſertim vero Imperatori tribuebatur, quia *fortuna* ad eum pertinebat, penes quem erant auſpicia. Corruptus hinc videtur *Aurel. Vict.* Caeſ. 42. 18. *Quae quamquam in eius fortuna, Principis tamen & conſilio accidere*, ubi alii verius ex coniectura, *quae quamquam vi eius, fortuna Principis tamen & conſilio accidere.* ita ſaltem *Freinshemius*, *Virdungus*, *Gruterus*, quorum loca excitat *Rupertus* Diſſert. ad *Valer. M.* lib. IV. cap. 1. p. 266. ſibi quoque ita in mentem veniſſe teſtatur *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 12. ſed dudum ante a Germanis iam ita locum fuiſſe tentatum monet *Gronovius*.

Imperator] Ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis dedi *Imperatores*, ut ſupra §. 5.

Victoria] Vet. *pervenere victores.* PVTEANVS. Occupato Geſoriaco. Lege Panegyr. in Conſtantium Caeſarem. LIVINEIVS. Ad Oceanum Britannicum, occupata nimirum Bononia, captisque praeſidiariis copiis, quas Carauſius ad tutandam hanc arcem ibi adverſus Romanos collocarat. BAV-

Cap. XII. Quid nunc animi habet ille pirata, cum fretum illud, quo ſolo
mortem ſuam hucuſque remoratus eſt, paene exercitus veſtros videat ingreſ-
2 ſos, oblitosque navium, refugum mare ſecutos eſſe, qua cederet? Quam
nunc inſulam remotiorem, quem alium ſibi optet oceanum? quo denique pacto
effugere poenas reipublicae poteſt? niſi ſi hauſtu terrae devoretur, aut turbine
3 aliquo in devia ſaxa rapiatur. Aedificatae ſunt, ornataeque pulcerrimae claſ-
ſes,

NE. Pro *victoria* multo elegantius habet Codex noſter *victores*, cui lectioni etiam calculum addunt ambo libri *Gudiani*, item vetus Codex *Puteani*. Sic & ibidem in ſequentibus numeroſius legitur, *fluctus reciproci ſorbuerunt*, quam *reciproci fluctus* &c. SCHWARZIVS. Quae de Geſoriaco hic ſcribunt *Livineius*, & *Baune* Oratori in mentem venire non potuerunt, utique deinceps demum geſta. Interpretor de felici ſucceſſu, quo ſtatim poſt naves fabricatas Carauſii res adeo fuerint adflictae, ut ad Oceanum recedere debuerit Vid. ſupra pag. 2. *Pervenere victoria* defendi poſſet ex *Plinii* Paneg. 56. 4. *ignotas terras victoria ſequi*, iisque, quae large contulit *Wopkenſius* Obſerv. Miſcell. Nov. Tom. X. p. 29. Codicibus tamen, & *Voſſii* excerptis obſecutus, *victores* repoſui, quod neglexerat *Iaegerus*, quodque ex ingenio iam emendaverat *Demſter*. ad *Roſin*. II. 16. adde *Schwarz*. ſupr. c. 9. n. 1. *Victor* dedit *Iuvenco* Hiſtor. Euang. II. vs. ult. Cod. *Cantabrigienſis*, cuius variantes ad manus ſunt;

Inde domum repetit victor, turbasque reliquit.

vulgo; *repetit ſero*, aut *ſerus*, quod *Koenigio* placuit, ſed ab aliena manu ſcriptum videtur ex ὀψίας γενομένης apud *Marcum* Euang. 4. 35. ſed neque *victor* illic admitto, reſcribendum ratus ex veſtigiis Cod. *vector*, Servator enim ea, quae praeceſſerant, in navi docuerat, ut hunc vocis uſum adtigit *Emmeneſſ*. ad *Virgil*. Eclog IV. 38. Not. ad *Sueton*. Caeſ. 63. —— Ordinem in *reciproci fluctus* mutavi ex *Schwarzii* Codd. & *Voſſii* excerptis. *Reciprocum mare* eſt apud *Eumenium* Conſtantio 6. n. 2. *reciprocos curſus* dixit idem Conſtantino 5. 2.

1. *Pirata*] Carauſius, civis Menapiae, ait *Victor*, non in Hungaria, ut *Cambdenus* putat, ſed apud Menapios in Brabantia, homo viliſſimo loco natus, ſed praeclare multiplici in bello rebus geſtis paulatim provectus, in primis in Bagaudica expeditione magnam ſub Maximiano laudem conſecutus, eam ob rem apparandae apud Bononiam claſſi, propulſandisque inde Francis & Saxonibus, tractum Belgicae & Armoricae infeſtantibus, a Maximiano praefectus fuerat. Quo in munere cum alios per fas & nefas opprimeret, alios aut opibus ſpoliatos, aut accepto aliquo pretio intactos, quaſi ad eadem latrocinia, dimitteret, vixque ullam tantae praedae partem aut ad Fiſcum, aut ad aerarium referret, Maximianus factam ſibi ab eo, quem huic muneri praepoſuiſſet, iniuriam ratus, hunc clam occidi iubet. Quod ſubodoratus ille, abductis, quae in Galliis erant, legionibus Romanis, conflatoque validiſſimo exercitu Britannias occupavit. *Victor*, *Eutropius*, *Oroſius*. BAVNE. Conf. *Oroſium* VII. 25. *Eutropium* IX 21. *Aurel. Victor*. Caeſ. 39. n. 18. & 20 hiſtoriae ſeriem dedi ſupr. p. 2.

Fretum] Inter Britanniam & Picardiam Galliae provinciam, nunc *Pas de Calais*, ab oppido eius regionis. PATAROL.

Paene veſtros exercitus] Forte, *pene pedibus veſtros*. quia ſubdit, *oblitosque navium refugum mare ſequutos eſſe, qua cederet*. ACIDALIVS. Ex *Guelf*. & *Voſſii* excerptis, ordine mutato dedi, *exercitus veſtros*.

Oblitosque] *Que* ignorant *Guelf*. & excerpta *Voſſii*. De elegantia in *refugo mari*, vide *Marckland*. ad *Stat*. I. Silv. 3. 31. & *Burman*. ad *Lucan*. I. 410. *refluas aquas* dixit *Sedulius* II. 163. de quibus *Burman*. ad *Valer. Flacc*. VIII. 90.

2. *Inſulam*] Britannia ſcilicet, quam Carauſius, audito caedem ſuam a Maximiano A. imperatam, praeſidium ſuis rebus invaſerat. Sed enimvero cum eopſe, bellis fruſtra tentatis contra virum rei militaris peritiſſimum, ad poſtremum pax convenit. *Eutropius* IX. LIVINEIVS. Aliam, ultra Britanniam, in quam ſe reciperet Romanorum arma fugiturus. CELLARIVS. Mox *hauſtus terrae* unde ſit adumbratus, indicat Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 23.

3. *Ornataeque*] Id eſt, inſtructae, ut *ornare provincias*, *Magiſtratus* paſſim apud optimos Scriptores. LIVINEIVS. Quas Maximianus Conſtantio adverſus Carauſium ituro traderet. BAVNE. *Aedificare navem onerariam*, *Ammian*. XIV. 8. *Eumenius* Conſtantio 7. in fin. & 12. 1. Conſtantino 5.

ſes, cunctis ſimul amnibus oceanum petiturae. Neque ſolum ad perficiendas eas
certatim homines laborarunt, ſed etiam ad excipiendas flumina repente creve-
runt. Toto fere anno, Imperator, quo tibi opus erat ſerenitate, ut nava- 4
lia texerentur, ut trabes caederentur, ut artificum animi vigerent, ut ma-
nus ne torpeſcerent, nullus fere dies imbre foedatus eſt. Hiems ipſa tempe-
riem veris imitata eſt. Iam non Septemtrioni nos putavimus ſubiacere, ſed, 5
quaſi tranſlatis ſideribus, aut terris, meridiani caeli clementiam ſenſimus.
Flu-

Cunctis] Ne id reticeamus, liber alter *Gudianus* habet: *cinctis ſimul amnibus Oceanum petiturae*, ceteri libri pro *cinctis* exhibent *cunctis*. Alias etiam ſaepe in antiquis Codd. *cuncti*, & *iuncti* inter ſe permutantur. SCHWARZIVS. Vox *ſimul* indicat, *cunctis* veram eſſe lectionem.

Homines] *Voſſii* excerpta *omnes*; male; *homines* opponuntur *fluminibus*. Pro *excipiendas Guelf.* & *Voſſii* excerpta *recipienda*, unde forte quis malit, *recipiendas*. —— Mox *annum* capio non de toto, ſed ea parte, qua naves ſunt fabricatae, praeſertim hiberna, de quo uſu *Schulting.* ad *Senec.* Suaſor. p. 31. *Gronov.* ad *Livium* XXXII. 5. 2.

4. *Navalia texerentur*] Infra mox; *ſolam navalibus tuis materiam devehebat.* LIVINEIVS. Vetuſte. *Textrinum* vocabant, ubi naves aedificarentur. ACIDALIVS. Naves ſtruerentur, res nauticae pararentur. *Plinius* XIII. 11. *ex papyro navigia texunt.* & *Ovidius* Epiſt. Paridis ad Helenam v. 110.

Texitur & coſtis panda carina ſuis.

CELLARIVS. *Scaliger* ad *Catullum* p. 70. *navalia* hic explicat per naves, de quo tamen dubito; poſſet intelligi locus navibus conficiendis, de quo vulgatus eſt locus *Servii* ad *Virgil.* Aeneid. XI. 326. quem cogitaſſe videtur *Iſidorus* Orig. XIV. 8. potius tamen eſt, ut accipiam de omnibus, quae ad naves fabricandas pertinent; quo modo hac voce etiam trabes, pix, cera, funes, vela continentur, teſte *Servio* d. l. 329. adde *Scheffer.* de Re Naval. p. 320. —— Ceterum, quae *Mamertinus* hic memorat, eleganter deſcribit *Virgilius* Aeneid. XI. 326.

Bis denas Italo texamus robore naves,
Seu pluris complere valent; iacet omnis ad undam
Materies; ipſi numerumque modumque carinis
Praecipiant, nos aera, manus, navalia demus.

Ne manus torpeſcerent] *Vt manus ne torpeſcerent*, Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Concinne Cod. noſter huius loci verba ita collocat, *ut manus ne torpeſcerent.* Concinunt etiam huic verborum collocationi libri *Gudiani.* SCHWARZIVS. Etiam excerpta *Voſſii*, & iam olim a *Puteolano* ita editum, *Rhenano*, *Henr. Stephano.* *Ne manus* magis placuit *Livineio*, cuius auctoritatem omnes ſunt ſecuti praeter *Rivinum*, priſcam, eamdemque meliorem ſcripturam ſecutum, quam revocavi. Apud *Salluſtium* Catil. 16. *Nihilominus inſontes*, *ſicuti ſontes*, *circumvenire*, *iugulare*, *ſcilicet ne per otium torpeſcerent manus.* ubi *Cortius*; pro *iugulare* tamen illic ex *Daventrienſi*, quem aliquando conſului, placet *vigilare*, quod ſequentia *per otium* confirmare videntur.

Foedatus] Vid. *Wopkenſ.* Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 13.

5. *Septemtrionis nos*] Vet. *Septentrioni.* PVTEANVS. *Septentrioni* Vet., *Langii* Schedae, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Septentrioni* Codd. & *Schonbovii* excerpta, & *Puteolanus*, quod primus recte recepit *Gruterus*, peſſime neglectum a *Rivino.* *Temperiem veris*, quam memorat, eam *Virgilius* adpellat *Zephyri auras tepentes*, Georg. II. 330. miror *Burmannum*, cum in *Ovidio* Faſtor. II. 220. multorum Codd. lectionem neglexerit meliorem:

Aut nive, quae Zephyro victa tepente fuit.

male editur *repente.* *Victam hiemem* dixit *Rutilius* Itin. I. 114. ubi fruſtra *Cruſius* malebat, *aucta.*

Putavimus &] *Putavimus ſubiacere* Vet. PVTEANVS. *Putavimus ſubiacere* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Subiacere* eſt omiſſum a *Puteolano*, *Rhenano*, utroque *Stephano*, *Livineio*, *Rivino.* Praeterea & pro *ſed Puteolanus*, *Livineius*, *Paul. Stephanus.* Altera lectio confirmatur a *Guelf.* & *Voſſ.*

Senſimus] *Caeli ſentimus clementiam* excerpta *Voſſii*, & *Guelf.* mutare nihil ſum auſus, quia ſequens: *devehebat*, *ſubmiſit*, & alia vulgatum probare videntur. *Veris & autumni clementiam* dixit *Eumen.* pro-

6 Fluvius hic noſter, diu pluviarum pabulo carens, impatiens erat navium, ſo-
lam navalibus tuis materiam devehebat. Ecce autem ſubito, cum iam deduci
liburnas oporteret, tibi uberes fontes terra ſubmiſit, tibi largos imbres Iupi-
7 ter fudit, tibi totis fluminum alveis oceanus redundavit. Ita in aquas ſponte ſub-
euntes impetum navigia fecerunt, levi modo commota niſu ducentium, quo-
rum ad feliciſſimum illud exordium magis opus erat nautico carmine, quam
la-

pro Inſtaur. Schol. 18. 4. *Sulpic. Sever.* Dial. I. cap. 3. §. 3. *vel clementiori* (Cod *Traiectin.* cum aliis *clementiore*) *caelo.* Contra *inclementiam caeli*, *Iuſtin.* IX. 2. 7. infr. Genethliac. 9. 2. & *Duker.* ad *Flor.* III. 3. 13.

6. *Fluvius*] Moſella, ut puto. LIVINEIVS. Moſella, qui Treveros alluit, ubi orationem hanc dictam puto. BAVNE. & PATAROL.

Devehebat] Vid. Notae Paternae ad *Plinii* Paneg. 29. 4.

Liburnas] *Liburna*, vel *Liburnica* genus navigii leviſſimi, velociſſimique, ſic a Liburnis populis dictum, quorum regio hodie Croatia dicitur, quod illi ad Ionium mare, inſulasque praedandas huiusmodi navibus uterentur. *Horat.* Epod.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.

BAVNE.

Tibi] Ter hic peccatum in *tibi*, pro quo reſcribendum *ibi*. *Cum* & *ibi* mutuo reſpondent. Error librariis obrepſit ex repetitione praecedentis litterae *t*. Neque ſoli Maximiano ea, quae dicit, evenerunt. RITTERSHVSIVS. *Tibi* probum eſt, ut *cui* in fine capitis, ubi vide. De ſolo loqui Maximiano ſequentia docent, *quam proſperi te ſucceſſus*, & praecedentia Panegyrici hoc aperte confirmant; ex inſtituto enim colloquio Carauſii debellandi cura Maximiano data.

7. *Nixu*] Vet *niſu*. PVTEANVS. *Niſu*, *Bertin.* LIVINEIVS. Aut *niſu*, ut eſt in *Bertinienſi* Codice. BAVNE. Vti alibi vocabula *lenis* & *levis* non raro a librariis inter ſe permutantur, ut aliquando haeſites, utrum recipias, cum utrumque non ſolum de perſonis, ſed & de rebus dicatur, ita & alter liber *Gudianus* habet *leni*, ubi in aliis libris extat *levi*. Malumus tamen hoc loco lectionem vulgatam retinere. *Levis nixus*, vel *niſus* dicitur, ut *levis labor*. *Plautus* in Rud. act. I. ſcen. 3. *Labor levior eſſet hic mihi eius opera.* quamquam & hic quaedam editiones habent *lenior*. Sed & in noſtro Codice, & in utroque libro *Gudiano*, *niſu* ſcriptum eſt, ubi in aliis libris *nixu* legitur. Etiam in *Bertinienſi* Codice *niſu* ſcriptum fuiſſe teſtatur *Livineius*. Ita nimirum & haec promiſcue dicuntur, quamquam *Servio* ad *Virgil.* I. Aen. 144. *annixus* pro *anniſus* videatur eſſe obſoletius, atque Grammatici veteres aliquando inter *niſum* & *nixum* diſcrimen ſtatuant, quaſi *nixus* ad corpus, *niſus* ad animum referatur. *Heinſius* tamen ad *Ovid.* IV. Epiſt. 26. cenſet parum referre, *niſus*, an *nixus* legatur. *Gerhardus* etiam *Io. Voſſius* lib. V. Art. Gramm. cap. 31. plurimis exemplis oſtendit, diſcrimen illud, a Grammaticis traditum, non eſſe perpetuo obſervatum. Confer *Drakenborchii* eruditas notas ad *Silium Italicum* lib. II. v. 123. SCHWARZIVS. *Niſu* retinui ex Codicibus, ſecutus eruditorum iudicium ad *Livium* II. 50. 9. & rationem, quam dedit *Cannegieter* ad *Avian* 27. 3. — *Leni*, quod in *Gudiano* invenit *Schwarzius*, mei ignorant. Dubium ſaepius eſſe, quid praeferas, vel locus *Boethii* oſtendit Conſol. Philoſ. I. Proſ. 5. *lenioribus paulliſper utemur*, ubi in Cod. qui Cl. *Havercampii* fuit, vidi *levioribus*, ſed utrumque admittere poſſunt *validiora remedia*, quae praecedunt. Aperte tamen male *Traiectinus* apud *Ciceron.* ad Diverſ. XVI. 9. *Auſtro leviſſimo*. Apud *Celſum* de Medicin. VIII. 9. Edd. Florent. & Mediolan. *tactu iis locus leniter indoleſcit.* Similia vocis permutatae exempla dederunt *Burman.* ad *Virgil.* Aen. II. 682. *Oudendorp* ad *Sueton.* Veſpaſ. 12. Pater meus ad *Plin.* Paneg. 66. 3. infra quoque Genethliac. 9. 2. eſt in quibusdam *aurae lenes*, ubi vide.

Nautico carmine] Puto reſpicere hic Panegyriſtem ad quarumdam gentium morem, quae diem anni, quo navigationem auſpicabantur, feriis celebrabant. *Apuleius* lib. II. *Diem, qui dies ex iſta nocte naſcetur, aeterna mihi nuncupavit religio, quo, ſedatis hiberuis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, navigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant mei ſacerdotes. Vegetius* lib. IV. *poſt natalem vero, ut ita dicam, navigationis, qui ſolemni certamine publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur.* PVTEANVS. Prodit ſcriptura *Petri Danielis*, Cl. *Puteanum* fuiſſe ea mente, ut puto et
re-

labore. Facile itaque quivis intelligit, Imperator, quam proſperi te ſucceſſus 8
in re maritima ſecuturi ſint, cui iam ſic tempeſtatum opportunitas obſequatur.

Cap. XIII. Felix igitur talibus, Roma, Principibus: (fas eſt enim, ut hoc dicendi munus pium, unde coepimus, terminemus) felix, inquam, & multo nunc felicior, quam ſub Remo & Romulo tuis. Illi enim, quamvis fratres ge- 2
mi-

reſpicere Panegyriſten ad quarundam gentium morem, quae diem anni, qua navigationem auſpicabantur, feriis celebrabant, de quo *Apuleius* lib. XI. Metamorph. & *Vegetius* lib. IV. cap. 39. de Re militari. Adſentior opinioni eius, ſed ita, ut etiam attenderit Auctor ad celcusma nauticum, quod ſolenniter intendebatur, cum nova claſſis committeretur aquae, cuius moris exempla aliquot erui poſuique in Suſpicionibus GRVTERVS. Celeusmate, laetitiae ſigno, quam felix decurſio navium concitavit. CELLARIVS. Reſpicit Auctor, puto, ad celeusma, ſeu celeuma nauticum, quae vox ſignificat proprie quidem iuſſionem illam, quae remigantibus, ſeu voce, ſeu tibia dabatur, ut ad illius ſonum remigationem moderarentur; at transferri etiam conſuevit ad ſignificandum clamorem eorundem, cum, portu procul viſo, ſinem navigationis feſtis vocibus conclamant. D. *Paulin.* de Reditu Nicetae:

Navitae laeti ſolitum celeusma
Concinunt, verſis modulis in hymnos.

& D. *Hieronym.* Epiſt. ad Heliodor. *Laetantium more nautarum epilogi celeuma cantandum eſt.* Celeusma a noſtro inuui adnotavit & Cl. *Cellarius.* PATAROL. Dubius haeret *Baunius*, *Puteani*, an *Gruteri* de celeusmate ſententiam probet. Poſterior ſola eſt *Mamertino* conſentanea, indicanti, tantam fuiſſe in Moſella aquarum copiam, tamque facile naves deductas, ut ſtatim remis uti potuérint, ad quod carmen illud nauticum erat ſollemne, ſive celeusma, ſive *nauticus clamor*, ut dicitur locis, quae excitavit *Pignor.* de Servis p. 149. Lege, quae contulit *Schefferus* de Milit. Naval. III. 1.

8. *Itaque quamvis*] Vet. *itaque quivis.* PVTEANVS. Lege *quivis.* ACIDALIVS. Codex noſter, & uterque liber *Gudianus* pro *itaque* habent *igitur*, ſed licet parum ad ſenſum interſit, utram recipias particulam, cum tamen mox ſequatur alia periodus, *Felix igitur*, ſatius eſt retinere vulgatam. SCHWARZIVS. *Quamvis* aperto dederunt vitio *Rhenanus*, *H. Stephanus*, *Rivinus.* & *quivis* iam in excerptis notaverat *Schonbovius.*

Cum iam] *Cui iam* Vet. LIVINEIVS. Haud vates fuit, nam Carauſius Conſtantii vires & impetum ita valide ſuſtinuit, ut eum ad foedus ineundum, ac relinquendam ſibi Britanniam adegerit. *Aurel. Victor.* unde apud *Goltzium*, *Occonem*, *Triſtanum*, aliosque numorum interpretes extant Carauſii numi; in altera parte Pacis imago lauream tenens; titulus *Pax Auguſti.* BAVNE. Iidem libri pro *cum* exhibent *cui*, fortaſſe meliore mutatione, quoniam ſi *quum* retineas, quodammodo deſideres pronomen *tibi*, ante verbum *obſequatur* collocandum. Sed & *Livineius* ex veteri ſuo codice *cui* pro *cum*, & *obſequebatur* pro *obſequatur* annotavit. *Cicero* pro *obſequi* dixit *obſecundare*, pro Leg. Manil. cap. 16. *ut eius ſemper voluntatibus non modo cives aſſenſerint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtatesque obſecundarint* SCHWARZIVS. *Cui* etiam probant *Guelf.* & excerpta *Schonbovii.* hoc, male a *Iaegero* neglectum, noſtro iam vindicavit *Cortius* ad *Plin.* VII. Epiſt. 10. 4 & ipſe ad *Arator.* I. 49. elegans ille dativi uſus a captu Librarii erat remotior, notus in vulgato illo: *Cui militat aether.* & ipſe *Mamertinus* hoc cap. ter in *tibi* adhibuit, quod miror in *ibi* mutare voluiſſe *Rittershuſium.* adde *Oudendorp.* ad *Lucan.* V. 602.

Obſequatur] *Obſequebatur* Vet. LIVINEIVS.

1. *Tuis*] Addendum videtur *conditoribus tuis*, quia mox, *ii vero conſervatores tui.* ACIDALIVS. & BAVNE. Tranſpoſitis vocibus *Guelf. multo nunc.* quod dedi.

2. *Fratres quamvis*] Vet. *quamvis fratres.* PVTEANVS. Loquitur *Mamertinus* de Romulo & Remo. In Codice noſtro, omiſſis vocibus *que eſſent*, ita legimus: *Illi enim, quamvis fratres gemini, certaverunt tamen*, &c. Satis bene, nam & aliis auctoribus tantum non perpetuo dicuntur *fratres gemini* ſine copula: nec raro particula *quamvis* admittit ἔλλειψιν verbi ſubſtantivi: haud tamen nolimus repugnare conſenſui tot aliorum librorum, cum Orator per ἔμφασιν dicere potuerit, Romulum & Remum non ſolum tanquam *fratres*, ſed praeterea tanquam ipſos *geminos*, eodem partu editos, inter ſe contendiſſe. SCHWARZIVS. In voce tranſpoſita Cod. *Puteaneum* ſecutus ſum, cui adſtipulatur *Guelf.*

minique eſſent, certaverunt tamen, uter ſuum tibi nomen imponeret; diverſoſque montes & auſpicia ceperunt: hi vero conſervatores tui (ſit licet nunc tuum tanto maius imperium, quanto latius eſt vetere pomoerio, quidquid homines colunt) nullo circa te livore contendunt. Hi, cum primum ad te redeant triumphantes, uno cupiunt invehi curru, ſimul adire Capitolium, ſimul
3 habitare Palatium. Vtere, quaeſo, tuorum Principum utroque cognomine,
4 cum non cogaris eligere; licet nunc ſimul & Herculea dicaris, & Iovia. O
quanto nunc, Imperatores, illa civitas eſſet auguſtior, quanto magis hunc natalem

Certaverunt] *Ennius* Annal. lib. I.

Certabant Vrbem Remamne Romamque vocarent;
Omnis cura vireis, uter eſſet induperator.

PATAROL.

Diverſoſque] Ille Aventinum, hic Palatinum occupat. *Florus* lib. I. cap. I. PATAROL. *Ennii* apud *Ciceronem* hac de re locum, Divinat. I. 48. interpunctione adiuvi, Specim. Obſerv. 2. in qua conſenſum gratulor *Burmanni* ad Antholog. Latin. Tom. II. p. 715.

Ii vero] Vet. *hi*. PVTEANVS.

Latius es] Forſan ſic legendum: *quanto latius eſt vetere pomerio, quicquid homines colunt.* RHENANVS. Vet. *eſt*. PVTEANVS. *Latior* Vet. *Cuſpin. eſt Langii* Schedae, *Bertin.* Aperte probum eſt, *quanto latius eſt vet.* &c. & *quidquid homines colunt*, tantundem eſt, ac ſi dixiſſet, *orbis terrarum*. LIVINEIVS. Feliciori pede decurret oratio, admiſſa diſtinctione *Puteani*; *hi vero conſervatores tui (ſit licet nunc tuum tanto maius imperium, quanto latius eſt vetere pomoerio, quidquid homines colunt) nullo circa* &c. GRVTERVS. *Rhenanus: quanto latius eſt vet.* Lego: *ceperunt: ii vero conſervatores tui (ſit licet nunc tuum t. m. imperium, quanto latius eſt vetere pomerium) quicquid ambis colunt, nullo circa te livore contendunt.* Poſtremum tamen hoc ambiguum. Et profecto vereor, ne totum illud alienum, *quidquid homines colunt.* ACIDALIVS. Orator velut per προσωποποιΐαν alloquitur Romam. Olim *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, & *Stephani* mendoſe in hoc loco ediderant, *latius es*. Imo adhuc mendoſius *Cuſpinianus latior es*, ſicut & in libro primo *Gudiano* iunctim ſcriptum eſt *latiores*. At *Livineius* in Notis iam recte coniecit, aperte probum eſſe, *latius eſt*; & *quidquid homines colunt*, tantundem eſſe, ac ſi Orator dixiſſet *orbis terrarum*. Iam igitur veriorem lectionem evulgavit *Gruterus*, quae & Codicis noſtri conſenſu comprobatur. Quid autem ſit *pomoerium*, explicat *Varro* lib. IV. de Ling. Lat. *Principium*, inquit, *quod erat poſt murum, Pomoerium dictum, eiusque ambitu auſpicia urbana finiuntur.* Quod autem attinet ad *antiquiſſimum pomoerium, quod a Romulo inſtitutum erat*, id tradente *Gellio* lib. XIII. Noct. Attic. cap. 14. *Palatini montis radicibus terminabatur, ſed id pomoerium pro incrementis Reipublicae aliquoties prolatum eſt, & multos editosque colles complexum eſt. Habebat autem ius proferendi pomoerii, qui populum Romanum agro de hoſtibus capto auxerat.* SCHWARZIVS. *Es*, quod & *Livineius* edidit, poſt *Gruterum* retinuit *Rivinus*, & *Baune*. Excerpta *Voſſii* quoque *eſt*, eadem *Schonhovii*, *latior*, ſed quod cum aliis edidi, ſatis tuetur *quidquid*, cui tantum *latius* congruit.

Redeant ad te] Sic Vet. *cum primum ad te redeunt*. PVTEANVS. In Cod. Noſtro haec verba ſic tranſlocata nobis occurrunt; *Hi, quum primum ad te redeant triumphantes*, &c. Liber primus *Gudianus* pro *redeant* habet *redeunt*. Nos velimus legere: *Hi, quam primum* &c SCHWARZIVS. Codd. ſum ſecutus.

3. *Herculea*] His nominibus Romam unquam appellatam eſſe non memini me legere. At *Pomp. Laetus*, & *Ioan. Bapt. Egnatius* ex veteri inſcriptione referunt duplicem Viennae portam fuiſſe, quarum altera *Iovia*, altera *Herculia* diceretur. BAVNE. Vid. *Spanhem.* de Vſu Num. Diſſert. XII. p. 497.

4. *Imperatores*] Vet. *Imp.* PVTEANVS.

Quanto magis] Haec verba, *quanto magis hunc natalem ſuum diem coleret*, omiſſa ſunt in noſtro Codice, omiſſa etiam in Codice alio, cuius variantes lectiones relatae ſunt in librum alterum *Gudianum*; cum tamen haec ipſa verba videantur digniſſima, quae huic loco *Cl. Mamertini* aſſerantur. Ita ſcilicet nullus facile Cod. MS. tam bonae notae reperitur, ubi non identidem dormitavit Librarius. SCHWARZIVS. Et verba haec omiſſa erant in excerptis *Voſſii*, quae tamen ut ſervemus, ſuadent dicta Oratoris cap. I. n. 4.

lem ſuum diem coleret, ſi vos, ſtipatos veſtro ſenatu, in illa Capitolini Iovis arce conſpiceret! quae nunc ſine dubio praeſentiam veſtri ſibi fingit, aedes veſtrorum numinum frequentando, & ibidem, ſicut a maioribus inſtitutum eſt, invocando Statorem Iovem, Herculemque Victorem. Hoc enim quondam illi Deo 5
cognomen adſcripſit is, qui, cum piratas oneraria nave viciſſet, ab ipſo audivit Hercule per quietem, illius ope victoriam contigiſſe: adeo, ſacratiſſime Im-
pe-

Stipato] Vet. *ſtipatos*. PVTEANVS. *Stipatos* Vet. LIVINEIVS. & GRVTERVS. Lege *ſtipatos*, ut poſt *Acidalium* iuxta veterem Codicem emendat *Livineius*. Hinc autem vide, utrumque Imperatorem Roma abfuiſſe. BAVNE. In omnibus editionibus ante *Cellarianam* proditis, reperimus excuſum: *ſi vos ſtipato veſtro Senatu* &c. pro *ſtipato* tamen iam *ſtipatos* in ſuo vetere Codice legit *Livineius*, & *Gruterus* etiam refert, ſimiliter *Puteanum* ac *Bongarſium* maluiſſe *ſtipatos*, cui lectioni nunc quoque Codex noſter, & ambo libri *Gudiani* adſtipulantur. SCHWARZIVS. Male *Acidalium* pro *Puteano* nominat *Baunius*.

Praeſentiam veſtri] *Veſtram* Vet LIVINEIVS. *Praeſentiam veſtri* omnes quidem libri typis impreſſi, una cum Codice noſtro referunt: alter tamen liber *Gudianus*, & vetus Codex *Livineii* bene habent, *praeſentiam veſtram*. Sic enim & ipſe *Mamertinus* in fine huius Panegyrici dicit, *adhuc praeſentia tua fruimur*, non *praeſentia tui*. SCHWARZIVS. *Schwarzio* placuit *veſtram*, ut ſupr. c. 9. n. 3. *veſtra*. Contra tamen in Geneth. 2. n. 1. tuetur *ſui maieſtate*. Recte. Locutionem iam adſeruit *Iaegerus* ad c. 9. & hoc loco ex Codd. & *Voſſii* excerptis praefero *veſtri*, ut in Geneth. 8. n. 2. *ad conſpectum veſtri*. Similiter *magnitudo ſui*, *noxa noſtri*, & quae alia contulit *Muncker*. ad *Fulgent*. Mythol. II. p. 670. apud *Caeſar*. B. G. I. 4. 2. plures Codd. *omnem ſui familiam*. vide illic *Oudendorp*. & ad *Sueton*. Caeſ. 30. *Eumenius* Conſtantio 8. 1. *divortio ſui*. apud *Quinctil*. Declam. XI. 1. *ut in vindicta primum mea*. reſtitue ex noſtro Cod. *mei*.

Idemtidem] Vet. *& ibidem*. PVTEANVS. *Et identidem* Vet. *Bertinienſ*. LIVINEIVS. Forte *& ibidem*, ut eſt ad oram editionis *Frobenianae*. BAVNE. Pro *identidem* melius *ibidem* exprimunt Cod. noſter, & alter liber *Gudianus*. SCHWARZIVS. & IAEGERVS. Ad Codicum fidem locum caſtigavi. *Et* omiſſum eſt in Editionibus ante *Gruterum*, in quibus *identidem* iungitur *frequentando*.

5. *Adſcripſiſtis*] Locus corruptus, quem ſic lego: *nomen adſcripſit is*. Intelligit M. Octavium Hercunium, de quo *Macrob*. lib. III. Saturn. cap. 6. PVTEANVS. *Aſſcripſiſti qui*, *Bertin*. Deiunge litteras, & meo periculo emenda; *aſcripſit is*, *qui* &c. nam Octavium Herennium ſentit. Adi *Macrobium* Saturnal. III. cap. 6. Extat vero Albae Iuliae in Dacia haec inſcriptio:

IOVI. STATORI. HERCVLI. VICTORI. M. VLP
NERVA. TRAIANVS. CAESAR. VICTO. DECEBALO
DOMITA. DACIA. VOTVM. SOLVIT
ASPICE. ROMVLE. PATER. GAVDETE. QVIRITES
VESTRA. ISTA. EST. GLORIA

LIVINEIVS. Laetor veniſſe & mihi olim ſub calamum conlectaneum *Bongarſii*, nec non *Puteani*, atque *Livineii*, nempe, *cognomen adſcripſit is*, *qui cum* &c. Intelligit autem M. Octavium Herennium, de quo *Macrob*. lib. III. Saturn. cap. 6. At Herculi, cognomento *Victori*, non unam dedicatam fuiſſe aram, non unum templum, coniicere eſt ex multis epigraphis, quas nondum nobis invidit omnia conſumens vetuſtas. Eo enim titulo vocatur in Inſcriptionum noſtrarum theſauro, pag. XXIII. 2. L. 3. CCCXV. 7. 8. MLXX. 7. INVICTI vero nomine inſignitur pag. XLVI. 7. 8. 9. 10. 12. XLVIII. 1. CCCXV. 7. MVI. 3. MXVII. 6. MLXX. 6. GRVTERVS. Lege, *adſcripſit is*. ACIDALIVS. Reſtituendae ſunt voces duae, quae Librariorum incuria in unam coaluerant, legendumque *aſcripſit is*, nempe M. Octavius Herennius, in prima adoleſcentia tibicen, ac poſtquam arti ſuae diffiſus inſtituiſſet mercaturam, & bene re geſta decimam Herculi profanaſſet, ſubinde navigans, & a praedonibus circumventus, cum ſe ab eorum manibus expediviſſet, accepit in ſomnis ab Hercule, eius ope ſe eſſe ſervatum. In cuius beneficii memoriam Octavius, impetrato a Magiſtratibus loco, aedem *Herculi Victori* inſcripſit. *Macrob*. Saturn. lib. III. c. 6. BAVNE. Recte inde in recipiendo *adſcripſit is* primum ducem *Cellarium* ſecuti ſunt reliqui. De Hercule Victore *Cannegieter* ad *Aviani* Fab. 32. 5. *Voſſii* excerpta, *illi quodam Deo*.

perator, multis iam ſeculis inter officia eſt numinis tui, ſuperare piratas.

Cap. XIV. Sed profecto mature ille illuceſcet dies, cum vos videat Roma victores, & alacrem ſub dextera Filium: quem, ad honeſtiſſimas artes omnibus ingenii bonis natum, felix aliquis praeceptor exſpectat, cui nullo labore conſta-
2 bit, divinam immortalemque progeniem ad ſtudium laudis hortari. Non neceſſe erit, Camillos, & Maximos, & Curios, & Catones proponere ad imitandum: quin potius veſtra illi facta demonſtrent, vos idemtidem & ſemper oſtendant
3 praeſentes, optimos imperatoriae inſtitutionis auctores. Interim tamen te, gentium domina, quoniam hunc optatiſſimum Principem in Galliis ſuis retinet ratio reipublicae, quaeſumus, ſi fieri poteſt, ne huic invideas civitati, cui nunc ille ſimilitudinem maieſtatis tuae confert, natalem tuum diem celebrando in ea, conſue-

Superare piratas] Intelligit Francos. Supra cap. 12. *Quid nunc animi habet ille pirata*, &c. infra Paneg. ſeq. *& domitis oppreſſa Francis bella piratica*. PVTEANVS.

1. *Illuceſcet*] *Illuceſcat*, *Bertinienſ.* Non placet. LIVINEIVS.

Filium] Maxentium, ex Eutropia, Syra muliere. LIVINEIVS. Neque tamen Maxentius fuit verus Maximiani Herculei filius, ſed arte Eutropiae ſuppoſitus, quae partu gratiſſimo mariti animum tenere allaborabat, unde apud Auctor. incertum Paneg. Maxim. cap. 3. dicitur *creditus* ipſius pater. Conf. *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. p. 218.

2. *Camillos*] Viros Romanae Reip. virtute clariſſimos, & notiores, quam ut eorum hiſtoria ſit referenda. Similis ſententia apud *Statium* Silv. lib. V. Carm. 2.

Aliis Decii, reducesque Camilli
Monſtrentur: tu diſce Patrem, &c.

PATAROL.

Demonſtret] Hoc eſt in omnibus Editionibus, & mox *oſtendat*, ut referatur ad praeceptorem; ſed ſententia eſt, ipſa Imperatorum facta ad inſtitutionem Maxentii ſufficere, neque opus eſſe, ut Camillorum, aliorumque facinora ipſi exponat praeceptor, ſatis in Patre ſuo ſibi exemplorum copiam habenti. Ex *Gudiano* itaque, de quo nihil monuerunt *Schwarzius*, aut *Iaegerus*, & *Voſſii* excerptis reſtituo, *veſtra illi facta demonſtrent*, *vos idemtidem & ſemper oſtendant praeſentes*, *optimos* cet. ut Maxentio ſemper velut praeſentes ante oculos verſarentur Imperatores, iique ipſi, eorumque facta praeceptoris vice fungerentur. Olim edebatur, *facta demonſtret*, *vos* —— *ſemper oſtendat*, *praeſentes & optimos* cet.

3. *Domina*] Roma, quam & *Gentium Deam* dixit *Martial.* lib. XII. Epigr. 8. *Deam Romam*, & *invictam Romam* repraeſentant Nummi. PATAROL. *Priſcianus* Perieges. 81.

Qua domini rerum terris crevere Latinis,
Ad Petram Leucen Aquilonis ab ore reductis.

ſcribe *reducti* ex *Dionyſio* Perieg. 78. ἀρξάμενοι ἴσω. *Papius* in ſuis invenit *reductus*, quod ipſe vidi in duabus Edd. antiquis, ſed *Papii* obſervatio emendatior exſtat in *Oxonienſi*, in aliis turbata; plura ſupra cap. 1. p. 10.

Optimum Principem] *Optatiſſimum*, Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Aliquot editiones veteres pro voce *optatiſſimum* exhibent *optimum*, quod olim cognomen Traiani proprium fuit. Sed illam alteram lectionem *optatiſſimum* iam evulgavit *Cuſpinianus*, quem & alii ſunt ſecuti, quibus nunc & Codex noſter, & ambo libri *Gudiani* bene conciunt. Etenim iam proxime praeceſſerat, *optimos imperatoriae inſtitutionis auctores*. SCHWARZIVS. *Optimum* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, uterque *Stephani*, *Livineius*, & *Rivinus*. Reliqui ex Codd., cum quibus conſpirant *Schonhovii*, & *Voſſii* excerpta, alterum rectius praetulerunt.

Galliis] Igitur Maximianus tum erat in Galliis. Et *Mamertinus*, qui in Galliis erat, *adhuc*, inquit, *praeſentia tua fruimur*. BAVNE.

Civitati] Treverorum civitati, quae tum Maximianum tenebat. CELLARIVS. De ea conf. ſupra p. 3.

Maieſtatis] Sede inibi & domicilio fixo. Infra Genethliac. *Lumina ſiquidem Senatus ſui miſit, beatiſſimae illi per eos dies Mediolanenſium civitati ſimilitudinem maieſtatis ſuae libenter impertiens, ut ibi tunc eſſe ſedes imperii videretur, quo uterque venerat Imperator.* Proxime *huic civitati*

Tre-

ſuetudine magnificentiae tibi debitae. Teque ipſum, Imperator, oramus, ut 4
etiam, cum vos, totius orbis ſecuritate compoſita, illa imperii veſtri mater ac-
ceperit, amplexus eius artiſſimos interdum piis manibus reſolvatis: tuque potiſſi-
mum (credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens rogat) has provincias tuas
frequenter illuſtres, &, profundiſſima licet pace florentes, adventu numinis tui
reddas feliciores. Vides, Imperator, quanta vis ſit tuorum in nos caeleſtium 5
beneficiorum? adhuc praeſentia tua fruimur, & iam reditum deſideramus.

Treverim ſignificat, ut puto. LIVINEIVS. Sequentia verba *tuae confert*, uſque ad *debitae* ignorant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta.

4. *Mater*] Roma, metropolis & princeps urbs Romani imperii. CELLARIVS. Vid. *Berterii* Pithan. Diatr. I. cap. 7. Convenit *Rutilius* Itin. I. 35.


Iam iam laxatis carae complexibus urbis.

deinde *arctiſſimos* male quaedam Editiones. Apud *Priſcianum* Periegeſ. 137 legitur: *Symplegades arctae*, ſed in Cod. *Leidenſ.* inveni *arte*, id eſt, *artae*, licet nihil intereſſe putet *Almelov.* ad *Rutilii* Iter I. 242. vide ad *Sedul.* IV. 58. & *Boltium* Silv. Critic. p. 14.

Potiſſimum. Credo] Lege, *potiſſimum (credo enim hoc id. Dioclet. or. rogat) has provincias freq. illuſtres.* ACIDALIVS.

5. *Et reditum*] Vet. *& iam reditum.* PVTEANVS. *Et iam Bertiniens.* LIVINEIVS. Ex Codice noſtro, & ex utroque libro *Gudiano*, voculam *iam* clauſulae huius Panegyrici reſtituendam cenſemus, ut ſic poſteriora verba legantur: *adhuc praeſentia tua fruimur, & iam reditum deſideramus*, id eſt, nondum a nobis diſceſſiſti, & nihilominus *iam* reditum tuum optamus, deſideramusque. Quantam vim huic clauſulae conciliet iſta particula, hi facile intelligunt, qui harum rerum habent intelligentiam. SCHWARZIVS. *Schwarzium* ſum ſecutus in voce reſtituenda, ex *Voſſii* quoque excerptis notata. —— In *Guelf.* addebatur, *finis ſexti.*

CHRIST. GOTLIBII SCHWARZII
PROLEGOMENA
AD
MAMERTINI GENETHLIACVM.



I.

E Latinis veterum panegyricis, qui praeter incomparabilem *Plinii* panegyricum ſuperſunt, & qui, quamvis ad huius praeſtantiam haud pertingant, nihilominus tamen, et ſententiarum argutiis, et inventionis fecunditate, non parum ſe commendant, iam alio tempore duos potiſſimum, alterum quidem *Latini Pacati Drepanii* Theodoſio Aug. dictum, alterum, quem *Claudius Mamertinus* dixit Maximiano Aug. tunc in Gallia commoranti, & natalem Vrbis Romae Treviris celebranti, obſervationibus Academicis illuſtravi. Nunc viſum eſt alium, eumque eiusdem *Claud. Mamertini* Panegyricum Genethliacum, itidem Maximiano Auguſto dictum, ſimiliter illuſtrare, & illuſtratum ad diſquiſitionem proponere.

II.

Quod adeo ad auctorem huius panegyrici attinet, ſeqnor vulgarem opinionem: neque enim prorſus conſentiunt veteres libri. Antecedentis panegyrici inſcri-

ſcriptio in Codice MS. quem ipſe poſſideo, haec eſt: GENTHLIACI RHETORIS OPTIMI PANEGYRICVS DICTVS DIVO MAX. AVGVSTO. In fine iſtius panegyrici haec verba notata legimus: PANEGYRICVS SEXTVS DICTVS MAXIMIANO ET DIOCLETIANO FINIT. INCIPIT EORVNDEM GENETHLIACVS. Atque hic poſterior eſt ille ipſe panegyricus, quem nunc pro virili parte explicandum nobis ſumimus. Cuius calci haec verba ſunt adſcripta: GENETHLIACVS MAXI. ET DIOCLETIANI FINIT. Vides ergo, neque a principio, neque in fine, panegyricum hunc in Codice noſtro nomine *CL. Mamertini* ſignari. Atque ita etiam alii Codices MSS., quos *Gudius* excerpſit, in ambobus libris, de quibus alibi dixi, non habent nomen *Mamertini* praeſcriptum; niſi quod in unico Codice ſcriptum fuerit: EIVSDEM MAMERTINI GENETHLIACVS MAXIMIANI AVGVSTI. Hunc adeo ipſum titulum in excuſis libris primus edidit *Puteolanus*, & deinde *Cuſpinianus*. Praeterea *Io. Livineus*, A. 1599, nomini *Mamertini* praenomen *Claudii* praepoſuit: hosque ſimiliter ſecuti ſunt *Ianus Gruterus*, *Puteanus*, & *Iac. de la Baune*, *Cellarius*, & *Patarol*. At *Beatus Rhenanus* A. 1520. hoc elogium praefixit noſtro Panegyrico: EIVSDEM MAMERTINI GENETHLIACVS MAXIMIANI AVGVSTI, IN EIVS NATALI DICTVS. *In quo rurſus multa ſunt in Diocletiani laudem, cuius in imperio conſors erat Maximianus.* *Rhenanum* preſſe ſecutus eſt *Henricus Stephanus* A. 1591, & 1606; itemque *Andreas Rivinus*, A. 1650. Ex eodem panegyrico aliquot loca excitat *Carolus Sigonius*, lib. I. de occidentali Imperio, pag. 8, 16, 17; eundemque adſcribit *Mamertino*, & *Mamertinum* vocat *oratorem Belgicum*, huiusque collaudat *Gallicam dicendi copiam*. *Antonius Pagi*, in Diſſertat. hypatica, P. I. cap. II. n. VIIII. monet, *Panegyrico Genethliaco*, quem *Mamertinus* dixit Maximiano, reſtituendum eſſe legitimum titulum, qui in omnibus fere veteribus Codicibus legatur: P. EIVSDEM GENETHLIACVS MAXIMIANI A. ET DIOCLETIANI. i. e. *Panegyricus eiusdem* (Mamertini) *Genethliacus Maximiani Auguſti & Diocletiani*. Vtinam *Pagius* ſimul annotaſſet, ubi aſſerventur iſti Codices, in quibus titulum hunc ita ſcriptum invenerit! Neque tamen eum improbo: quia ex ipſius panegyrici argumento liquet, dictum eſſe in honorem gemini natalis vitae utriusque Imperatoris, *Diocletiani* & *Maximiani*; & utriusque laudes eadem oratione praedicatas eſſe, quamvis tunc *Diocletianus* abſens eſſet. Equidem nomen *Diocletiani*, tamquam ſenioris Auguſti, nomini *Maximiani* praemittendum fuiſſe videatur; putes tamen, forte ordinem horum nominum ideo inverſum obſervari, quia *Maximianus* coram audierit panegyricum, eumque deſcriptum *Mamertinus* Maximiano ipſi obtulerit, dedicaritque. Vtcunque vero eſt, interim vulgatam inſcriptionem retinere malui.

III.

Vt vero eo facilius intelligamus, quae in hoc panegyrico occurrunt, pauca quaedam de ortu & dignitate utriusque huius Imperatoris ex hiſtoria repetemus. CAIVS AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS, teſte *Victore* in *Epitome*,

tome, natione Dalmata fuit, Anuleni ſenatoris quondam libertinus, matre pariter atque opido, ubi natus erat, nomine Dioclea: unde prius *Diocles* appellatus, deinceps, ubi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem convertit, ut *Diocletianus* audiret. Hic, quod iam ad priorem *Mamertini* panegyricum animadvertimus, anno Chriſti CCLXXXIIII., XV. Kal. Octobr. h. e. die XVII. Septembris, ac, referente quidem *Eutropio* lib. VIIII. cap. 19. ab exercitu de Perſide victa redeunte, poſt Carum Auguſtum fulmine, & Numerianum Caeſarem inſidiis, amiſſos, Imperator conſalutatus creatusque eſt. Sic eodem anno, & quidem XII. Kal. Decembr. h. e. die XX. Novembris, Diocletianus, ut M. Aurelium Carinum, Caeſarem, filium Cari Imperatoris, fratrem Numeriani, ſibi adverſarium, facilius opprimeret, M. AVRELIVM MAXIMIANVM, natione Pannonem, patria Sirmienſem, Caeſarem nuncupavit, & demum anno Chriſti CCLXXXVI. ipſis Kalendis Aprilibus, teſte *Idacio* in Faſtis, ad Auguſti faſtigium provexit, ſive, ut *Eutropius* lib. VIIII. cap. 22. loquitur, *ex Caeſare fecit Auguſtum.* Quas res uterque hic Imperator ab initio ſummae dignitatis ſuae usque ad annum Chriſti CCLXXXVIIII. geſſerit, praeter Scriptores hiſtoricos, *Victorem, Eutropium*, & alios, commemoravit, aut breviter attigit *Cl. Mamertinus*, in priore panegyrico, quem praeſente tunc Maximiano Aug. habuit. Nunc ſimiles laudes utrorumque in hoc altero panegyrico praedicat, easque a rebus usque ad annum Chriſti CCLXXXXI. geſtis auget.

IIII.

Deprehendimus, non ſolum apud Scriptores veteres, ſed in antiquis etiam monimentis, *Diocletianum* haud raro IOVII, & *Maximianum* HERCVLII, cognomine inſigniri. Sic *Gruterus* pag. CCLXXX. 3. exhibet monimentum vetuſtum, quod Cluniae in Hiſpania, in pulchra quidem columna repertum eſt:

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET
MAXIMIAN. HERCVLEVS
CAES. AVGG
AMPLIFICATO. PER. ORIEN
TEM. ET. OCCIDENTEM
IMPerio. ROMano
ET
NOMINE. CHRISTIANORVM
DELETO. QVI. REMP. EVER
TEBANT

Sic *Mediobarbus* in Numiſmatibus Imperatorum Rom. pag. 425. nummum aureum annotavit, in cuius adverſa parte conſpiciantur Diocletiani & Maximiani capita coniuncta; in averſa parte duo Imperatores ſacrificantes, cum ara, aliisque figuris, ſupra ſcriptis nominibus, IOVIO ET HERCVLIO. Sic *Eumenius* in paneg. Conſtantio Caeſari dicto, cap. IIII. non alios, niſi Diocletianum

num & Maximianum, deſignat his verbis: *Et ſane praeter uſum curamque reipublicae, etiam illa Iovis & Herculis cognata maieſtas in* IOVIO HERCVLEO*que* PRINCIPIBVS *totius mundi coeleſtiumque rerum ſimilitudinem requirebat.* Et de his etiam loquitur *Lactantius*, de mortibus Perſecutorum, cap. LI. *Vbi ſunt modo magnifica illa & clara per gentes* IOVIORVM & HERCVLIORVM *cognomina, quae primum a Dioclete ac Maximiano inſolenter aſſumta, ac poſtmodum ad ſucceſſores eorum translata viguerunt?* Nempe horum imitatione etiam poſthaec Galerius Maximianus Caeſar, gener Diocletiani, *Iovius;* & Conſtantius ac Conſtantinus, generi Maximiani, *Herculii*, dicti ſunt. Taceo, hinc etiam Romam dictam eſſe *Herculeam* & *Ioviam*, apud *Mamertinum*, paneg. priore, cap. XIII. item *Iovia & Herculia auxilia*, apud *Victorem*, de Caeſaribus, cap. XXXVIIII. *Iovias* & *Herculias cohortes*, apud *Vegetium*, lib. 1. cap. 17. & *Ammianum Marcellinum*, lib. XXII. cap. 1. &c. Vide *Spanhemium*, diſſert. XII. pag. 497. Quodſi *Aur. Victori*, l. c. fides habenda, Diocletianus *Iovii;* & Maximianus *Herculii* cognomen ab aſſiduo cultu horum numinum, *Iovis* & *Herculis*, invenerunt. *Huic* Maximiano, inquit, *poſtea cultu numinis Herculii cognomentum acceſſit; uti Valerio* Diocletiano, *Iovium.* Nec nego, fieri potuiſſe, ut hi Imperatores ab initio cognomina iſta traxerint a cultu deorum. *Quidam* enim, inquit *Lactantius*, lib. VI. cap. 6., etiam *probitate ficta viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quae boni ſolent.* Ipſe quoque *Mamertinus* noſter, Genethl. cap. VI. mire utriusque pietatem laudat. *Sanctiores*, inquit, *deos feciſtis exemplo veſtrae venerationis: nunc enim vere homines intelligunt, quaenam poteſtas deorum, cum tam impenſe colantur a vobis.* *Harduinus*, Select. Oper. pag. 444., opinatus eſt, hisce duobus Auguſtis IOVII & HERCVLII nomina ad deſignandas primarias eorum virtutes eſſe adſcripta; propterea, quod alter, Diocletianus nempe, conſilio; alter, Maximianus, fortitudine, rempublicam tutati ſint. At enimvero nihil dubito, quin hi Principes, obſcuriſſimo loco nati, ubi ex potentia & ſucceſſu rerum altiores ſumſerant animos, non ſolum affectarint originem divinam, quaſi ſcilicet Diocletianus *Iovem*, Maximianus *Herculem*, generis ſui habuerint auctores; ſed etiam eo paratius ſe ipſos, tanquam Iovem & Herculem in terris coli atque adorari ſiverint. Huius rei locuples teſtis eſt ipſe *Mamertinus* noſter. Sic enim, in priore panegyrico, cap. I., *Herculem* vocat *principem generis ac nominis* Maximiani Herculii. Cap. II. *Quanto tandem ſtudio*, inquit, *nos hic convenit, qui* TE PRAESENTEM *hic intuemur* DEVM, *toto quidem orbe victorem, —— quidquid ſpiritus & vocis habemus, omne id in laudibus tuis occupare. —— An divinam generis tui originem recenſebo, quam tu non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione, teſtaris?* Idem, in Genethl. cap. II. de utroque hoc Principe: *Vos* DIIS ESSE GENITOS, *& nominibus veſtris, ſed multo magis virtutibus, approbatis.* Atque, ut nunc cetera, quae huc pertinent, loca praeteream, maximum huiusmodi adulationis ſpecimen e cap. X. repeto: *Non opinione traditus, ſed* CONSPICVVS ET PRAESENS IVPITER COMINVS INVOCARI; *non advena, ſed Imperator* HERCVLES ADORARI. Similiter auctor incertus panegyrici epithalamii, genero Maximiani Herculii, Conſtantino dicti, cap. VIII. *Hic eſt*, inquit, *qui nomen, quod accepit a* DEO, PRINCI-

PE GENERIS SVI, *dedit vobis; qui ſe* PROGENIEM HERCVLIS, *non adulationibus fabuloſis, ſed aequatis virtutibus, comprobavit.* Veſaniam illam affectati admiſſique cultus divini in Domitiano aeque ac Maximiano notant teſtanturque etiam alii ſcriptores, v. g. *Aurel. Victor*, in Caeſaribus, cap. XXXVIIII, ubi diſerte de Diocletiano haec ſcribit: *Se primus omnium, poſt Caligulam Domitianumque, Dominum palam dici paſſus, &* ADORARI SE APPELLARI*que uti* DEVM. Adde *Eutropium*, lib. VIIII. cap. 16. & *Euſebium*, in Chronico, pag. 18. itemque varia numiſmata, & alia monimenta. Conf. *Spanhem.* Diſſert. XII. pag. 495.



V.

Ita haud difficulter explicari poſſunt duo veteres nummi, quibus hoc ſchediasma ornavimus. Alter cum capite laureato MAXIMIANI AVGVSTI. Cuius Imperatoris integrum nomen aliis nummis & lapidibus inſcriptum ſic legitur: IMP. C. AVR. MAXIMIANVS. P. F. AVG. i. e. *Imperator Caeſar Aurelius Maximianus Pius Felix Auguſtus.* In poſtica nummi parte conſpicitur Hercules, duabus clavis inſtructus, dextra clava Hydram petens; niſi ſuſpiceris, alteram clavam ex lacinia pellis leoninae forte effictam eſſe. Superne haec verba ſculpta ſunt: HERCVLI DEBELLATORI. Incertus ſum, utrum Maximianus res ſuas fortiter geſtas Herculi, deo commentitio, ſic acceptas referre voluerit; an ipſe, tanquam Hercules, debellator hoſtium ſuorum, voluerit repraeſentari? *Hydra* illa fuit ſerpens multorum capitum, quam in Lerna palude conſtitiſſe, & ab Hercule tandem victam eſſe, narrant poetae. Dicitur *Virgilio*, lib. VI. Aen. v. 576. *Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.* Scilicet alii *Hydram* tria tradunt habuiſſe capita; alii, ſeptem; alii, novem; alii, quinquaginta; alii, centum. Tanta eſt diſcrepantia fabularum! Fabulam vero pleniorem Lernaeae ſerpentis habemus apud *Palaephatum*, fab. XXXVIIII. & *Ovidium*, lib. VIIII. Metam. v. 68. *Spanhemius*, diſſert. V. ubi huius nummi meminit, exiſtimat, Maximianum intendiſſe hoc nummo per *Hydram* potiſſimum deſignare renaſcentem poſt tot funera Chriſtianorum gentem; cum hic Imperator, Herculius cognominatus, cum Diocletiano Iovio, collega ſuo, vana iactantia teſtari voluerint, nihilominus gentem Chriſtianorum tandem à ſe proſtratam ac triumphatam eſ-

eſſe. Et ſane haec ipſa laus ab utroque hoc Auguſto impie etiam in vetere lapide quaeſita eſt, quem paullo ante, (n. IIII.) e *Grutero* deſcripſi. Idemque obſervat *Spanhemius*, iſtis hominibus furientibus viſum eſſe ſymbolum *Hydrae*, in hoc nummo expreſſae, haud male ſcilicet quadrare in Chriſtianos, & ſociam utriusque Auguſti in ea ſecta debellanda operam. Etiam *Begerus*, cum eundem nummum, in Theſauro Palatino, pag. 361. explicat: *Licet hic nummus*, inquit, *ad proſtratos Maximiani hoſtes procul dubio ſit referendus; fortaſſis tamen ad perſecutionem etiam Chriſtianorum retulerit homo ethnicus. Chriſtiani, ut palma nobilis, ipſa in calamitate ſurrexere, & ex cladibus ſuis numeroſiores prodiere: id inimici comparaverunt Hydrae, quae & ipſa poſt clades numeroſiore capitum luxuria increviſſe memoratur.* Quae dum ſcribo, mihi in mentem venit, an non veteres Mythologi fingendae fabulae de Hydra occaſionem ceperint a polypis marinis, de quibus quaecunque pars reſecetur, hodie non nulli Batavi & Britanni narrant, ex ea novum polypum mox exiſtere. Alter vero nummus, cuius figuram principio huius diſſertationis praefigendam curavi, in adverſa parte repraeſentat protomen Diocletiani laureati, cum hac epigraphe: IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. i. e. *Imperator Caeſar Caius Diocletianus Pius Felix Auguſtus.* In averſa parte *Iupiter fulgerator* hominem biformem, ſive gigantem, qui pedum crurumque loco habet ſerpentes, fulmine proſtraturus videtur. Fabulam breviter tradit *Ovidius*, lib. V. Faſt. v. 35. ſeqq.

Terra feros partus, immania monſtra, Gigantes
Edidit, auſuros in Iovis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus ANGVES,
Atque ait: in magnos arma movete deos!
Exſtruere hi montes ad ſidera ſumma parabant,
Et magnum bello ſollicitare Iovem.
FVLMINA *de coeli iaculatus Iuppiter arce,*
Vertit in auctores pondera vaſta ſuos.

Sine dubio per iſtum Gigantem, ſive ſigillatim per Typhonem, primarium gigantum, qui, narrante *Hygino*, fab. CCLII. *Iovem provocavit, ſi vellet ſecum de regno certare, ſed cuius pectus Iupiter fulmine ardenti percuſſit;* deſignatur quidam inſignis hoſtis, qui Diocletiano, eiusque imperio, inſidiatus eſt: verum, quia nummus ſingulari temporis indicio deſtituitur, quis ille hoſtis fuerit, definire non poſſum. *Forſitan*, inquit *Begerus*, *de Achilleo devicto hunc typum intelligas, qui in Aegypto maieſtatem ſibi vindicaturus Diocletiani armis ſuccubuit; quanquam & alia eius ſint geſta.*

VI.

Sub his duobus Imperatoribus, Diocletiano & Maximiano, tanta adverſus Chriſtianos exarſit perſecutio, ut ipſe *Henr. Dodwellus*, in Diſſert. Cyprianica XII., ubi egit de *paucitate martyrum*, §. LXV., non potuerit non fateri, hanc,

 uti

uti omnium longiſſimam, ita etiam ſaeviſſimam, certe martyrum proventu copioſiſſimam, fuiſſe perſecutionem: inde etiam factum, ut *Aeram Diocletiani* recentiores Graeci *Aeram martyrum* appellarint. Quam perſecutionem potiſſimum *Euſebius*, lib. VIII. Hiſtor. Eccleſ. & *Lactantius*, de mortibus perſecutorum, deſcripſerunt. Iam, ſi quis quaerat, an, & cur non, *Mamertinus* in duobus panegyricis ſuis etiam meminerit huiusmodi perſecutionis Chriſtianorum, cum inde, pro ſuo inſtituto, laudem pietatis utriusque Imperatoris maiorem in modum augere potuiſſet? Sed reſpondeo, cum *Mamertinus* orationes ſuas intra priores quinque annos imperii Diocletiani & Maximiani habuerit, eum ne potuiſſe quidem hoc argumentum attingere; propterea quod, teſte *Euſebio*, lib. VIII. cap. 1. utrique Imperatores primis temporibus non parum faverunt Chriſtianis; ubi indicat, quantam gloriam ante perſecutionem, anno demum CCCIII. plenius excitatam, religio Chriſtiana fuerit conſecuta. Vnde *Theod. Ruinartus*, in praefatione ad Acta martyrum: *Non imus infitias*, inquit, *primis Diocletiani & Maximiani temporibus Eccleſiam nullis edictis agitatam fuiſſe, nec tum Chriſtianos, maxime in his locis, qui ſub ſpeciali Diocletiani cura erant, inquiſitos fuiſſe. Vnde, ſi tunc martyria aliquot fuere, aut veterum legum auctoritate, aut ex Praeſidum ingenio, vel alia quavis occaſione, absque edictis patrata ſunt. Perſecutionis initium anno* CCLXXXXIII. *conſignari poſſe videtur, quo Diocletianus, decennalia imperii ſui celebraturus, ſe ut deum adorari iuſſit.* Sed & alii ſcriptores profani non facile de iſta Diocletiana Chriſtianorum perſecutione aliquid referunt, ut neſciam, an fortaſſe ipſi argumentum hoc non ſatis dignum laude habuerint? At videmus, quem exitum habuerit iſta ſtolida iactantium impietas, *ſe nomen Chriſtianum deleviſſe:* cum ſaeviſſimi iſti homines in aeternis iaceant tenebris, omnique poſteritate ſua iamdudum ex orbe terrarum deleta exſtirpataque, nihil reliquerint, niſi vana quorundam adulantium monimenta, & execrabilem inſanae adverſus Chriſtianos crudelitatis memoriam: contra vero religio Chriſtiana multo latius longiusque dilatata, DEI IMMORTALIS beneficio, feliciter ſuccreverit, & ad hunc usque diem floreat, ac, quoad haec rerum univerſitas ſtabit, perpetuis temporibus ſit duratura.

VII.

Quod ſi nunc quaeramus, quo anno & die hic ipſe panegyricus genethliacus a *Mamertino* ſit habitus; tunc generatim quidem liquet, eum fuiſſe panegyricum *natalitium*, hoc eſt, in natali utriusque Imperatoris, Diocletiani Iovii & Maximiani Herculii, dictum, & utriusque etiam Imperatoris laudes complecti, quamvis ſolo Maximiano tunc praeſente ſit dictus. At in hiſtoria Principum Romanorum fere tria *diei natalis* genera occurrunt, quos ſolenni ritu ſacros feſtosque habuerunt. Id quod iam in commentario ad panegyricum *Plinii*, pag. 474. & 570. copioſius expoſui. Primus erat *natalis Imperatorum* proprie dictus, quo primum huius *vitae* lucem adſpexerant. Et huius natalis diei ſolennia κατ' ἐξοχὴν γενέθλια vocari conſueviſſe, deprehendimus. *Alter natalis Imperatorum* tranſlate dictus habebatur dicebaturque *primus dies principatus*, ſeu *imperii auguſtalis*. Sic

Eu-

Eumenius, in paneg. Conſtantini Aug. Cap. II. primum principatus ſuſcepti diem diſerte vocat *natalem imperii. Quamvis ille*, inquit, *feliciſſimus dies proxima religione celebratus imperii tui natalis habeatur; quoniam te iſto habitu primus ornavit* Tertius dies natalis erat *dies adoptionis*, item *Caeſareae dignitatis;* ſi nempe Principes per adoptionem ad imperium pervenerant, aut titulo ſecundi faſtigii primum *Caeſares* denominati erant, cum nondum eſſent *Auguſti*, ſed tantum deſignati heredes ſummae poteſtatis, & futuri ſucceſſores Imperii. Sic in hiſtoria Hadriani Imperatoris, quam *Spartianus* expoſuit, hi tres natales diſtincte annotantur: primo, *natalis vitae;* quia natus erat VIIII. *Kal. Febr. Veſpaſiano ſepties & Tito quinquies* COSS. Deinde *natalis adoptionis*, V. *Iduum Auguſti.* Tertio, *natalis imperii,* nempe III. *Iduum earundem.* Similiter tres natales Maximiani notare poſſumus. Primus fuit *natalis vitae*, de quo poſt, Alter *natalis dignitatis Caeſareae*, ſive Imperii Caeſarei, cum XII. *Kal. Decembr.* anno Chriſti CCLXXXIIII. a Diocletiano aſſumtus eſt *Caeſar.* Tertius *natalis imperii auguſtalis*, cum *Kalendis Aprilibus* A. CCLXXXVI. ab eodem declaratus eſt *Auguſtus.* Hic adeo panegyricus dictus eſt in celebritate diei natalis proprie dicti. Ita *Mamertinus* ipſe, ſtatim Cap. I. 1. hanc orationem vocat *gemini natalis praedicationem;* &, ne putemus, eam pertinuiſſe ad natalem imperii Caeſarei, aut Auguſtalis, ipſe rurſus, Cap. II. 2. *dies natales*, *quibus imperii auſpicia ſumſerint* utrique Imperatores, ab argumento huius panegyrici quaſi removet, & ad quinquennalia ac decennalia ſeponit. Sed cave putes, Diocletianum & Maximianum, ſi non eodem anno, eodem tamen die, revera natos eſſe: quanquam neutrius dies natalis proprie nobis conſtet, in quod tempus inciderit. Interim perſuaſum mihi habeo, ſolius Maximiani, qui praeſens hunc audiebat panegyricum, natalem verum tunc incidiſſe. Nam diſerte *Mamertinus*, Cap. II. 1. *Hic mihi dies*, inquit, *videtur illuſtrior*, *magisque celebrandus*, *qui* TE *primus protulit in lucem;* quam ſcilicet ille, quo imperii auſpicia ſumſiſti. Quo autem die & menſe natalis hic illuxerit, e nullo ſcriptore adhuc cognitum eſt; niſi ſuſpicemur, Maximianum, uti originem ſuam retulit ad Herculem, ita & ipſum natalem vitae retuliſſe ad natalem Herculis. Iam autem e celebri Calendario *Lambeciano* patet, Herculis diem natalem celebrari conſueviſſe *Kalendis Februariis.* Ibi enim haec legimus: KAL. FEBR. N. HERCVLIS. C. M. XXIIII. i. e. *Kalendis Februariis*, *Natalis Herculis*, *Circenſibus*, *Miſſibus XXIIII.* Equidem haec ſola probabilis coniectura noſtra eſt, cui tamen non facile antiquioris cuiusdam ſcriptoris auctoritas refragatur; neque videmus, cur alias, inter tot proximorum Imperatorum natales, non etiam natales Diocletiani & Maximiani in iſto Calendario ſint adſcripti; niſi natalis Diocletiani Iovii ad natalem Iovis, & natalis Maximiani Herculii ad natalem Herculis, referendus videatur. *Annum* ſtatuo tunc cucurriſſe, poſt Chriſtum natum, *ducenteſimum nonageſimum primum:* nam omnes res geſtae Diocletiani & Maximiani, quae in hoc panegyrico commemorantur, ſaltem eo usque pertingunt, ac ne quidem complectuntur annum ſequentem CCLXXXXII, in quo *Galerius Maximianus*, & *Conſtantius Chlorus*, ab utroque Auguſto ſolenniter adoptati declaratique ſunt *Caeſares:* quorum non potuiſ-

ſet non mentio fieri in hoc panegyrico, ſi iam tum Caeſares fuiſſent. Licet vero eo tempore, quo hic panegyricus habitus eſt, unius ſaltem Imperatoris, nempe Maximiani, incidiſſet natalis proprie dictus; is tamen in utriusque Imperatoris honorem celebrabatur, & ita feſtus habebatur, ut ſimul tanquam natalis etiam alterius Imperatoris, Diocletiani, coleretur, celebrareturque. Hinc dicitur a *Mamertino*, Cap. I. 1. *geminus natalis*; & Cap. II. 2. *gemini veſtri natales.* Id autem factum eſt ad declarandam mutuam utriusque huius Imperatoris concordiam, quam verbis ſatis exprimere neſciit orator. *Quae ulla unquam*, inquit, Cap. VI. 3. *videre ſaecula talem in ſumma poteſtate concordiam? Qui germani fratresque indiviſo patrimonio tam aequabiliter utuntur, quam vos orbe Romano.* n. 7.: *Ita duplices vobis divinae potentiae fructus pietas veſtra largitur, & ſuo uterque fruitur, & conſortis imperio.* Cap. VII. 2. *Dividere inter vos dii immortales ſua beneficia non poſſunt. Quidquid alterutri praeſtatur, amborum eſt.* n. 7. *Intelligimus, ſacratiſſimi Principes, geminum vobis, quamvis diſpares ſitis aetatibus, ineſſe conſenſum, — invicem veſtros affectatis annos. Sic ambo eſtis iuniores, ambo ſeniores.* Conſtat vero, eosdem hos Imperatores eadem ratione poſthaec *viceſimalia* ſua, hoc eſt, viceſimum annum imperii ſui, ſimul eodemque tempore celebraſſe, quamvis non die & anno eodem primum ſuſcepiſſent imperii inſignia. De anno autem, quo hunc panegyricum habitum eſſe dixi, conſentit etiam *Antonius Pagi*, in diſſert. hypatica, P. II. n. VIII. *Panegyris illa Mamertini*, inquit, *dicta videtur anno Chriſti* 191 (291 exprimi debuit,) *poſt utraque* (nempe Caeſarea & Auguſtalia) *ab eodem Herculio quinquennalia celebrata; cum dicat Orator, ſe orationem, quam compoſuerat, eius decennalibus reſervare; in eaque nullam de Conſtantio Chloro & Galerio Maximiano, qui anno 292. Caeſares nuncupati ſunt, mentionem faciat.* Magna vero erat eiusmodi Natalium, Quinquennalium, & Decennalium, celebritas; cui diem dicatum, ſacrificiis, votis, ludis, & omni genere publicae laetitiae ac gratulationis, populus militesque tranſigebant laureati, &, quod *Tertullianus*, de corona, cap. 35., teſtatur, focos & choros educebant in publicum, vicatim epulabantur, laureis ornabant poſtes, lucernis diem infringebant, &, quidquid poterant, honoribus Imperatorum impendebant, ac, ſi adeſſent oratores facundi, hi omnia bona dicebant, imperatorumque res geſtas laudibus evehebant. Etſi vero nullum evidens indicium ex hoc ipſo panegyrico elucet, quo in loco ſit recitatus; id tamen certum eſt, eum extra Vrbem Romam fuiſſe habitum. Immo facile ſubſcribo *Sigonio*, *Brouwero*, & aliis, tradentibus, recitatum eſſe Treviris, ubi tunc commorari conſueverat Maximianus. Trevirorum civitas iam ab Auguſto, anno ante Chriſtum natum duodecimo, facta erat colonia Romanorum. In Notitia utriusque Imperii dicitur *Provinciae Belgicae primae Metropolis, civitas Trevirorum. Salviano*, in libro de providentia, appellatur *Trevirorum urbs excellentiſſima, ſumma urbs Gallorum.* Haec Vrbs, quaſi aemula Romae, ſuperbiebat Palatio, Capitolio, Amphitheatro, Circo Maximo, & aliis ſplendidis aedificiis. Inſtructa erat armorum & monetarum officinis; unde & ibi frequentius effoſſae ſunt monetae, cumprimis Diocletiani & Maximiani, quae modo literis TR. modo S. T. modo P. TR. inſignitae ſunt, i. e. *Treviris*, *Signa-*

gnatae Treviris, *Percuſſae Treviris*. Sic Treviris erat illis temporibus quaſi domicilium imperii Gallicani, & caſtrum ad cohibendas Germanorum invaſiones. Ibi, uti iam fere ante biennium Maximianus celebraverat, XXI. Aprilis, diem natalem Vrbis Romae, & *Mamertinus* priorem dixerat panegyricum; ita nunc ibidem in gemino natali utriusque Imperatoris, fortaſſe Kalendis Februariis, anno Chriſti CCLXXXXI., in auguſto cohortis palatinae, Trevirenſiumque magiſtratuum, conſeſſu, facunda oratione veneratus eſt Maximianum Auguſtum, tunc praeſentem.

VIII.

Nunc convertimur ad ipſum *Mamertini* panegyricum, huius brevem ſynopſin praemiſſuri. *In* EXORDIO, Cap. I. & II., *rationem affert Panegyriſtes, cur oratione celebret geminum natalem utriusque Imperatoris, Diocletiani & Maximiani: nempe quia omnes alii etiam conentur his debitum exſolvere; & ut compenſet orationem, quam in Quinquennalibus habere non potuerit; & denique, quia illuſtriorem exiſtimet diem natalem vitae, quam Imperii Imperatorum. In* TRACTATIONE, Cap. III., generatim *praemittit laudes utriusque Imperatoris, praedicatque, illos nunquam otio acquieſcere: quia imitentur exempla deorum, auctorum generis ſui, nempe Iovis & Herculis, ſemper aliquid agentium, & agendum curantium; ac quoniam a primis annis ad infatigabilem conſuetudinem laboris nati inſtitutique ſint. Deinde*, Cap. IIII. & V., *per praeteritionem, laudat varias ipſorum expeditiones, res bello geſtas, & victorias relatas. Deinde*, ſigillatim *ſibi praedicandas ſumit &* PIETATEM *&* FELICITATEM *utriusque Imperatoris. Ac quidem (A)* Cap. VI. 1, 2., *commendat utriusque* PIETATEM *erga deos; tum laudibus evehit mutuam* PIETATEM, *qua ipſi ſe invicem coluerint hi Imperatores. Hanc probat*, Cap. VI. 3, 4, 5, 6, 7., *α) ex mirifica concordia in poſſidendo & regendo orbis Romani imperio.* β) Cap. VII. 1, 2, 3, 4., *ex communione & participatione laurearum, i. e. victoriarum & triumphorum de hoſtibus relatorum.* γ) Cap. VII. 5, 6, 7., *ex mutua gloriae aemulatione, etiam in diverſa ſtirpe, & diſſimili aetate.* δ) Cap. VIII. *ſeqq. e conventu Mediolanenſi: cum nulla itineris tempeſtatisque moleſtia detineri potuerint, quo minus pervolarint Mediolanum ad colloquium amicum, de republica in commune conſultaturi. Huius adeo itineris deſcribit.* 1) Cap. VIII. *celeritatem.* 2) Cap. VIIII. 1, 2, 3., *temporis hiberni & Alpium transeundarum aſperitatem.* 3) Cap. VIIII. 4, 5., & Cap. X. 1, 2, 3., *comparationem cum itinere Hannibalis per Alpes.* 4) Cap. X. 4, 5, 6., *eventum, & laetitiam publicam inde excitatam.* 5) Cap. XI., *venerationem praeſentium Imperatorum, itemque*, Cap. XII. 1, 2., *deſiderium civium Romanorum coram venerandi Imperatores. &* 6) Cap. XII. 3, 4, 5., *reditum Imperatorum ad exercitum.* (B) Cap. XIII., *praedicat Mamertinus* FELICITATEM *utriusque Imperatoris*; a) Cap. XIII. & XIV., *quod libere & ſecuri ſe invicem conſpicere & complecti poſſint.* b) Cap. XV., *quod ſalus reipublicae, & ſalubritas temporum, fertilitasque terrarum, ſit reſtituta.* c) Cap. XVI, XVII, XVIII., *quod barbarae nationes ipſae ſe conterant, & bella civilia ad*

ad has ſint tranſlata, omnesque hoſtes quieſcant. In EPILOGO, Cap. XVIIII. *Orator primo rationem reddit, quod in hac oratione potiſſimum de pietate & felicitate utriusque Imperatoris diſſeruit; deindem maritiam victoriam utrique auguratur. His adeo praemiſſis, iam ipſum contextum huius panegyrici genethliaci recenſebo, &, ubi dabitur occaſio, obſervationibus quibusdam illuſtrare conabor, iisdem ſubſidiis, quae ſub initium obſervationum ad priorem Mamertini orationem recenſui, uſurus.*

CLAV.

CLAVDII MAMERTINI

PANEGYRICVS GENETHLIACVS

MAXIMIANO AVGVSTO DICTVS.

CAPVT I. Omnes quidem homines, ſacratiſſime Imperator, qui ma-

MAMERTINI] Hunc Panegyricum *Mamertino* tribuit *Car. Sigonius*. Quidquid ſit, nihil affirmare audeo. Puto tamen, hunc & ſuperiorem ab eodem Rhetore ſcriptum fuiſſe, ut apparet infra his verbis: *Sed de rebus bellicis, victoriisque veſtris, ſacratiſſimi Imperatores, & multi eloquentia praediti ſaepe dixerunt, & ego pridem, cum mihi auditionis tuae divina dignatio eam copiam tribuit, quantum potui, praedicavi.* Veteres omnes Codices nullo modo praeſcribunt nomen *Mamertini*; ſic autem habent: *P. eiusdem Genethliacus Maximiani A. & Diocletiani.* Sic habet & *Fabri*; ſic denique omnes, quos vidi. PVTEANVS. Huius & praecedentis Panegyrici auctorem eſſe *Mamertinum* putat *Sigonius*; certe utramque hanc orationem eiusdem Oratoris eſſe iam oſtendi. Quamquam in veteribus Codicibus abeſt *Mamertini* nomen. Ferme autem omnes habent, *P. eiusdem Genethliacus Maximiani A. & Diocletiani.* Dictus eſt autem, opinor, Treveris, coram Maximiano; quo vero die, incertum. Certe nec in quinquennalibus, neque in decennalibus, ut Auctor initio profitetur, ſed tempore inter utrumque interiecto, anno CCXCII. cum Conſtantius claſſem adverſus Carauſium in Oceanum immitteret, nam n. 19. navalia tropaea Imperatoribus precatur. Hic natalis utriusque Imperatoris dicitur, non quo ad imperium pervenit, ſed quo in lucem exiit. BAVNE. Dictum eſſe hunc Genethliacum, quidquid alii ſentiant, A. CCXCI. perſuadet mihi, quae in rerum geſtarum ſerie ineſt ratio. Dominandi ſtudio agebantur Carauſius, praeſertim in Aegypto Achilleus, de quibus opprimendis collocuti Diocletianus & Maximianus Mediolani, brevi poſt, eamdem ob cauſſam, Conſtantium Chlorum & Galerium Maximianum creant Caeſares. *Victor* Caeſar. 39. 22. Epit. 39. 3 *Oroſius* VII. 25. unde emaculandus *Hermannus Contractus* in Chronico, T. III. Theſ. *Caniſii*, Part. I. p. 212. *Ob quae Conſtantinus, Galerius, & Maximianus in regnum adſumuntur*; lege *Conſtantius & Galerius Maximianus*; & lecti quidem ſunt propter virtu-

maieſtati veſtrae laudes canunt, & gratias agunt, debitum vobis conantur exſolvere: quis enim eſt, qui poſſet implere? ſentio tamen, a me prae-

tutem, & optima militiae praecepta, quae ab Aureliano, Proboque hauſerant, quibusque tyrannis habebantur debellandis pares. *Iulianus* Orat. I. p. 7. A. *Victor* Caeſar. 39. 28. id vero factum Kal. Martiis CCXCII. qui dies Chronici *Idatiani* auctoritate nititur; annum ſequentem ponunt *Baſnage* Annal. T. II. p. 457. *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 7. & 20. quos refellit *Pagius* Differt. Hypat. p. 159. & 236. *Spanhemio* itaque ad *Iuliani* Orat. p. 55. largior corruptas eſſe inſcriptiones L. 3. C. Quib. ex cauſſ. maior. & L. 2. C. Si quis aliq. teſt. proh. quibus *Caeſarum* diu ante occurrit mentio. Haec ſi ad Genethliacum adcommodemus, non aliud illius habiti tempus conſtitui poſſe adparebit, quam dixi. Nulla enim in eo *Caeſarum* mentio, in quorum tamen laudes excurrendi occaſionem non praetermiſiſſet *Mamertinus.* Conf. *Pagium* Diff. Hypat. p. 135. *Schwarzium* Diff. praeced. §. 7. totus vero eſt in colloquio Mediolanenſi; brevi igitur poſt illud dixit, ſive *proxime*, ut eſt cap. 8. init. id vero inſtitutum fuiſſe ante A. CCXCII. inde colligo, quia ſumma ſunt hieme Mediolanum profecti, cap. 9. id eſt, ineunte A. CCXCI., deinde ad exercitus reverſi, cap. 12. n. 1. cumque ita in Galliam revertiſſet Maximianus, Oratio eſt Treveris habita, non Kalend. Februariis, ſive die Herculis natali, quod credidit *Schwarzius* in Differt. d. l. ſed eo, qui Maximiano verus erat natalis, non autem Caeſareae, vel Auguſteae dignitatis. Dies enim erat, qui Imperatorem *primum in lucem protulit*, cap. 2. n. 1. memorat quoque virtutes cum *naſcentibus* ortas, bona *naturae*, quae *natalis* Imperatori tribuit, & quod *naſcentes bona ſidera & amica viderunt*, quae non niſi de die natali vero dici poſſunt. Hunc XII. Kal. Auguſt. ponit *Noriſius* de Num. Dioclet. Diff. I. cap. 4. ſaltem poſt menſem Aprilem dixiſſe, inde cernitur, quia quinquennalia memorat, cap. 1. princ. intelligit autem Quinquennalia, non dignitatis Caeſareae, ſed ſumti a Maximiano imperii, memorat enim dies ſanctos, quibus *imperii auſpicia* ſumta, cap. 2. n. 2. iam Kal. Aprilibus A. CCLXXXVI. Auguſtus factus eſt Maximianus, ut probat *Noriſius* d. l. cap. 2. & 3. Quinquennalia itaque imperii iisdem Kalendis A. CCXCI. finiebantur, poſt quae orationem dictam eſſe poſtulant *Mamertini* verba cap. 1. n. 3. adfirmantis ſe Orationem eam, quam Quinquennalibus deſtinaverat, ad Decennalia ſervare, quod dici non potuit, ſi illa nondum eſſent praeterlapſa. Ceteroquin enim hanc quoque in Quinquennalibus potuiſſet habere. Deſtinaverat in Quinquennalibus dicere, adeoque ante Kal. Apriles, quibus illa finiebantur; haec cupiditas erat dilata, cap. 1. n. 3. & exſpectationem Orationis tunc habendae hac iam compenſabat, ibid. n. 1. unde notandus error *Cuperi* ad *Lactant.* M. P. p. 145. hunc Panegyricum ante quinquennalia fuiſſe habitum ſcribentis. —— Eſt vero *undecimus* in *Guelf.* & Ed. *Rhenani.* In inſcriptione *Schwarzium* ſum ſecutus. vid. Proleg. §. 1.

GENETHLIACVS] Rationem huius inſcriptionis ſupra §. 2. reddidi. Dicitur *Panegyricus Genethliacus*, i. e. natalitius: quia tales orationes habebantur in memoriam & honorem natalis alicuius. Cuiusmodi orationum artificium exponit *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, ubi tradit Μέθοδον Γενεθλιακῶν, ſive praecepta de *oratione natalitia.* Neque ſolum oratores Panegyricis Genethliacis, ſed etiam Poetae carminibus Genethliacis cumprimis Principum natales celebrabant. Immo & privati privatis ſcribebant *Genethliaca.* Sic *Ariſtides* edidit *orationem Genethliacam in Apellam.* Sic *Virgilius* Ecloga IIII. Aſinii Pollionis filio *Genethliacum* dicavit. Etiam in *Papinii Statii* lib. II. Silvarum, Carm. VII. legimus, GENETHLIACON LVCANI, ut nunc alia taceam. Γενέθλια & Γενέσια dicebantur *feſta natalitia*, & ipſe dies natalis dictus eſt γενέθλιος ἡμέρα. Γενεθλιακὸς generatim eſt pertinens ad γενέθλην, i. e. nativitatem, ſeu diem natalem. Quia vero etiam praedictiones fieri conſueverant ex natali die, cumprimis recens natorum, & ex ſideribus natalitiis; hinc *Genethliaci* etiam audierunt ii, qui prodigioſis artibus futura dicturos ſe pollicentur, de quibus agit *Gellius* lib. XIIII. cap. 1. & *Iſidorus* lib. VIII. Origin. cap. 9. ſcribit: *Genethliaci appellati propter natalium conſiderationem dierum. Geneſis enim hominum per duodecim coeli ſigna deſcribunt, ſiderumque curſu naſcentium mores, actus, & eventus praedicere conantur.* quae vero notio huc non pertinet. SCHWARZIVS. De diſcrimine inter *Geneſia* & *Genethlia* vide *Meurſium* de Funer. cap. 36.

1. *Sacratiſſime Imperator*] *Pith. Sacratiſſimi Imperatores.* PVTEANVS. Variat haec compellatio in ſcriptis excuſiſque libris. *Puteolanus*, *B. Rhenanus*, *Navius*, *H. Stephanus*, *Rivinus* habent, *ſacer Imperator.* Ceteri edidere, *ſacratiſſime Imperator;* prout etiam in meo Codice legitur.

praecipue hoc piae vocis officium iure quodam ſacroſancti fenoris poſtulari, ut exſpectationem ſermonis eius, quem tuis quinquennalibus praepara-

tur. Alter liber *Gudianus* ex alio quodam Codice MS. annotatum prodit, *ſacratiſſimi Imperatores.* Quae compellatio magis convenire videatur cum proximis verbis: *Omnes quidem homines*, *ſacratiſſimi Imperatores*, *qui maieſtati VESTRAE laudes canunt*, &c. Sed nihil eſt mutandum, cum familiaris ſit *Mamertino* iſta loquendi ratio, ut Maximianum quidem Herculeum, Auguſtum, qui tunc praeſens erat, numero ſingulari alloquatur, & nihilominus tamen mox toties in numero multitudinis ſubiiciat verba, itemque pronomina, *vos* & *veſter*, quoties vult, ut ea, quae de die natali, & virtutibus, rebusque geſtis Imperatorum differit, non de ſolo Maximiano, ſed etiam de Diocletiano, tunc abſente, intelligantur. Eodem enim hoc Panegyrico, ut ſupra dixi, utriusque Imperatoris natalis celebratur, laudesque canuntur. Haud ſecus *Mamertinus* priorem etiam Panegyricum, Maximiano Aug. in die natali Vrbis Romae dictum, ita exorſus eſt: *Cum omnibus feſtis diebus*, *SACRATISSIME IMPERATOR*, *debeat honor VESTER divinis rebus aequari*, &c Lectio, *ſacer Imperator*, e compendio ſcripturae orta eſſe videtur. SCHWARZIVS. *Sacratiſſimi Imperatores* quoque *Voſſii* excerpta. Pluralis ille aliis quoque huius Panegyrici locis Codicum auctoritate ſtabilitur; quo iure, cum Maximiano tantum praeſenti dicta ſit oratio, paſſim monent Interpretes. Quod in quibusdam eſt, *ſacer Imperator*, forte ſuperſtitioſo debetur Librario, maiorem *ſacratiſſimi* titulum arbitranti, quam qui homini daretur.

Maieſtati] Recte: neque enim neceſſe eſt, ut pro caſu tertio ponatur ſecundus, *maieſtatis*, quo hic caſus ad nomen *laudes* referatur. Refertur potius ad verbum *canunt*, & ſimul ad ſequentem formulam, *gratias agunt*. *Canere alicui laudes* eſt dicere alicui laudes, uti apud *Ovidium* lib. II. Artis amand. v. 740.

Mihi dicite laudes;
Cantetur toto nomen in orbe meum.

alias *canere* quaſi proprium Poetarum eſt; hic orator id Poetice tribuit oratoribus, aliisque, quanquam & *Plinius* lib. XVIII. Hiſt. Nat. cap. 8. 10. *Cato braſſicae miras canit laudes.* ita idem *Mamertinus* in priore Panegyr. cap. 1. 4. *Tibi potiſſimum*, *Imperator invicte*, *laudes canimus.* Quod vero Librarius in meo Codice poſuit *laudem*, nempe ſingularem pro plurali, id eius levitati imputandum. SCHWARZIVS. *Maieſtati* hic tuentur a me notata ad *Sedulium* Hymn. II. 26. ſecundum Dativi elegantiam, quam adtigi ad praeced. Paneg. 12. 8. Vſum *τȣ̃ canere*, Latinis tritum, Graeci ſervant; *ἀρετὰς ὑμνȣ̃σι Lyſias* in Corinth. Soc. p. 28. Ed. *Taylor.* & in ᾄδειν, ut apud *Aelianum* V. H. VII. 14. XII. 45. quod in Indice *Schefferus* non male ex priſco more repetit, quo Heroum laudes canebantur, quem adtigit *Perizonius* Anim. Hiſtor. cap. 6. —— Deterior lectio *laudem* in *Schwarzii* Cod. eſt quoque in *Guelferb.*, magis in *Voſſii* excerptis adhuc corrupta in *laudent.*

Praecipue] Alias in omnibus excuſis libris legebatur: *ſentio tamen*, *a me hoc praecipue tempore hoc piae vocis officium*, &c. Sed voces *hoc tempore* in meo Codice non leguntur; abeſſe etiam ab aliis Codicibus annotatum eſt in utroque libro *Gudiano.* Et bene abeſſe poſſunt; immo, niſi fallor, abeſſe debent. Supervacaneae enim ſunt, quia tempus iam in eodem verborum ambitu deſignatur his verbis: *hac gemini natalis praedicatione.* Deinde repetitio pronominis *hoc* auribus accidit ingratiſſima, cum mox ſequatur, *hoc piae vocis officium.* SCHWARZIVS. Adſentior *Schwarzio*, quem ſecutus eſt *Iaegerus;* ſervant tamen *Voſſ.* excerpta tranſpoſitione facta, *praecipue hoc tempore.*

Piae vocis] Haec lectio confirmatur ceterorum librorum, ſcriptorum pariter atque impreſſorum, conſenſu, niſi quod in ſolo Codice meo legam, *hoc pietatis officium.* non male quidem; attamen nihil ideo eſt innovandum. *Vox* pro oratione & dicendi facultate ponitur, uti in *Eumenii* Panegyrico ad Conſtantinum Caeſarem cap. 1. *Rudimenta quaedam vocis meae rurſus experior.* SCHWARZIVS. *Foenoris* pertinet ad praecedens *debitum.* Debuerat orationem quinquennalibus, ea autem non habita, propter debitum non ſuo tempore ſolutum, foenus erat perſolvendum, cuius loco veluti haec erat cenſenda oratio.

Quinquennalibus] *Quinquennalia*, *Decennalia* & *Vicennalia* erant dies dicati Imperatoribus. *Dio* LIII. infra c. 2. oratione *Nazarii:* in Panegyrico Conſtantino; *quinquennalia beatiſſimorum Caeſarum occupatos in gaudiis habent*, *ſed in deſtinatis decenniis iam vota properantia*, *& ſpes volucres conſtituerunt.* PVTEANVS. Quinquennalia, decen-

raveram, hac gemini natalis praedicatione compenſem, & dicendi munus, quod tunc

cennalia, vicennalia ab annis imperii ſui Imperatores Auguſti vocabant ludos & feſtos dies, votorum ſolutione, novorumque nuncupatione celebrandos. CELLARIVS. *Quinquennalia* hoc loco dicuntur ſolennia, quibus poſt quinctum quemque annum celebrabatur natalis, ſive auſpicalis dies, Imperii Caeſarei a Maximiano ſuſcepti. Significanter enim dixit *Mamertinus : TVIS quinquennalibus;* iam autem tunc alloquebatur Maximianum praeſentem. Qui dies, ſecundum noſtram computandi rationem, tunc inciderat in XII. Kalend. Decembr. A. Chriſti CCLXXXVIIII. Scilicet, ſicut natales vitae Imperatorum quotannis rite ſolebant celebrari, ita natales imperii, ſive dies auſpicales imperii, ordinarie ſaltem quincto quoque anno exacto, recolebantur. Nempe, ſi exacti eſſent quinque anni poſt ſuſceptum imperium, ſive Auguſtale, ſive Caeſareum, tunc quinquennalia agebantur ſolenniter, cum in Vrbe, tum in Provinciis & caſtris, faciendis quidem ſacrificiis, ludis Circenſibus, & ſpectaculis ſcenicis ac gladiatoriis, item aliquando congiariis & donativis ex liberalitate Principum diſtribuendis; neque minus Panegyricis habendis celebrabantur, & cum primis vota antehac nuncupata Diis ſolvebantur, & in proximum alterum quinquennium, pluresve annos, nova vota nuncupabantur: in quibus votis potiſſimum Imperatori incolumitas & longa vita, ſecuritas Imperio, domui Auguſtae perennitas, exercitibus virtus & victoria adverſus hoſtes, paxque orbi terrarum, expetebatur, huiusmodi fere formula, ut e *Tertulliano*, aliisque conſtat, adhibita: *Preces poſcimus, Iupiter, uti ſies volens propitius in decennium Auguſto noſtro; quod ſi faxis, tunc tibi votum bove aurato, ludis Circenſibus* &c. *eſſe futurum.* Exacto altero quinquennio, ſi Imperator viveret, & in eodem ſtatu ſervaretur, celebrabantur *Quinquennalia ſecunda*, quae & *Decennalia*, aut *Decennalia prima* dicebantur; uti in quodam Diocletiani nummo: PRIMIS X. MVLTIS XX. Exacto tertio quinquennio, illuceſcebant *Quinquennalia tertia*, ſive *Quindecennalia.* Elapſo quinquennio quarto, prodibant *Quinquennalia quarta*, qui etiam dicebantur *Decennalia II.* item & *Vicennalia*, & ſic porro per eoſdem temporum gradus natales Imperii longaevorum Auguſtorum & Caeſarum numerabantur. In horum ſolennium natalitiorum memoriam etiam numismata cudi conſueverant. Sic in nummo Licinii Iunioris, qui cum Criſpo & Conſtantino Caeſar renuntiatus erat, intra lauream hae conſpiciuntur literae: VOT. V. adſcriptis verbis: CAESARVM NOSTRORVM, ut ſignificaretur, illorum Caeſarum *Vota Quinquennalia* tunc fuiſſe ſoluta. In nummo Maxentii Auguſti: VOT. V. MVLT. X. h. e. vota *quinquennalia* ſoluta, & in futurum tempus multiplicata, & nuncupata *decennalia.* In alio nummo Licinii: SIC. X. SIC. XX. i. e. ſicut *Decennalia* feliciter peracta, ſic *Vicennalia* peragantur. In nummo Gratiani Aug. VOT. XV. MVLT. XXX. In nummis Antonini Pii: VOTA SVSCEPTA DEC. III. i. e. vota ſuſcepta *Decennalia tertia*, ſive in decennium tertium, ſive *Tricennalia.* In nummo Conſtantii Aug. VOT. XXX. MVLT. XXXX. i. e. vota *Tricennalia*, multiplicatis *Quadragenalibus*, &c. Originem horum Quinquennalium & Decennalium deducit *Dio Caſſius* lib. LIII. p. 506. ab Octaviani Auguſti temporibus. Sed invenimus, aliquando etiam in republica libera vota in quinquennium, item decennium fuiſſe nuncupata. Vide *Livium* lib. XXI. 62. & lib. XXII. 10. Sed, ſicut antiquitus talia vota pro incolumitate reipublicae nuncupabantur, ita ſub Imperatoribus eiusmodi vota potiſſimum pro incolumitate Imperatorum concipi conſueverunt. Ceterum hoc argumentum prae ceteris luculenter illuſtrarunt *Henr. Noriſius* in Diſſert. Chronologica de votis Decennalibus, & *Anton. Pagius* in Diſſert. Hypatica P. II. cap. 2. SCHWARZIVS.

Gemini] Vtriusque Principis, Diocletiani & Maximiani. CELLARIVS. & PATAROL. In actis Marcelli centurionis, ſub Diocletiano & Maximiano paſſi, apud Surium XXXI. Octobris relatis, natalis dies Imperatoris ad XII. Kal. Auguſti refertur; unde labuntur aliqui, ut putent hanc orationem illo ipſo die dictam eſſe. Verum quis ſcit, an non de natali imperii acta illa intelligenda ſint, non de die ortus Maximiani? Praeterea dubium eſſe poteſt, utrum de natali die Diocletiani, an Maximiani id accipiendum ſit. Quare levi admodum argumento nituntur. BAVNE. I. e. hoc Panegyrico genethliaco, qui gemino natali Diocletiani & Maximiani dicitur. Etſi vero revera alio tempore Diocletianus, alio Maximianus, natus eſſet, & proprie tunc non niſi Maximiani natalis illuxiſſet; ex uno tamen natali quaſi geminum faciebant; cum tanta inter ſe concordia viverent hi Imperatores, ut, quod *Mamertinus* infra cap. 6. 7. ait, *uterque & ſuo & conſortis imperio* (natalique) *frui videretur.* SCHWARZIVS. *Gothofredus* ad L. 11. Cod. *Theodoſ.* de Proxim. Comit. ſub-

tunc voti promiſſione ſuſceperam, nunc religione debiti repraeſentem. Voveram autem

ſubſtituit *gemini*, ut intelligatur dies, quo in lucem erat editus, idque probare videtur *Vicat.* Vocabul. Iur. V. *Genuinus*, quo modo nonnulli peccatum putant apud *Apuleium* Metam. III. p. 404. emendantes, *genuino ſermone nomen Auguſtum Caeſaris invocare*, ſed *gemino* recte tuetur *de Rhoer* Fer. Daventr. p. 226. Apud *Mamertinum gemino* ſervo ex ea interpretatione, quam dedit hic *Schwarzius*, & Prolegom §. 7. hac enim oratione praedicandas ſibi ſumit virtutes, cum ipſo velut Imperatore natas, pietatem & felicitatem; has autem non tantum tribuit Maximiano, ſed etiam Diocletiano. vid. cap. 2. 2. & cap. ult. 3. easque cum ipſo natali unius Imperatoris die celebraret, comprehendit utique & eumdem alterius, isque adeo erat *geminus*. infr. 19. 1. *quae gemino natali tuo praedicarem.* Parum itaque iuvant, quae commentatur *Schwarzius* ad cap. 2. 2.

Tunc] Particula haec non legitur in meo Codice MS. nec obſervata eſt in iis Codicibus, quos contulerat *Gudius.* Immo nec facile haec deſiderabitur hoc loco a Lectoribus, ſi fuerit reiecta. SCHWARZIVS. Vt hanc vocem *Guelf.* ita cum *Voſſii* excerptis omittit *ſuſceperam.* male; eſt enim neceſſarium verbum τῷ *repraeſentare* oppoſitum.

Repraeſentem] Perſolvam: hoc ſenſu verbum hoc etiam a *Plinio* c. 25. uſurpatum: adnotavimus ibi cum *Lipſio.* PATAROL. I. e. praeſtem & exſolvam. *Repraeſentare* generatim notat, aliquid ſtatim, & ſine mora praeſens exhibere, & exſequi Deinde locum habet in iure, & potiſſimum de pecunia ſtatim, & vel ante diem perſolvenda dicitur, prout *Gronovius* de Pecunia vet. lib. I. cap. 6. docet, ſic *Ciceronem*, *Senecam*, *Suetonium*, aliosque loqui. *Cicero* ad Attic. XII. 25. *Reliquae pecuniae vel uſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraeſentabimus.* *Suetonius* cap. 44. *Inquilinos iuſſit penſionem annuam repraeſentare fiſco.* Inde transfertur hoc verbum etiam ad alia quaeque, quae mature exequi, & praeſtare, atque ad effectum adducere dicimur, tanquam bonae fidei debitores. *Cicero* ad Famil. XVI. 14. *Dies promiſſorum adeſt; quae etiam repraeſentabo, ſi adveneris.* Vbi videtur loqui de promiſſa manumiſſione. Malo autem in hoc loco cum *Gronovio* legere *quae*, quam *quem*, quod vulgo editum eſt. *Hirtius* de B. Alex. cap. 70 *Caeſar reſpondit, ſe fore aequiſſimum Pharnaci, ſi, quae pelliceretur, repraeſentaturus eſſet.* *Suetonius* in Claudio cap. 37. *Repraeſentatur ſomnii fides.* Confer notam noſtram ad Paneg. *Plinii* cap. 25. 2. *An mediocris animi eſt, bis potius repraeſentare, quibus magis negari poteſt?* SCHWARZIVS. Priori ſignificatione Curio ſeſe *repraeſentaſſe*, id eſt, praeſentem exhibuiſſe dicit apud *Cicer.* ad Diverſ. VIII. 2. ubi *Cort.* de pecunia praeſenti die ſolvenda, *Noodtius* ad ff. p. 532. de re peragenda eſt apud *Curtium* VI. 11. 33. *repraeſentare conſilium*, ut recte *I. F. Gronovius*; hoc *Pitiſci* ſtupor non percepit, *exponere* interpretantis. *repraeſentare poenam*, *Phaedr.* III. 10. 32. ubi *Scheff.* & *Burman.* *Hegeſippus* Excid. Hieroſ. I. 41. *pro hoſpitii munere gratiam ſe lucis repraeſentare.* conf. *Drakenb.* ad *Livium* II. 36. 6. Inluſtrabunt hunc locum, quae dedit *Schwarzius* ſupr. ad Paneg. p. 37.

2. *Noveram*] *Voveram*, *Langii* Schedae, *Cuſpinian.* Belle *voveram*, id eſt, optaveram. Sequitur enim mox; *gaudeo igitur dilatam eſſe illam cupiditatem meam.* *Ovidius* Metamorph. XI. de Mida:

Attonitus novitate mali, divesque miſerque
Effugere optat opes, &, quae modo voverat, odit.

apud *Senecam* quoque de Beneficiis VI. c. 36. ubi vulgatur: *Quis pium dicet Aeneam, ſi patriam capi voluerit, ut captivitate patrem eripiat?* reponam *voverit*, ut ſupra dixerat, cap. 25. *& quidquid inimicus optaret, amantes vovent.* Addam corollarii vicem & Tragoedi e Troade verſus, qui non una menda inquinati:

Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tua,
Argiva tellus, liceat) affligi Phrygas
Vincique volui, ruere & aequari ſolo
Etiam arguiſſem. Sed regi &c.

lego in primis, *vincique vovi.* tum reſcripſerim, *etiam arcuiſſem: ſed regi* &c. ſententia manifeſta, optaſſe ſe quidem, ut Ilium vinceretur, non etiam ut everteretur, quin animatum ſic fuiſſe, ut excidium prohiberet, ſed frenos iram noctemque non admiſiſſe. Atque id eſt votum demum, cui Argivorum offenſam deprecatur, Hercule Oetaeo, ut nos quidem caſtigamus:

Solibus virus ferum
Flammisque Neſſus ſanguinem oſtendi arcuit.

autem, ſacratiſſime Imperator, longe infra ſpem honoris eius, quem in me contuliſtis, (unde enim vel tantam fiduciam mei gererem, vel tam improbe con-

in editis vitioſe eſt, *offendi arguit.* LIVINEIVS. Revocandam putavi lectionem duorum Codicum calamo delineatorum, & heic & ſtatim infra, quod illud antea vulgatum *noveram* minime ibidem quadraret. Sed & illud diſplicuiſſe *Puteano* fidem facit dextera *Danielis*, annotantis alterum noſtrum ipſum conieciſſe, neque aliter editio vetus *Cuſpiniani.* GRVTERVS. Lege utrobique, *voveram;* praeceſſit, *quod tunc voti promiſſione ſuſceperam.* ACIDALIVS. *Voveram* i. e. optaveram. Ita vero recte in Codicibus ſcriptis, librisque recentius excuſis nunc legitur: cum & hoc loco, & paulo inferius, ubi idem verbum *voveram* repetitur, in editionibus *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, *H.* & *P. Stephanorum*, item & *Livineii*, fere ſine ſenſu, excuſum eſſet, *Noveram. Cuſpinianus* primus optime evulgavit *voveram*, quem deinde *Gruterus*, & alii ſecuti ſunt. *Gruterus* autem non ſolum e coniectura *Puteani*, ſed maxime etiam ex auctoritate duorum Codicum MSS veriorem revocavit lectionem, cum illud antea vulgatum, *Noveram*, minime huc quadrare animadverteret. Sed *Livineius* quoque, etſi in contextu retinuerit vulgatam ſcripturam, in notis tamen ad hunc locum; *Belle* —— Probamus cetera, ſed in emendando verbo *voluerit* apud *Senecam*, nos minus ſibi conſentientes habet *Livineius.* Nonne enim & ita loquitur *Cicero* pro Cluent. cap. 66. *Nihil eſt mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit.* Sic vero & *Conradus* noſter *Rittershuſius*, in hoc *Mamertini* loco, pro *noveram* reſtituendum ſtatuit *voveram;* quia praeceſſerit, *quod tunc voti promiſſione ſuſceperam.* Saepe ita peccarunt Librarii, ut confuderint litteras *n* & *u.* Vide Commentarium noſtrum ad Panegyr. *Plinii* p. 63. 77. 588. ſic *nota* & *vota* commixta invenimus apud *Ovidium* Metam. XIII. 634. in notis *Burmanni;* apud *Silium Italicum* VI. 434. in notis doctiſſ. *Drakenborchi;* apud *Florum* lib. IIII. cap. 6. 2. in notis *Freinshemii*, ut taceam multo plura huiuscemodi corruptelae exempla. Tritum autem eſt, *vovere* etiam poni pro optare, votis precari; quanquam *Scaliger* de Subtilitate, Exercit. CCCX. diſcrimen ſtatuit inter *votum*, & *optationem. Optatio*, inquit, *affectus eſt, hactenus praeteritus a Philoſophis. Eſt enim aliud a voto, quod ad aras, aut in periculis, contentiore voce fundebant populi preces Diis ſuis: παρὰ τὸ βοᾶν. Votum igitur eſt provocatio Deorum ad beneficia; optatio idem videtur, quod votum, ſed ſine ſtipulatione ſimplex; cum opem a Deo petimus; haec enim in ipſo verbo ſunt.* Si itaque *vovere* proprie eſt optare aliquid a Deo, ſub promiſſione ſacri muneris, videmus, cur Panegyriſtes hic dicere maluerit *voverat*, quam *optaverat;* quia nempe cum Auguſtis, tanquam cum Diis, loquebatur. Coniunxit tamen nihilo minus iſta verba *Cicero* lib. I. de Nat. Deor. cap. 44. *Quid optamus a Diis immortalibus? quid vovemus?* SCHWARZIVS. *Noveram* in priori Editione retinuit *Rivinus.* Recte ex Codd. locus eſt emendatus; apud *Priſcianum* Perieg. vs. 19. *vovit* ſervandum eſt, contra duas Edd. antiquiſſimas, quae *novit* exhibent, forte propter *Dionyſii* vs. 13. τίμιος περίπυστον. confer *Drakenb.* ad *Liv.* X. 37. 15. *Duker.* ad *Flor.* IV. 6. 2. —— *Livineii* emendationem in *Senecae* Hercule Oetaeo confirmant utriusque Cod. *Traiectini* penes me lectiones, quae in altero tamen loco *arguiſſem* ſervant. —— Pro *Acidalio Schwarzius* minus adcurate *Rittershuſium* nominat.

Autem] *Schonhovii* excerpta, *inquam.* repetitum forte ex ſequentibus.

Contuliſtis] F. *contuliſti.* LIVINEIVS. & BAVNE. *Livineius* in margine Editionis ſuae annotavit, forte legendum eſſe, *contuliſti*, quia, ut opinor, reſpexit proximam allocutionem: *ſacratiſſime Imperator.* Quam *Livineii* coniecturam etiam laudat *Iac. de la Baune.* Sed ſolenne hoc eſt *Mamertino*, ut crebrius ſolum quidem Maximianum, qui tunc praeſens aderat, alloquatur, verba tamen ſequentia in numero multitudinis efferat; non, ut, qui mos hodie quorundam eſt, maioris honoris cauſſa verbis in numero multitudinis utatur, ſed ut teſtetur, ſe in honorem utriusque Imperatoris, Diocletiani & Maximiani, iſta dicere: cum, quod iam ſupra memoravi, hi Principes concordiſſimi, amiciſſimique, uti maieſtatem & poteſtatem, ita & rerum geſtarum laudem inter ſe communem habere vellent. Itaque & *Mamertinus* honorem, quem conſecutus erat, non ſoli Maximiano, ſed & Diocletiano imputandum duxit; inde non ait, *iudicio tuo*, ſed *iudicio veſtro ſum conſecutus.* Mirum ergo eſt, cur *Laur. Patarol* ſine ſuffragio ullius Codicis MS., aut alius ἐκδότεος, in ſua editione pro *contuliſtis* repoſuerit *contuliſti.* SCHWARZIVS.

Gererem] I. e. unde tantopere confiderem ingenio meo doctrinaeque. Leg. 2. §. 47. π. de Orig. iu-

concupiſcerem, ut optare mihi, quantum iudicio veſtro ſum conſecutus, auderem?) voveram, inquam, potiſſimum, ut me dignatione, qua pridem audieras, rurſus audires: ſiquidem apud tanti praeſentiam Numinis hoc ipſum mihi maximum dicenti videbatur, ut dicerem. Gaudeo igitur, ſi fas eſt confi- 3
te-

iuris, ex verbis Hadriani Principis: *Si quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe praepararet.* Ibi antea dixerat *Pomponius: qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant.* Sicut alii Scriptores Latini dicunt, *fidem fluxam gerere; ingenium callidum gerere; amicitiam, inimicitiam*, aut *odium*, *gerere, gerere pudorem*, ita *Mamertinus* dicere potuit, *fiduciam gerere.* Et bene hoc loco ait *Mamertinus, fiduciam mei*, ut *Valer. Flaccus* lib. IIII. v. 124.

Cui det fiducia noſtri,
Nate, animos.

& *Plinius* lib. IIII. Epiſt. 4. *Ex fiducia ſui, an ex contemtu Principis, dixerit, dubium eſt;* quanquam idem *Plinius* lib. IIII. Epiſt. 13. *Vt hinc nihil aliud certum, quam fiduciam ſuam ferat.* SCHWARZIVS. *Lactantius* Inſtit. VII. 25. 12. *integritatis & innocentiae fiduciam gerens.* ubi *Buneman.*

Optarem:] Legendum, *ut optare mihi.* RITTERSHVSIVS. *Frobenianam* editionem ſequor, in *Puteana* enim eſt *optarem*, male, meo quidem iudicio. BAVNE. Codicem meum, & antiquiores Editiones hic mendum occupaverat, cum *optarem* pro *optare* exhibeant, quaſi τὸ *optarem* referatur ad particulam proximam *ut*, cum haec demum vera horum verborum ſit ſtructura, *ut auderem optare mihi*, ſcil. tantum, *quantum iudicio veſtro ſum conſecutus.* Hanc ſaniorem lectionem iam edidere *Rhenanus*, *H. Stephanus*, *Navius*, *Baunius*, *Cellarius*, & *Patarol.* SCHWARZIVS. Inde a *Baunio* conſtanter *optare* receptum fuit, confirmatum a *Voſſii* excerptis, &, ut ſuſpicor, *Guelferb.* cum nihil pro varia lectione ad *Cellarii* Edit. notatum invenerim; ipſa etiam flagitat ſententia.

Noveram] *Voveram*, *Langii* Schedae, *Cuſpinian.* LIVINEIVS. *Noveram* ante *Gruterum* edebatur, retinuitque in prima Edit. *Rivinus.* Alterum poſtulat elegans ex praecedenti repetitio, ubi tamen ſimiliter peccatum.

Pridem] Nempe, ſi nos calculum recte poſuimus, iam XXI. Aprilis, anno Chriſti CCLXXXVIIII. Maximianus audierat *Mamertini* Panegyricum, in die natali Vrbis Romae dictum; & alium Panegyricum idem *Mamertinus* praeparaverat Quinquennalibus Maximiani, quae XII. Kal. Decembris eiusdem anni celebranda erant; ſed hunc, propter Imperatoris abſentiam, non dixit. *Pridem* ſignificat parvo tempore prius, quaſi *prius die.* Obſervavit tamen *Doletus* T. II. Comment. L. L. *pridem* etiam de longiori tempore uſurpari, ut decem aut viginti dierum, aut menſis menſiumve, ac nonnunquam annorum, pro conditione materiae. *Cicero* in Bruto cap. 10. *Fuit Themiſtocles, regnante iam Graecia, noſtra autem civitate non ita pridem* (i. e. paucos ante annos, ſecundum *Gellium* lib. XVII. cap. 21.) *dominatu regio liberata.* SCHWARZIVS. Adde cap. 5. 1. *Pridem* hic de biennio accipe, quamvis longius quoque ſpatium comprehendere queat, ut *modo* de annis ſedecim, *ſtatim* de duodecim, *mox* de quinquennio. Vide *Schulting.* ad *Senecae* Controv. p. 166. *Berneccer.* ad *Iuſtin.* XXXVIII. 6. 6. *Duker.* ad *Flor.* I. 11. 8. *nuper* de annis ſexaginta expoſuit *Rupertus* ad *Pomponii* Enchirid. p. 247. adde Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 8. 5. Ita *non multo poſt* de tempore longiori nonnulli acceperunt apud *Valer. Max* I. 1. 13. ſed auctoritate Codd. *non* recte eiecit *Torrenius*, praeeunte iam *Cuiacio* ad *Paulli* Sentent. V. 24. §. 1. multo enim poſt Tarquinium culei in parricidas poena XII. Tab. erat ſancita, quae apud *Valerium* per excellentiam *lex* eſt. Conf. *Rittershus.* ad XII. Tab. Claſſ. II. cap. 11. *Otton.* Praefat. ad T. IV. Theſ. iur. p. 13. *Gothofred.* ad L. unic. C. *Theodos.* de Parricid.—— De voce *dignatio* vid. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 47. 1. *Reines.* ad *Petron.* c.57. infr. 5. 1. *auditionis dignatio.* & *Auſon.* Grat. action. 10. 3. —— Denique hunc locum recte adhibuit *Baunius* ſupr. p. 1. ut oſtenderet, huius & praecedentis Panegyrici eumdem eſſe auctorem.

Dicendi] *Dicenti* Vet. & *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Variant hic quidam libri. Pro gerundio *dicendi*, participium *dicenti* ex ſuo Codice vetere, & *Bertinienſi* annotavit *Livineius*, ſed eo conſilio, ut oſtenderet, hanc varietatem ſibi non placere. Ad haec *Gudius* in altero libro monuit, in alio Codice MS. omiſſum eſſe nomen *praemium.* Immo & in meo Codice ita haec verba leguntur: *hoc ipſum mihi maximum dicenti videbatur, ut dicerem.* Poſſet qualiſcunque ſententia hinc erui: melior tamen eſt vulgata lectio, quam & nos ſequimur.

teri, dilatam eſſe illam cupiditatem meam. Neque enim orationis eius, quam compoſueram, facio iacturam, ſed eam reſervo, ut, quinquennio rurſus exacto, de-

mur. Neque probamus, quod *Livineius* in notis ſuis tradidit, Latinius & uſitatius futurum fuiſſe, ſi *Mamertinus* ſcripſiſſet: *quod dicerem*; quam *ut dicerem*. Vtique enim hae ipſae voces, *hoc ipſum praemium*, reſpiciunt velut finem dicentis *Mamertini*, qui erat, ut iterum iterumque diceret, & ab Imperatore audiretur, Grammatici vero docent, quando de *cauſſa finali* ſermo eſt, poſtulari *ut*. Id ergo dixiſſe videtur *Mamertinus:* hoc ipſum mihi maximum dicendi praemium aeſtimabatur, & intendebatur, *ut* iterum iterumque liceret mihi coram Maximiano Imperatore dicere. Sic fere loquitur & ipſe *Cicero*, in Vatinium cap. 5. *Habeat hoc praemium tua indignitas, ut adoleſcentiae turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur.* SCHWARZIVS. Codicum lectionem, & *Voſſii* excerpta in emendando contextu ſecutus ſum, cum antea conſtanter fuit editum, *mihi maximum dicendi praemium videbatur.* Videtur *praemium* ex margine receptum, ut foret aliquid, quo *maximum* referretur. Hoc nihil opus auxilio. Cum praecedentem haberet Panegyricum *Mamertinus*, id ſibi videbatur maximum, ut praeſente Imperatore diceret; id eſt dicere poſſit, atque inde voverat, ut eadem praeſentiae felicitas ſibi iterum obtingeret. Quam facile *dicenti* in *dicendi* migraverit, docui ad *Arator.* II. 111. ut apud eumd. vs. 1151. in *Aldin.* eſt, *edendi. Ioſephus Iſcanus* de Bell. Troian. III. 248.

At turba precandi
Stipatrix iuveni fas invidet

Scripſit, me iudice, *precanti.*

Vt] Latinius & uſitatius erat, *quod dicerem*, de quo hoc opere alias fortaſſe. LIVINEIVS. Conf. eumd. ad Paneg. Incert. cap. 9. Meliora docuit in praecedenti obſervatione *Schwarzius.*

3. *Faciam*] Vet. *facio.* PVTEANVS. *Facio* Vet. *Bertiniens.* LIVINEIVS. Hoc praeſens tempus, quod etiam ſequenti verbo praeſentis temporis *reſervo* apte quadrat, exprimit meus Codex, item & uterque liber *Gudianus*, & *Livineius* in margine ex aliis Codicibus MSS. quam ſcripturam etiam in editis ſecuti ſunt *Gruterus*, *Puteanus*, *Baunius*, *Cellarius*, & *Patarol*; ceteri omnes habent futurum tempus, *faciam.* SCHWARZIVS. Futurum habet antiquiſſima, & utraque *Rivini* editio. Codicibus adſtipulantur *Voſſ.* excerpta, quae paullo ſuperius cum *Guelf.* exhibent *omnes eius, quam compoſueram.* Suſpicor *Mamertini* eſſe, *omnis orationis eius*; ut apud *Ciceron.* pro Sextio cap. 66. *Sed mihi omnis oratio eſt cum virtute.* Orationis enim compoſitae ex parte iacturam faciebat, quia eo, quo deſtinaverat, tempore dici non potuerat. Servabat quidem ad Decennalia, & quae generatim ad Quinquennalia pertinebant, ea ad Decennalia adcommodari quoque potuiſſe non ſum, qui negem, ſed tamen quaedam eſſent haud dubie mutanda, alia delenda, quae minus placerent, alia, quae deinceps contigerant, inſerenda, quorum itaque omnium iacturam faciebat, non tamen totius Orationis, ea ipſius parte, quae tempori conveniebat, uſurus; niſi tamen *oratio* capiatur pro eiusdem parte, ut apud *Ciceronem* de Orator. II. 78. ubi *Harles.* —— Mox *Guelf.* & *Voſſ.* excerpta *reſervo eam.*

Exacto] I. e. completo & praeterito. Vides ergo, haec ſaltem Quinquennalia non peractis quatuor annis, primo die quincti anni, ſed expletis quinis annis celebrata eſſe. Sic *exactus* pro completo & ad finem adducto ſaepius dicitur. V. G. apud *Suetonium* in Calig. cap. 8. *Germanicum exacto conſulatu in Galliam miſſum conſentiunt.* De *Quinquennalibus* & *Decennalibus* vide, quae dixi ad hoc cap. §. 1. SCHWARZIVS. Conf. *Pagii* Diſſert. Hypat. p. 134. IAEGERVS. Scilicet haec ita interpretatur *Pagius*, tamquam initio anni quinti haberi debuiſſet Oratio, quam memorat *Mamertinus*, quia *quinquennium* deſignabat annos ante quinquennalia lapſos, quo fieret, ut *exactum quinquennium* foret anni quarti finis. Contra *Schwarzius* hoc interpretatur de fine anni quinti. Vera videtur *Pagii* opinio, namque Quinquennalia initio quinti anni ſuſcepta eſſe teſtatur *Eumenius* Gratiar. action. Conſtantin. 13. 2. atque ita non intercedo, quo minus *quinquennium exactum* de lapſis quatuor annis capiatur. Eſt enim *exactum* transgreſſum, praeteritum, ut loca *Virgilii* interpretatur *Nonius Marcellus* Propriet. Sermon. c. 4. n. 153. *incipientem diem* & *exactum* opponit ICtus in L. 134. D. de V. S. neque aliter *exactum quintum & viceſimum annum* capere licet in L. 6. C. de Interd. matrim. aut *exactam aetatem*, de qua *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 6. 2. *Cioſan.* ad *Ovid.* Metam. VIII. 708. *Drakenb.* ad *Livium* II. 40. 11. Sed tamen ideo non *Schwarzio* adſentior, Quinquennalia fuiſſe habita expletis quinis annis, aut Oratio-

decennalibus tuis dicam, quoniam quidem luſtris omnibus praedicandis communis oratio eſt.

Cap. II. Et profecto, ſi non ſenſus meos dicatorum vobis dierum proxima quaeque veneratio ſui maieſtate perſtingit,

tionem illam initio quinti haberi debuiſſe, quod *Pagio* videbatur. Diſtinguendum puto inter ſuſcepta Quinquennalia, & feſtivitates in iis peractas, ſpectacula, epulas, & quae alia enumerat *Euſebius* Hiſt. Eccleſ. VIII. 13. ad quas etiam pertinebant Panegyrici. Suſcipiebantur initio quinti anni, feſtivitates per eum totum agebantur, aliquando in fine, quae *celebranda* Quinquennalia *perfecta*, & *plena* adpellat *Eumenius* d. l. interprete *Iaegero*, *exacto prope quinto anno*, ut *exactam aetatem* prope finitam *Drakenborchius* d. l. Quaecumque igitur in fine quinti anni habebantur Orationes, habebantur *exactis Quinquennalibus*, id eſt, fere praeterlapſis, etiam *exacto quinquennio*, id eſt, poſt finem anni quarti, & Quinquennalia initio quinti ſuſcepta. Ceterum ex hoc loco in errorem ductus eſt *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. p. 145. cum hanc orationem ante Quinquennalia habitam cenſuerit. Similia huic loco ſunt haec *Auſonii* Gratiar. act. 26. 2. *me iſtam dixerim ſepoſuiſſe materiam, & in tempus aliud reſervare.*

Luſtris] I. e. Quinquennalibus omnibus, ſive diebus feſtis, quibus, exacto quoque quinquennio, celebrabatur dies auſpex imperii Imperatorum, & Caeſarum. Sic *Feſtus*, ubi *luſtri* ſignificationes explicat: *LVSTRVM*, inquit, etiam *ſignificat tempus quinquennale.* & *Varro* lib. V. de Ling. Lat. *LVSTRVM nominatum tempus quinquennale a luendo, hoc eſt, ſolvendo, quod quincto quoque anno vectigalia, & ultra tributa per Cenſores ſolvebantur.* Ad eandem ſignificationem declarandam conſpirant haec nomina a *Mamertino* uſurpata: *Quinquennalia*, *quinquennium rurſus exactum*, *Decennalia*, i. e. Quinquennalia II. & *luſtrum.* Non quidem nego, aliquando *luſtrum* etiam de quatuor annorum intervallo dici, ut quincto quoque anno ineunte *luſtrum peractum* intelligatur, maxime ſi comparetur cum Olympiade Graecorum; tamen nihil dubito, quin & hoc loco, & alibi ſaepius ab auctoribus Latinis de quinque annorum intervallo peracto dicatur. Sic hoc ſignificatu utitur *Martialis* lib. X. Epigr. 38.

O molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua iugales
Indulſit Deus, & peregit annos!
— — Vixiſti tribus, o Calene, luſtris;
Aetas haec tibi tota computatur,
Et ſolos numeras dies mariti.

Inde intelligimus, a *Martiale* quindecim annos coniugii Caleni vocari *tria luſtra*; quod fieri non poſſet, ſi per ſingula luſtra non denotarentur quinquennia exacta, ſive completa. Sic *Horatius*, cum ſignificare vellet, ſe iam eſſe quinquagenarium, lib. IIII. Od. 1. 6. ſcribit: *Deſine dulcium Mater ſaeva Cupidinum, Circa luſtra decem flectere mollibus Tam durum imperiis.* Sic *biluſtre tempus* a *Sidonio Apollinare* lib. IIII. Epiſt. 24. & lib. VIIII. Epiſt. 16. ſumitur pro tempore decennali; ubi obſervavit *Io. Savaro*, *luſtrum* a *Sidonio* ſemper pro quinquennio peracto poni ſolere. Conf. *Gerhardum Io. Voſſium* in Etymologico, ſub voce *Luſtrum.* Sicut ergo *Mamertinus* hoc loco, ita & *Sidonius* Carm. XIII. ad Maiorianum Imperatorem, *luſtrum* cum *Quinquennalibus* componit:

Sic te — — Multos purpura veſtiat per annos!
Sic, luſtro imperii perennis acto,
Quinquennalia faſcibus dicentur.

SCHWARZIVS.

1. *Sui*] Ordinarie dicendum erat, *ſua maieſtate*; uti *Cicero* lib. I. de Divinat. cap. 38. *Neque Dii hoc alienum ducunt maieſtate ſua*, ubi non dicit *maieſtate ſui.* At enimvero Scriptores ſequioris aevi ſaepius pronomina primitiva, per enallagen, cum nominibus, quae non affectum, ſed facultatem, aut ſimile aliquid ſignificant, coniungunt. V. G. *mei cauſſa*, *tui cauſſa*, pro *mea cauſſa*, *tua cauſſa*, &c. At ſic iam *Plinius* Paneg. 76. 1. *Triduum totum Senatus ſub exemplo tui ſedit.* Traianus apud *Plinium* lib. X. Epiſt. 29. *Mei loco mitteris.* Et neſcio, an non huc etiam referam illud ipſius *Ciceronis* IIII. Philipp. cap. 1. *Frequentia veſtrum* (veſtra) *incredibilis, Quirites, concioque tanta, quantam meminiſſe videor*, &c. SCHWARZIVS. Conf. etiam *Mamert.* Paneg. I. c. 9. 3. & Incerti Paneg. V. Max. & Conſt. c. 10. 3. & Paneg. VI. *Eumen.* 6. 2. & ibi adnotata, nec non 13. 5. itemque Paneg. IX. *Nazar.* 6. 2. IAEGERVS. Dixi ſupr. Paneg. 13. 4. adde *Buneman.* ad *Lactant.* VII. Inſtit. Div. 5. 6. neque video, cur hoc ad ſequioris aevi Scriptores referat *Schwarzius.* Opti-

git, hic mihi dies videtur illuſtrior magisque celebrandus, qui te primus

Optimos tamen diſtinguere, ut alia ſit *imago mea*, alia *imago mei*, expoſuit *Noltenius* in Lexic. p. 1572.

Perſtringit] *Perſtrinxit* Cod. *Bertinienſ.* Forte *praeſtrinxit.* LIVINEIVS. Legendum videtur, *praeſtinguit*, ſive potius *praeſtingit.* GRVTERVS. Hoc verbum in omnibus, quae mihi innotuerunt, horum Panegyricorum editionibus, plurimisque Codicibus MSS. deprehenditur. *Livineius* in margine notavit, in *Bertinienſi* Codice legi, *perſtrinxit*, at forte ſcribendum eſſe, *praeſtrinxit.* *Grutero* videtur legendum, *praeſtinguit*, ſive potius *praeſtingit*, cui ex parte adſtipulatur Codex meus, in quo ſcriptum *perſtingit*; quam facile autem praepoſitiones *per* & *prae* in Codicibus antiquis commutantur? Verbum quidem *praeſtinguere*, ſive *praeſtingere* compoſitum eſt ex *prae* & *ſtinguere*, ſive *ſtingere.* *Priſcianus* lib. X. pag. 882. ubi agit de verbo *extinguo*: *Cuius ſimplex*, inquit, *ſtinguo in raro eſt uſu: Cicero tamen in Arato*, *ſtinguens*, *participio uſus eſt*, *quod a verbo ſtinguo naſcitur: Quem neque tempeſtas perimet*, *neque longa vetuſtas*, *Interimet ſtinguens praeclara inſignia coeli.* Simplici verbo utitur etiam *Lucretius* lib. IIII. v. 1092. *Ardorem in membris ſtinguere poſſit.* Secundum vetera Gloſſaria *ſtinguo*, ſive *ſtingo*, valet deleo, pungo, perimo. At verba hinc compoſita ſunt uſitatiora, V. G. *diſtinguo*, i. e. diſpungo, discerno. *Exſtinguo*, ſive *extinguo*, i. e. opprimo, deleo, perimo, ignem, flammam. *Praeſtinguo* itidem notat, extinguo, perimo, obtenebro. Vocant vulgo huc illud *Lucretii* lib. III. v. 1057. ubi de Epicuro loquitur:

Qui genus humanum ingenio ſuperavit, *& omnes*
Praeſtinxit ſtellas, *exortus uti aethereus ſol.*

i. e. quaſi extinxit, ſive reſtinxit Epicurus omnes ingenio ſuo, ut ſol adventu ſuo ſtellas reſtinguit, cum lumen illis adimit. Sic *Lambinus* ibi legit; qui, cum ad *Lucretium* & *Horatium*, tum ad *Ciceronem* pro Rabir. cap. 16. pertinaciſſime contendit, non ſolum apud *Lucretium*, ſed & in plurimis Scriptorum veterum locis, ubi hodie legimus *perſtringere*, ſive *praeſtringere*, reponendum eſſe *praeſtinguere.* *Lambino* etiam aſſentitur *Acidalius* in Lectionibus *Velleianis* ad lib. II. cap. 118. At *Lambinum* dudum refutavit *Obertus Giſanius* in indice *Lucretiano*, ubi teſtatur, eos, qui verbum *praeſtringere* ubique in *praeſtinguere* mutent, non recte facere, cum omnes omnium Scriptorum libri veteres repugnent, & ipſi Grammatici. Refutavit & *Taubmannus* ad *Plautum* in Mil. Glor. I. 1. 2. ubi fide Codicum MSS. ita legit: *Curate*, *ut ſplendor meo ſit clypeo clarior*, *quam ſolis radii eſſe olim*, *cum ſudum eſt*, *ſolent: ut* —— *oculorum praeſtringat aciem in acie hoſtibus.* Praeterea refutavit *Lambinum* Cl. *Drakenborgius* ad *Sil. Ital.* lib. I. v. 358. ubi Poeta cecinit:

Qualis ſanguineo praeſtringit lumina crine;
Ad terram coelo decurrens, *ignea lampas.*

ubi hanc cauſſam ita tranſigit: *Si*, *quod Lambino damus*, praeſtinguere oculos *interdum dixerint optimi auctores*, *minime tamen hinc effici poteſt*, *locutionem illam*, *eiecto τῷ* praeſtringere, *&* perſtringere oculos, *ubique recipiendam eſſe.* Iam, quod ad verba *praeſtringere* & *perſtringere* attinet, fatemur quidem, iſta frequentiſſime inter ſe permiſceri; quod inde uſu venit, quoniam veteres Librarii praepoſitiones, *per*, *prae*, *pro*, ſive ſolae ſtent, ſive cum verbis componantur, in Codicibus MSS. ut plurimum unica ſaltem litera *p* exprimunt, addito quidem tenui ſigno, quo a ſe diſtinguantur; ad quod vero ſignum imperiti, & negligentes Librarii non ſemper attenderunt; unde crebra iſtarum praepoſitionum confuſio extitit: cuiusmodi confuſionis non pauca exempla ad Panegyricum *Plinii* pag. 263. 463. 471. & 473. annotavi. Interim, ſive verbum *praeſtringere*, ſive *perſtringere* aſſumas, ubi de oculis praeſtrictis, vel perſtrictis ſermo eſt, verbum utrumvis per obnubilare, obtenebrare, vel occaecare interpretari poteris. *Stringere* enim proprie eſt radere, percutere, percellere. Hinc deducitur *ſtrictura.* Iam autem, explicante *Nonio Marcello* de Propriet. Serm. cap. 1. *Stricturae dicuntur proprie ſcintillae*, *quae de ferro ferventi exeunt*, *quod aut ſtricte emittantur*, *id eſt*, *celeriter*, *aut oculos fulgore praeſtringant.* Fulgor adeo & ſplendor aciem *oculorum perſtringere*, vel *praeſtringere* dicitur, cum celeri ictu ferit, ut hebetet, aciemque retundat, atque oculos quaſi obtenebret. Superſedeo congerere utriusque huius verbi exempla, quorum affatim eſt: quamvis putem, pauciſſima inveniri Scriptorum veterum loca, in quibus ea verba non in quibusdam exemplaribus commutentur. Sic

e. g.

mus protulit in lucem. Etenim illi ipſi dies, quibus imperii auſpicia ſumſi- 2
ſtis,

e. g. ubi in *Ciceronis* Catone cap. 12. haec legimus: *Impedit conſilium voluptas, rationi inimica eſt, ac mentis, ut dicam, praeſtringit oculos;* ibi *Graevius* in variis lectionibus ad hunc locum notavit, *praeſtringit oculos* inveniri quidem in *Palat.* ſec. & in editionibus veteribus, ut & *Langii*, & *Gruteri;* in aliis *perſtringit oculos;* in multis MSS. *praeſtinguit.* Quae cum ita ſint, etſi ad ſententiam Panegyriſtae nihil interſit, quodcunque horum trium verborum eligas, ac vel *praeſtringit*, vel *perſtringit*, vel *praeſtinguit Mamertino* ſubſtituas; & licet ego praeoptem hoc loco legere *praeſtringat:* nolo tamen verbum *perſtringit* ex hac tam diuturna poſſeſſione exturbare. Ita vero etiam loquitur *Valerius Maximus* lib. II. cap. 10. ex. 6. *Servus publicus claritate viri, C. Marii, obcaecatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas* (h. e. clades Cimbris a C. Mario illata) *oculos hominis perſtrinxit.* Idem lib. VIIII. cap. 1. ex. 5. *Cum acerrimus hoſtis, Sertorius, Romanorum exercituum oculos Luſitanis telis perſtringeret*, i. e. percelleret, & territaret SCHWARZIVS. *Lambino* quoque eſt oblocutus Pater meus ad *Victor.* O. G. 14. 2. mihi, quam analogiae tuetur ratio, praeplacet Soceri mei diſtinctio in Diſſert. de Aetat. & ſtil. *Aviani* cap. 22. probata a *Iaegero* inſr. ad *Eumenium* Conſtantino 17. 1. ut *praeſtringere* ſit, maiori luce, aut pluribus ſtricturis vincere, & per metaphoram gloria ſuperare, *perſtringere* vero adtingere, radere, unde oculus dicitur *praeſtringi*, ſi alterius ſplendore hebetatur, *perſtringi*, ſi telo, rimam vel vulnus faciente, percutitur. Eſt enim *ſtringere*, tangere, radere, percutere, apud *Nonium* de Propr. Serm. cap. 4. n. 442. quod ex *Thuaneo* penes me reſtituendum arbitror *Martiali* Epigr. I. 13. ut legatur;

Quam de vulneribus ſtrinxerat ipſa ſuis

vulgatum enim *traxerat* eſt alterius gloſſa; nec minus apud *Quinctilian.* Declam. II. 16. *quos non ipſa veſtigia frangant rumpantque ſomnos*, ex meo Cod. lego, *ſtringant rumpantve*; quae enim diſtinctio *frangere* inter & *rumpere ſomnos?* ſed ſi quem veſtigia *ſtringant*, ſive tactu modico praetereant, eo fit, ut ſomnus rumpatur, quo modo mulier in ſomno rigore occiſi mariti dicitur *ſtringi*, ead. Declam. c. 18. adde *Burman. Secund.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 162. hinc iam, pro natura praepoſitionum in compoſitis, alia naſcitur notio, a *Cannegietero* recte diſtincta, ex cuius indole *praeſtringere* quibusdam locis recte tuentur *Drakenb.* ad *Silium Ital.* I. 358. ad *Livium* XL. 58. 4. *Oudendorp.* ad *Lucan.* I. 154. qui tamen, ſi nulla ſit in Codd. varietas, *perſtringere* quoque rectum putat, ubi *praeſtringere* eſſet dicendum, ex qua ratione, damnata etiam *Gruteri* coniectura, hoc loco illud retinet *Drakenborchius;* adde *Bunem.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 6. 3. Contra Codices ſolam *Livineii* coniecturam in contextu obtrudere non ſum auſus, *Mamertinum* tamen ſcripſiſſe certus *praeſtringit*, ob ſequens *inluſtrior.* Codicum, hoc loco in *perſtringit* conſpirantium, me non movet auctoritas, quia eodem modo peccant iis locis, quibus ex aliis *praeſtringere* iam recte eſt receptum, ut apud *Eumenium* Conſtantino 17. 1. *Nazarium* Conſtantin. 5. 1. cuius permutationis alia dederunt exempla *Oudendorp.* ad *Sueton.* Aug. 19. *Burman.* ad *Claudian.* Conſ. Honor. III. 134. *Dempſter.* ad *Roſin.* X. 10. *Klotz.* Miſcell. Critic. p. 14. Ad *Cannegieteri* normam ſi loca exigamus, facilis erit lectionis in dubio conſtituendae ratio, iis quoque locis, in quibus non ſatis adcuratus eſt *Heinſius* ad *Prudentium* Cathem. VII. 32. neque minus adparebit, *Drakenborchii*, aliquando *perſtringere* defendentis, ſententiam parum eſſe certam. Provocat quidem ad eundem *Valerii Maximi* locum, quem adhibuit *Schwarzius*, ſed metaphorice loquentis, atque ſervum dicentis obcaecatum, quia Cimbrica calamitas oculos ipſius *perſtrinxerat*; recte, neque enim *praeſtrinxerat* ſcribere potuiſſet, quia calamitas illa fuerat tamquam telum, quo oculi erant velut obcaecati; hoc autem eſt *perſtringere*, & hinc in altero *Valerii* apud *Schwarzium* loco eſt *telis perſtringeret.* Apud *Vegetium* de R. M. I. 9. recte *praeſtringit oculos* maluit *de Rooy* Spicil. Crit. p. 50. non aliter apud *Ioſephum Iſcanum* Bell. Troian. III. 16. reſtituo, *praeſtringit aciem*, quod flammae & igni, de quibus agit, proprium; contra deterius hoc eſt apud *Priſcianum* Perieg. 23. in Cod. *Suecico.* in Actis Societ *Jenens.* Part. V. & duabus Edd. vetuſtiſſimis. Apud *Iuvencum* Hiſt. Euang. II. 771. *praeſtringit* malebat *Schoetgenius*, ſed *perſtrinxit* ſervat vetuſtiſſimus *Cantabrigienſis*, cuius variantes poſſideo, idque probo, non occoecandi ſenſu, quod videbatur *Reuſchio*, ſed obiurgandi. —— Ceterum *Schwarzio* adſentior, in confuſionis ratione ex praepoſitionum ſcriptura, de qua egi ad *Arator.* I. 903. II. 773.

Dies] In *Guelferb.* & *Voſſ.* excerptis vox haec de-

ſtis, ob hoc ſancti ſunt & religioſi, quod tales declaraverunt Imperatores: at certe virtutes, quibus ipſum ornatis imperium, gemini veſtri procreavere nata-

ta-

deeſt; poteſt abeſſe, facillime ex praecedenti repetenda; quo minus tamen eiecerim, fecerunt notata a *Drakenb.* ad *Livium* Epit. 115. ſaepe enim voces in eadem periodo repetitas fuiſſe docui in Miſcellan. p. 70. ita ex *Groningano* arbitror reſtituendum *Iſidoro* Orig. II. 26. *Secundae autem ſubſtantiae dicuntur ſpecies, in quibus ſpeciebus. Species* & *ſpeciebus* omiſſum erat a *Gothofredo*, prius *Petito. Cicero* Catil. III. 10. *crudeliſſimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum ſua gente geſſit, quo in bello. Livius* X. 34. 2. *Ab hora quarta uſque ad octavam fere horam.* & ita infra 10. 1. legendum, *veſtrorum itinerum comparentur, quanto haec veſtra itinera.* adde Collegam optimum, *Bondamium* Var. Lect. p. 39. & ad *Eumen.* Conſtantio 7. 4.

2. *Haec*] Vet. *hoc.* PVTEANVS. *Hoc* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Hoc* etiam *Guelf.* & *Voſſ.* excerpta; antiquiſſimae Edd. *haec.* alterum tuentur notata ad *Sedul.* Epiſt. ad Maced. p. 6. —— Mox *Guelf. ac religioſi.* Pertinent autem haec ad natalem alterum Imperatorum, qui erat primus dies principatus, aut ſuſcepti imperii, de quo latius *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 92. 4.

Tales declaraverunt] *Declaraverint* Vet. LIVINEIVS. I. e. tantos, tamque eximios & divinos. Hic enim frequens eſt huius vocis uſus, ut ſingularem, & illuſtrem laudem, eamque maxime reſpiciat, de qua iam dici coepit. *Cicero* pro Quinctio cap. 20. *C. Aquillius, talis vir. Saluſtius* in Iugurth. cap. 10. *Obſervate talem hunc virum. Corn. Nepos* Alcib. cap. 6. *quod talem virum e civitate expuliſſent.* Pro *declaraverunt* in meo Codice, & primo *Gudii* libro extat *declaraverint*, qui modus potentialis hoc loco non parum nobis placet. Id adhuc noto, proxime pro *ob hoc* in *Puteolani, Rhenani, Navii, H.* & *P. Stephani, Livineii, Rivini, Baunii* editis legi, *ob haec*; ſed eadem utrobique manente ſententia. SCHWARZIVS.

Et certe] An non potius fuerit? *at certe.* GRVTERVS. Lege, *at certe v. q. i. o. imperium, & ingen. v. p. natales.* ACIDALIVS. Olim corrupte legebatur *& certe.* In libro II. *Gudiano*, *ac certe. Acidalius* primus animadvertit, legendum eſſe, *at certe.* Etiam *Gruterus* in Notis: *Annon potius fuerit, at certe?* Neque tamen hic recepit hanc emendationem in contextum. Recepit vero primus *Baunius*, deinde *Cellarius*, & *Patarol:* noſtro iudicio rectiſſime. In his enim *Mamertini* verbis natales veri & proprie dicti, quibus iſti Imperatores auſpicati erant vitam, quaſi opponuntur natalibus improprie dictis, quibus auſpicia ſumſerant imperii. Dici vero non poteſt, quam frequenter Librarii in antiquis libris has particulas, *at*, *ac*, *&* inter ſe confuderint; cuius corruptelae non pauca exempla annotavi ad Panegyricum *Plinii* p. 80. 131. 250. 344. 357. SCHWARZIVS. Et ipſe ad *Arator.* Epiſt. ad Vigil. vs. 8. Retinui *at*, quod iam in Editione antiquiſſima lectum fuit, & ex *Acidalii* coniectura a *Baunio* receptum, licet neceſſitatem non valde defendam. Adverſativo opus eſſe *Schwarzio* largior, ſed quid vetat? quo minus eamdem vim τῷ *&* tribuamus, iis exemplis, quae dedit *van Dorp* Obſerv. p. 3. & ipſe ad *Arator.* Epiſt. ad Flor. 10. apud *Priſcian.* Perieg. 44. eſt *nubibus & craſſis*, in *Dionyſio* autem, δὲ σκιερῇσι ἐν νεφέλῃσιν. Poſſet ex ultima vocis praecedentis littera etiam *ſed* emendari.

Virtutes] *Virtutes eas*, *Bertiniens.* LIVINEIVS.

Et ingenium veſtri] Vet. *gemini.* optime. Ita hunc locum reſtitui ex *Fabr. Pulm.* antea corrupte. Sic ſupra in principio huius orationis, & in fine: *haec potiſſima elegi, quae gemino natali tuo praedicarem.* PVTEANVS. *Genium veſt.* Cod. vet., *& genus* Ed. *Cuſpiniani.* Correxeram de veſtigiis ſcriptae lectionis, *gemini veſtri*, hoc eſt, utriusque veſtrûm. Supra: *hac gemini natalis praedicatione compenſem.* Infra: *Gemini ergo natalis pias vobis mentes, & Imperatorias tribuere fortunas.* Hae tum, inquam, rationes mihi ſub manu natae, nunc teſtificor in *Bertinienſ.* idem explicate haberi. LIVINEIVS. Admiſi ſcripturam Codicis *Bertinienſis* monaſterii, cum ei alluderent MSS. alii, ut & Editiones exoletae, neque quidquam eſſet ſani in vulgato, *& ingenium veſtri.* GRVTERVS. Supra cap. 1. *Vt exſpectationem ſermonis eius, quem tuis quinquennalibus praeparaveram, hac gemini* (utriusque Imperatoris) *natalis praedicatione compenſem.* Praefert diem, quo nati ſunt, ei diei, quo evecti ſunt ad imperium. Hic enim dies eos declaravit Imperatores, ille dignos fecit imperio. Initio vero periodi forte legendum, ut *Acidalio* & *Grutero* placet, *At certe* pro *& certe.* BAVNE. Hunc locum inquinaverat non leve mendum, dum in excuſis libris *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, *Stephanorum*, *Livineii*, & *Rivini* ſic evulgatus eſt: *virtutes, quibus ipſum*

tales. Quos quidem, ſacratisſime Imperator, quoties annis volventibus revertuntur, veſtri pariter ac veſtrorum Numinum reverentia colimus: ſiquidem vos

ipſum ornatis imperium & ingenium, veſtri procreavere natales. Cuſpinianus pro *& ingenium* ediderat *genuini*, quae lectio etiam in altero *Gudii* libro animadvertitur. Et ſane haec lectio haudquaquam eſt ſpernenda, ſi inprimis exiſtimemus, *natales* horum Imperatorum vocari *genuinos*, qui proprii & naturales ſunt dies natales vitae, ut diſtinguantur a natalibus, quibus primum auſpicati ſunt imperium, qui ſaltem improprie & tranſlate ſic appellantur, quaſi natales non genuini. De quo utroque genere natalium, quos celebrarunt veteres Romanorum Imperatores, egi pag. 72. n. 7. *Genuinus* autem dicitur nativus, naturalis & peculiaris. Sic *Gellius* lib. II. cap. 2. *In domeſtiea re atque vita —— inter filium magiſtratum, & patrem privatum, publicos honores ceſſare, naturales & genuinos exoriri.* Ita honores, qui patri a filio privatim debentur, & quaſi ipſa natura duce ſunt congeniti, appellantur *honores naturales* & *genuini;* alii honores, qui filio propter publicam quandam dignitatem, & auctoritatem publice a patre praeſtandi, ſunt adventitii, & quaſi non naturales, & non genuini. Prope ergo erat, immo proxime, ut non ſolum pro antiquorum librorum lectione *& ingenium*, ſed etiam pro recentiorum emendatione *gemini*, ex *Cuſpiniano*, & ex altero *Gudii* libro adſciverim *genuini*, niſi & in meo Codice ſcriptum inveniſſem *gemini*, ac niſi etiam *Livineius* teſtificatus eſſet, in *Bertinienſi* Codice idem *gemini* explicate haberi; quamvis non negem, vocabulum *genuini* a Librariis facillime in *gemini* converti potuiſſe, ac verſa vice. Primus autem evulgavit *Gruterus* illud *gemini;* quem *Puteanus*, *Baunius*, *Cellarius*, & *Patarol* ſunt ſecuti. *Gemini* autem *natales* dicebantur, quia tunc uno eodemque die celebrabantur auſpicia vitae utriusque Imperatoris; Diocletiani & Maximiani, etſi hi non uno die annove nati eſſent. Et ex hac cauſſa *Mamertinus* iam ſupra cap. I. dixit; *hac natalis praedicatione.* Ceterum dum Orator dicit, a natalibus procreatas, & quaſi congenitas eſſe iſtorum Imperatorum virtutes, is inſervit ſcenae. Scimus quidem, naturam dici ſemina quaedam & igniculos virtutum animis hominum inſerere; verum niſi haec ſemina inſtitutione, doctrina, exercitatione, & conſuetudine magis magisque excitentur, alantur, & perficiantur, ſcimus etiam, eadem in tanta generis humani corruptione facile obrui atque opprimi ſolere. Hinc *Cicero* aliter in Orat. de lege agrar. contra Rullum ad Populum cap. 35. *Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quae ab ipſa natura loci, & a vitae conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & vivimus.* SCHWARZIVS. Suam *Livineius* emendationem dudum antea in litteris *Lipſio* ſignificaverat, Tom. I. Sylloges *Burmanni* p. 639. *Genuini* reſtituendum videbatur *Gothofredo* ad Leg. 11. Cod. *Theod.* de Proxim. & Comit. quam recte vide ſupra cap. 1. n. 1. ex veſtigiis tamen vetuſtae lectionis, ſcripſiſſe *Mamertinum* ſuſpicor *etiam gemini*, id eſt, praeterea, adhuc, de quo vocis uſu eleganti vide *Schulting.* ad *Senecae* Suaſor. p. 51. niſi potius quis maluerit *ingenitas*, ut cap. 3. §. 8. *cum non laborare vos, ſed parentes Deos videamus imitari, cumque praeterea ingenitum illum vobis divinae mentis ardorem* &c. Incertus Maximian. 12. 4. *ingenita maieſtas. Mamertin.* Iulian. 26. 2. *ingenita crudelitas. Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adverſ. Gent. p. 59. Videtur *gemini* ita cepiſſe *Baunius*, tamquam eodem die ambo eſſent nati. At vero recte *Schwarzius* ſcribit, natalem Imperatorum eodem tempore nonnumquam fuiſſe celebratum, licet diverſis eſſent diebus nati, idque contra *Baunium* iam olim adſeruit *Pagius* Diſſertat. Hypatic. p. 92. adde *Schwarzii* Proleg. ſup. pag. 73.

Sacratiſſime Imperator] Lege, *ſacratiſſimi Imperatores*, ut illud ad Diocletianum & Maximianum referatur. BAVNE. Coniectura *Baunii* eſt in *Guelferb.* Conf. ſupra ad cap. 1. §. 1. antiquiſſima Ed. & *Rhenanus*, *ſacer.*

Volventibus] I. e. evolutis. *Volvens* enim ἐνηλλαγμένως paſſionis ſignificatu ponitur. Ex Poetis hanc loquendi formulam hauſiſſe videtur *Mamertinus.* Sic canit *Virgilius* lib. I. Aen. v. 234.

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores, &c.

Valerius Flaccus lib. I. Argon. v. 505.

Summe ſator, cui noſtra dies, volventibus annis,
Tot peragit reficitque vices.

Ovidius V. Metam. v. 16.

Iuppiter ex aequo volventem dividit annum.

vos Diis eſſe genitos & nominibus quidem veſtris, ſed multo magis virtutibus, approbatis, quarum infatigabiles motus & impetus ipſa vis divi-

Sed & ita loquitur *Eumenius* in Paneg. Conſtantio Caeſ. dicto cap. 3. *O Kalendae Martiae, ſicuti olim annorum volventium, ita nunc aeternorum auſpices Imperatorum!* *Servius* ad *Virgil.* l. c. ait: *Anni volvuntur, non volvunt; ut eſt; Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus. Alii volunt, praeſens activum poni, quod deficiat Lingua Latina participio praeſenti paſſivo.* Hoc verbum, & participium pertinet ad ea, quae ſub forma activorum reciprocam admittunt ſignificationem; *volvere* i. e. ſe volvere; *anni volventes*, i. e. anni ſe volventes. Cuiusmodi exempla multo plura collegit *Vechnerus* lib. I. Hellenol. c. 12. & *Bangius* Obſerv. Philol. P. II. p. 1320. ſic etiam *vertens annus* dicitur pro anno, qui vertitur. Et *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. 14. tradit *annum vertentem* dici, cum ſol ad id ſignum denuo ſe vertit. SCHWARZIVS. Ellipſis pronominis *ſe* non patitur, ut in talibus activum pro paſſivo capiamus. dixi ad *Arator.* II. 538. latius *Drakenb.* ad *Livium* I 17. 6.

4. *Numinibus*] *Nominibus*, ſic lego, non ut antea *numinibus:* nam Maximianus vocari voluit Herculius, Diocletianus vero Iovius. Sic ſuperiori Panegyrico loquitur: *An divinam generis tui originem recenſebo, quam tu non modo factis inmortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris.* & Auctor incertus ad Maxim. & Conſtantin. *Hic eſt, qui ſe progeniem eſſe Herculis non adulationibus fabuloſis, ſed aequalis virtutibus comprobavit.* PVTEANVS. Forte, *nominibus*, ſcilicet Iovio & Herculeo. LIVINEIVS. Adulatorie. *Numina veſtra* ſunt Iuppiter & Hercules; unde alter Imperator *Iovii*, alter *Herculei*, tamquam ex ſtirpe illorum eſſent, cognomen ſibi impoſuerunt. CELLARIVS. & BAVNE. Omnes, qui hos Panegyricos edidere, etiam ipſe *Cellarius*, pro *nominibus* antehac prodidere *numinibus*, ſed minus apte. Solus *Patarol* evulgavit *nominibus*, quanquam non indicaverit, e quo fonte hanc deduxerit lectionem. Eam vero e Codicibus MSS. in utroque libro *Gudius* annotavit opportune. Nihil vero aliud *Mamertinus* voluit dicere, quam Diocletianum & Maximianum non ſolum per nomina ſua, alterum quidem per nomen *Iovii*, alterum per nomen *Herculii*, ſed multo magis, per virtutes ſuas, & facta immortalia, originem divinam probare, illum quidem ex *Iove*, hunc ex *Hercule*. Et ſane idem hoc loco dicit *Mamertinus*, quod iam in priore Panegyrico cap. 2. 3. dixerat Maximiano: *An divinam generis tui originem recenſebo, quam tu non modo factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris.* Tenues quidem hae probandae originis divinae origines, quae tamen tunc apud auditores *Mamertini* non nullam ſpeciem prae ſe ferre potuerunt. De origine divina a Diocletiano & Maximiano affectata, ſupra ſect. 4. differui. SCHWARZIVS. *Livineii* inmemor fuit *Schwarzius*, qui dudum ante coniecturam ad *Lipſium* perſcripſerat. Vid. Syllogen *Burmanni* T. I. p. 639. eam vero, iam a Cod. *Gudiano* confirmatam, cum *Schwarzio*, & *Iaegero* retinui, quorum ille rectius hic Codicibus eſt obſecutus, cum ad praeced. Paneg. cap. 1. 4. pro *& numinibus* ſubſtituiſſet *cognominibus*. *Nominibus* flagitat oppoſitum *virtutibus*, eodem modo, quo *res* & *nomina* paſſim opponuntur. *Pacatus* Paneg. 29. 3. *qui nominibus antiſtites, re vera ſatellites.* *Cortium* illic *numinibus* emendantem refutavi in Addendis ad *Sedul.* p. 272. adde ſupra ad Noſtri Paneg. cap. 1. p. 8. & cap. 3. 1. *Numinum* recte reſtitutum eſt *Eumenio* Pro inſtaur. Schol. 19. 3. Divina haec nomina aliis exemplis confirmavit *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. p. 147. ubi etiam Galerius, horum forte Imperatorum exemplo, dicitur ſe Marte procreatum adfirmaſſe; adde *Schwarzium* in Proleg. ſupr. p. 69.

Adprobatis] I. e. probatis, teſtamini, declaratis. *Approbare* eſt oſtendere & perſuadere aliis. *Sueton.* in Auguſto cap. 17. *Quo magis degeneraſſe eum a civili more approbaret.* *Florus* lib. II. cap. 11. *Negatus eſt victori triumphus, quia cauſſam belli non approbavit.* *Petronius* cap. 74. *Vt ex aequo ius firmum approbaret.* SCHWARZIVS. L. 5. pr. ff. de Serv. corrupt. *vel adprobata atque iuſta ratione.* ubi in Cod. *Vlamingii* fragmento penes me eſt, *alia probata.* dudum ex geminatione reſtitui *alia adprobata*, ad *Sedulium* II. 271. adde *Burman.* ad *Quinctil.* Declam. VII. cap. 1.

Diſcurſibus] I. e. itineribus & expeditionibus. Eodem modo loquitur *Eumenius* in Paneg. Conſtantii Caeſ. cap. 3. 2. *Cuius tutelae licet eſſet, omni hoſte perdomito, certa ſecuritas, nimios tamen in diverſa diſcurſus vel reviſenda poſcebat.* Neſcio, an hi Panegyriſtae forte in mente habuerint, quod *Cicero* Orat. pro Marcello cap. 2. de Iulio Caeſare dixit: *Nec vero diſiunctiſſimas terras* ci-

vinitatis exercet, quae vos tantis diſcurſibus toto, quem regitis, orbe deducit, ut nos, ſemper anxios veſtri caritate, nuper ad libertatem piae con-

citius cuiusquam paſſibus potuiſſe peragrari, quam tuis, non dicam, curſibus, ſed victoriis, illuſtratae ſunt. SCHWARZIVS. Paneg. Incerti cap. 12. *bellorum toto orbe ſurgentium diſcurſum adparatumque deſcribit.* indicat praecipue itinera ingenti celeritate in regiones longinquas confecta, eſt enim haec vox vagis & incertis itineribus propria, notante *Barthio* ad *Claudian.* Conſ. Honor. IV. 142. *Toto orbe deducere* explicui ſupr. ad Paneg. 2. 5.

Semper auxilii veſtri caritate] Locus mendoſus. Coniicio verum, *ut nos, ſemper anxios veſtri caritate, nuper* &c. & mox, *impulerit*, non *impleverit.* LIVINEIVS. Nihil heic intelligo. Forte fuit, *ſuper auxilii veſtri caritate.* Sed quid & illud ſibi velit, neſcio. An coniicere licet? *ſempiterna veſtra caritate.* aut adeo; *ſemper anxii veſtri caritate* &c. ut vox *impleverit* mutanda veniat in aliud quid. GRVTERVS. Nihil in toto iſto video, niſi emendem: *ut nos ſempiterna illa veſtri charitas nuper ad laborem piae conſecutionis impulerit;* quod ſequentia plane firmant. Etiam *deducit* volebam mutare, ſed ita etiam id verbi uſurpatum praecedenti proxime Panegyr. *Quae caſtra dominum habitura ſuſceperint, quae bella deduxerint, quae victoriae auxerint.* ACIDALIVS. Hic locus mirifice vexavit Eruditos. Superſedeo varias eius lectiones referre, quae plus obſcuritatis, quam lucis afferunt. Igitur vulgarem ſcripturam retineo, ſenſusque erit: Ita vis divinitatis veſtrae vos egit in varias orbis partes, ut vobis amantiſſime ſuppeditarit ſemper auxilium veſtrum. Sic ut nuper etiam pie conqueri nobis fas eſſe putaremus, cum &c. BAVNE. Legendum *anxios* coniectat *Livineius*, & quidem appoſite; nec enim aliter ſententia reddi poteſt. PATAROL. *Anxios*, i. e. ſollicitos. Sicuti enim *Cicero* lib. II. ad Attic. Epiſt. 24. dixit: *Non ignoro, quam ſit amor omnis ſollicitus atque anxius*; ita etiam *Mamertinus* dicere potuit, *nos anxios veſtri caritate.* Hoc enim dicere voluit: Illa vis divinitatis, quae vos tantis diſcurſibus & itineribus toto orbe deducit, nos etiam, qui amore veſtri ſemper ſoliciti atque anxii ſumus, nuper impulit, ut libere quereremur, nempe de abſentia veſtra, & de tot periculis, quae in iſtis itineribus aditis. Etenim, ut *Ovidius* cecinit, Epiſt. I. Heroid. v. 11.

Quando ego non timui graviora pericula veris?
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

ſic & *Mamertinus* iunior in Grat. act. Iuliano dicta cap. 24. 7. dixit: *Anxia eſt fidelium diligentia: maximo amori maximus timor iunctus eſt.* in quam ſententiam etiam eleganter ſcripſit *Plinius* lib. III. Epiſt. 17. *Ipſe valeo, ſi valere eſt, ſuſpenſum & anxium, expectantem in horas, timentemque pro capite amiciſſimo, quidquid accidere homini poteſt.* Sumus enim ſuſpenſi & anxii de iis, quos ardentiſſime diligimus: hinc etiam *Mamertinus* profeſſus eſt, ſe ſemper anxios fuiſſe caritate, ſive amore Imperatorum. Et quidni dixerit, *anxios caritate;* uti *Tacitus* dixit lib. I. Annal. cap. 14. *anxius invidia;* lib. II. Hiſt. cap. 92. *anxii odiis; Valerius Maximus* lib. VIIII. cap. 3. *amara ſolicitudine, ne non contingat ultio, anxius* &c. Antehac hunc locum ſic prorſus corruptum, atque obſcurum exhibuerunt: *ut nos ſemper auxilii veſtri caritate nuper ad libertatem piae conſtitutionis* (pauci habent *conqueſtionis*) *impleverit.* Nos primum hunc locum integritati ſuae reſtitutum repraeſentamus. Alter *Gudii* liber nobis ſaniorem ex Codice MS. oſtendit lectionem, dum, pro vulgato nomine *auxilii*, annotatum refert *anxios. Valentinus Acidalius* hunc locum in notis ſuis ſanare conatus erat; ſed vide, quam invita Minerva! *Vt nos ſempiterna illa veſtri caritas nuper ad laborem piae conſecutionis impulerit.* Neque parum ſe torſit *Gruterus* in hoc loco emendando; quamvis nonnihil de voce *anxii* divinaverit: *Nihil hic intelligo*, inquit de vulgata lectione. *Forte* —— *Iacobus de la Baune* haec commentatur: *Hic locus mirifice.* —— Sed iſta cum minus cohaereant, magis obſcurant verba *Mamertini*, quam illuſtrant. Rem propius iam ante acu tetigerat *Livineius* in notis ſuis, qui tamen optimam coniecturam non auſus eſt admittere in contextum, & cui neque alii obtemperarunt. *Locus mendoſus*, inquit; *coniicio.* —— Sed dignam hanc lectionem iudicavi, cui locum darem; neque eam harum rerum intelligentibus diſplicituram ſpero; nec mirum his accidet, quemadmodum ab imperitis Librariis, pro voce *anxios*, vulgo obtrudi potuerit nomen *auxilii:* cum ſimilis varietas etiam *Quinctilianum* in quibusdam Codicibus maculaverit. Vbi enim lib. XI. Inſtit. Orat. cap. 1. nunc recte legitur: *anxium de fama ingenii;* ibi, teſte *Burmanno*, pariter Codices quidam perperam habent

conqueſtionis impulerit, cum itinera veſtra, ipſis hibernis diebus, per vicina il-

bent: *auxilium de fama*. SCHWARZIVS. *Schwarzium* in hac lectione ſecutus eſt *Iaegerus*, eamque, adcedente *Gudiani* Cod. auctoritate, probo, & firmat ipſe *Mamertinus* infr. c. 3. §. 8. *ut iam nobis illa, quam pro vobis ſuſceperamus, cura ponenda ſit* & cap. 4. princ. *interdum etiam pro amoris inpatientia timebamus. Lipſio* coniecturam iam indicaverat *Livineius*, in Sylloge *Burmanni* T. I. p. 639.

Conſtitutionis impleverit] F. *impulerit*. RHENANVS. Vet. *conqueſtionis impulerit*. PVTEANVS. *Conqueſtionis* Vet. & *Bertinienſ*. LIVINEIVS. Et iſtud recepi in contextum, eiecto *conſtitutionis*, quod hactenus perperam omnes occupabat libros. Alterum illud tuetur ſe auctoritate duarum Membranarum. Maluiſſem praeterea *impulerit*, ſi ulla aura libri ſcripti exorta fuiſſet, audaciae noſtrae vela deducendo. GRVTERVS. Vtraque haec vox dudum vitiata hunc Panegyricum deformavit. Pro voce *conqueſtionis* irrepſerat *conſtitutionis*, & verbum *impulerit* converſum erat in *impleverit*, ut neſcires, quid *Mamertinus* ſibi voluerit. *Acidalius* ſuaſerat, ut reponeretur *conſecutionis*. *Livineius* in ſuo pariter vetere ac *Bertinienſi* Codice invenerat *conqueſtionis*, notaveratque in ora libri ſui, nec tamen in hac voce veram agnoverat lectionem. Agnovit tandem *Gruterus*, eamque in contextum recepit, eiecto *conſtitutionis* vocabulo, quod eo uſque omnia invaſerat horum Panegyricorum exemplaria: cum alterum illud ſe tueretur auctoritate duarum Membranarum. Nunc vero accedit & mei Codicis, & utriusque libri *Gudiani* ſuffragium, eandemque lectionem iam admiſerunt *Puteanus*, *Baunius*, *Cellarius*, *Patarol*. Cave vero, per *conqueſtionem* intelligas, quod Scriptores medii aevi a *quaerendo* dixere *conquaeſtionem*, ſeu pro illius temporis ratione ſcribendi *conqueſtionem*, item & *conqueſtum*, i. e. acquiſitionem terrarum per bella; unde & *conqueſtor* dictus eſt, qui Gallis audit *conquerant*, ſive *conquereur*, h. e. expugnator urbium, domitor populorum, finium principatus amplificator. Verius & rectius *Mamertino conqueſtio* idem eſt, ac querela, querimonia, a verbo *conqueri*. Proba haec vox eſt, & ipſi *Ciceroni* uſitata, V. G. pro Murena cap. 3. *Me non minus hominis ſapientiſſimi atque ornatiſſimi, Ser. Sulpicii, conqueſtio, quam Catonis accuſatio commovebat*. Idem lib. I. ad Q. Fratrem Epiſt. 1. §. 7. *Vbi nullum auxilium, nulla conqueſtio, nullus Senatus, nulla concio*. Auctor Rhetor. ad Herennium lib. III. cap. 13. *Amplificatio dividitur in cohortationem & conqueſtionem*. *Quinctilianus* lib. VI. Inſtit. Orat. cap. 1. *Cicero accommodavit Miloni & verba, & convenientes etiam forti viro conqueſtiones*. *Suetonius* in Tiberio cap 70. *Compoſuit & carmen lyricum, cui titulus: Conqueſtio de L. Caeſaris morte*. ubi quidam libri vulgati inepte *conquiſitio*. Sed etiam verbum *impulerit* exulaverat ex plurimis libris, permutato verbo *impleverit*, quod hic locum habere nequit. Licet vero iam *Rhenanus* in margine Editionis ſuae, & *Livineius* ex coniectura ſcripſiſſent, forte legendum *impulerit*; praeter ceteros tamen, *Gruterus* etiam, *Puteanus*, *Baunius*, & *Cellarius* retinuere *impleverit*. Solus *Patarol* excudi iuſſit, *impulerit*. *Gruterus* quidem in Notis: *Maluiſſem*, inquit, *impulerit*. —— Sed, ecce, iam adſpirat larga aura velo *Gruteriano* ex Codice meo, ubi evidenter ſcriptum eſt, *impulerit*; accedit & conſenſus aliorum Codicum MSS., quos conſuluit *Gudius* in utroque libro ſuo. Iam vero, ni fallor, facillime intelligi poteſt ſententia *Mamertini*, qui, quod iam ſupra monui, haec dicere voluiſſe videtur: Ipſa vis divinitatis veſtrae vos tantis diſcurſibus deducit, & agit, ad excurrendum in univerſum orbem, quem regitis, ut nos, cum ſemper de vobis ſoliciti & anxii ſumus charitate veſtri, nuper impulerit, & quaſi invitos induxerit, ut libere, noſtrae tamen pietati convenienter, auderemus conqueri, ſcilicet de abſentia veſtra, & de tot periculoſis itineribus veſtris. Qua ſententia, neſcio, quid eſſe poſſit planius? SCHWARZIVS. *Conqueſtionis impulerit* quoque dedit *Iaegerus*, & confirmant *Voſſii* excerpta, ipſaque ſententia. *Conſtitutionis* quidem edidit *Livineius*, ſed tamen non ideo, quod *Schwarzio* viſum, dicendus eſt alterum damnaſſe; in Epiſtola enim ad *Lipſium*, ante Panegyricos a ſe editos ſcripta, lectionem *conqueſtionis*, quam in ſuo invenerat, egregiam profitetur, ubi etiam *impulerit* pro *impleverit* tuetur, ex iis, quae notata ſunt ad *Mamertini* Paneg. Maximian. cap. 4. n. 1. Conf. Syllogen *Burmanni* T. I. p. 639.

Hibernis] Inſerunt poſt *hibernis* MS. Vet. *Bertin*. *hoſtilis*. Vnde exſculpſi aegre, & cum cura *ſolſtitii*. Firmant haec infra: *Nempe hieme ſaeviſſima, & in his quoque regionibus inuſitata*, & quae ſequuntur. LIVINEIVS. In his verbis nemo facile aliquid deſideraverit. *Varro* de Re ruſtica lib. I. cap. 28. *dies hiberni ſunt ex A. D. IIII. Id.*

illa caelo Alpium iuga, quibus Italiam natura vallavit, perque illa ſaxa, & du-

Id. Novembr. At non poſſum non monere, in meo Codice haec verba ita exarata eſſe: *ipſis hibernis hoſtilis diebus.* Eandem vocem *hoſtilis Livineius* in duobus antiquis Codicibus repererat. Etiam *Gudius* in altero libro notavit, tres vetuſtisſimos Codices eandem hanc lectionem habuiſſe. Equidem vox *hoſtilis* nihili eſt, cum nequaquam in hunc locum conveniat: interim ea haud obſcuram affert ſuſpicionem, ſub hac aliam vocem latere, cum non prorſus fruſtra, neque praeter omnem rationem inſerta fuerit contextui. Facile tamen concedo, eam corruptam fuiſſe a rudibus Librariis, qui veriorem vocem in vetuſtiore Codice, in quo ex vetuſtate literae quaedam exoleverant, non ſatis legere, neque intelligere potuerint. Venerat mihi in mentem, an forte ſub voce *hoſtilis* hic lateat vox *hoſpitii?* unde iſta verba ſic conſtitui poſſint: *ipſis hiberni hoſpitii diebus.* Quibus verbis *Mamertinus* ſignificare potuerit, Maximianum, relictis hibernis, ubi cum exercitu ſtationem habuerit, & quaſi in hoſpitio hiemem tranſigere, ac quiete hoſpitari potuiſſet, ipſa acerrima hieme per Alpium iuga contendiſſe Mediolanum. Sic in *Eumenii* Gratiar. actione cap. 3. legimus, Gallos Tranſalpinos, & ſigillatim Aeduos, Romano imperio ſeſe tradidiſſe, *hibernis hoſpitaliter praebitis*, ſuppeditatis largiter commeatibus, armis fabricandis, pedeſtribus equitumque copiis auxiliantibus. Sed nondum in hac correctione acquieſco, cum mihi ipſi fere magis placeat coniectura *Livineii*, & *Gudii.* Scilicet *Livineius*, pro voce *hoſtilis*, aliam huic loco convenientiorem hinc eruit lectionem, *Inſerunt*, inquit, *poſt* hibernis *Codices MSS.* hoſtilis. *Vnde exſculpſi aegre & cum cura* ſolſtitii; ut integer locus ſic concinnetur: *ipſis hiberni ſolſtitii diebus.* Eodem modo legendum eſſe etiam *Gudius* in altero libro annotaverat. Apprime haec lectio congruit rei geſtae. Infra enim cap. 9. *Mamertinus* tempus itineris horum Imperatorum ita deſcribit: *Sed qua tandem vice temporum? quo tempeſtatis habitu*, ſcil. profecti eſtis? *Nempe hieme ſaeviſſima, & in his quoque regionibus inuſitata, cum agros glacies, glacies nivem premerent, coelo pariter ac terris uniformibus, cumque ipſi anhelitus hominum circa ſua ora concreti rigore caneſcerent*, &c. Pulchre haec deſignare poſſunt ſolſtitii hiberni aſperitatem. Illud quidem non nullum mihi ſcrupulum ab initio movit, quod probati auctores Linguae Latinae, ut *Varro*, *Cicero*, *Plinius* maior, atque alii, *ſolſtitium* haud dixerint de bruma. Scilicet hodie quidem vulgo duplex nominamus *ſolſtitium*, alterum *aeſtivum*, quod ad XXIIII. Iunii refertur, alterum *hibernum*, quod in XXI. Decembris incidit: at veteres illi ſolam aeſtivam ſolis ſtationem vocarunt *ſolſtitium*; alteram *brumam*, ſive tempus brumale, aut hibernum. Verum Scriptores ſequioris aevi vocabulo *ſolſtitii* promiſcue de aeſtivo & hiberno uſi ſunt. Sic E. G. *Solinus* in Polyhiſtore cap. 35. ſcripſit, in inſula Thule, *aeſtivo ſolſtitio*, Sole de Cancri ſidere faciente tranſitum, noctem paene nullam eſſe, *brumali ſolſtitio*, diem adeo conductum, ut ortus iunctus ſit occaſui. Immo iam ipſe *Columella*, melioris aevi Scriptor, lib. de Re ruſtica VII. cap. 3. & lib. XI. cap. 21. *brumale* & *hibernum* dixit *ſolſtitium.* Vtcunque eſt, cum vulgata lectio adhuc ſtare poſſit, neque ſententiam *Mamertini* tenebris obducat, aut prorſus evertat; contra autem veſtigia emendationis nondum ſatis videantur expedita: in his verbis necdum auſus ſum aliquid innovare. SCHWARZIVS. *Hoſtilis* etiam *Voſſ.* excerpta. Ingenioſa eſt, ab *Eldikio* quoque meo probata, *Livineii* coniectura, quam antea iam ad *Lipſium* perſcripſerat, Syll. *Burman.* T. I. p. 639. quod enim *Schwarzius* de uſu *ſolſtitii* apud antiquiores monuit, verum quidem eſt, & demonſtratum ab *Erneſtio* Clav. *Ciceron.* V. *Solſtitium*, & ita *Manilius* Aſtron. II. 404.

Solſtitium brumae, Capricornum opponere Cancro,

ſed nihil inpedit, quo minus *Mamertino* vocem de hiberno quoque tempore tribuamus, cum & eo antiquiores, ipſo conſentiente *Schwarzio*, ita adhibuerint. Apud *Cenſorinum*, de Die Natal. cap. 21. *aeſtivum ſolſtitium* eſt, quod cur addatur, niſi ut ab *hiberno* diſtinguatur? utrumque ſolſtitium memorat quoque *Iſidorus* Orig. V. 34. ubi lege *Kalendas Ianuarias*, ex *Groning.* Codice & Ed. *Petiti.* Si vero ita *Mamertinus* ſcripſiſſet, de ineunte anno CCXCI. intelligi debet; vide ad initium Panegyrici. Sed ſine Codd. nihil decernere audeo. Ceterum *Livineius* ad *Lipſium* T. I. Syll. *Burm.* p. 639. ex ſuo Cod. hic emendat *ipſis*, cum antea legeretur *ipſi*, quod tamen in editionibus iam exſtabat.

Vallavit] Sic ſuper. Panegyr. de Rheno: *Atqui Rhenum antea videbatur ipſa ſic natura duxiſſe, ut eo limite Rom. provinciae ab immanitate barbariae vindicarentur.* PVTEANVS. Vide poſt c. 9.

duriorem ſaxis nivium denſitatem, deſiderio veſtri & amore ſequeremur, & virtus veſtra non ſentiret, pati nos putaremus, iniuriam.

Cap.

c. 9. CELLARIVS. *Alpium iuga* delent *Voſſ.* excerpta. *Cicero* Prov. Conſul. 14. *Alpibus Italiam munierat ante natura.*

Duriorem ſaxis] Hoc *ſaxum rigidum* dicit *Ovid.* Metam. IV. 517. *rigidos ſilices*, ibid. IX. 225. XI. 45. & *rigere*, Heroid. II. 132. *Rutil.* Itiner. I. 38. hinc emenda apud *Priſcian.* Perieg. 556.

Saxisque riget Proconeſus in illa.

editur *viget*, ut haec confuſa in *Ovidio* Amor. III. 7. 67. ubi *Heinſius.*

Et virtus] Forſ. *& ſi.* RHENANVS. Sic legendum; *etſi veſtra virtus non ſentiret, pati vos putaremus iniuriam.* PVTEANVS. F. *& quam.* LIVINEIVS. *Rhenan. etſi.* Lege, *& licet virtus veſtra non ſentiret, pati vos putaremus iniuria, reddimus tamen rationem ſollicitudinis noſtrae*, &c. *Noſtrae* enim hic etiam lego, non *veſtrae.* Infra: *Vt iam nobis illa, quam pro vobis ſuſceperamus, cura ponenda ſit.* ACIDALIVS. Forſan *etiam.* RIVINVS. Lege cum *Acidalio*, *& licet virtus veſtra* &c. vel cum alio, *& quam virtus veſtra* &c. Mox pro *nos* reſtitue *vos* iuxta veterem Codicem. Iam vero ſenſus eſt: Quamvis, pro virtute veſtra, id vobis grave, ac laborioſum non videretur, re ipſa tamen grave, & laborioſum putabamus. BAVNE. Sic legunt omnes, ſed corruptus hic ſane locus. Inferenda, puto, vox *licet*; ſeu poſtea legendum, *dum pati vos*, &c. PATAROL. Cum hucusque particula *ſi* in nullo, vel ſcripto vel impreſſo, exemplari locum invenerit, fere contigit, ut pauci ſententiam *Mamertini* percepiſſe videantur. Tentarunt quidam loco huic, in morbo cubanti, remedium afferre; ſed tentarunt ſine felici ſucceſſu. *Patarol*, Venetus quondam doctiſſimus, hanc lectionem prodidit: *& virtus veſtra non ſentiret; pati vos putaremus iniuriam.* His brevem hanc notam ſubiecit: *Sic legunt* —— Ego in his parum ſani animadvertere poſſum. Adhaec pronomen *nos* incommode convertitur in *vos*; quamvis alioquin haec pronomina frequenter permiſceantur, atque etiam *vos Livineius* e ſuo Codice annotarit. Hic vero *Livineius* non quidem admittit pronomen, *vos*; at, inſerta particula *quam*, quae in margine notata eſt, putavit contextum poſſe adiuvari; *& quam virtus veſtra non ſentiret; pati nos putaremus iniuriam.* Verum neque hic conſpicio maiorem lucem, quae inde affundatur *Mamertino.* *Acidalius* haec commentatus eſt; *Rhenanus* —— Sed neſcias, an etiam ex hac emendatione plus caliginis, an luminis inducatur verbis *Mamertini.* *Beatus Rhenanus* ex ſola coniectura orae libri ſui adſcripſerat, *etſi.* Bene; ſi divellatur haec particula in duas partes; prout eam divelli in contextu. Sic vero, ſi quid iudicare poſſum, ex tam leni remedio omnia fluunt leniora, firmiusque cohaerent; quanquam praeoptaverim legere: *quod ſi virtus veſtra non ſentiret* &c. Ita vero iſta verba coniunguntur: *cum ſequeremur itinera veſtra*, ac vos animo comitaremur per Alpes, *deſiderio & amore veſtri*; *& putaremus, nos pati iniuriam*, duriusque nobiscum agi, *ſi veſtra virtus*, atque humanitas *non ſentiret*, & animadverteret, nos nempe tanto amore, tantoque veſtri deſiderio vos proſequi. Haud negamus, nos in hoc mendo corrigendo auctoritate Codicum MSS. deſtitui; ſed vix aliquis leniore remedio in relevando loco tam luxato uti poterit. Hoc autem ipſum remedium ſuggerit neceſſitas certae ſententiae, ſine ambagibus conſtituendae; comprobant circumſtantiae, & oſtendunt alia ſimilis corruptelae exempla, quae facile congerere poſſemus, niſi iam temporis, chartaeque ratio ſit habenda. Quam ſaepe vero accidit, ut in ſcribendis particulis *&* *ſi*, vel prior, vel poſterior ſit praetermiſſa! SCHWARZIVS. *Rhenani* coniecturam in contextum receperunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.* Mihi ſine Codd. auctoritate hoc non ſumſerim, priſtinaque lectione, deleta voce *ſi*, revocata, ſatis ſanam puto vulgatam per aſyndeton ante *pati.* Tota enim ita cohaeret periodus, *cum itinera veſtra* —— *ſequeremur, &* (cum) *virtus veſtra non ſentiret, pati nos putaremus iniuriam*, id eſt, & nos putaremus; ſin hoc nolis, forte *&* abſorptum ſit ab ultima in *ſentiret.* *Iniuria*, quamvis quodcumque damnum ſignificet, eleganter tamen tale, quod per nives, frigora, & tempeſtates patimur. *Mamertinus* Iuliano 20. 4. *non imbri, non gelu, non amaritudine ipſius iniuriae deterreri.* *Iniuria pluviarum* eſt apud *Columell.* de R. R. IX. 1. 3. duo genera *caeleſtis iniuriae*, quorum unum tempeſtates vocantur, memorat *Plinius* H. N. XVIII. 28. in fin. & cap. 29. *hanc iniuriam omnibus annis accidere non poſſe.* Medicos hac voce quemcumque dolorem, & malam adfectionem intelligere docet *Burman.* ad *Seren. Samonic.* de Medicin. vs. 452.

Nos]

CAP. III. Reddidimus tamen rationem ſollicitudini noſtrae, & inſpecta penitus veritate cognovimus, quae cauſſa faciat, ut numquam otio adquieſcere

Nos] Vet. *vos.* LIVINEIVS. *Voſſ.* excerpta ſentit. Praefero *nos*, ut opponatur *veſtra.*

1. *Reddimus*] *Reddidimus* arbitror ſincerum. Lege, quae notamus ad *Plinii* Paneg. 59. 5. LIVINEIVS. *Reddidimus.* ita emendant multi, pro *reddimus*, itaque ſenſus poſcere videtur. BAVNE. Veteres pariter atque recentiores editiones habent verbum praeſentis temporis, *reddimus.* Equidem iam *Livineius* quondam arbitratus eſt, *reddidimus* eſſe ſincerum, atque *Iacobus de la Baune* idem in notis ſuis probavit, ſed neuter hoc tempus in contextum admittere auſus eſt. Nos audemus, quia id iam a *Patarolo* editum, atque in altero *Gudii* libro ex Codice MS. annotatum eſt; deinde, quia idem ſententia, ac nominatim ſubſequens verbum eiusdem temporis, idque per particulam copulandi adiunctum, *cognovimus*, requirere videtur; tum, quia nihil facilius fieri potuit, quam ut ſyllaba *di*, cum adhuc ſemel repetenda eſſet, a Librariis omitteretur; prout in aliis legimus, *dicimus* pro *didicimus*; *credimus* pro *credidimus*, &c. SCHWARZIVS. Exempla huius ſyllabae, male omiſſae, collegit *Drakenb.* ad *Livium* XXXIV. 29. 13. in *Voſſ.* excerptis eſt *tam orationem.*

Sollicitudinis] Vet. & *Bertinienſ. ſollicitudini.* LIVINEIVS. In *Voſſ.* quoque excerptis *ſollicitudini*, ut nonnumquam promiſcuus eſt in utroque caſu uſus; in *exitium gentis* & *genti* hoc docuit *Bentleius* ad *Horat.* Od. I. 15. 21. & in aliis pluribus Pater meus ad *Victor.* Inluſtr. 42. 1. Confer etiam *Schwarzium* ſequenti obſerv., fruſtra tamen notantem, hanc a nemine varietatem notatam fuiſſe; notavit enim *Livineius*; ipſius autem, & *Iaegeri* exemplo *ſollicitudini* expreſſi.

Veſtrae] Imo *noſtrae* omnino legendum videtur, ut & placuit amiciſſimo *Bongarſio.* GRVTERVS. Alii malunt *noſtrae.* Vtrumvis elige, vel *noſtrae* de vobis ſollicitudinis, vel *veſtrae* de nobis. BAVNE. *Veſtrae*, ſic retinui cum pleriſque: ab aliis male, meo iudicio, emendatur *noſtrae.* PATAROL. Vulgo pro *noſtrae* editum legimus *veſtrae. Cruterus* primus in notis monuit, omnino legendum videri *noſtrae*, & ita placuiſſe *Bongarſio*, quorum monito obſecutus *Cellarius* exhibuit hanc lectionem. *Iac. de la Baune* cenſuit utramvis eligi poſſe, vel *noſtrae* de vobis ſollicitudinis, vel *veſtrae* de nobis. Verum utique praeſtat admittere *noſtrae.* Nihil enim antea *Mamertinus* dixerat *de ſolicitudine Imperatorum:* at bene meminerat ſolicitudinis bonorum civium imperii de ſalute, atque incolumitate Imperatorum, Diocletiani & Maximiani, cum in proximo capite diceret: *Ipſa vis divinitatis* —— —— *vos tantis diſcurſibus* (i. e. itineribus) *toto, quem regitis, orbe deducit, ut nos ſemper anxios veſtri charitate nuper ad libertatem piae conqueſtionis impulerit.* &c. Similiter fere loquitur incertus Auctor Paneg. Conſtantino Aug. dicti cap. 1. *Hoc maiores pro te ſuſcepimus metus, quod nobis potius, quam tibi, conſulebas.* Sed in his vocibus adhuc aliam obſervamus varietatem, quam nullus editor, quantum nobis conſtat, hucusque animadvertit. Nam cum in omnibus libris *Mamertini*, antehac excuſis, legerimus *ſolicitudinis*, iam in Codice noſtro, & in utroque libro *Gudiano*, non caſum gignendi *ſolicitudinis*, ſed caſum dandi *ſolicitudini* deprehendimus. Quam lectionem haud contemnendam exiſtimavimus; ita tamen, ut potiſſimum hanc emendationem ad aliorum iudicium deferamus. Tunc enim, ſi *ratio* pro modo accipiatur, prout ſaepius ſumitur a probatis Linguae Latinae Scriptoribus, ac, ſi haec verba, *reddidimus tamen rationem ſolicitudini noſtrae*, ſic interpretemur: *Statuimus tamen modum ſolicitudini noſtrae, eandemque ad rationem redegimus, & temperavimus*; omnino ſententia menti *Mamertini* perquam congruens hinc exiſtit; cum mox ſequatur ratio, cur boni cives temperarint moderatique ſint ſuam ſolicitudinem pro incolumitate Imperatorum; quia nempe cognoverint, Iovem, conditorem generis Diocletiani & Maximiani, non pati hos Imperatores otio acquiescere; prout & aliquanto inferius §. 8. loquitur *Mamertinus: Veſtra numina ſemper aliquid agunt, agendumve curant, ut iam nobis illa, quam pro vobis ſuſceperamus, cura ponenda ſit, cum non laborare vos, ſed parentes Deos videamus imitari.* Eodem modo puto explicari ſic poſſe apud *Quinctilianum* Declam. CCLXXXXVII. haec verba: *rationem reddere irae ſuae*, ſi voces *irae ſuae* in caſu dandi accipiantur, i. e. temperare ratione irae ſuae, ſive ſtatuere modum irae ſuae. Haec enim legimus apud *Quinctilianum: Meruit quidem, qui eruit oculos, ut & ipſe perdat: ſi tamen habuerit miſericordiam, ſi inciderit in eum, qui aliquatenus reddere irae ſuae rationem poſſet, gratiam referat.* Tunc ſane hic *Quinctiliani* locus nulla indigeret emendatione, neque neceſſe foret, ut, quod *Gronovius* cenſuit, reponamus: *qui aliquatenus tem-*

2 re velitis. Profecto enim non patitur hoc caeleſtis ille veſtri generis conditor. Nam primum omnium, quidquid immortale eſt, ſtare neſcit; ſempiternoque mo-

temperare irae ſuae ratione poſſet: vel *coercere iram ſuam ratione*, cum haec ipſa ſententia iam in vulgata lectione lateat. SCHWARZIVS. Vera verborum interpretatio eſt, quod, cum antea putaſſent, Imperatores in difficillimo itinere aeris iniuriam pati, quam tamen non ſentiebant, in eo, nimio in eosdem adfectu & pietate abrepti, erraverint, ſed iam, adhibito meliori ratiocinio, & inſpecta penitus veritate, cognoverint, ſollicitudinem ſuam fuiſſe ſupervacaneam, quia, Iovis & Herculis more, ad quos originem ſuam referebant, quieſcere non poterant. *Reddere* itaque *ſollicitudini rationem* eſt, ſollicitudinem ſuam ad iuſtam exigere rationem, rectam rationem, quae ſollicitudini defuerat, eidem addere, eaque duce, quod ante perperam fuiſſent ratiocinati, meliori ratiocinio, & perſpecta veritate corrigere: illis itaque locutionem tribuo, qui iam iudicio, prudentia, & ratione utuntur, cum antea magis caeco inpetu, aliove vitio abrepti verum perſpicere, aut iuſte agere non potuiſſent. Eadem eſt *Quinctiliani* ſententia eo, quem adhibuit *Schwarzius*, loco; addo alium eiusdem Declam. VI. cap. 16. cuius vera Interpretes latet interpretatio, paullo clarius explananda: tota eſt diſputatio de muliere caeca, in cuius ſolatium hoc additur; *viſus damnum ſarciunt reliquae voluptates, odor, guſtus, tactus, auditus;* hinc in excerptis ex *Quinctiliano* p. 386. Ed. *Burman.* lege, *videndi vero damnum reliquorum ſenſuum voluptates ſarciunt*, non *vivendi.* tum ſequitur; *cui alienis oculis uti liceat, audire, imperare, cuius miniſteriis officia non deſunt* (*non enim defuerunt*) *niſi ſe erigit, & fortunae ſuae rationem reddit, praeſertim in tam bona caecitatis conſcientia, animi vitio miſer eſt.* Scripſi *enim defuerunt*, pro vulgato *ei*, ex *Leid.* & *Voſſ.* apud *Burmannum*, meoque Codice; *Schultingius*, ducta metaphora a rationibus reddendis, *fortunae ſuae rationem reddere* explicat ſe fortunae ſubmittere; *Burmannus* vero emendat, *fortunae ſuae ratione cedit;* tu ita cape; caecus, qui poteſt audire, ſervis imperare, & cui miniſtri ſui officia praeſtant, animi vitio miſer eſt, ſi ſe non erigat, neque, in his adverſis, recta utatur ratione, qua ſeſe conſoletur, praeſertim ſi ſibi ſit conſcius, caecitatem illam ſibi ex bona cauſſa obveniſſe, qualis haec mulier viſum amiſerat nimiis ob maritum lacrimis. Explicationis huius veritatem probat additum *erigit*, iis proprium, qui aerumnis & dolore preſſi recta ratione uti haud potuerunt, ſed ad ſe reverſi ex melioribus ſanae, & homini propriae rationis praeceptis iam ſeſe conſolantur. Ita *ratio* de illis, quae recte, & prudenter, & adhibita ratione fiunt, quod *rationis eſſe* dicitur apud *Plinium* Epiſt. X. 100. *Cicero* ad Attic. XII. 10. *inpetret ratio, quod dies inpetratura eſt;* ſimiliter *acuere ratione virtutem*, *Florus* I. 8. 4. *rem ratione gubernare*, *Cato* Diſtich. IV. 3. ubi Patruus meus; *ratione aedificare*, *Plinius* Epiſt. IX. 7. 1. conf. *Graevium* ad *Ciceron.* pro Roſc. Amer. 39. hinc *inpetus* ei opponitur. *Burman.* ad *Quinctil.* I. O. VII. 2. & *vitiis obſtare* dicitur apud *Gratium* Cyneg. 311. —— Quae vero de ſollicitudine ſua ob Imperatorum iter monuit, iubent *noſtrae* legi, in quo *Cellarii*, *Schwarzii*, & *Iaegeri* exemplum ſecutus ſum, quamvis *veſtrae* etiam habeant *Voſſii* excerpta.

2. *Profecto non*] *Profecto enim non* Vet. *Cuſpinianus*, *Rhenanus.* LIVINEIVS. Particulam *enim* praetermittunt *Navius*, *Livineius*, & *Baunius;* cui tamen alii ſcripti excuſique libri locum concedunt. SCHWARZIVS. *Enim* inſerui, *Schwarzii*, & *Iaegeri* exemplo, auctoritate Cod. *Guelferb.*, excerptorum *Voſſii*, Ed. antiquiſſimae, aliarumque.

Conditor] I. e. Iupiter. Quanquam ſeorſum Diocletianus *Iovem*, & Maximianus *Herculem* ſui generis auctores iactarent, quod iam in Prolegom. §. 4. oſtendimus, hoc tamen loco *Mamertinus* Iovem utriusque Imperatoris generis conditorem deſignare videtur. Quid vero mirum? cum Iupiter *Rex hominumque Deumque* haberetur, ita ut eidem etiam id, quod per alios Deos effectum, non raro tribui ſoleret. Adhaec tanta iſtorum Imperatorum concordia eſſe dicebatur, ut generis ſui auctores Deos mutuo colerent, & Diocletianus aliquando Herculem, ac Maximianus Iovem Conſervatorem in nummis ſuis ſignarent. SCHWARZIVS.

Primum omnium] Cum *Homerico* πάμπρωτον contulit *Waſſeus* ad *Salluſt.* Iug. 90. huius quoque loci non inmemor. In Cod. tamen *Daventrienſi* illic etiam eſt *omnibus.* Mirifice *Voſſii* excerpta pro *primum omnium* exhibent *diviſiorum;* ſuſpicor eſſe ex margine, ad quem neſcio quis adſcripſerit, *diviſio*, indicaturus diviſam a *Mamertino* in duas partes periodum.

Stare neſcit] Incertus in Conſtantinum A. *Quisnam iſte eſt tam continuus ardor? quae divinitas perpetuo vigens motu? Pacatus* in Theodoſium A. *Gau-*

motu ſe ſervat aeternitas. Deinde praecipue veſtri illi parentes, qui vobis & 3
nomina & imperia tribuerunt, perpetuis maximorum operum actionibus occupan-

Gaudent profecto divina perpetuo motu, & iugi agitatione ſe vegetat aeternitas, & quidquid homines laborem vocant, veſtra natura eſt. LIVINEIVS. & BAVNE. Pertinent huc, quae *Seneca* in Conſolatione ad Helviam cap. 6. tradit: *Mens humana ex illo coeleſti ſpiritu deſcendit; coeleſtium autem natura ſemper in motu eſt; fugit, & velociſſimo curſu agitur. Ariſtoteles* lib. I. de coelo cap. 3. *Θεοῦ δὲ ἐνέργεια ἀθανασία. τοῦτο δὲ ἐστι ζωὴ ἀΐδιος, ὥστε ἀνάγκη τῷ θείῳ κίνησιν ἀΐδιον ὑπάρχειν. Cicero* lib. I. Quaeſt. Tuſcul. cap. 27. *Nec vero Deus ipſe alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quaedam ac libera, ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & movens, ipſaque praedita motu ſempiterno. Latinus Pacatus* Paneg. cap. 10. *Gaudent profecto divina perpetuo motu, & iugi agitatione ſe vegetat aeternitas.* SCHWARZIVS. Conf. Not. ad *Pacat.* Paneg. 10. 1.

Servat] Quid ſi *verſat?* ACIDALIVS. & BAVNE. Quaerit *Acidalius:* quid ſi *verſat?* Non reiicerem verbum *verſat*, ſi in vetuſtis Codicibus reperiatur; ſed, extra haec ſuffragia, nec verbum vulgatum, atque in omnibus libris expreſſum, *ſervat*, velim deſerere; cuius compoſitum *conſervat* in eodem argumento poſuit *Seneca* l. c. *Dei natura*, inquit, *aſſidua & citatiſſima commutatione, vel delectat ſe, vel conſervat.* SCHWARZIVS. Vulgatum etiam tuetur *Pacatus* Paneg. 10. *iugi agitatione ſe vegetat aeternitas.* ubi *Puteanus.* In memoriam mihi revocat *Mamertinus* illa *Rutilii* Itin. I. 81.

Omnia perpetuos quae ſervant ſidera motus,
Nullum viderunt pulcrius imperium.

ut emendem, *perpetuo qua ſervant ſidera motu;* id eſt, obſervant, vident omnia, de qua notione vid. *Heinſius* ad *Silium* III. 380. *Drakenb.* ad eumd. VI. 384. *Burman.* ad Antholog. Lat. II. 374. huic coniecturae eo plus tribuo, tum quod acutiſſimo *Eldikio* meo probare potui, tum quod eam tuetur *Eumenius* Paneg. Conſtantio 4. 3. *Sed neque ſol ipſe, neque cuncta ſidera humanas res tam perpetuo lumine intuentur.* perpetuum hunc ſiderum motum per *rotare* exprimit *Pacatus* Paneg. 10. 1. & *Claudianus* in Rufin. II. fin.

Dum rotet aſtra polus, feriant dum littora venti.

ubi pro *venti* in *Vatican.* ſecundo eſt *fluctus*, quod placuit *Wackero* Amoen. Litter. cap. 1. ſed hoc quoque, & *venti* videntur eſſe gloſſemata τοῦ *pontus*, ut ſit legendum, *feriat dum littora pontus*, hoc enim & *polus* melius opponantur, quam *polus* & *fluctus.*

3. *Praecipue*] Scilicet inter ceteros Deos. LIVINEIVS.

Parentes] Iuppiter & Hercules. CELLARIVS. Conf. ſupr. p. 10. & 11.

Et nomina] In priore libro *Gudii* ex Codice MS. annotatum eſt, ibi copulam priorem & omiſſam eſſe, atque pro voce *nomina* legi *omina.* Sed bene ſtare poteſt illa copula, ac perperam ſcriptum eſt *omina*, cum deſignentur nomina *Ioviani* & *Herculei*, de quibus in Prolegom. ad hunc Paneg. §. 3. egimus. At & imperii ſui auſpicium ad Deum referre videri volebant iſti Imperatores: quia, quod *Diotogenes* Pythagoraeus apud *Stobaeum* ait, *Θεόμιμόν ἐστι πρᾶγμα βασιλεία, regnum divina res eſt.* & ſecundum *Callimachum* Hymn. in Iovem v. 79.

ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

SCHWARZIVS. *Nomina* tueor ex cap. 2. 4. Confer ſupra ad Panegyr. cap. 1. p. 8. & alia ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. vs. 1. prius & neglectum quoque eſt in *Voſſii* excerptis. —— Quod de dato imperio memorat, recte ad eam opinionem refert *Schwarzius*, qua ex divina imperii origine reges & Principes *Θεῶν παῖδες* dicti, quosque ideo mortuos in caelum, communem velut patriam, redire credebant. Vid. *Taylor* ad *Lyſiam* in Corinth. Socios p. 34. *Barthium* ad *Claudian.* p. 515. & 584. Heroibus inde hoc etiam proprium fuit, ut *Διὸς υἱὸν* habet *Homerus* Iliad. E. 675. *Dis genitos*, *Virgilius* Aeneid. VI. 131. ubi rationem dat *Servius; quia corporibus ſe infundebant poteſtates ſupremae, unde Heroes procreabantur.* ſimiliter is quorumvis hominum, ſingulari virtute praeſtantium, fuit titulus; qua mihi videtur ratione Centurio, Chriſtum morientem, & prodigia videns, dixiſſe, *ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν Θεοῦ*, Euang. *Matthaei* 27. 54. *Marci* 15. 39. idem enim notat, quod eum dixiſſe tradit *Lucas* Euang. 23. 47. *ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν.* qui enim de vero & unico Dei filio, qualem veneramur Servatorem, cogitaſſe Centurionem arbitrantur, non adten-

4 pantur. Ille ſiquidem Diocletiani auctor Deus, praeter depulſos quondam caeli poſſeſſione Titanas, & mox biformium bella monſtrorum, perpeti cura quamvis compoſitum gubernat imperium, atque hanc tantam molem infatigabili manu

tenderunt, apud *Matthaeum* & *Marcum* potius tum ſcriptum fuiſſe, ὁ υἱός; & ex Gentium ſuperſtitione Centurionis opinionem promanaſſe, iam dixi ad *Arator.* I. 322.

4. *Titanes*] *Titanas* Vet. *Cuſpinian. Rhenan.* LIVINEIVS. Coeli ac terrae filios, Saturni fratres. Hi adverſus Iovem bellum movere, qui fulminibus Cyclopum manu conſtructis eosdem diiecit. Vide fabulam notiſſimam apud *Apollod.* lib. I. & *Natal. Com.* lib. VI. c. 20. PATAROL. Hi, tradente *Servio* ad *Virgil.* lib. VI. Aen. v. 580. ſic appellabantur ἀπὸ τῆς τίσεως, i. e. ab ultione, quia credebantur ab irata contra Deos Tellure ad eius ultionem creati. Titanes & Gigantes, tanquam monſtra συγγενῆ, cum, teſte *Iſidoro* lib. XV. cap. 1. utrumque genus ex Coelo & Tellure natum perhiberetur, non raro in veterum Mythologia confunduntur: aliquando tamen diſtingui ſolent, ut ab *Apollodoro* lib. I. Biblioth. cap. 1. & a *Servio* l. c. Etiam *Mamertinus* Titanomachiam a Gigantomachia diſtinguere videtur. De illa agit *Hyginus* fab. CL. *Poſtquam tunc viderat, Epaphio ex pellice nato, tantam regni poteſtatem eſſe, hortatur Titanas, Iovem ut regno pellant, & Saturno reſtituant. Hi cum conarentur in coelum adſcendere, eos Iupiter cum Minerva, & Apolline, & Diana, praecipites in Tartarum deiecit.* De Gigantomachia *Claudianus*, & *Ovidius*, niſi & hi forte utrumque genus commisceant. *Ovidius* lib. I. Metam. v. 152. ſqq.

Affectaſſe ferunt regnum coeleſte Gigantas;
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum Pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiecto Pelio Oſſam.

Quidam tradunt, per Gigantas deſignari ventos Typhonas; alii tyrannos; alii ſeditioſos, rebelles, ſacrilegos, & impios interpretantur. *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. 20. *Gigantas quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem; & ideo aeſtimatam Deos pellere de coeleſti ſede voluiſſe, horum pedes in draconum volumina deſinebant.* Ceterum accuſativus pluralis a *Titan* terminatur promiscue in *es* & *as*. Sic *Navius*, & *Livineius* edidere *Titanes*; ceteri ſcripti impreſſique libri habent *Titanas*. SCHWARZIVS. *Titanes* etiam *Paul. Stephanus.* ſed *Titanas Voſſii* excerpta, in quo *Cuſpinianum* ſecutus eſt *Henr. Stephanus*, deinde *Gruterus*, & reliqui.

Deformium] Vet. *biformia* forte *biformium.* PVTEANVS. *Biformium* Vet. *Bertinienſ. Cuſpinian.* LIVINEIVS. Lege, *biformium.* Gigantes intelligit, quos *biformes* dicit, credo, ob pedes draconinos. Sic proximo Panegyr. *An non illud malum ſimile monſtrorum biformium & hiſce terris fuit.* ACIDALIVS. & BAVNE. Poſt primam Gigantonomachiam fingunt & aliam hominum monſtroſorum, quorum pedes in ſerpentum volumina deſierint, quod *Macrobius* Saturn. I. 20. interpretatur. CELLARIVS. Gigantum, qui Iovem pariter laceſſiverunt, at eosdem ipſe Hercule adiutus vicit, ac ſuſtulit. Dicuntur iſti fuiſſe pedibus anguis, quare *Ovid.* Faſt. lib. V.

Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.

ideo *biformes* a Noſtro dicuntur. Vide *Macrob.* Saturn. lib. I. PATAROL. Sine dubio per *biformia monſtra* deſignantur Gigantes. Sic *Albricus* Philoſophus de Deorum imaginibus fab. 12. *Erantque*, inquit, *Gigantes pedibus ſerpentinis;* quanquam *Albricus* Gigantas non a Titanibus diſtinxiſſe videatur. Etiam *Ovidius* lib. V. Faſt. v. 35. Gigantas vocat *immania monſtra*, & illis *mille manus*, atque pro *cruribus angues* tribuit. Idem etiam lib. IIII. Triſt. Eleg. 7. appellat *Gigantas ſerpentipedes.* *Lactantius Placidus* Fab. V. *eos ſaltem immenſae molis*, & *ſimiles matri filios* vocat, *quos parens Terra progenuerit, & quorum magnitudini par ſparſerit audacia.* &c. *Apollodorus* lib. I. cap. 6. tradit, Gigantas non modo corporis magnitudine praecelluiſſe, ſed viribus etiam fuiſſe invictiſſimos; terribili plane vultu, ac promiſſo e capite capillo, ac prolixa e mento barba praeditos, habuiſſe pedes anguineos prodi. *Puteolanus*, *Navius*, & *H. Stephanus* non *biformium*, ſed *deformium bella monſtrorum* edidere. Dubites, utram lectionem amplectaris? *Mamertinus* etiam in priore Panegyrico cap. 2. Geryonem appellat *paſtorem trino capite deformem.* *Seneca* Agam. v. 841. *triformem.* At in eiusdem Panegyrici cap. 4. ubi *Mamertinus* ad eandem fabulam Gigantum alludit, eosdem vocat *monſtra biformia.* Minotaurum quoque *Ovidius* lib. VIIII. Metam. v. 156.

nu volvit, omniumque rerum ordines ac vices pervigil ſervat. Neque enim tunc tantummodo commovetur, cum tonitrua incutit, & fulmina iacit; ſed etiam, ſi tumultuantia elementorum officia pacavit, nihilominus tamen & fata diſ-

v. 156. dicit *monſtrum biforme.* Ergo retineamus hanc vocem, quae iam plurima *Mamertini* exemplaria occupavit. Codex noſter MS. ipſam hanc vocem oſtendit, quamquam non decente caſu, ſed *biformia.* SCHWARZIVS. Primus *biformium* recepiſſe videtur *Gruterus*, quem, praeter *Rivinum*, reliqui ſunt recte ſecuti; habent id quoque *Schonhovii* excerpta, eadem vero *Voſſii biformia. Biformis* eſt *bimembris*, quas voces confuſas fuiſſe docet *Heinſius* ad *Ovid.* Amor. II. 12. 19. Minotaurum *prolem biformem* adpellat *Virgil.* Aen. VI. 25. qui *Creſſius taurus biformis* eſt *Senecae* Hippol. 1172. & *Scyllas biformes*, *Virgilius* ibid. 286. *Centauri bimembres*, & *biformes*, de quibus *Heinſ.* & *Burman.* ad *Claudian.* in Rufin. I. 329. quos *duplices* etiam adpellari docet *Bentleius* ad *Horat.* I. 6. 7. pari ſenſu *biformis vates* apud *Horatium* Od. II. 20. 2. Vere autem *biformes* dici potuerunt Gigantes, ob ſerpentes, quos pro pedibus habuiſſe docet *Staverenus* ad *Hygin.* fab. 28. in fine, vide & *Gronov.* ad *Senec.* Herc. fur. 93. in primis huc faciunt notata ſupr. ad *Mamertini* Paneg. p. 26. & quae *Schwarzius* in Prolegom. ſupr. p. 71.

Praepeti] Vet. *perpeti.* PVTEANVS. *Perpeti* Vet. *Bertinienſ.* Schedae *Langii*, *Cuſpinian.* LIVINEIVS. *Perpeti*, i. e. perpetua cura, prout *Mamertinus* prioris Paneg. cap. 3. dixerat, *perpeti ſolicitudine*, ad quem locum vide notam noſtram p. 22. *Rhenanus*, *Navius*, *Livineius* & *H. Stephanus* evulgaverunt *praepeti cura*; ſed vox *praepes*, cum proprie pro veloce ſumatur, minus huc facit. SCHWARZIVS. *Praepeti* etiam *Paullus Stephanus*, & *Rivinus.* neque aliter videtur fuiſſe in *Voſſii* excerptis. Alterum, quod perpetuam &, ut mox, infatigabilem curam indicat, eſt in *Schonhovii* excerptis, & olim dederunt *Puteolanus*, & *Rhenanus*; neglectum deinceps revocarunt *Pariſienſes*, & inde hunc locum occupavit; ex coniectura quoque placuit eruditiſſimo *de Rooy* Spicil. Crit. p. 48. optimo iure igitur hoc loco uſus eſt *Davieſius* ad *Minuc. Fel.* Octav. 11. & plura contuli ſupra ad Paneg. cap. 3. in fin.

Quamvis] Particula *quamvis*, ſine ſequenti *tamen* poſita, hoc loco ſignificat quantumvis, ſive quamlibet. Sic & ipſe *Cicero* loquitur lib. II. ad Famil. Epiſt. 16. *Eo ſi onere carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus eſſem.* Grammatica verborum ſtructura apud *Mamertinum* haec eſt: ſiquidem Deus, ille auctor Diocletiani, gubernat perpeti, ſive continua, cura imperium quamvis compoſitum: i. e. quantumvis iam ante a ſe compoſitum, atque in ordinem redactum. SCHWARZIVS. Vid. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. II. p. 201. *Duker.* ad *Livium* II. 51. 7.

Omnium quoque] Vet. *omniumque.* PVTEANVS. Lege, *omniumque rerum.* ACIDALIVS. *Omniumque* pro *omnium quoque*, iuxta veterem Codicem. BAVNE. *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Livineius*, *H. Stephanus*, & *Patarol* pro particula *que* edidere *quoque.* At Codex noſter ceterorum librorum lectionem confirmat; nec male, pro numero multitudinis *ordines*, reponit ſingularem *ordinem*, qui numerus etiam alteri libro *Gudiano* adſcriptus eſt. Bene tamen etiam ſtat vulgata lectio. Sic *Cicero* de Nat. Deor. cap. 20. *Deus rerum viciſſitudines ordinesque conſervat.* SCHWARZIVS. *Quoque* eſt in *Voſſii* excerptis, Ed. *P. Stephani*, & *Rivini.* factum illud ab iis, qui putarunt ſententiam haerere; non advertentes, *que* eamdem vim ac *quoque* habere, vid. ſupra ad Paneg. cap. 1. n. 3. & *tamen* ſubaudiri, de quo praecedenti obſervatione dictum. —— *Ordinem* quoque *Voſſii* excerpta; non eſt opus: qui hic dicitur *ordines rerum ſervare*, is eſt *rerum rector* apud *Boethium* Conſol. Philoſ. IV. Proſ. 5. ita enim ex meo Cod. locus eſt emendandus.

5. *Etiam, ſi*] Poſſis etiam legere: *ſed etiamſi*; ſicut in non nullis libris ſcriptum editumque eſt. SCHWARZIVS.

Nihilominus tamen] Vet. *& fata diſponit.* PVTEANVS. *Tamen & fata diſponit*, *Bertinienſ.* Quae ex *Bertin.* adduntur, ſuo loco poſita non opinor, potiusque legerim, *elem. offic. pacavit, & fata diſpoſuit, nihilomin. tamen & ipſas*, &c. LIVINEIVS. Etſi haec verba usque adhuc ex omnibus libris impreſſis exularint, digna tamen nobis viſa ſunt, quae in contextum admitterentur, cum ea non ſolum *Livineius* ex antiquo Codice Monaſterii *Bertinienſis* annotarit, ſed etiam nunc in noſtro Codice inveniantur; licet hic pro voce *fata*, vulgari Librariorum errore, ſcriptum ſit *facta*: cuius erroris exempla quaedam annotavimus ad *Plinii* Panegyricum cap. 17. 2.; 80. 5.; 85. 5. & ſigillatim ad medium locum teſtimoniis veterum declaravimus, Iovis exiſtimatum eſſe, etiam fata ho-

disponit, & ipſas, quae tacitae labuntur, auras placido ſinu fundit, & in adverſa ni-

hominum diſpenſare. SCHWARZIVS. Miror de Cod. *Gudiano* nihil monuiſſe *Schwarzium*; in *Guelf.* ſaltem, *et fata diſponit* legi notaverat *Cortius*, eademque eſt lectio in *Voſſii* excerptis. In exprimendo igitur textu *Schwarzium*, & *Iaegerum* ſum ſecutus, & me confirmat *Virgil.* Aen. XII. 725.

Iuppiter ipſe duas aequato examine lances
Suſtinet, & fata inponit diverſa duorum.

Tacitae] Quidam editores pro epitheto adiectivo adverbium prodidere *tacite*, non prorſus perperam, cum *aurae tacite labi* dici queant, ſicut *Ovidius* lib. I. Faſt. v. 65. dixit:

Iane biceps, anni tacite labentis imago.

Nobis tamen elegantius videtur, ſi retineatur adiectivum. Sic & idem *Ovidius* lib. VI. Faſt. v. 771. dixit:

Tacitiſque ſeneſcimus annis.

& in Remed. amor. v. 105.

Tacitae ſerpunt in viſcera flammae.

&c. SCHWARZIVS. Per editores quosdam *Schwarzius* intelligit *Rhenanum*, *H. Stephanum*, & *Patarolum*. Scripturae diſcrimen eſt ex Diphthongo in Codd. per *e* ſcripta, unde ſaepe lectionem fieri dubiam notavit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 71. 3. hic *tacitae* praetulerim. Adde *Iaegerum* in fine ſeq. obſervationis.

Caeli nitentem] *Nitentem imp. caeli* Vet. LIVINEIVS. Cum ad Tropicos pervenit, ſolem retrovertere iubet verſus Aequatorem, bis in anno, ſolſtitio nempe hyemali, menſe Decembri, & aeſtivo, menſe Iunio. PATAROL. Haec ita interpretatur *Baunius*, *& fulgentem ſolem cum celeritate abripit in adverſam coeli partem.* Sic *Patarol*; *Cum ad Tropicos.* —— Non ſolum *Livineius* ex ſuo Codice vetere haec verba aliquantum transpoſita adſcripſit margini libri ſui; *& in adverſa nitentem impetu coeli rapit ſolem*, ſed hanc transpoſitionem etiam in noſtro Codice animadvertimus; ex qua vero neſcimus, quod maius lumen ſententiae *Mamertini* affulgeat. *Adverſa coeli*, id eſt, per enallagen, adverſum coelum, ſive adverſa coeli plaga, ſecundum tritam formulam, *uſurpata collium*, *abrupta montium*, &c. SCHWARZIVS. Locus certe obſcurus, neque a *Baunio*, neque *Patarolo* ſatis illuſtratus. Ceteri Interpretes ſilentio praetereunt. *Patàroli* explicatio quo modo verbis *Mamertini* conveniat, haud facile intelligas. *Baunius* propius a vero abeſſe videtur, ſed tamen τὸ *nitentem*, ſi idem eſſet ac *fulgentem*, hic valde frigeret. Dicam, ſalva doctiorum reverentia, meam qualemcumque ſententiam. Iovis numen, & Sol interdum, licet perraro, quadam tenus pro iisdem habentur. Ita antiquus ille Poeta, cuius Hymni *Orphei* nomine inſcribuntur, Hymn. in Solem, v. 13.

Ἄιθαλες, ἀμίαντε, χρόνου πέρας, ἀθάνατε Ζεῦ.

Vberius hoc exſequitur *Tzetzes* Schol. in *Heſiod.* Ἐργ. p. 9. Ed. *Heinſ.* *τινὰ τῶν τεικῶν ὀνομάτων καὶ πλεοναχῶς λαμβάνονται, ὥσπερ τὸ Ζεύς. σημαίνει γάρ τινα βασιλέα, πραγματικῶς· ψυχικῶς δὲ τὸν νοῦν, ὅς καὶ τὰς γνώσεις μούσας γεννᾷ· στοιχειακῶς δὲ πᾶν τὸ οὐράνιον σῶμα, καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ· τὸν ἀέρα, καὶ τὸ νεφελῶδες κατάστημα καὶ ὄμβριον, τὸν ἥλιον, τὸν ἀστέρα, τὸν πλάνητα· καὶ τὴν εἱμαρμένην κατὰ τοὺς στωϊκούς.* *Orpheus*, quem citat *Apul.* de Mundo, p. m. 75. *Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη.* *Pindarus* Olymp. Od. 2. 22. vocat *ἀμέραν παῖδ' ἀλίου.* At, pater diei, qui hic Sol, Romanis eſt quoque Iupiter, dictus *Dieſpiter*, *Diiovis*, item *Lucetius*. *Gellius* V. 12. 5. 6. *Iovis Dieſpater appellatus, id eſt, diei & lucis pater. Idcircoque ſimili nomine Diiovis dictus eſt, & Lucetius.* *Macrob.* Sat. I. 15. *Cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde & Lucetium Salii in carminibus canunt, & Cretenſes Δία τὴν ἡμέραν vocant: ipſi quoque Romani Dieſpitrem appellant, ut diei patrem.* Conf. in primis c. 24. lib. I. Saturn. Quodſi igitur Iupiter h. l. ſit ille, qui ——

agat portantes lumina currus,

verborum Oratoris noſtri idem ſenſus fere erit, ac illorum Phoebi apud *Ovid.* Met. II. 72.

Nitor in adverſum: nec me, qui cetera, vincit
Impetus: & rapido contrarius evehor orbi.

a quibus non multum abludit Auctor Hymni in Solem, ſupra laudatus, qui v. 7. dicit de Sole:

Ῥομ-

nitentem impetu caeli rapit ſolem. Itidem, Maximiane, Hercules, tuus auctor, 6
qui-

Ῥόμβου ἀπειρεσίου δινεύμασιν οἷμον ἐλαύνων.

Itaque τὸ *in adverſa caeli nitentem impetu rapere ſolem*, ſignificabit, rapere, ſeu movere impetu ſolem, qui nititur in adverſa caeli, quod ſcilicet aſſidua vertigine rapitur, & ſidera cetera trahit, celerique volumine torquet, quem motum, vel converſionem caeli Sol contrario niſu vincit. Ceterum, quod in verbis proxime hunc locum antecedentibus, *Iupiter auras placido ſinu fundere* dicitur, id iam *Tzetzae* Scholio, ſupra adlato, explicatur; cui addam *Catull.* 4. 19. 20. 21.

Laeva, ſive dextera
Vocaret aura, ſive utrumque Iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.

Iupiter hic eſt ventus, ſeu aura. *Muretus* ad h. l. *Catulli* adfert *Ennii* verſus:

Iſtic eſt is Iuppiter, quem dico, quem Graeci vocant
Aerem, qui ventus eſt, & nubes, imber poſtea,
Atque ex imbre frigus, ventus, poſt fit aër denuo.

IAEGERVS. *Nitentem* in ſua paraphraſi explicat *Baunius*, tanquam participium a *nitere*; perperam; eſt a *niti*, adhibitum pari pacto, quo *niti per ardua* ab *Eumenio* Conſtantino 3. 4. hoc modo *ſidera adverſo mundo luctantia* dixit *Manilius* Aſtron. I. 259. & 668. & *pugnantia*, ibid. vs 807. ubi *Huetius*; interpretationi *Pataroli* poſſet favere *Plinius* H. N. XVIII. 28. *Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens, ac per ardua eniſus, ab ea meta incipit flecti, & digredi ad Auſtrum.* Sed ea non eſt *Mamertini* ſententia, cuius mentem ſolus egregie perſpexit *Iaegerus*. *Schwarzio*, difficultatem tacite praetereunti, licet conceſſerim, *adverſa caeli* recte per enallagen dici, eidem tamen non adſentior, tranſpoſitionem, quam ex Cod. protulit *Livineius*, & ipſe ex ſuo, non maius lumen adferre; eſt enim veriſſima, cui, a *Iaegero* neglectae, ſed in *Voſſii* quoque excerptis notatae, in contextu locum dedi. Eſt tamen *Mamertini* ſermo paullo apertius, quam adhuc factum eſt, explanandus. *Caelum* interpretor per aëra; ita *Plinius* H. N. II. 38. *hoc caelum adpellavere maiores, quod alio nomine aëra. Manilius* Aſtron. V. 363.

Ipſe quoque aerios populos, caeloque dicatum
Alituum omne genus

pr. I. de Iur. nat. *animalium, quae in caelo, quae in terra, quae in mari naſcuntur*, ubi *quae in caelo* delenda putat *Schroder.* Obſerv. iur. I. 2. quia animalia in caelo nata ignorat; utrum itaque, quae in arborum nidis naſcuntur, dici poſſunt in terra nata? & confirmatur illic recepta lectio ex §. 12. I. de R. D. & Codd. a *Reitzio* adhibitis, in Obſerv. Miſcell. Nov. T. V. p. 338. ita θηρίαν ἠερίην & χθονίην opponit *Oppianus* Cyneg. I. 47. adde Miſcellanea mea cap. 15. p. 167. Iam ſol curſum mundo contrarium agere dicebatur, de quo latius *Hyginus* Poet. Aſtron. IV. 13. huic ſolis curſui oppoſitus erat aer, mundo convolutus, isque *Mamertino* eſt *caeli inpetus*; ſol igitur, huic aeri adverſus, *nitebatur in adverſa inpetu*, id eſt, propter inpetum aeris ſibi adverſi. *Mamertino* vice commentarii dabo *Plinium* Hiſt. Nat. II. 8. *Omnium autem errantium ſiderum meatus, interque ea Solis & Lunae, contrarium mundo agere curſum, id eſt laevum, illo ſemper in dexteram praecipiti. Et quamvis adſidua converſione inmenſae celeritatis adtollantur ab eo, rapianturque in occaſum, adverſo tamen ire motu per ſuos quaeque paſſus: ita fieri, ne convolutus aer, eamdem in partem aeterna mundi vertigine, ignavo globo torpeat, ſed findatur, adverſo ſiderum verbere diſcretus & digeſtus:* atque ex his intelligi poteſt *Ovidii* locus, a *Iaegero* adhibitus. Iam adfirmat *Mamertinus*, Iovem tantum valere, ut contra hunc aeris inpetum Solem *rapiat*, id eſt, celerrime moveri faciat, quae celeritatis notio huic verbo ineſt; dixi ad *Arator.* I. 473.

6. *Itidem quoque*] *Itidemque* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Quidam libri poſt *itidem* ponunt *quoque*; alii ſimpliciter *que*. Nobis praecipue placet, quod utraque haec particula, cum in noſtro Codice, tum in utroque libro *Gudiano*, prorſus omiſſa eſt: quamquam & particulam *que* facilius, quam *quoque* ferremus. SCHWARZIVS. Illud *quoque* debetur Librariis, eo more peccantibus, de quo dixi ad Paneg. cap. 1. p. 5. & hoc cap. n. 4. *Voſſii* excerpta, *itidem Maximianus*.

Tuus, mitto quod] Vet. *Tuus auctor, mitto qui.* PVTEANVS. Satis incommode antehac in omnibus excuſis libris legebatur: *Hercules tuus, mitto quod, cum inter homines erat*, &c. Lectio, quam nunc primi evulgamus, mire nobis arridet; quae non ſolum in utroque libro *Gudiano* ex antiquis Codicibus annotata legitur; ſed etiam a noſtro Codice diſerte confirmatur. Ita vero haec

 ver-

qui, dum inter homines erat, terras omnes & nemora pacavit, urbes dominis cru-

verba bene concinunt ſuperioribus, ubi de Diocletiano ſermo erat: *Ille ſiquidem Diocletiani auctor Deus*, &c. Neque nunc aliquid per praeteritionem omittere, ſed potius utrumque exprimere, voluiſſe videtur *Mamertinus*, quid, cum in terris adhuc verſaretur, Hercules, & cum inter coelites receptus eſſet, egerit. Mira autem haec corruptela eſt, qua, pro verbis *auctor*, *qui*, repoſita ſunt, *mitto*, *quod;* ita ut, ſi abſque praeſidio Codicum MSS. fuiſſet, vix ulla Critices regula haec emendatio indagari potuiſſet SCHWARZIVS. *Auctor qui* confirmant etiam *Voſſii* excerpta. Eodem modo, omiſſo tamen *qui*, hunc locum emaculavit *Sirmondus* ad *Sidonium* Carm. V. 354. *Puteani* forte Codicem ſecutus. Iuvat *Ovidius* Faſt. II. 399.

At ſi quis veſtrae Deus eſſet originis auctor.

ita Herculem *principem generis* Maximiani adpellat Incertus Paneg. Maximian. 8. 2. Ex veteri lectione, *tuus* cum *Iove ſuo* in Paneg. 7. 5. contulit *Puteanus.*

Cum] Vet. *Bertinienſ. dum.* LIVINEIVS. *Dum*, ſic ſcriptum invenit *Livineius* in ſuo, & *Bertinienſi* Codicibus: vulgo editum eſt *cum* pro *dum.* SCHWARZIVS.

Terras] Sublatis monſtris omnibus, & belluis ferociſſimis, quae agros infeſtabant, qualis erant Leo Nemeus, Hydra Lernaea, Aper Erimanthius, Equae Diomedis, &c. PATAROL. Inde autem Hercules in nummis aliquando vocatur PACATOR ORBIS. SCHWARZIVS.

Nemora] Inhaerere vulnus videtur, cui non medentur Codd. Herculis enumerat facinora *Mamertinus* in terra, & apud inferos, nihil de mari addit, quod, in his enarrandis, paſſim adiungunt Scriptores. Vitioſum mihi *nemora* videtur, quod aprum deberet Erymanthium indicare, ſed illum iam in terris *omnibus* comprehendiſſe intelligitur. Hinc neque *Sirmondi* ad *Sidon.* Carm. V. 354. placet ſcriptura, dubium tamen ea ſit ex ingenio, an Codice, *terras omnes & monſtra.* Veritati propius emendat Vir Clariſſ. Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 25. *terras omnes & maria.* Dudum eſt, quod ex litterarum ductu effinxerim, *terras omnes & aequora.* De Hercule *Ovidius* Heroid. IX. 15.

Se tibi pax terrae, tibi ſe tuta aequora debent.

ubi ſimillima adtulit *Heinſius. Seneca* de Benef. I. 13. *Quid vinceret malorum hoſtis*, (Hercules) *terrarum mariſque pacator.* quae duo loca debeo diligentiae *Drakenborchianae* ad *Silium* II. 483. *Lucanus* IV. 610.

Terras monſtris aequorque levantem,
Magnanimum Alciden Libycas evexit in oras.

Seneca Hercul. furent. 30.

Quidquid horridum tellus creat
Inimica; quidquid pontus ———
Fractum atque domitum eſt.

& apud eumd. vs. 830. labor Herculis apud inferos *tertia ſors* dicitur, *terrae* itaque, & *aequora* duas praecedentes conſtituebant. Ita *Pindarus* Iſthmic. Od. IV. 94. de Hercule

Ὃς Οὐλύμ-
πονδ᾽ ἔβα· γαίας τε πάσας,
καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς
ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ.

& Nemaeis Od. I. 95.

ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανὼν,
ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας.

Aelianus V. H. V. 3. Ἐπεὶ δὲ καθῆρε γῆν, καὶ θάλασσαν Ἡρακλῆς. adde *Cannegieter.* Poſtum. cap. 9. —— Vt hic *pacaſſe*, ita *Herculem Pacatorem* memorat ſupra Paneg. 11. 6. ubi dixi.

Dominis] Diomede, Buſiride, Geryone, &c. BAVNE.

Etiam] *Schonhovii* excerpta *& iam.*

Alitum] Stymphalidum, a Stymphalo, Arcadiae fluvio, cuius ripas inſidebant. Dicuntur autem iis fuiſſe *tela volucria*, quod eorum pennae, inſtar iaculorum, eſſent emiſſitiae. BAVNE. *Gruterus* ad Harpyias refert, quarum pennae inſtar telorum vulnerarint: alii ad Stymphalidas, in Herculis laboribus numeratas, quibus congruunt verba *coelo detraxit.* Nam *Seneca* Herc. fur. v. 243.

Solitaſque pennis condere obductis diem
Petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas.

CEL-

crudelibus liberavit, etiam caelo dirarum alitum volucria tela detraxit, etiam ter-

CELLARIVS. Harpyarum. Fuere Harpyae animalia volatilia, rapaciſſima, & foediſſimi odoris. De ipſis *Virgil.* Aeneid. lib. III.

Virginei volucrum vultus, foediſſima ventris
Proluvies, uncaeque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Mirum, quod *Natal. Com.* Mythol. lib. VII. cap. 6. Harpyas cum Stymphalidis volucribus commisceat, quod & *Claudiano* prius factum, Epigr. V. cui titulus *Hiſtrix;* contra vero *Apollodorus* aliter has, aliter illas deſcribit. Videatur ipſe lib. I. & II. PATAROL. Duo potiſſimum dirarum alitum genera occurrunt in Mythologia: *Harpyiae*, & *Stymphalides.* Harpyias *Heſiodus* Theog v. 265. dicit Thaumantis & Electrae filias. Illas ſic breviter deſcribit *Virgilius* lib. III. Aen. v. 214.

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſaevior ulla
Peſtis, & ira Deum Stygiis ſeſe extulit undis;
Virginei volucrum vultus, foediſſima ventris
Proluvies, uncaeque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Stymphalidas aves a Stymphalo, Arcadiae opido & palude ſic dictae, quas *Hyginus* Fab. XX. dixit pennis ſuis pro ſagittis confixiſſe homines. Atque de iisdem *Claudianus* Eidyll. II. de Hyſtrice,

Audieram, inquit, *memorande, tuas, Stymphale, volucres*
Spicula vulnifico quondam ſparſiſſe volatu;
Nec mihi credibilis ferratae fabula pinnae
Viſa diu.

Harum avium meminit & *Lucretius* lib. V. v. 31.

Vncisque timendae
Vnguibus Arcadiae volucres Stymphala colentes.

Scilicet hae aves dicebantur pinnis ferratis, ſeu ſpiculis, advenas conficere. Dubitarunt non nulli, ad quod genus avium ea referenda, quae hic narrat *Mamertinus?* *Gruterus*, & *Patarol* attribuunt iſta Harpyiis, quae rectius *Cellarius* refert ad Stymphalidas. Has enim diſpulſas caeſasque multi veterum numerant inter Herculis labores. *Pauſanias* lib. VIII. cap. 20. refert, fabulis vulgatum eſſe, Stymphali, urbe Arcadiae, aliquando aves, quae humana carne victitarint, ab Hercule ſagittis confectas; at, teſte *Piſandro* Camirenſi, non peremtas eas ab Hercule aves, ſed crepitaculorum ſonitu e loco pulſas eſſe. *Apollodorus* lib. II. cap. 8. 6. tradit, Stymphalidas ab Hercule partim quaſſatis aeneis crepitaculis diſpulſas, partim ſagittis confixas eſſe. *Seneca* in Herc. Fur. v. 243. generatim: *Solitas*, inquit, *pennis condere obductis diem Petiit* (Hercules) *ab ipſis nubibus* (i. e. coelo detraxit) *Stymphalidas. Spanhemius* Diſſert. V. p. 256. diſcrimen Stymphalidum, & Harpyiarum oſtendit, Stymphalidisque imaginem in nummo quodam L. Valerii reperiſſe ſibi viſus eſt. SCHWARZIVS. Ad Stymphalidas refer, quas ab Hercule victas, reliquos ipſius labores enumerans, etiam tradit *Servius* ad *Virgil.* Aen. VIII. 300. *Statius* Theb. IV. 297.

& Herculeo vulgatos robore montes,
Monſtriferumque Erymanthon, & aeriſonum
Stymphalon.

Catullus ad Manlium vs. 113.

Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta
Perculit.

ubi *Santenius; rapaciſſimas volucres* adpellat *Lactantius* Div. Inſtit. I. 9. 5. ubi plura *Cellarius*, addendi *Munck.* ad *Hygin.* Fab. 30. *Delrio* ad *Senec.* Herc. fur. 243. & Antholog. Lat. lib. I. Epigr. 42. ſqq.

Volucratilia] Aut *volucria*, aut *volatilia.* RHENANVS. Vet. *volucra tela.* PVTEANVS. *Volucra tela* Vet. & *Bertinienſ. Volucria tela* Schedae *Langii*, & *Cuſpinian.* Nihil temere mutem, & τὰ πτηνὰ exponam, etſi haud memini legere vocem, ut reor, ei ſaeculo tritam. LIVINEIVS. Cur non audirem binos Codices, unum ſcriptum, alterum primogenitae editionis? praeſertim cum ei lectioni adlubeſcerent item alii libri membranacei, repraeſentantes *volucra tela.* Obtulerunt nobis monſtrum verbi *volucratilia* homines, quibus ignota erat vis ſcriptionis alterius, aut potius hiſtoria Harpyarum. Fuiſſe enim iis pennas fluentes, quibus inſtar telorum vulnerarent, pluribus diduxi in Suſpicionum libris, qui dum prodeunt in lucem, conſulatur multorum vice Hyſtrix *Claudiani.* GRVTERVS. *Volucratilia* barbara vox, pro qua alii *volucria*, aut *volatilia.* Noſcio, quod maioris

terrores inferum, abducto cuſtode, compeſcuit: exinde certe nihilominus poſt adoptionem caelitum, Iuventaeque connubium, perpetuus eſt virtutis adſertor, omnibusque fortium virorum laboribus favet, in omni certa-

vitii latet. Forte, *volucria telis detraxit.* ACIDALIVS. Sic vocat *Mamertinus* pennas Stymphalidum, quia hae pennis ſuis pro ſagittis uſae perhibentur. Olim hae voces corruptae, & in unam contractae legebantur, *volucratilia.* Iam tamen *Cuſpinianus* evulgarat veriorem lectionem, quam demum *Gruterus*, & alii recentiores recepere. Et ante hos iam *Livineius* ex ſuo vetere, & *Bertinienſi* Codice in ora editionis ſuae annotarat, *volucra tela.* Quam ſcripturam noſter quoque Codex refert. Opinamur quidem; *volucria* & *volucra* recte dici poſſe, quia caſus gignendi in numero multitudinis habet *volucrium* & *volucrum*; praeferimus tamen *volucria*, ne *volucra* in numero multitudinis confundatur cum nomine ſingulari *volucra*, per quam apud *Columellam* de Arborib. cap. 15. deſignatur inſectum, a quo teneri pampini & uvae praeroduntur. SCHWARZIVS. In *Guelf.* eſt *volucra*, ſed in *Schonhovii*, & *Voſſii* excerptis aperte *volucria tela*, quod ex *Gruteri* expoſitione probabat quoque *Eldikius*, mihique placet. Confirmat autem hic locus elegantem *Gruteri* coniecturam, in *Martiali* IX. Epigr. 104. emendantis:

> *Aeripedem ſilvis cervum, Stymphalidas aſtris*
> *Abſtulit.*

vulgo male *undis*; id enim *Martialis* adpellat *aſtris abſtulit*, quod *Mamertinus*, *caelo detraxit.* probatque *Burman.* ad Antholog. I. Epigr. 42.

Abducto cuſtode] Cerbero. Idem *Seneca* Agamemn. v. 859. de Hercule:

> *Tractus ad caelum canis inferorum*
> *Triplici catena.*

CELLARIVS. Quid notius Cerbero, cane tricipite, & ianitore ac cuſtode inferorum? quamquam *Heſiodus* Cerbero quinquaginta tribuat capita; *Horatius* centum. Fabulam breviter exponit *Albricus* Philoſophus, num. 22. *Hercules*, inquit, *ad inferos deſcendit, & Cerberum tricipitem ſibi ad oſtium inferni reſiſtentem, triplici vinctum catena, videlicet ſingula faucibus intorta, ab oſtio abſtraxit, & Alceſtim ex inferno reduxit.* SCHWARZIVS. *Abſtractum* alii dicunt; conf. *Burmannum Secundum* ad Antholog. lib. I. Epigr. 42. *etiam* ante *terrores* omittitur in *Voſſii* excerptis.

Compeſcuit. Exinde] Lege, *compeſcuit: exinde c.* ACIDALIVS. Priores *Livineio* editores poſt *compeſcuit* maiorem diſtinctionis notam poſuerant, a poſterioribus recte mutatam, ex *Acidalii* ſententia.

Adoptionem] De Herculis apotheoſi habet *Ovid.* l. IX. Met. 240. BAVNE. *Apollodorus* lib. II. cap. 7. 7. narrat, Herculem, poſtquam is Oetam montem conſcenderit, & rogo a ſe conſtructo ignem ſubiici iuſſerit, a nube cum tonitru ſublata in coelum evectum eſſe; inde immortalitatem adeptum, & revocatum in gratiam cum Iunone, Heben, illius filiam, duxiſſe uxorem. *Diodorus Siculus* lib. IIII. p. 170. adiicit, quod poſt evectionem ad Deos Iuno, Iovis ſuaſu, filium ſibi Herculem *adoptaverit*, & deinde Heben Herculi nuptum dederit. Cuius adoptionis ritum ibi ſimul exponit *Diodorus*; unde intelligimus, *Mamertinum* non fruſtra *adoptionem* Herculis inter coelites nominaſſe. SCHWARZIVS. *Adoptionem* eleganter dicit ex illa veterum opinione, quam expoſuit *Taylor* ad *Lyſiae* Orat. p. 34. de hac Herculis apotheoſi quaedam loca contuli ſupr. ad Panegyr. 4. 2. ubi meam in *Rutilio* coniecturam poſtea vidi in mentem quoque veniſſe *Clerico* Art. Critic. Part. III. ſect. 1 cap. 6. §. 25. huic igitur inventionis laus debeatur, neque me movent, quae *Clerico* oppoſuit *Sellius* Obſerv. 20.

Iuventae] *Iuventaeque* Vet. PVTEANVS. *Iuventaeque* Vet. *Bertin.* Sched. *Lang. Cuſpin.* LIVINEIVS. Herculi, in Deorum numerum relato, Hebe, quae Iuventa Latine eſt, Iunonis filia, nupſiſſe fingitur. *Iuvenalis* Sat. XIII. v. 43.

> *Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor*
> *Ad cyathos.*

ubi vetus Interpres, *Heben dicit.* Scilicet haec, & Ganymedes pincernae Deorum finguntur. CELLARIVS. Auctor citatus de Hercule: *Immortalitatem adeptus, & revocatus in gratiam cum Iunone, Heben illius filiam uxorem duxit.* Hebes autem, cum pulcherrima eſſet, Iovique placuiſſet, ab eodem Iuventae praefecta fuit. Vide, ſis, fabulam apud *Natal. Com.* l. II. c. 5 PATAROL. *Iuventa*, ſive *Iuventas*, eſt illa ipſa Hebe, de qua modo dixi, & quae Herculi, poſt adoptionem coelitum, a Iunone in matrimonium data eſt, quam Iu-

tamine conatus adiuvat iuſtiores. His quidem certe diebus, quibus immor- 7
talitatis origo celebratur, inſtigat, ut videmus, illos ſacris certaminibus accitos, ut pertinaci animoſitate certandi multa faciant ipſius ſimilia Vi-

Iupiter praefecerat iuventuti. Hinc *Feſtus: Inventatis ſacra pro iuvenibus ſunt inſtituta.* A Romanis ſub Latino *Iuventutis*, ſive *Iuventatis*, nomine culta fuit, aedemque in Circo maximo habuit, teſte *Livio* lib. XXXVI. 36. Et, quod *Pauſanias* narrat, olim *Ganymeda* audivit haec Dea, cum Iovi bibere miniſtraret. Hinc *Cicero* lib. I. Quaeſt. Tuſcul. cap. 26. *Non ambroſia Deos, aut nectare, aut Iuventate pocula miniſtrante, laetari arbitror.* SCHWARZIVS. *Iuventaeque*, *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, quod inde a *Grutero* receptum eſt, praeterquam a *Rivino*, qui priſtinum *Iuventae* retinuit. Recte autem *Iuventa* dicitur, ut etiam apud *Ovid.* ex Pont. I. 10. 12. aliis eſt *Iuventas.* Non ſatis adcurate ſcribit *Schwarzius*, *Iuventutis* nomine quoque cultam fuiſſe. *Munckerum*, eadem olim ſentientem, notavit *Dukerus* ad *Florum* I. 7. 8. loca itaque, quibus *Iuventus* dicitur, cenſuerunt emendanda *Gronov.* ad *Livium* XXXVI. 36. 5. *Burman.* ad Antholog. IV. Epigr. 100. huc pertinet *Pindarus* Nemaeis Od. I. 106.

καμάτων
μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
ὀλβίοις ἐν δώμασι δεξάμενον
θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν.

Omniumque] *Omnibusque* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Exemplaria *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, *H. Stephani*, & *Livineii* habent *omnitumque.* Aſt noſtram lectionem, praeter alias editiones, etiam afferunt Codices MSS. SCHWARZIVS. Hinc Pallas cum Turno congreſſurus, *Virgil.* Aeneid. X. 461.

Te, precor, Alcide, coeptis ingentibus adſis.

Liv. XXI. 21. *Annibal —— Gades profectus Herculi vota exſolvit: novisque ſe obligat votis, ſi cetera proſpera eveniſſent.* *Aeſopus* Fab. 62. ψύλλα ποτὲ πηδήσασα ἐπὶ πόδα ἀνδρὸς ἐκάθισεν. Ὁ δὲ τὸν Ἡρακλῆν ἐπὶ συμμαχίαν ἐκάλει, &c. Erat etiam praeſes gladiatorum. & athletarum. Vid. *Lipſ.* Saturn II. 23. IAEGERVS. *Voſſii* quoque excerpta *omnibusque*, quod dudum recte eſt receptum. Secundum ea, quae memorat *Mamertinus*, inter Deos Σωτῆρας Hercules fuit habitus, de quo *Cannegieter.* ad *Avian.* Fab. 32. 6. & propter acceptos honores inde quoque lapides ipſi fuiſſe poſitos, idem oſtendit Obſerv. Miſcell. Nov. T. IV. p. 206.

In omni] Forte *et in.* LIVINEIVS. Facili coniectura, a *Iaegero* recepta tacite, cum toties prioris ſyllabae ſimilitudo ſequentem abſorpſerit. unde facilis quorumdam eſt locorum emendatio, veluti apud. *Paullum* Sentent. II. 26. 13. *nec teſtamentum ei ex maiore parte facere licet.* placet *Cannegietero* ad Fragm. Vet. Iurisprud. p. 169. *ex media altera parte.* ratione iuſta, quia cum dixiſſet *Paullus*, dimidia parte bonorum multari, maior pars non ſupereſſe potuit. Puto tamen ſcripſiſſe, *ex maiore eorum parte.* in *maiore* latet *eorum;* dimidia bonorum parte retenta, non ei in maiori dimidiae illius parte teſtamentum facere licuit. In Collat. Leg. Moſaic. Tit. 6. §. 4. *Diſſimulare ea —— non oportere credimus, cum vel cohibenda ſunt —— inſurgere nos diſciplina noſtrorum temporum cohortatur.* ultima. ſyllaba in *credimus*, abſorpſit *iis*, lege itaque & diſtingue; *credimus, iis, cum vel cohibenda ſunt —— inſurgere.* Tit. 7. §. 3. *Si quis ſervum latronem occiderit, Lege Aquilia non tenetur, quia non occidit.* litterae poſteriores in *quia* abſorpſerunt *la;* lege itaque, *quia latronem.* Scholiaſtes Anonymus *Ciceronis* pro Leg. Manil. 5. *Sunt imperatores, & ſaepius mittuntur contra hoſtes notalium civitatem defendant.* ſubſtituo, *mittuntur, ut contra*, praeterea ad monſtrum illud lectionis *notalium* Librarius ſignum poſuerat, quo *pro* plerumque indicatur: ſuſpicor lectum fuiſſe *provincialium.*

7. *Immortalitatis*] Id eſt, natalis veſtri, Deorum. Mox *accitos*, e Graecia ſcilicet. Sacra etiam certamina vocat, qui Graecis ἱεροὶ ἀγῶνες. *Eumenius* pro reſtaur. Scholis: *An ſi fortiſſimi viri in ſacris certaminibus ſummo labore, atque etiam vitae periculo ſolam vocem praeconis, & coronae teſtimonium petunt*, & quae ſequuntur. LIVINEIVS. Id eſt natales veſtri, quibus eas virtutes debetis, quae Vobis immortalitatem peperere. BAVNE. Mox in priori Editione & *videmus* edidit *Rivinus.*

A ſacris] Tollendum credo *a.* Sed an mutandum

8 Victoris. Adeo, ſacratiſſime Imperator, utraque veſtra Numina ſemper aliquid agunt, agendumque curant, ut iam nobis illa, quam pro vobis ſuſceperamus, cura ponenda ſit: cum non laborare vos, ſed parentes Deos videamus imitari: cumque praeterea ingenitum illum vobis divinae mentis ardorem

dum etiam *accinctos?* vix putem, etſi non male pro paratos. ACIDALIVS. Id eſt, Hercules ad ſolennitatem tuorum natalium celebrandam inſtigat, quos ad id ex omnibus Graeciae partibus accerſimus. BAVNE. Libenter expungerem *a*, quod in mentem venerat etiam *Acidalio*. Intelligo autem de quolibet certandi genere, quod in ludis publicis exhibebatur. PATAROL. In omnibus editis libris praemiſſa praepoſitio *a* legitur, *a ſacris certaminibus*. Dudum coniecimus, iſtam praepoſitionem hic ſupervacuam eſſe, neſcii, unde ea irrepſerit; niſi quod ſuſpicemur, primum fortaſſe ſcribi debuiſſe, *ad ſacra certamina;* imprudentem autem Librarium ſcripſiſſe, *a ſacra certamina;* tandem alium paullo ſagaciorem, ut voces rectius cohaererent, repoſuiſſe, *a ſacris certaminibus*, quae tamen varietas nondum ſatis mentem *Mamertini* exprimit. Vnde & *Acidalius*, atque *Patarol* ſaltem hanc praepoſitionem ſuſpectam habuere, quam nunc penitus tollendam exiſtimavimus; primo, quia & alter *Gudii* liber indicio eſt, eam afuiſſe veteri codici; deinde quia, ſi vel maxime fingas, hic deſignari Graecorum certamina, a quibus Romam ad publicos ludos in natalibus Auguſtorum celebrandos acciti ſunt athletae, & alii artifices; minus tamen credibile eſt, ſolos Graecos tunc admotos fuiſſe iſtis Romanorum certaminibus, cum Italia ipſa huiusmodi robuſtorum virorum ferax eſſet. Neque tamen ſolorum Graecorum ἀγῶνες dicebantur ἱεροὶ, i. e. *certamina ſacra*, ſed etiam Romanorum; apud quos ſcilicet, uti generatim cura ludorum publicorum pertinebat ad ſacra, ita & huiusmodi certamina, maxime quae in honorem Auguſtorum inſtituebantur, audiebant *ſacra*. Vnde & *Eumenius* pro reſtaur. Scholis cap. 13. *Fortiſſimi viri*, inquit, *in ſacris certaminibus ſummo labore, atque etiam vitae periculo, ſolam vocem praeconis, & coronae teſtimonium ponunt.* Hic adeo non Graecorum certamina ſacra, a quibus Romam avocati ſint, ſed ipſorum Romanorum *certamina ſacra* ſunt intelligenda, quae in honorem natalium utriusque Imperatoris, curſu, aut pugillatione, & luctatione, curriculove equorum celebrabantur, & quibus celebrandis acciebantur, h. e. adhibebantur, ſive adſciſcebantur huiusmodi robuſti forteſque homines. Neque enim illi ſolum *acciri* dicuntur, qui peregre per nuntios, aut literas evocantur; ſed etiam, qui, cum prope adſunt, alicui negotio admoventur, ſive adſciſcuntur. Sic apud *Iuſtinum* lib. XXII. cap. 5. Agathocles, *cum Syracuſas conceſſiſſet*, (& cum iam ultro adeſſet) dicitur *in civitatem inter incolas accitus*. SCHWARZIVS. In expungenda praepoſitione *Schwarzium*, & *Iaegerum* ſecutus ſum.

Victoris] Emenda *Victoris*, *V* maiuscula, & vide, quae notamus ad *Mamertin.* Paneg. cap. 13. LIVINEIVS. & CELLARIVS. Per *Victorem* hic deſignatur Hercules, qui κατ᾽ ἐξοχὴν dictus *Victor;* quod nimirum *Hercules omne animalium genus vicerit*, ut tradit *Varro* apud *Macrobium* lib. III. Saturn. cap. 6. Sic & *Virgilio* appellatur lib. VIII. Aen. v. 363.

Haec limina Victor
Alcides ſubiit.

ad quem locum notat *Servius*, Romae *Victoris Herculis aedes duas eſſe, unam ad portam trigeminam, alteram ad forum boarium.* de quo tamen *Servii* loco adire licet *Salmaſium* Exercit. Plin. p. 10. Sic etiam ipſe *Mamertinus* in priore Panegyrico cap. 13. 4. *Roma*, inquit, *invocat STATOREM IOVEM, HERCVLEMque VICTOREM: hoc enim quondam illi Deo cognomen adſcripſit is, qui, cum piratas oneraria nave viciſſet, ab ipſo audivit Hercule per quietem, illius ope victoriam contigiſſe.* Quam hiſtoriam refert *Macrobius* lib. IIII. Saturn. cap. 6. Sub his cognominibus etiam Traianus Iovi & Herculi vota ſolvit in antiqua inſcriptione:

IOVI. STATORI. HERCVLI. VICTORI
M. VLP. TRAIANVS. CAESAR
VICTO. DECEBALO. DOMITA
DACIA. VOTVM. SOLVIT

Huc etiam pertinet nummus, cuius figuram ex *Be-*

rem

ge-

rem etiam earum, quae primae vos ſuſcepere, regionum alacritas excitarit. Non enim in otioſa aliqua, deliciiſque corrupta parte terrarum nati inſti- 9
tutique eſtis, ſed in his provinciis, quas ad infatigabilem conſuetudinem laboris atque patientiae, fractus licet oppoſitus hoſtis, armis tamen ſemper inſtructus

geri Theſauro Brandenburgico T. I. p. 781. delineandam curavimus;



in cuius parte adverſa caput Imperatoris lauru cinctum, laevaeque obverſum cernitur, cum epigraphe: MAXIMIANVS Pius Felix AVGuſtus. In parte averſa Hercules, ſpoliis inſidens, dextra clavae innititur, ſiniſtra exuvias leonis tenet, cui adſtat pharetra ſagittis referta, item & arcus, cum inſcriptione: HERCVLI VICTORI. Quem nummum non quidem cum *Begero* referre velimus ad tempus, quo Maximianus ſe abdicarit imperio, quia ſedens quieſcere videatur; credimus tamen, ibi Maximianum, poſt tot hoſtes devictos, peragratosque Romani orbis fines, quaſi Herculis ritu, paullisper reſpirantem repraeſentari. Ceterum, ſicut Hercules maxime a militibus athletisque colebatur; ita *Mamertinus* hoc loco ſignificare voluit, homines, ſacris certaminibus a Diocletiano & Maximiano accitos, ita inſtigari ad virtutem, adiuvarique a Numine Herculis, ut multa faciant, edantque fortitudinis ſuae experimenta, quae ſint virtuti ipſius Herculis Victoris ſimilia. SCHWARZIVS. *Reineſius* Inſcript. Claſſ. I. n. 66. lapidi mutilo reſtituere conatur, HERCVLES. VICTOR. IMPERATOR. non admodum, ut reor, felici ſucceſſu. HERCVLI. VICTORI. COMITI. INVICTO votum poſuit P. Aelius, apud *Gudium* Inſcript. pag. XXXII. 9. Locus hic in memoriam mihi revocat *Priſcianum* Perieg. 924. ſed corruptum:

Nam peperit multos celſa virtute potentes,
Atque Deo ſimiles, licet ut mortalibus eſſe.

Ita *Papius*, ſed in Ed. *Veneta*, aliaque ſine anni nota eſt, *atque adeo*; legendum itaque puto, *Atque adeo ſimiles dedit inmortalibus eſſe*; confirmat me, quem expreſſit, *Dionyſius* vs. 999.

ἐν δὲ καὶ ἀνδρῶν
Φότλην, καλλίςην τε καὶ ἀθανάτοισιν ὁμοίην.

licet in margine fuit gloſſema vocis *dedit*, ex ea notione, quam inluſtrat *Burman.* ad *Ovid.* Metam. XII. 202. & ipſe ad *Sedulium* I. 65. —— Pro *certandi* habent *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *artandi.*

8. *Adeo*] *Guelf.* *Ad eos*, deinde *ſacratiſſime* delet, pro quo Edit. antiquae *ſacer*; vide ad cap. I. initio; inſuper idem Cod. & *Voſſii* excerpta, *aliud agunt.* denique in iisdem eſt, *agendumque*, quod recepi, ut Codicibus obtemperarem, reliqui *agendumve.*

Regionum] Diocletianus Dalmata fuit, Maximianus Pannonius. Vid. *Eutrop.* lib. IX. *Aurel. Victor.* Vide Panegyr. ſuper. PVTEANVS. *Religionum*, *Cuſpin.* inepte. LIVINEIVS. *Regionum* & *religionum* ſaepe permutata. Vide *Drakenb.* ad *Livium* V. 54 3. male *Lambinus* apud *Ciceron.* pro Rabir. 10. ſubſtituebat, *ad Deorum regionem.* quod *Ciceronis* fuit, recte tuentur *Gruterus*, & *Graevius.* Male etiam collatio penes me apud *Apuleium* Metam. IV. p 70. *trepidi religionis.*—— Mox *Guelf. in iis provinciis.*

9. *Fractus*] *Fracto* Vet. Sequor *fracto*, ſed iuvem ultra, & omnino reſcribam: *fracto licet oppoſito hoſte, armis tamen ſemp. inſtr. limes exercet.* LIVINEIVS. Lege, *patientiae*, *fractis licet oppoſitis hoſtibus armis t. ſ.* &c. Quamquam, mutata ſaltem diſtinctione, ſcriptura vulgata poteſt retineri, eodem ſenſu. ACIDALIVS. Antehac in omnibus libris evulgatum fuit: *fractus oppoſitus hoſtis*, ſed parum commode. *Livineius* in vetere Codice pro *fractus* invenerat *fracto*, qua occaſione in notis ſcripſit: *Sequor* —— Haec *Livineius*, qui parum a ſcopo abiit; niſi quod participium *oppoſitus* etiam in caſum auferendi mutandum minus proſpere cenſuerit, & pro *miles* reponendum duxerit:

ctus limes exercet, in quibus omnis vita militia eſt, quarum etiam feminae ceterarum gentium viris fortiores ſunt.

Cap. IV. Ex iſtis ergo cauſſis ſtirpis veſtrae, patriorumque inſtitutorum, illa ve-

xerit *limes.* Nec placet emendatio ab *Acidalio* tentata: *fractis licet oppoſitis hoſtibus, armis tamen ſemper inſtructus miles exercet.* Nos arctius inhaerentes veſtigiis vetuſti Codicis *Livineii*, lubentes admittimus *fracto*, & retento nominativo participii *oppoſitus*, ſolum nomen *hoſti* quam leniſſime accommodamus alteri participio *fracto.* Inde haec ſtructura Grammatica horum verborum exiſtit: *quas* (provincias) *miles, oppoſitus licet hoſti fracto, tamen ſemper inſtructus armis, exercet ad infatigabilem conſuetudinem laboris atque patientiae.* Vicinum hoſtem Pannoniae, & Dalmatiae *Mamertinus* vocat *fractum*, quia Diocletianus & Maximianus eius vires nondum penitus contuderant, atque diſſiparant, fregerant tamen, i. e. debilitarant & comminuerant: nihilominus opponebant iſti fracto hoſti militem, ſemper armis inſtructum, qui exerceret iſtas provincias, ſive potius earum incolas, ad conſuetudinem infatigabilem laboris ac patientiae. *Frangere* autem *hoſtem* non ſemper eſt delere, & concidere hoſtem, ſed & ſaltem debilitare & infirmare. *Cicero* pro Rabirio Poſtumo cap. 10. *Quae vis ſummas frangit infirmatque opes.* Quin aliquando *frangere* minus eſſe videtur, quam *vincere* hoſtem. Sic idem *Cicero* lib. IIII. ad Famil. Epiſt. 7. *Victi ſumus igitur; aut, ſi vinci dignitas non poteſt, fracti certe.* SCHWARZIVS. *Velleius* I. 12. 1. *virtute armisque fracta erat.* II. 24. 4. *exiſtimavitque ante frangendum hoſtem.* inde cum *debilitare* iungi docet *Manutius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. I. 9. confer *Schulting.* ad *Senecae* Controv. p. 178. Neque tamen *Schwarzii* coniecturam *hoſti*, quod *Iaegerus* fecit, recipere ſum auſus. Vulgatum retinui, hac ſententia, licet hoſtis fractus ſit oppoſitus, tamen propter metum, ne forte excurrat, limes, ſive Danubius, armatis inſtructus, provincias exercet; atque ita accepit mox *Gruterus.*

Miles] *Limes* Vet. & *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Quas ad infatigabilem conſuetudinem laboris atque patientiae (fractus licet oppoſitus hoſtis) armis tamen ſemper inſtructus limes exercet.* Ita ſcripſi, ita diſtinxi, ſententia clariſſima mutatus *miles* in *limes*, ſed fide duorum MSS. Qui priora ab ingenio mutant, ingenioſi dici poſſunt, ſed nihil praeterea GRVTERVS. Huius vocis locum, in multis libris, & adhuc in *Gruteri* & *Cellarii* editione, occupavit *limes:* ſed quis non ſentit, aptius dici *miles armis inſtructus*, quam *limes*, incolas provinciae exercere ad conſuetudinem laboris, & patientiae? Reſtituimus ergo *miles*, quod nomen iam publicarunt *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Stephanus*, *Livineius.* Sic vero & alibi iſta duo nomina a Librariis permiſceri conſueverunt, docente Cl. *Drakenborchio* ad *Sil. Italicum* lib. V. v. 1. SCHWARZIVS. *Miles* edebatur ante *Gruterum*, & *Pariſienſes*; poſtea, ſi a *Rivino* diſcedas, placuit *limes*; priorem vero lectionem *miles* revocarunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.* Eſt tamen *limes* Oratori aptius, & iure id confirmant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta. Cur *Schwarzio miles armis inſtructus* videatur potius provincias exercere, quam *limes*, non video. Per *limitem* Danubium intelligit. Supra Paneg. 2. 4. *quemadmodum educatus inſtitutusque ſis praedicabo in illo limite.* ubi alia exempla dedi, & de flumine Rheno, ibid. cap. 7. 3. Not. ad *Auſon.* Moſell. vs. 435. quomodo ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον dixit *Aeſchylus* Prometh. vinct. 789. & *Auſonius* Gratiar. act. 3. 3. *Limes* ille armis ſemper erat inſtructus propter diſpoſitos illic milites, ne, quamvis his oppoſitus eſſet fractus hoſtis, is facile excurreret, novosque motus ciere conaretur. Hi ſunt *limite diſpoſiti exercitus* apud Incert. Paneg. cap. 2. n. 6. Paſſim hae voces permutatae, ut apud *Claudianum* Laud. Stilic. II. 186. ubi vide *Barthium*, & in Edit. *Burmanni* p. 874. apud *Ammian.* XIX. 11. recte *Valeſius* emendat, *pro ſecuritate limitum.* in Scholiaſt. *Iuvenalis* ad Sat. XV. 27. *quia in Aegypto militem tenuit*, tentat *Voſſius* in ora Edit. meae, *limitem*, & intelligit *Syenem*, Aegypti limitem. adde *Iaeger.* ad Paneg. Incerti Conſtantino 14. 6. *Drakenb.* ad *Livium* XXII. 11. 2. Cauſſam dedit litterarum ordo paſſim a Librariis inverſus; *gratis* in *artis* tranſpoſitum corrupit *Quinctilianum* Declam. VIII. cap. 3. loco vexatiſſimo, & a Criticis varie tentato, quem ita conſtituo: *Maximi tamen virorum, & quibus gratiſſima ſolvendo non ſit humanitas, ſciebant.* Similiter *nobis* & *bonis* permutantur in Cod. *Traiectino* apud *Ciceron.* ad Diverſ. IV. 12. apud *Iuvenc.* Hiſt. Euang. II. 375.

Quam ſtultum eſt rudibus veteres ſubtexere pannos
Veſtibus, ut turpis peius ſciſſura pateſcat?

qui-

veniunt, quae ſaepe miramur, interdum etiam, pro amoris impatientia, timebamus, quod expeditiones veſtras numerare non poſſumus; quod diutius in iisdem manere veſtigiis dedignamini; quod vos a continuo rerum curſu gerendarum

quidam ediderunt *veteris peior*, ſed ex Cod. *Cantabr.* debuiſſet reſtitui, *ruptis peior.* Apud *Sophoclem* Antig. vs. 728. στρέψας τὸ λοιπὸν emendat πλοῖον *Abramus* ad *Ciceron.* Provinc. Conſul. 15. quod confirmat Scholiaſta, cum explicet, στρέψας τὴν ναῦν. Alia exempla habet *Cannegieter.* ad Fragment. Vet. Iuriſprud. p. 175.

In quibus] Scilicet *provinciis.* Dalmatia nempe, ut iam diximus, & Pannonia, quarum provinciarum nationes fuere bellicoſiſſimae. De Dalmatis ſcribit *Florus* lib. IIII. cap. 12. *Dalmatae plerumque ſub ſilvis agunt; inde in latrocinia promtiſſimi.* De Pannoniis ibidem: *Pannonii duobus ſaltibus ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Iſtroque vallabantur, populati provincias intra ripas ſe recipiebant.* Iam Auguſtus, referente *Suetonio* in eius vita cap. 21. *domuit partim ductu, partim auſpiciis ſuis, Pannoniam & Dalmatiam cum Illyrico omni.* Ad ea, quae de fortitudine, ſeu potius feritate mulierum utriusque gentis memorat *Mamertinus*, forte & haec referri poſſunt, quae loco citato tradit *Florus*: *Quae fuerit*, inquit, *illarum gentium feritas, facile vel mulieres oſtendere: quae, deficientibus telis, infantes ipſos afflictos humo in ora militum adverſa miſerunt.* SCHWARZIVS. Conf. notata ſupra ad Paneg. 2. 2. *Auſonius* Epigr. 3. vs. 3.

Armiferis alui quos ego Pannoniis.

ubi male Vet. Ed. *armiferos.*

1. *Patriorumque*] Equidem *patria inſtituta* duplici ratione dici poſſe videntur, & a *patre* ſive parentibus, & a *patria.* Priore notione dicitur *Ciceroni* pro Roſc. Amer. c. 16. *res patria & aucta.* poſteriore eidem Paradox. 4. *cum mos patrius occiderat.* ubi *Nepos* XVII. 4. dixit, *patriae inſtitutis parere.* Hic tamen poſteriorem notionem magis locum habere poſſe credimus, quia Orator cauſſas rerum, ab utroque Imperatore fortiter geſtarum, diſtincte refert, primo ad *ſtirpem*, ſtirpisque auctores, Iovem & Herculem; deinde ad mores *patriae* bellicoſae. SCHWARZIVS.

Veniunt] I. e. accidunt, eveniunt, oriuntur. In noſtro quidem Codice, & in priore libro *Gudiano* ſcriptum eſt *eveniunt.* Et ſic etiam alibi iſta verba confunduntur; V. G. apud *Salluſtium* Iugurth. cap. 103. *Bocchus, reputando, quae ſibi duobus praeliis venerant.* ubi alii pro *venerant* exhibent *evenerant.* & apud *Celſum* lib. VII. cap. 27. *Solet vero ſub eiusmodi victu venire, ut alvus non reddatur.* ubi non nulli pro *venire* habent *evenire.* Hoc autem loco, etſi *evenire* ſatis commodum haberet locum, non tamen neceſſe eſt, ut vulgatam lectionem mutemus, cum τὸ *venire* etiam alibi ponatur pro evenire. Sic *Plautus* Pſeud. act. II. ſcen. 1. *Prob Iuppiter! ut mihi, quidquid ago, lepide omnia proſpereque veniunt.* *Tacitus* lib. XII. Annal. cap. 32. *Id quo promtius veniret.* i. e. eveniret, &c. SCHWARZIVS. Etiam *Voſſii* excerpta *eveniunt.* Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. I. 11. 32. VI. 25. 14. Vulgatum tuentur notata a *Munckero* ad *Fulgent.* Mythol. III. 6. V. D. ad *Livium* IX. 12. 1. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 16. 9. V. 12. 7.

Timebamus] Lege, *quae ſaepe miramur, interdum etiam p. a. i. timemus: quod exped. veſtr.* ACIDALIVS. *Acidalius* pro *timebamus* geſtiit legere *timemus*; ut haec verba *miramur*, & *timemus* tempore conveniant: ſed nos exiſtimamus, *Mamertinum* ſignificanter dixiſſe *timebamus*, ut ſcilicet ſignificaret, ſe olim quidem timidos ſolicitosque fuiſſe pro expeditionibus Imperatorum ſuorum; nunc autem, quod ab initio cap. 3. dixit, *reddidiſſe rationem*, ſive modum ſtatuiſſe, *ſolicitudini ſuae*, & *iam illam, quam pro Imperatoribus ſuſceperant, curam poſuiſſe.* SCHWARZIVS. Recte.

Poſſumus] Vet. *poſſimus.* Forte *poſſemus.* PVTEANVS. Coniecturae neceſſitatem nullus video: & ſequentia indicativum poſtulant. Totam hanc periodum in *Schwarzii*, & *Iaegeri* editione omiſerunt Typographi.

Rerum curſu] Vet. *curſu rerum.* PVTEANVS. Reſpexit ad illud *Tullii* pro Lege Manil. n. 40. *Non avaritia ab inſtituto curſu ad praedam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipſe ad quietem.* BAVNE. *Guelf.* & *Voſſ.* excerpta habent, *vobis a continuo.* Eadem excerpta, in tranſpoſitione vocum *curſu rerum*, conſentiunt cum *Puteani* Codice. Male praepoſitio *a* neglecta eſt in *Iaegeri* editione. —— Locum *Ciceronis* etiam adhibuit Vir Clariſſ. in Bibl. Critic. Vol. II. Part. I. p. 26. ſimilis fere eſt alter pro Arch. cap. 6. *ut ab*

rum non modo amoenitas locorum, aut nobilitas urbium, ſed ne ipſa qui-
2 dem victoriarum veſtrarum laetitia remoratur. Illum modo Syria viderat, iam Pannonia ſuſceperat. Tu modo Galliae oppida illuſtraveras, iam ſummas

ab nullius umquam me tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit.

Non modo] Res ipſa poſtulare videbatur, ut ſic ſcriberetur, *non modo non*; ſed altera particula negans *non* in nullis Panegyrici huius exemplaribus, quotquot nobis innotuerunt, apparet: a cuiusmodi ἐλλείψει nec optimi quidem Linguae Latinae auctores alieni ſunt; immo, quod *Guil. Budaeus* in Comment. Linguae Graecae docet, etiam apud Graecos identidem οὐχ ὅτι, μὴ ὅτι, οὐχ ὅπως, aliquando valent *non modo*, aliquando *non modo non*, qua de re egimus in Notis ad Panegyricum *Plinii* cap. 17. 3. pag. 39. Maxime vero, quod *Perizonius* ad *Sanctii* Minervam p. 793. monet, haec ἔλλειψις τοῦ *non* locum habet, ſi mox in membro proximo ſequatur, *ſed ne quidem.* Libet nunc unicum huius generis exemplum ex *Cicerone* afferre, lib. I. ad Famil. Epiſt. 9. 23. *Ego*, inquit, *non modo praemiis, quae apud me minimum valent, ſed ne periculis quidem compulſus aliis, quibus tamen etiam moventur fortiſſimi viri, ad eorum cauſſam me adiungerem.* SCHWARZIVS. Alia exempla collegit *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. 26. Pater meus ad *Plinii* Paneg. 8. 1. Eruditi infr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. 4. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 1. 11. VII. 9. 5. Epit Inſtit. 32. 5. neque intereſt, ſequens membrum per negationem efferatur, nec ne, aut per *ſed etiam*, quamvis de eo dubitare videatur *Harleſius* ad *Ciceron.* de Orator. I. 26. & *Perizonium* ſequatur *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 13. 5. de Opific. 19. 9. utriusque uſus plura exempla dedit *Drakenborch.* ad *Livium* XXV. 26. 10. *Brouckhus.* ad *Tibull.* I. 1. 47. Graecum οὐχ ὅτι, & ſimilia contulit *Vechner.* Hellen. lib. I. Part. II. c. 5. §. 3. & *Hoogeveenius* ad *Vigerum* cap. 7. ſect. 13. §. 13. Ex hac Ellipſi praefero ex *Gudiano* in *Plinii* Paneg. 9. 1. *quod non ſucceſſor imperii, ſed particeps:* vulgo editur, *non ſolum.* Apud *Ciceronem* de Orator. I. 8. ex *Traiectino* malim, *ut non aequalibus ſuis anteponerentur.* cap. 53. idem Codex: *non parum commode, ſed etiam turpiter.* & II. 59. *in quo non illud praecipitur, ne quid inſulſe, ſed etiam* &c.

Noſtrarum] Vet. *veſtrarum.* PVTEANVS. *Veſtrarum* Vet. *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Vulgari errore pro *veſtrarum*, in quibusdam antiquioribus libris expreſſum eſt, *noſtrarum.* SCHWARZIVS. *Veſtrarum* prius recepiſſe videtur *Gruterus*, idemque *Schonbovius* notavit, & oratio flagitat.

2. *Syria*] Vbi Diocletianus adverſus Narſeum, Perſarum regem, cum Saracenis & Parthis, Meſopotamiae atque Armeniae, finitimis Romanis provinciis, imminentem progreſſus cum exercitu, ac victis Saracenis, Parthisque ultra Tigrim propulſis, Narſeum ipſum ad petendam cum muneribus pacem adegit; moxque Sarmatas, traiecto Iſtro, in Pannoniam effuſos compreſſit. BAVNE. Intellige Diocletianum. Iam ad primum *Mamertini* Panegyricum pag. 10. annotavi, Diocletianum anno Chriſti CCLXXXVII. rem adverſus Perſas feliciter geſſiſſe, dum Narſeo, Perſarum regi, bellum e proximo oſtentans, tantum incuſſit terrorem, ut hic non tantum adventanti Imperatori ultro ceſſerit *Syria;* ſed etiam pacem ſupplex per legationem rogaverit. Ipſe *Mamertinus* in priore illo Panegyrico cap. 7. *Credo itidem, optimam illam fertilemque Syriam velut amplexu ſuo tegebat Euphrates, antequam Diocletiano ſponte ſe dederant regna Perſarum.* Tunc vero Diocletianus, poſt illam victoriam ex Oriente reverſus, tranſiit Pannoniam, ut hinc ad vindicandam Raetiam progrederetur; & illuc ex Germania ſe contulerat Maximianus, ut invicem colloquerentur, ac de rebus imperii deliberarent. Vnde *Mamertinus* in priore Panegyrico cap. 9. *Ex diverſa*, inquit, *orbis parte coeuntes invictas dexteras contuliſtis; adeo fidum fraternumque fuit eloquium*, ſive colloquium. —— —— *Ille tibi oſtendendo dona Perſica; tu illi ſpolia Germanica.* Malumus enim haec de Pannonico, quam de Mediolanenſi colloquio, de quo *Mamertinus* in Geneth. cap. 11. agit, explicare; cum hoc demum poſtea, alio tempore, habitum ſit. SCHWARZIVS. Falſa eſſe, quae de Narſeo memorat *Schwarzius*, oſtendi ad Panegyr. 10. 6.

Suſceperat] Forte *ſuſcipiebat.* LIVINEIVS. *Livineius* coniecit pro *ſuſceperat* forte legendum *ſuſcipiebat;* & certe ſic verbum imperfecti temporis convenire videretur cum ſequenti verbo, *praeteribas.* Sed huic coniecturae nullus liber addicit, neque neceſſitas aliqua mutationi adſtipulatur. SCHWARZIVS. Vulgatum tueor, quia maiorem rei celeritatem indicare videtur, & propter *Pacatum*,

mas arces Monoeci Herculis praeteribas. Ambo cum ad orientem
occidentemque occupati putaremini, repente in medio Italiae gre-
mio apparuiſtis. Hos fructus capitis operum maximorum. Sic interim 3
me-

tum, haec forte imitatum, Paneg. 10. 2. *Vix tecta Hiſpana ſucceſſeras, iam Sarmaticis tabernaculis tegebaris.* dê uſu verbi *ſuſcipere* dixi ad Paneg. p. 10.

Illuſtraveras] Id eſt, inviſeras, luſtraveras. Supra extremo in Maximianum A. Panegyrico: *Has provincias tuas frequenter illuſtres. Eumenius* Grat. act. pro Flavienſibus ad Conſtantinum A. *Vrbem illam ſola opis tuae expectatione viventem illuſtrare dignatus es.* In Conſtantium Caeſarem: *Qui ſine ullo fere diſcrimine dierum ac noctium illuſtratis orbem.* & alibi ſaepius. Apud *Ciceronem* pro M. Marcello: *Nec vero diſiunctiſſimas terras citius cuiusquam paſſibus* (*paſſibus cuius* MS.) *potuiſſe peragrari, quam tuis, non dicam curſibus, ſed victoriis illuſtratae ſunt*, &c. dubia ſcriptura eſt. Nam *luſtratae* eſt in duobus optimis & vetuſtiſſimis MS., quae doctiſſimus *Car. Langius* accurate tractavit. LIVINEIVS. & BAVNE. Inviſeras. Sic Paneg. I. ſupremo: *has provincias tuas frequenter illuſtres.* CELLARIVS. Maximianus, cum primum Caeſar, deinde Auguſtus a Diocletiano adſcitus eſſet, ſedem habuit Treviris, in primaria Galliae Rhenanae urbe, ubi fortiter defendit illam provinciam adverſus ruſticanorum factionem, & adverſus Burgundiones, atque Alemannos, item & Chaibonas & Erulos, irruentes in Galliam; de quibus rebus geſtis *Mamertinus* iam egit in priore Panegyrico. Verbum *illuſtraveras Livineius* ſimpliciter interpretatus eſt per *inviſeras*, itemque hunc ſecutus *Cellarius:* ſed iſtud verbum, ſi de praeſentia magnorum Principum Heroumque uſurpatur, utique amplius aliquid innuere videtur, ita ut haec verba ſic explicare velimus: Tu modo opida Galliae praeſentia tua, rebusque geſtis illuſtriora reddideras. *Cicero* pro Marcello cap. 2. *Terrae tuis, non dicam, curſibus, ſed victoriis illuſtratae ſunt.* niſi ibi cum *Graevio* legere malis, *luſtratae ſunt.* Sic & *Eumenius* in Grat. act. cap. 7. *Tamen illo deflectere, & urbem illam ſola opis tuae expectatione viventem illuſtrare dignatus es.* Eodem modo exponi poſſunt verba *Mamertini* prior. Paneg. cap. 14. 4. *Has provincias tuas frequenter illuſtres.* SCHWARZIVS. Vim verbi *inluſtrare* recte explicat *Schwarzius*, praeſertim in his Panegyricis admittendam, quibus Imperatores ſuos Diis pares faciunt Oratores, unde *Eumenius* Conſtantino 22. 6. *quaecumque enim loca frequentiſſime numen tuum inluſtrat.* &, Solis inſtar, *orbem inluſtrare* dicuntur apud eumd. Conſtantio 4. 3. quo ſpectant verba infr. cap. 10. 4. *veſtrum numen effulſit, tota Italia clarior lux diffuſa. Auſonius* Gratiar. act. 37. 2. *ut Gallias tuas inopinatus inluſtres.* ſed, praeter ſimilem uſum, pro inviſere hoc verbum occurrere, quod *Livineio*, & *Cellario* placebat, nondum mihi liquet, eaque ratione motus dudum Miſcell. p. 76. in *Iulii Honorii* excerptis p. 695. *inluſtrans Hiſpanias*, mutavi in *luſtrans*; neque aliter apud *Ciceronem* pro Marcello, a *Schwarzio* excitatum, cum *Graevio* legendum puto *luſtratae*, quod egregie Codicis apud me variantes confirmant.

Monoeci] In Liguria meminit *Plinius* cap. 5. lib. III. PVTEANVS. *Monaco*, ſeu *Mourgues* principatus arx, & portus in ora maritima Liguriae, *de la coſte ou riviere de Gennes.* Dicitur *Herculis Monoeci portus*, quod Hercules, pulſis hoſpitibus, aut ſolus ibi regnarit, aut ſolus privato in templo cultus fuerit, a μόνος *ſolus*, & οἰκῶν *habitans.* Aeneid. VI. 829.

Aggeribus ſacer Alpinis, atque arce Monoeci.

BAVNE. & CELLARIVS. Nunc *Monaco*, quod oppidum cum arce, & portu in Liguriae finibus, Nicaeam verſus, quae modo *Nizza.* PATAROL. *Servius* ad citatum *Virgilii* locum oſtendit, unde *Hercules* ſit cognominatus *Monoecus. Dictus*, inquit, μόνοικος (a μόνος *ſolus* & οἰκῶν *habitans*) *vel, quod, pulſis omnibus, illic ſolus habitavit; vel, quod in eius templo nunquam aliquis Deorum ſimul colitur; ſicut in Iovis, Minerva & Iuno; in Veneris, Cupido.* SCHWARZIVS. Confer V. D. ad *Antonini* Itiner. p. 503. portum Herculis, & Monoeci diſtinxit *Ptolemaeus*; ſatisne recte, definit *Cellarius* Geogr. Antiq. II. 9. p. 414. corrupte *Guelf. Meneti.*

Praeteribas] Codex noſter habet, *perterrebas;* ſed minus apte, cum Maximianus iſtas arces Italicas, & quietas praeſentia ſua magis exhilaraturus, quam perterriturus fuiſſet. SCHWARZIVS.

Occupati] *Occupari* Vet. *Bertiniens.* LIVINEIVS. Non ſolum in noſtro, ſed & in *Livineii* veteri, & *Bertinienſi* Codicibus ſcriptum eſt, *occupari.* Vtramlibet eligas lectionem, parvi refert. SCHWARZIVS. Vulgatum habet *Guelferb.*

Gremio] Mediolani, quo ad ſeditionum cauſſas

meritorum conſcientia triumphatis, dum triumphos ipſos ſemper vincendo diſfertis, quod, quaecumque pulcerrima facitis, continuo tranſitis, & ad maiora properatis: ut, dum veſtigia veſtra miramur, dumque vos adhuc eſſe in conſpectu putamus, iam de vobis audiamus longinqua miracula. Ita omnes provinciae veſtrae, quas divina celeritate peragraſtis, ubi ſitis, viciſſim neſciunt; ſciunt tamen, vos ubique viciſſe.

Cap. V. Sed de rebus bellicis victoriisque veſtris, ſacratiſſime Imperator, & multi ſumma eloquentia praediti ſaepe dixerunt, & ego pridem,

tollendas, eligendosque Caeſares convenerant Imperatores, ut ſupra dictum. BAVNE. Eleganter *gremium Italiae* eſt ipſa Italia, ut Graecis κόλπος. Vide Notas ad *Silium Italic.* III. 678.

3. *Meritoria*] Vet. *meritorum.* PVTEANVS. Sanum hoc, an mutandum *meritorum?* ACIDALIVS. *Meritorum.* Haec lectio iam in aliquot libris excuſis prodita eſt, & nunc Codicum MSS. auctoritate ſtabilitur, cum antiquiores editiones inquinate haberent, *meritoria conſcientia.* SCHWARZIVS. Etiam *Voſſii*, & *Schonhovii* excerpta *meritorum*, quod inde a *Livineio* eſt receptum, praeterquam a *Rivino*, corruptum illud *meritoria* ſervanti; non video, qui hoc loco illa vox defendi queat, de illis rebus uſitata, quae mercede certa alicui praebentur. *Meritoria balnea*, *coenacula*, *vehicula*, ex *Plinio*, & *Suetonio* congeſſerunt Lexicographi; ita, uſufructu domus legato, illic *meritoria facere* fructuarius prohibetur in L. 13. §. 8. ff. de Vſufr. *Oroſius* VI. 20. *de taberna meritoria per totum diem fluxit*, aut *defluxit*, quod eſt apud *Saresberienſem*, qui locum hunc deſcripſit, lib. VIII. cap. 18.

Diſſertis] Diocletianus Perſas, Maximianus in Gallia Bagaudas proſtrarat. Neuter tamen triumphum, quem meruerat, accipere voluit, donec exorientes novos motus compreſſiſſet. BAVNE. Exemplum commemoravi ad priorem *Mamertini* Panegyricum, quod Diocletianus & Maximianus triumphum diſtulerint, ſibi A. C. CCLXXXVII. a Senatu Romano decretum, & nummo cuſo memoriae proditum. SCHWARZIVS. Confer *Noriſium* de duob. Num. Dioclet. Diſſert. I. cap. 4. — Vnde mox n. 4. *peragratis* ediderint *Schwarzius*, & *Iaegerus*, me latet. In omnibus eſt vulgata.

1. *Imperator*, *multi*] *Et multi* Vet. PVTEANVS. *Et*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Et*, in antiquioribus Edd. omiſſum, recte ex Codd. inſertum eſt, habent quoque *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, in quibus iterum, *ſacratiſſimi Imperatores*, ut ſupr. cap. 1. init. ubi dixi.

Ego pridem] Panegyrico praecedente, ut exiſtimo, quem ex hoc loco, & ex ſtilo colligere licet, eſſe eiusdem auctoris. PVTEANVS. Quisquis huius orationis auctor eſt, iam Diocletiani & Maximiani laudes alio Panegyrico celebrarat. BAVNE. Nempe in priore Panegyrico, ubi hic *Mamertinus* natalem Vrbis Romae, praeſente Maximiano, celebravit, ſimulque utriusque Imperatoris res eo usque bello geſtas collaudavit. SCHWARZIVS. De voce *pridem* vide ad cap. 1. n. 2.

2. *Optatiſſimas*] Vet. *aptiſſimas.* PVTEANVS. *Aptiſſimas* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Lege, *aptiſſimas.* ACIDALIVS. Priores editores minus apte exhibuerunt, *optatiſſimas.* SCHWARZIVS. Recte *aptiſſimas* recepit *Gruterus*, quem ſecuti omnes, praeter *Rivinum*, & habent *Guelf.* & *Voſſii* excerpta. — Quod mox addit, *favente maieſtate*, ad id noto, prius magis in uſu fuiſſe *dignitatem* de Imperatore, ſed, creſcente adulandi ſtudio, pro eo *maieſtatem* adhiberi coepiſſe, quod tempore *Trebellii Pollionis* fuiſſe inventum docet *Meurſius* Auctar. Philol. cap. 30.

3. *Saeviſſimo dominatu*] *Dominatu ſaeviſſ.* Vet. LIVINEIVS. Diocletianus Arrianum Aprum, cum ille Numerianum Imperatorem, eundemque generum ſuum, per inſidias nefarie peremiſſet, tyrannidem invadentem coram exercitu mactavit. Vide, quae diximus in Diocletiani vita. BAVNE. Apri, & Carini tyrannide, quos Diocletianus oppreſſit. *Eutrop.* IX. 13. CELLARIVS. Carini Imperatoris, ut puto, cum quo Diocletianus ſaepe conflixit, quo etiam ſublato imperium obtinuit. PATAROL. *Cellarius* hoc refert ad Apri, & Carini tyrannidem. Et ſane Aper Cari Imperatoris praefectus fuit, ut *Vopiſcus* narrat. Deinde, elatior factus a Numeriani caede, conſilium invadendi imperii cepit; ſed eam caedem vindicavit Diocletianus, poſtea Auguſtus Magis vero Carinus, Cari filius natu maior, homo omnium contaminatiſſimus, omnia tyrannorum facinora exercuit. Referente enim *Eutropio* lib. VIIII. cap. 19. & 20. *omnibus ſe ſceleribus inquinavit; plurimos innoxios fictis criminibus occidit, matrimonia nobilia corrupit.* —

Hunc

dem, cum mihi auditionis tuae divina dignatio eam copiam tribuit, quan-
tum potui, praedicavi. Hodie vero, ſi de duabus rebus, quas ad hoc 2
tempus aptiſſimas, niſi fallor, elegi, dicere mihi, veſtra favente maieſta-
te, contigerit, de ceteris veniam ſilentii petam. Non commemoro igitur, 3
virtute veſtra rempublicam ſaeviſſimo dominatu liberatam. Non dico, exacer-
batas ſeculi prioris iniuriis, per clementiam veſtram, ab obſequium rediiſ-
ſe provincias. Mitto etiam dies feſtos, victoriisque triumphos celebra-
tos. Taceo tropaea Germanica, in media defixa barbaria. Tranſeo limitem 4
Rae-

Hunc Carinum, omnium odio & deteſtatione viventem, Diocletianus apud Margum ingenti praelio vicit. &c. SCHWARZIVS. *Dominatu ſaeviſſimo* etiam *Voſſ.* excerpta.

Exacerbatas] Incertus Auctor in Panegyrico Conſtantino & Maximiano: *Hic eſt, qui in ipſo ortu numinis ſui Gallias, priorum temporum iniuriis efferatas, Reipublicae ad obſequium reddidit*, &c. PVTEANVS. Sub Carino Caeſare. LIVINEIVS. Carinum intelligit Imperatorem, omnium ſcelerum & libidinum genere infamem, quem Caro eius parenti ita exoſum fuiſſe tradunt, ut ſoleret dictitare: *Non eſt meus.* *Vopiſcus* in Carini vita. BAVNE. Sic & *Livius* lib. XXVIIII. cap. 29. *Multitudo exacerbata ſuperbia, atque avaritia Poenorum ad Romanos inclinavit.* Sicuti autem ſaevitia imperii, atque indignitate exaſperantur animi civium; ita clementia, & moderatione continentur in officio, aut facilius ad obſequium reducuntur. *Quae enim natura ſunt aſpera*, ut ille ait, *molli manu & levi leniuntur.* Vix autem dubitamus, quin *Mamertinus* hoc loco reſpiciat ruſticanam *Bagaudarum* factionem, qui magiſtratuum Romanorum iniquitate exaſperati rebellarant; at levibus proeliis, & quadam moderatione a Maximiano victi redierant ad obſequium. *Eutropius* lib. VIIII. cap. 20. *Cum tumultum*, inquit, *ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuae Bagaudarum nomen imponerent, —— ad ſubigendos eos* Diocletianus *Maximianum Herculium miſit, qui levibus proeliis agreſtes domuit, & pacem Galliae reformavit.* Conf. *Mamertinus* in priore Panegyrico cap. 4. 3. Cauſam exacerbatorum Bagaudarum indicat *Salvianus* lib. VI. de Gubern. Dei p. 91. *De Bagaudis nunc mihi ſermo, qui per malos iudices & cruentos ſpoliati, afflicti, necati, poſtquam ius Romanae libertatis amiſerant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. —— Vocamus rebelles, quos eſſe compulimus criminoſos. Quibus enim aliis rebus Bagaudae facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitatibus iudicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicae nomen in quaeſtus proprii emolumentum verterunt, & indictiones tributarias praedas ſuas eſſe fecerunt?* &c. De nomine *Bagaudarum* non nihil attuli ad Paneg. I. *Mamertini* cap. 4. fin. SCHWARZIVS. Dixi ad Paneg. cap. 2. & 4. adde ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 4.

Rediiſſe] *Rediſſe* Vet. LIVINEIVS.

Feſtos] Sic Maximianus Treviris, Kalendis Ianuariis A. C. CCLXXXVII. auſpicalem primi Conſulatus ſui diem victoria triumphoque celebravit, commemorante *Mamertino* in priore Panegyrico cap. 6. ubi is, eodem die, *ex acie cum triumpho rediiſſe*, & *totam iſtam civitatem laetitia, & exſultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis & odoribus accenſis, impleviſſe* dicitur. Sic eodem Panegyrico *Mamertinus*, XXI. Aprilis A. C. CCLXXXIX. praeſente Maximiano, natalem Vrbis Romae Treviris celebravit. SCHWARZIVS.

Triumphis] *Triumphisque*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Ante *Gruterum* ediderunt, *dies feſtos victoriis, triumphis celebratos.* quod in prima Edit. retinuit *Rivinus*, reliqui *victoriis triumphisque*, quae tamen lectio videtur hoc habere incommodi, quod non omnis dies, victoria celebratus, continuo ſit *feſtus*. Praetuli igitur lectionem ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, *victoriisque triumphos*, feſtos dies ut indicet, quibus triumphi ob victorias celebrarentur.

Germanica] Victis Burgundionibus, Eruliſ, & ea tota Germaniae parte, quae Rhaetiae obiicitur, debellata, reſtituto in regnum Genebo, Eſatech vero rege conſtituto. BAVNE. Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* Plutum II. 4. 39. docet, *tropaeum* eſſe, quod in victoriis fecerint veteres, murum vel lapidem magnum, adde truncum arboris, aut columnam aeneam, ponentes, & in illo ſcribentes res adverſus hoſtes geſtas: vocari tale monimentum *tropaeum* a τροπῆ, quia hoſtium fuga illic facta. Huiusmodi vero columnae, vel trunco loricae, galeae, ſcuta, & alia ab hoſtibus capta ſpolia imponi ſolita. Rei contra Germanos a Maximiano ge-

Raetiae, repentina hoſtium clade promotum. Omitto Sarmatiae vaſtationem, oppreſſumque captivitatis vinculis Saracenum: etiam illa, quae armorum

ſtae meminit *Mamertinus* Paneg. I. cap. 7. 2. *Quod maius evenire potuit illa tua in Germaniam transgreſſione?* & cap. 9. 2. idem Maximiano tribuit *ſpolia Germanica.* Poſſidemus nummum aereum, in quo Maximianus ob iſtas victorias promeruit *Germanici* cognomen, quem nummum non commemoravit *Mediobarbus.* In adverſa parte conſpicitur caput laureatum, cum inſcriptione: MAXIMIANVS PIVS AVGuſtus GERManicus. In averſa parte ſtat figura, quae & dextra & ſiniſtra manu tenet ſigna militaria, cum epigraphe: FIDES MILITVM. Huius nummi figuram alio tempore exhibebimus. Additae ſunt hae literae: T. C. forte, Treviris Cuſum. SCHWARZIVS. Tropaea, more Graeco erecta eo loco, quo hoſtes victi, Romanis fuere ignota, iudice *Dukero* ad *Florum* III. 2. in fine. Romae tamen fixa arbitratur, ut talia de Parthis Romae poſita memorat *Tacitus* Annal. XV. 18. & huc refer, quae in nummis cuſa conſpiciuntur, de quibus *Spanhem.* de Vſu Num. Diſſ. X. p. 220. *Begerus* Theſaur. Brandenb. T. III. p. 105. *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 58. 2. lignea tamen fuiſſe erecta, ne gentibus victis diu victorias exprobrare viderentur, ſcribit *Burmannus* ad *Sueton.* Calig. 46. non itaque ex facto Fabii Maximi prima tropaeorum, more Graeco, erigendorum, apud Romanos petenda origo, quod fecit *Stewech.* ad *Veget.* de R. M. II. 7. id enim contra conſuetudinem factum. Scio, Pompeium, devictis Hiſpanis, tropaea in iugis Pyrenaeis, adeoque in hoſtili ſolo, poſuiſſe; id teſtantur *Salluſtius* Fragm. Hiſtor. VI. p. 1005. Ed. *Cort. Iulius Exſuper.* de Bell. civil. in fin. & *Plinius* Hiſt. Nat. VII. 26. ſed id Pompeio crimini datum fuiſſe, atque ideo Caeſarem, ara tantum poſita, a tropaeis illic erigendis abſtinuiſſe, docuit me *Dio Caſſius* Hiſtor. XLI. p. 164. hinc forte *Cicero* tropaea, in Macedonia poſita, tamquam criminoſum obiicit, in Piſon. 38. ſed illam humanitatem, ne victoriam hoſtibus exprobrarent, videntur deinde neglexiſſe Romani, moribus praeſertim in deterius mutatis, cum gubernacula tenerent Impp., eoque hic locus referendus; forte & ipſa gentium Germanicarum, quae Romanis videbatur, barbaria huic rei occaſionem praebuit, quas humanitatis velut expertas credebant, cui ipſa Imperatorum ſuperbia, & impotentia addatur.

4. *Raetiae*] Supr. praecedenti Panegyrico de Diocletiano: *Ingreſſus eſt nuper illam, quae Rhaetiae obiecta eſt, Germaniam, ſimilique virtute ultra Romanum limitem victoriam protulit.* PVTEANVS. Limitem Raetiae prolatum fuiſſe a Diocletiano, ad Paneg. I. *Mamert.* cap. 9. 1. commonſtravi: quamvis tanta eſſet iſtorum duorum Imperatorum concordia, ut omnes rerum a ſe geſtarum laudes communes invicem eſſe vellent. Ceterum vulgo quidem *Raetia*, & *Rhaetia* promiſcue ſcribi ſolet; malimus tamen nunc priorem ſcribendi rationem ſequi, quam & *Cellarius* comprobavit in Orthogr. p. 49. SCHWARZIVS. Eamdemque probant *Drakenb.* ad *Livium* Epit. 136. *Oudend.* ad *Sueton.* Aug. 21. *Nolten.* Lexic. p. 150. De rebus geſtis ad Paneg. cap. 2. 6. & 9. 1. vide.

Sarmatiae] Laurea etiam Sarmatica Diocletiano, qui Sarmatas ad Danubium obtrivit, adſcribitur infra cap. 7. 1. *Sarmatiae* duae ſunt, quarum, quae occaſum ſpectat, Europaea, complectebatur Ruſſiam hodie dictam cum Poloniae regni parte, & Livonia, ac Lithuania; quae ortum reſpicit, *Aſiatica* cognominata, Tartaros, Circaſſos, & Morduitas comprehendit. Si dixeris: quid vero ſibi vult nummus ex *Begeri* Theſ. Brandenb. T. III. p. 781.?



in huius anteriore parte cernimus caput laureatum Maximiani, adſcriptis his verbis: MAXIMIANVS AVGuſtus. In parte poſteriore quatuor figurae militares, eaeque ſacrificantes, & quarum duae dextras iungunt, adſtant arae accenſae ante oſtium caſtrorum Praetorianorum; quia vel vota Diis pro victoria perſolverunt, vel poſt victoriam foedus cum hoſte percuſſerunt. Legitur ibi haec inſcriptio: VICTORIA SARMATica. Nonne igitur, dices

rum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta. Praetereo Francos ad petendum pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis

dices, laurea Sarmatica, ſecundum hunc nummum, magis ad Maximianum, quam ad Diocletianum referenda? Sed reſpondemus, nihilominus eam ipſam victoriam, propter inſignem, de qua diximus, illorum concordiam, in nummis ad utrumque Imperatorem relatam eſſe Confer infra cap. 7. huius Panegyrici. Ita vero etiam apud *Mediobarbum* pag. 426. videmus annotatos Diocletiani nummos, in quibus pariter, ac in nummo Maximiani, VICTORIA SARMATICA deſignatur. *Eutropius* lib. VIIII. cap. 25. generatim de Diocletiano & Maximiano, & Caeſaribus iſtorum temporum: *Varia deinceps & ſimul, & viritim bella geſſerunt, Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis victis: quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locarunt.* SCHWARZIVS. Victorias has adtigit *Spanhemius* ad *Iulian.* Caeſar. p. 60.

Saracenum] Lege, *Sarracenum: etiam i. q. a. v. t. f. s. u. a. geſtā. praetereo Francos ad p.* ACIDALIVS. Saraceni, Arabum gens vaga & inculta; cuius gentis mores late deſcribit *Ammianus Marcellinus* lib. XIIII. cap. 5. Nihil alibi in hiſtoria Diocletiani & Maximiani de his Saracenis legere meminimus. SCHWARZIVS. *Guelf.* & *Voſſ. Saracenorum.* De illis confer *Vales.* ad *Ammian. Marcell.* XIV. 4. & in primis *Verbeyk.* ad *Rufi* Breviar. cap. 14.

Terrore] *Plinius* lib. II. Epiſt. 7. *Spurinna ferociſſimam gentem, quod eſt pulcherrimum victoriae genus, terrore perdomuit.* CELLARIVS. His *Mamertinus* reſpicit ea, quae iam Panegyrico I. cap. 7. 5. dixerat. Nulla autem pulchrior, atque felicior eſt victoria, quam incruenta, ubi hoſtes ſine pugna & ſanguine, vel ſolo armorum terrore, vel auctoritate Imperatoris inducti ſponte ſe dedunt. Sic Scipionem belli terrore plurima peregiſſe narrat *Livius* lib. XXVIIII. Sic *Plinius* Paneg. cap. 24. 1. laudem hanc tribuit Traiano, cum dicit eum *Germanici nomen iam tum meruiſſe, cum ferociam ſuperbiamque barbarorum, ex proximo auditus magno terrore cohibuerit, Rhenumque & Euphratem admiratione famae ſuae coniunxerit.* Idem *Plinius* lib. II Epiſt 7. *Spurinna*, inquit, *Bructerum regem vi & armis induxit in regnum, oſtentatoque bello, ferociſſimam gentem, quod eſt pulcherrimum victoriae genus, terrore perdomuit.* SCHWARZIVS.

Petendam]. *Petendum, Bertinienſ.* LIVINEIVS. De his iam locutus eſt *Mamertinus* Paneg. I. cap. 10. 3. ſqq. Meminit ibidem etiam munerum, ſed a Perſarum rege acceptorum, prout & cap. 9. n. 2. *Perſica dona* vocat. Tunc vero Perſiae, & Parthiae regna erant coniuncta. *Franci* erant Germani, qui tunc non ſolum Galliam, ſed etiam cum Saxonibus mare infeſtabant, teſte *Eutropio* lib. VIIII. cap. 21. & lib. X. cap. 3. SCHWARZIVS. *Petendum* ex *Bertinienſi* apud *Livineium* recepi, tum quia a Librariorum captu eſt remotius, tum ob *Virgilii* auctoritatem, Aeneid. XI. 230.

Pacem Troiano a rege petendum.

quamvis enim illic *petendam* ſervent quoque variantes ex *Clermontiano* Cod. apud me, idque ex aliis tueatur *Burmannus*, tamen meliora docuit *Ruhnkenius* V. C. ad *Rufinian.* Schem. Lexeos p. 256. *Cicero* Catil. III. 8. *adplacandum Deos.* adde *Cerdam* ad *Virgilii* locum, V. D. ad *Silium Ital.* XV. 105. *Schellerum* Praecept. Stil. bene Latin. Part. I. p. 160. *Buneman* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 20. 9. Graecam notavit imitationem *Vechnerus* Hellenol. I. p. 372. & ibi *Heuſinger.* —— Quae de Francorum rege tradit, pertinere videntur ad ea, quae memoravit Paneg. 10. 3. ex quo loco, cum hoc collato, non male ſuſpicatur *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 221. regem illum a Maximiano fuiſſe in regno confirmatum; neque tamen hoc de veri nominis regno accipe; fuerunt enim Francorum *Reges*, hoc tempore, non alii, quam gentis principes, ſingulari conſilio, aut fortitudine reliquis praeſtantes, ideoque rebus gerendis praefecti. Conf. *Conring.* de Republ. Imp. German. Exercit. I. §. 20. *Wagenaar.* Hiſt. Patr. T. I. p. 31. & Inſtit. meas Iuris Belg. de Condit. hom. Part. I. Tit. 2. §. 3. Quae autem d. l. Panegyrici de bello Perſico notavi, egregie ex hoc loco confirmantur, ut eos, illo tempore, armorum magis terrore, quam iuſto bello devictos ſtatuamus, idque eo facilius compoſitum fuerit ob res in Occidente ordinandas. adde *Cuper.* ad *Lactant.* M. P. p. 143. Eſt autem *Parthus* rex Perſarum, non Narſeus, ſed quem dixi ad Paneg. 10. 6. illic eum *Perſarum regem* adpellat, eo more, quo *Parthi* apud Scriptores iidem ſunt, qui *Perſae;* vid. *Eumenium* Conſtantio 3. 3. *Barth.* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 47. *Burman.* ad *Rutil.* Itin.

5 lis blandientem. Novam mihi propono dicendi legem, ut, cum omnia videar ſilere, quae ſumma ſint, oſtendam tamen, ineſſe laudibus veſtris alia maiora.

CAP. VI. Quae igitur illa ſunt? Pietas, ſacratiſſime Imperator, atque felici-

Itin. I. 85. apud *Priſcian.* Perieg. 869. Cod. *Suecic.* in Actis Societ. *Ienens.* Part. V. exhibet *aequore Partho*, non *Perſo*, probatumque eſt ab *Heinſio* ad *Ovidium* Faſtor. V. 580. ſed vulgatum tueor ex *Dionyſio* vs. 929. θαλάσσῃ Περσίδι, & *aeſtu Perſico* apud *Avienum* Deſcript. orb. 1105. —— De *munerum miraculis* vide ad Paneg. 10. 7.

5. *Sunt*] Ita primum edidit *Gruterus*, quem ſecuti ſunt *Cellarius*, *Schwarzius*, & *Iaegerus.* Alii omnes *ſint*, quod revocavi, tum quia habent *Voſſii* excerpta, tum propter *videar ſilere*, ex iis, quae notat *Schellerus* Praecept. Stil. bene Latini Part. I. p. 159. *Silentium* illud τῆς σιωπῆς ἀκινδύνȣ γέρως dicit *Iulianus* Orat. I. p. 3. B. quocum hunc contulit locum *Spanhemius.*

1. *Pietas*] *Pietas veſtra* Vet. LIVINEIVS. Ita & *Guelf.* & Edd. *Puteol. Rhenan.* utriusque *Stephani*, & *Rivini.* Vt aliis locis, ita & hic *Guelf.* & excerpta *Voſſii*, *ſacratiſſimi Imperatores*, quidam vero editi, *ſacer Imperator.* Vid. ad cap. 1. princ.

Veſtra erga] *Veſtra eſt erga.* Vet. PVTEANVS. *Veſtra eſt*, *Bertinienſ. Cuſpin.* LIVINEIVS. Verbum ſubſtantivum *eſt*, quod in quibusdam libris excuſis omiſſum fuit, reſtituimus ex Codice noſtro, & libris *Gudianis*, cum ſatis commodam hic ſedem habeat, & iam a *Cuſpiniano* fuerit expreſſum. SCHWARZIVS. Etiam *Schonhovii*, & *Voſſii* excerpta, *quanta veſtra eſt;* hoc reſtitui, quamvis inverſo ordine ediderint *Schwarzius*, & *Iaegerus*, *quanta eſt veſtra.* τὸ *eſt* a ſequenti littera videtur abſorptum. In talibus obtemperandum eſt Codicibus, quorum auctoritate quibusdam locis addatur, quibusdam deleatur. Confer *van Dorp* Obſerv. cap. 1. p. 6.

Donariis] *Donaria*, quae tum ex voti publici, aut privati obligatione, tum ex liberalitate Diis offerebantur, erant varia. Solenne autem praecipue fuit, ſi quando ingens periculum, aut laborem graviorem praeviderent, vota Diis praeſidibus nuncupare, quae poſtea, periculo aut labore defuncti, ſolvere dicebantur. Potiſſimum autem *donaria* audiebant, quae vel uſibus ſacris convenirent, vel ornamento & honori Deorum in templis, aut alibi locarentur; ſive paterae eſſent, ſive vaſa ſummorum artificum, clypei, veſtes, coronae ex auro, & gemmis, tabulae votivae, aut alia huius generis. Quod argumentum egregie illuſtravit *Iac. Philippus Tomaſinus*, libro de Donariis & tabellis votivis. SCHWARZIVS.

Nominibus adſcriptis] *Iovii* puto, & *Herculei*, ſed potius *Diocletiani* & *Maximiani.* Nam qui arbitrantur, ipſos adpoſuiſſe Deis nomen *Auguſti*, tanquam eo reddituros ſolito honeſtiores, ſunt illi quidem acuti, ſed nimis longe petitur huiusmodi acumen: etſi non me lateat, veteres ea fuiſſe adulationum fatuitate, ut putarent Deorum ſuorum honores augeri, & quaſi conſecrari, adiectione cognominis *Auguſti:* id enim vocaliter clamant mille exempla in Inſcriptionum noſtrarum opere: deridendo tantum ab eis, quibus nihil ineſt ridiculum: aut, ne mentiar, quibus inſunt omnia. Nimirum reſpicit Panegyriſtes ad verſum *P. Syri:*

Deos ridere credo, cum dives vovet.

GRVTERVS. Imperatores *Iovii* & *Herculii* nomen ſuis donis adſcripſerant, ad maiorem, ut Panegyrici auctor innuere videtur, Deorum venerationem, fortaſſe ad memoriam nominis ſui ſempiternam. BAVNE. Non templis, nec Deorum ſimulacris, ſed donariis ſuis Imperatores nomina adſcripſerunt hic ſua. CELLARIVS. Diſputant, an & quomodo hi Imperatores *nomina ſua adſcripſerint? Cellario* tradente, non templis, nec Deorum ſimulacris, ſed donariis ſuis Imperatores nomina adſcripſerunt ſua. Sed quidni etiam templis, & ſimulacris Deorum, more aliorum Imperatorum, ſi qua ex voto condidere? Quidam, notante *Grutero*, arbitrati ſunt, ipſos Imperatores appoſuiſſe Diis nomen *Auguſti*, uti adhuc obſervamus monimenta *Iovi Auguſto*, *Marti Auguſto*, *Iunoni Auguſtae*, *Minervae Auguſtae*, atque aliis inſcripta. Ea enim apud veteres paganos adulationum fatuitas invaluerat, ut putarint Deorum ſuorum honores augeri, & quaſi conſecrari, adiectione cognominis *Auguſti. Iacobus de la Baune* exiſtimat, Imperatores hos *Iovii* & *Herculii* nomen ſuis donis adſcripſiſſe, ad maiorem Deorum venerationem. Rectius *Gruterus* cenſuit, eos non niſi ſimpliciter ſua nomina, Diocletiani & Maximiani, adſcripſiſſe. Et teſtatur id, praeter alia, monimentum, quod Aquileiae aſſervatur, & cuius hanc brevem inſcriptio-

licitas. Nam primum omnium, quanta veſtra eſt erga Deos pietas? quos aris, ſimulacris, templis, donariis, veſtris denique nominibus adſcriptis, adiunctis imaginibus, ornaſtis, ſanctioresque feciſtis exemplo veſtrae venerationis. Nunc enim vere homines intelligunt, ac poteſtas Deorum, cum tam[2] im-

ptionem affert *Muratorius* in Novo Theſauro Inſcriptionum veterum T. I. pag. XXV. 2.

DEO. SOLI
DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS
INVICTI. AVGG

SCHWARZIVS. Intelligi tantum poſſunt Diocletiani & Maximiani nomina, templis praefixa, aut votis, quae cera obſignata Deorum genibus adfigebantur, de quo more dixi in Miſcellan. cap. 6. unde *Prudentius* Apoth. 455.

Fictilis & ſoleas Iunonis lambere; plantis
Herculis advolvi; genua incerare Dianae.

ubi *Heinſius*.

Sanctiores que] *Plutarch.* ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμ. Ἐγγίνεται γὰρ ἅμα τοῖς πολλοῖς ἰσχυρὰ διάθεσις καὶ δόξα, τοῦ τὸ δαιμόνιον εἶναι μέγα καὶ σεμνὸν, ὅταν οὓς αὐτοὶ τιμῶσι καὶ μεγάλους νομίζωσιν, οὕτως ἀφειδῶς καὶ προθύμως περὶ τὸ θεῖον ὁρῶσι φιλοτιμουμένους. PVTEANVS.

2. *Ac poteſtas*] Forſan, *quaenam poteſtas*, vel *quaenam magnitudo*, vel *ſublimitas, ac poteſtas.* RHENANVS. *Quaenam poteſtas* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. In vulgaribus Editionibus pro *quaenam* eſt *ac**, quae lacunam ſatis indicant. Ego ſic implevi, ut vocem *quaenam*, quam *Langius* ad oram editionis *Frobenianae* adſcripſit, in contextum reciperem. BAVNE. Nondum ſatis ſanus eſt hic locus. Primae editiones, & adhuc anno 1642. *Pariſienſis*, pro *quaenam* prodidere *ac*, quam lectionem etiam noſter exhibet Codex. Senſerat vero iam *Rhenanus*, hic latere ulcus, unde ad oram libri ſui ſcripſerat: *Forſitan* —— Quam annotationem etiam *H. Stephanus* ad marginem ſui libri tranſtulit. Vtcunque eſt, per particulam *ac* lacuna quaedam indicatur, quam ſine ope Codicum certo redintegrare non poſſumus. Explevit interim eam, ex illa ipſa *Rhenani*, vel *Langii* coniectura, *Iacobus de la Baune*, dimiſſa particula *ac*, & ex adverſo adſcita voce *quaenam*, quam etiam *Cellarius*, & *Patarol* adſcivere, & nos in praeſenti etiam admittimus, cum ſententiam *Mamertini* ſic ſatis ſuſtineat. SCHWARZIVS. Ex *Rhenani* coniectura, & *Langii* Schedis, *quaenam poteſtas Deorum* primus in contextum admiſit *Baunius*, quem omnes reliqui ſunt ſecuti, etiam *Iaegerus*; id vero mihi ſine Codicibus ſumere non ſum auſus, priſcamque lectionem, quamvis vitioſam, retinui. Quod de lacunae nota poſt voculam *ac*, conſtanti Codd. conſenſu confirmatam, & a *Baunio* primum ex arbitrio reiectam, ſcribit *Schwarzius*, ea mihi in nulla fuit editione reperta, niſi quod illam poſt *intelligunt* poſuerit *Gruterus*. De lacuna nihil ſuſpicor. Acute divinabat *Eldikius* meus, *quanta poteſtas Deorum.* Mihi vitium in *homines* latere videtur, ut ſcripſerit *Mamertinus*; *nunc enim vere numen eſſe intelligitur, ac poteſtas Deorum.* Sententia perſpicua; cum vos tam inpenſe Deos colitis, omnibus eſt perſuaſum, eſſe Deorum numen. Pro ſapientia enim veſtra non eos coleretis, quos colere eſſet inutile. *Numen eſſe* primum tranſiit in *nomen eſſe*, hoc in *homines*. *Nomen* enim & *numen* confundi, oſtendi ad *Sedul.* II. 65. ad *Arator.* II. 698. *nomen* autem & *homo* permutari docet *Drakenb.* ad *Livium* XXIV. 18. 8. utrique voci ita iunctae auctoritatem addit *Ariſtoteles* apud *Ciceron.* Nat. Deor. II. 37. *Eſſe quoddam numen, & vim Deorum.* apud eumdem ad Quirit. in fine: *qui apud me Deorum inmortalium vim, & numen tenetis.* Catilin. III. 9. *urbem Deorum inmortalium nutu, atque poteſtate adminiſtrari. Numen divinum*, & *maieſtatem* iungit idem pro Milon. 30. *vim*, & *numen* Cereris, in Verr. IV. 49. *Deorum vim*, & *poteſtatem*, *Caeſar* B. G. VI. 14. fin. *poteſtatem*, & *numen* hiſtoriae *Plinius* Epiſt. IX. 27. init. alibi *numen*, *mens*, & *conſilium*, de quo Pater meus ad *Plin.* Paneg. 4. 7. *Burmann.* ad *Virgil.* Aeneid. I. 8. Sic in Imperatoribus *Numen*, & *Maieſtas* in lapidibus iunguntur apud *Cellarium* Geogr. Antiq. II. p. 97. *Stewechium* ad *Veget.* de R. M. II. 19. Quod vero *intelligitur* in *intelligunt* abierit, ortum eſt ex ſcripturae compendio in ſyllaba *ur*, ſaepius a Librariis neglecta, cuius exempla dedit Pater meus ad *Plin.* Paneg. 40. 1.

Cum tam] Sic Vet. *Deorum cur tam impen. colatur a nobis.* PVTEANVS. In *Voſſii* excerptis intermedia inde a *poteſtas Deorum*, usque ad *quanta*, in *Guelf.* usque ad *inmortalium* ſunt omiſſa; hoc certe, propter vocem *Deorum* ſequentem, ut ſaepe ob voces ſimiles intermedia praetereunt Libra-

3 impenſe colantur a vobis. Deinde, id quod maxime Deorum immortalium cum religione coniunctum eſt, quanta vosmet invicem pietate colitis? quae ulla umquam videre ſecula talem in ſumma poteſtate concordiam? qui germani geminive fratres indiviſo patrimonio tam aequabiliter utuntur, quam vos orbe Romano?

brarii, notati ideo a *Bondamio* V. C. Var. Lect. II. 8. & eſt in Cod. *Haverc.* ſimile exemplum in *Livio* II. 45. 5.

3. *Deinde*] *Denique*, *Bertinienſ.* corrupte. LIVINEIVS.

Vosmet pietate] *Vosmet invicem* Vet. PVTEANVS. *Invicem* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Praeter *Rivinum*, inde poſt *Gruterum* ſibi *invicem* recte hunc locum occupavit, ut frequenter in his Panegyricis occurrit. Quae poſt *quanta* usque ad *aequabiliter* leguntur, in *Guelferb.* deſunt.

Vlla umquam] Equidem non ſollicito, ſed *quae nimium quae vid. ſaec.* eſt in *Bertinienſ.* expunctis *ulla unquam.* Mihi verisſimile eſt, poſtquam aliud non occurrit, fuiſſe in autographo, *quae enimvero quae vid. ſaec.* LIVINEIVS. Forte in *Bertinienſi* vera latet *Mamertini* manus, ſi emendetur, *quae nimirum, quae videre;* ita ſaepe in orationis principio, ut in Paneg. 2. 2. *Commemorabo nimirum.* apud *Eumenium* Conſtantino 14. 3. *uſurpabo nimirum.* *Nazarius* Conſtantin. 6. 3. *Sed nimirum recte.* cum tamen alii Codd. nihil mutent, vulgatum tueri malim ex iis, quae dedit *Wopkenſ.* Anim. ad *Pacat.* Paneg. cap. 33.

Germani geminive] Leg. *geminique*, intelligit Remum & Romulum. Sic ſup. Panegyr. de Remo & Romulo: *illi enim, quamvis fratres geminique eſſent*, &c. PVTEANVS. Geminus pene, certe non diſſimilis, huic locus abbreviatoris *Trogi* lib. II. cap. 10. de Artemene & Xerxe: *Hoc certamen concordi animo ad patruum ſuum Artaphernem, veluti domeſticum iudicem, deferunt: qui, domi cognita cauſſa, Xerxem praepoſuit: adeoque fraterna contentio fuit, ut nec victor inſultarit, nec victus doluerit, ipſoque litis tempore invicem munera miſerint: iucunda quoque inter ſe non ſolum, ſed credula convivia habuerint: iudicium quoque ipſum, ſine arbitris, ſine convitio fuerit, tanto moderatius tum fratres inter ſe regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.* GRVTERVS. Forte alludit ad Remum & Romulum. BAVNE. *Germani* fratres, quaſi eodem germine nati, proprie qui ex eodem patre & matre ſunt procreati; quamquam etiam uterini, & ex ſolo patre geniti, aliquando ſic dicantur. *Gemini* autem, ſive *gemelli*, duo fratres uno partu editi. Neque tamen iſti germani, ac ne quidem gemini, tam concorditer ſemper vivunt, quin a ſe invicem diſſentiant, aut in ipſam hoſtilitatem erumpant; quod vel Romuli & Remi, fratrum geminorum, exemplo conſtat. At Diocletianus & Maximianus, quamvis non natura, ſed ſaltem dignitate fratres, omnium concordiſſime inter ſe vixiſſe dicuntur. De tali concordia fratrum etiam *Gruterus* ex *Iuſtino* notavit exemplum Artemenis & Xerxis lib. II. cap. 10. *Tanto moderatius tum fratres inter ſe regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.* Ceterum *Quinctilianus* Inſtit. Orat. lib. VIIII. cap. 4. tradidit, *quaedam ordine permutato fieri ſupervacua, ut fratres gemini: nam ſi praeceſſerint, gemini, fratres addere non eſſe neceſſe.* Sed haec obſervatio non eſt perpetua; neque enim ſolum *Mamertinus*, ſed & *Plautus*, *Cicero*, & *Livius* eius nullam habuere rationem, quod commentatores iam pluribus exemplis ad citatum *Quinctiliani* locum obſervarunt SCHWARZIVS.

Aequaliter] Vet. *aequabiliter.* PVTEANVS. *Aequabiliter* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Stephani*, *Livineius* edidere, *aequaliter.* *Cuſpinianus*, & recentiores habent, *aequabiliter*, quibus accedit etiam Codex noſter, & uterque liber *Gudianus.* Vtroque adverbio, fere ſub eadem notione, identidem utitur *Cicero.* V. G pro Flacco cap. 36. *Communem hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege veniſſet, conceſſit adoleſcenti, propinquo ſuo.* Idem lib. II. de Offic. cap. 11. *Ille autem, qui archipirata dicitur, niſi aequabiliter praedam diſpertiat, aut interficitur a ſuis, aut relinquitur.* Magis tamen nunc nobis placet *aequabiliter*, quod hoc loco notat pari aequanimitate, aequo animo, unde & ipſe *Mamertinus* mox §. 6. dicit: *Vobis* —— *tam facili aequanimitate ſunt communia.* Talis aequus animus non ſemper aequalitatem arithmeticam, ſed magis geometricam reſpicit. Hinc *Plinius* lib. VIII. Epiſt. 2. *Erat expeditum, omnibus remittere aequaliter; ſed non ſatis aequum.* Ita etiam *aequabilis praedae partitio*, cuius meminit *Cicero* lib. II. de Offic. cap. 11. non ſemper reſpicit *aequales* partes, ſed & pro proportione laborum, & periculorum *aequas*, ſive *aequabiliter* diviſas. SCHWARZIVS. *Aequabiliter* recepit *Gruterus*, ſed *aequaliter* revocarunt *Rivinus*, & *Pa-*

no? Ex quo profecto manifeſtum eſt, ceterorum hominum animas eſſe humiles, 4
& caducas, veſtras vero caeleſtes, & ſempiternas. Obtrectant ſibi invicem arti- 5
fices operum ſordidorum; eſt inter aliquos etiam canorae vocis invidia; nihil denique tam vile, tamque vulgare eſt, cuius participes malignis aemulationis ſtimulis va-

Patarolus. In *Voſſii* excerptis eſt, *aequabilitate utuntur*, *quanta*, non male, ſi *tam* mutetur in *tanta*; niſi id velis tueri ex verbis ſequentibus n. 6. *tam facili ſunt aequanimitate communia*, *quantum.* dubia tamen illic eſt lectio, ubi vide. *Tam* pro tantus adhiberi docuit *Burman.* ad *Sueton.* Veſpaſ. 7. At ſervem potius cum *Cellario*, ceterisque *aequabiliter*, quod recte, hoc loco, per iuſte, concorditer explicat *Waſſe* ad *Salluſt.* Catil. 2. *Aequabilis* vulgo eum deſignat, qui ubique ſui eſt ſimilis, inde pro aequali adhibetur; *aequabiliter* igitur eſt aequali iure, & modo, eademque conditione. Conf. *Erneſti* ad *Tacit.* Annal. VI. 31. haud aliter *ius aequabile inter omnes* apud *Ciceron.* pro Caecin. 25. id eſt, interprete in Clavi *Erneſtio*, in quo omnes ſunt eiusdem conditionis, nihilque gratiae tribuitur, quam Graecis eſſe ἰσονομίαν notat illic *Paſſeratius.* Apud *Salluſtium* Catilin. 2. vulgo eſt, *pro continentia & aequitate lubido, atque ſuperbia invaſere.* in aliis *aequalitate*, ſed ex Cod. *Daventrienſi* reſtituo, *aequabilitate*; opponitur nimirum *continentia lubidini*, male autem *ſuperbiae aequitas*, at quidem *aequabilitas*, ſive ea virtus, qua omnes ſe iure habent aequales, neque alter ſupra alterum ſeſe effert. *aequitas* in eo Cod. pro gloſſemate erat adſcriptum, & inde videtur in textum inrepſiſſe, quae tamen apud *Salluſtium* non potuit eſſe *aequabilitatis* notio, ſi verum ſit ante Traianum forte numquam hac ſignificatione fuiſſe adhibitum, ut contendit *Waſſe* ad alium *Salluſtii* locum p. 24. Ed. *Haverc.*

5. *Sibi invicem*] *Inv. ſibi*, *Bertin.* Noti *Heſiodi* verſus ex Oper. & Dier. 1.

> Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
> Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

> *Et figulus figulo, & fabro faber invidet alter,*
> *Non Iris Iri, non vates vatibus aequi.*

LIVINEIVS. I. e. aemuli ſunt, & invident detrahuntque ſibi invicem. *Suetonius* in Tiberio cap. 52. Tiberius *Germanico usque adeo obtrectavit, ut & praeclara facta eius pro ſupervacuis elevarit. Nepos* III. 1. 1. Ariſtides & Themiſtocles *obtrectarunt inter ſe. Tacitus* de Cauſſ. corrupt. eloq. cap. 15. 8. verbum hoc cum caſu accuſandi coniunxit: *Qui invicem ſe obtrectaverunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus mutua malignitas detegitur; non eſt oratorum vitium, ſed hominum. Mamertinum* autem ſequentes *Heſiodi* verſus prae oculis habuiſſe iam alii notarunt:

> Καὶ κεραμεὺς ———

h. e. interprete *Nic. Valla:*

> *Invidet aut figulus figulo, vel egenus egeno,*
> *Sive faber fabro, dulcisque poeta poetae.*

SCHWARZIVS.

Tam vulgare] *Tamque* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Voculae *tam* addidit *que*, a prioribus neglectum, *Gruterus*; priſcam iterum ſcripturam revocarunt in priori Edit. *Rivinus*, & *Baune*, & forte ita in *Voſſii* excerptis fuit, quia ex illis ad Edit. *Livineii* nihil notatum video; poteſt certe abeſſe ob ea, quae notavit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 1. 1. ſed alterum auctoritate Cod. Veteris apud *Livineium*, & *Guelferb.* retinui, omnes poſt *Baunium* editores ſecutus. —— *Eſt* omiſit *Schwarzius*, & *Iaegerus.*

Stipulis] Vet. *ſtimulis.* PVTEANVS. Scripſerim *ſtimulis.* MEVRSIVS. Exercit Crit. Part. II. lib. IV. cap. 19. In *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, & *H. Stephani* libris pro *ſtimulis* perperam expreſſum eſt *ſtipulis.* Melius *Cuſpinianus*, *Livineius*, & recentiores prodidere *ſtimulis*, quae lectio etiam Codicis noſtri, & utriusque libri *Gudiani* auctoritate comprobatur. *Stimuli* autem proprie dicebantur aculei & fuſtes cuſpidati, quibus boves, & equi incitarentur, cuiusmodi aculeorum figuram exhibet *Philippus Rubenius* Elector. lib. I. cap. 30. Deinde *ſtimuli* per tranſlationem dicuntur quaevis incitamenta, & irritamenta. *Silius Ital.* lib. VII. v. 512.

> *Patrum Saturnia mentes*
> *Invidiae ſtimulo fodit, & popularibus auris.*

SCHWARZIVS.

vacent: veſter vero immortalis animus omnibus opibus, omnique fortuna, atque
6 ipſo eſt maior imperio. Vobis Rhenus, & Iſter, & Nilus, & cum gemino Tigris Euphrate, & uterque, qua ſolem accipit & reddit, Oceanus, & quidquid eſt inter

Operibus] In multis legitur *opibus*. PATAROL. Quidam libri habent, *operibus:* non prorſus inconcinne: ſed melior, & cum ſequentibus verbis, *fortuna*, *imperio*, convenientior iſta, quam propoſuimus, lectio nobis viſa eſt; cum hanc dudum *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Navius*, *Livineius*, *H. Stephanus*, & *Gruterus* evulgarint, & noſter nunc quoque confirmat Codex. SCHWARZIVS. *Opibus*, confirmatum quoque a *Voſſii* excerptis, recepetunt *Paullus Stephanus*, *Gruterus*, *Rivinus*, & *Baunius*, ſed *operibus* revocarunt *Cellarius*, & *Patarolus*, denique alterum *Schwarzius*, & *Iaegerus*: Cum ad Edit. *Cellarianam* nihil notaverit *Cortius*, fere eſt, ut credam, *operibus* in *Guelf*. legi, praeſertim cum ſui tantum Codicis meminerit *Schwarzius*. Habet hoc, quo tucaris, ſi *Mamertinum* cenſeas artificibus *operum ſordidorum* Imperatores oppoſuiſſe, quos memoraverat; id vero parum mihi videtur honorificum in Oratore, Imperatorum laudes extollente. Propter *fortunam* itaque *opibus* placet, eo modo, quo apud alterum *Mamertinum* Gratiar. action. Iulian. 32. 1. *accipere poteſt iſta fortuna, vel a nobis opibus tuis tribui.* Ortum eſt illud *operibus* ex vulgata confuſione, ut ſupra in Paneg. 11. 6. & apud *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 5. 1. & 7. in fin. & 16. 5. quibus locis altera etiam vox defenſores nacta eſt eruditos Interpretes, eodemque exemplo ex Cod. *Groningano*, & *Petiti* edit. apud *Iſidorum* Origin. I. 31. tueor, *facta Romanorum cum ſuis opibus*; male *Gothofredus*, *operibus*. alia *Drakenb*. ad *Livium* XXXII. 21. 30. *Buneman*. ad *Lactant*. Inſtit. VI. 6. 9.

6. *Gemino*] Cur *gemino?* opinor timide, quod in Meſopotamia ſe cum Tigride coniungat, ceteroqui ſeorſum fluens. LIVINEIVS. Quid? an *geminus* Euphrates? omnino, quia gemino ex fluvio coaleſcit, quorum alter Pixirates, alter Arſanias, qui duo fluvii circa Sophonem orti, poſtquam Tauri montis anguſtias perfregerunt, uno & eodem nomine *Euphrates* dicuntur. Quanquam Pixirates vulgo vel in primo fonte *Euphrates* dicitur. Vide *Plinium* lib. V. c. 24. *Tigris* vero fluvius eſt Aſiae celebris, Meſopotamiam ab Aſſyria, & Suſiana dividens, in Armenia maiore ortus. BAVNE. Cur *geminus* Euphrates? *Plinius* interpres ſit lib. V. 24. *Scinditur*, inquit, *Euphrates a Zeugmate octoginta tribus millibus paſſuum circa vicum Maſſicen: & parte laeva in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam, circa eam praefluenti infuſus Tigri. Dexteriore autem alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petit, mediamque permeans, diſtrahitur in paludes.* CELLARIVS. *Geminum*, puto, vocat Euphratem, quod cum Tigri ſe commiſceat, prope Cteſiphontem, inde cum eodem in Perſicum ſinum elabatur; ſeu, quod ex duobus fluviis concurrentibus coaleſcat. PATAROL. & SCHWARZIVS. Potius *Cuperi* ſequor iudicium ad *Lactant*. de Mort. Perſec. cap. 8. *geminum* dici, quia ex iisdem fontibus, monte Tauro, oritur Euphrates & Tigris, tamquam fratres uno partu editi, ut neceſſitudinis nomina rebus etiam inanimis tribuuntur, praecipue fluminibus, humana pingi forma ſolitis, de quo more *Spanhem*. ad *Callim*. in Delum 110. fontem horum fluminum explicuit *Cellar*. Geogr. Antiq. III. 11. p. 230. *Voſſii* excerpta ignorant, *& Nilus*.

Qualem accipit] Forte, *& uterque*, *qua Solem accipit*, *& reddit Oceanus.* PVTEANVS. Et hic locus foede corruptus, ſed quid vetat tentare? Igitur litteras viciſſim transfero, & commuto, unam etiam & alteram refingo, ac cum volentibus Muſis corrigo, *quam late cedit*, *& redit Oceanus. Cedit & redit*, Id eſt, aeſtuat περιφεραστικῶς. Supra in Maximianum A. *Oblitosque navium refugum mare ſecutos eſſe*, *qua cederet.* Non me vendito, mi Lector, ſed tamen emendatio haec non e turba & obvia. LIVINEIVS. Gloriantur heic alii de ſagacitate ingenii ſui in coniectando; tale ego nihil poſſum; & tamen ſuſpicor non longe abire a vero, quod dudum mihi natum ſub ictu calami: *& uterque*, *qua lucem accipit & reddit*, *Oceanus.* Sic fere *Eumenius* Conſtantino: *Sed multo magis illis divinarum mentium veſtrarum oculis providetis: nec ſolum*, *qua dies oritur*, *& praeteritur*, *& conditur*, *ſed* &c. GRVTERVS. Ineſt haud dubie in his verbis aliquid vitii, quem locum ita reſtituit *Livineius*: *uterque quam late cedit & redit Oceanus.* Ego lubentius cum *Grutero* legerim; *uterque*, *qua lucem accipit & reddit*, *Oceanus*, id eſt, Oceanus Occidentalis, in quem ſol immergere ſe, & Orientalis, unde idem videtur emergere, vobis parent & obtemperant. BAVNE. Ex *Gruteri* coniectura eſt, librorum *qualem* dividentis in *qua lucem*, ut *lem* breviata ſcri-

ter iſta terrarum , & fluminum , & littorum , tam facili ſunt aequanimitate
communia, quantum ſibi gaudent eſſe communem oculi diem. Ita duplices vobis 7
divinae potentiae fructus pietas veſtra largitur, & ſuo uterque fruitur, & con-
ſortis imperio. CAP.

ſcriptura ſit *lucem*, niſi deſcribentium incuria litterae *uc* exciderunt. Sic omnia plana ſunt, & Oceanus tam occidentalis , quam orientalis intelligitur. CELLARIVS. Debetur loci huius, olim depravati, emendatio Cl. *Grutero* , qua bono animo utor, cum ipſa utatur & *Cellarius*. Minus feliciter, quamvis iactanter, locum hunc reſtituere conatus eſt *Livineius*, *quam late cedit*, *& redit Oceanus*. PATAROL. Scilicet, qua Oceanus accipit ſolem, eſt occiduus; qua reddit, eſt Eous Oceanus. Hic locus diu cubuit in morbo, cum, pro duabus vocibus *qua ſolem*, ubique legeretur *qualem*. Cui vitio medelam afferre *Livineius* eſt conatus, ſed ita, ut nimis audacter plures ſimul voces mutarit. Effinxit enim inde, *quam late cedit*, *& redit Oceanus*, i. e. aeſtuat, παραφραστικῶς. Propius rem acu tetigit *Gruterus*, qui, ſola voce *qualem* rurſus in duas diducta , procudit *qua lucem*; quamvis hanc emendationem nondum receperit in contextum; recepit adeo primus *Cellarius*, & hunc ſecutus eſt *Patarol*. Sic luculenta hinc evadit ſententia. Nobis tamen viſum eſt, eadem manente ſententia, probabilius ex calamo *Mamertini* fluxiſſe *Solem*, quam *lucem*, cum prior ſyllaba vocis *Solem*, forte in vetuſtis membranis obſoleta, non ſatis agnoſci potuerit a Librario ; aut cum ex voce diviſa prior ſyllaba *ſo*, in fine verſus antecedentis relicta , ab eodem oculis praeterita fuerit, unde ex *qua* & *lem* natum eſt illud *qualem*. Sic vero *Mamertinus* deſcripſit orientem, & occidentem, ut fere idem dixerit, quod *Eumenius* in Paneg. ad Conſtantium Caeſarem cap. 4. *Saluti gentium* —— *providetis*, *qua dies oritur*, *& praeteritur*, *& conditur*. Licet enim totus terrarum orbis mari circumfundatur, veteres tamen Oceanum potiſſimum diviſerunt in *orientalem*, ſive *Eoum*, & *occiduum*, ſive *Atlanticum*; uti *Eumenio* l. c. dicitur *orbis duplici diſcretus Oceano*. Quid autem frequentius occurrit apud Poetas , quam ſolem, ſi occidat, dici *immergi mari*, *deſcendere in undas*, *tingi Oceano?* at, ſin oriatur, dici *revocare equos e gurgite vaſto*, *ſe tollere ab undis*, & quae ſunt longe plures huius generis formulae. SCHWARZIVS. *Solem* eſt ex *Puteani* coniectura , cuius nihil *Schwarzium* meminiſſe miror, cum ſibi ita *Mamertinum* ſcripſiſſe probabilius non tantum videri adfirmaret, ſed vero in textum quoque reciperet, in quo eum ſecutus eſt *Laegerus*. Idem ex ingenio remedium adhibuerunt *Davieſius* ad *Caeſar*. B. C. I. 39. §. 2. *Marcklandus* ad *Statii* Silv. III. 3. 55. & Vir Clariſſimus in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 27. adceſſit denique meus *Eldikius*; & confirmant notata ad Noſtrum Panegyr. 2. 1. praeſtat utique prae altera *Marcklandi* coniectura , *qui ſolem*. Conſtanter tamen in *qualem* conſentiunt Codices; contra quos coniecturam in textu retinui, quamvis ceteroquin in eo religioſior. —— *Accipit* eſt ex Codd. & *Puteolano*, poſtea in *accepit* mutatum, donec veterem, eamdemque meliorem, revocavit lectionem *Cellarius*.

Reddit] *Reddidit* Vet. LIVINEIVS.

Litorum] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta *tectorum*; vulgatum praeſtare videtur, quia *tecta* ſub *terris* iam comprehenduntur, & *littora* intelligit ad Oceanum poſita , cum animo obverſata videantur verba ex Panegyr. cap. 2. 6. *ripas peragrabo Rheni*, *& littora Oceani*. Male *& fluminum* omiſit *Schwarzius*, *& Laegerus*.

Quantum] Vet. *quam*. PVTEANVS. Forte *quam*. LIVINEIVS. *Livineius* hariolatus eſt, pro *quantum* fortaſſe legendum *quam*, ut magis congruat cum antecedenté particula *tam facili*. Atque, en, hanc ſcripturam evidenter exhibet Codex noſter, *quam ſibi gaudent*. Nondum tamen nobiscum conſtitutum habemus, exturbare lectionem ubique vulgatam, cum eiusdem loquendi rationis exempla etiam alibi occurrant. Confer verba *Iuſtini* ad §. 3. allata. Illud adhuc monendum, in his verbis a *Cuſpiniano* praetermiſſam eſſe vocem *oculi*, quam tamen utique requirere videtur verbum antecedens *gaudent*. SCHWARZIVS. Apud *Iuſtinum quam* reſpondet *tanto*, ut apud Auctor. de Cauſſ. corrupt. eloq. 6. *tanto ingentium opum*, *ac magnae potentiae voluptas*, *quam ſpectare*. adde *Torren*. ad *Valer*. *Max*. VIII. 7. ext. 7. & Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 77. 1. Confer ſupr. hoc cap. ad n. 3. —— *Oculi* ignorant quoque excerpta *Schonhovii*.

7. *Fruitur*] Similes fere argutias notavimus ad Panegyricum *Plinii* cap. 91. 7. pag. 469. Sic ipſe *Plinius* l. c. de ſuo, & collegae ſui, Tertulli, conſulatu : *Vterque collegae conſulatu*, *tanquam iterum ſuo*, *gaudet*. —— *Nos duos conſulatus accipimus ſimul*, *alterque in altero conſules*, *ſed iterum & pariter ſumus*. i. e. Vterque gau-

CAP. VII. Laurea illa, devictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rae-
2 tica, & illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare. Itidem hic gens Cavionum, Erulorumque deleta, & transrhenana victoria, & domitis oppreſſa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt.
3 Dividere inter vos Dii immortales ſua beneficia non poſſunt; quidquid alterutri prae-

det, fruiturque non tantum conſulatu collegae, haud ſecus ac ſuo, eoque quaſi iterum ſibi delato. SCHWARZIVS. Male *Guelf. finitur.* Vulgatum voluptatem indicat, quam ex communi utriusque imperio percipiebant.

1. *Laurea*] Vt *Mamertinus* oſtendat, quanta concordia ſit inter Diocletianum & Maximianum, nunc commemorat, utrosque etiam victorias ſuas habere communes, & Maximianum quidem Diocletiani, Diocletianum vero Maximiani victoriis gaudere. Ad Diocletiani victorias refert victos Syros, Raetos, & Sarmatas; ad Maximianum, victos caeſosque Caviones, Erulos, & Francos piratas. De ſingulis *Mamertinus* iam in primo Panegyrico, & in ſuperioribus ſecundi Panegyrici partibus egit, V. G. de Syria, Paneg. I. cap. 7. 5. de Raetia, Paneg. I. cap. 9. 1. ad quem locum recte obſervavit *Cellarius*, manifeſto Raeticam victoriam ibi adſcribi Diocletiano, contra plurium ſententiam, qui Panegyrici I. caput 9. interpretantes, illam Maximiano vindicatum eant. De Sarmatia non nihil annotavimus cap. 5. 4. ad hunc ipſum Panegyricum. SCHWARZIVS. Late hoc explicui ad Paneg. 2. 6. adde *Schwarzium* ibid. 9. 1.

Ac colentibus] Vet. *accolentibus.* PVTEANVS. Compelle voculas, quae diſſilierunt, *accolentibus.* ACIDALIVS. Participium *accolentibus*, in duas voces *ac colentibus* diviſum, perperam evulgarunt *Rhenanus*, *Duacenſis*, & *H. Stephanus.* Rectius id exprimunt ſcripti, excuſique libri. Verbum autem *accolere*, i. e. iuxta habitare, admittit cum caſum tertium, tum quartum. *Priſcianus* lib. XVIII. pag. 1203. *Noſtri quoque*, inquit, *accolunt fluvium & fluvio. Cicero* in Somn. Scipion. cap. 5. *Ea gens, quae illum locum accolit.* SCHWARZIVS. Diviſim etiam edidere *Paul. Stephanus*, & *Rivinus. Tacitus* Annal. l. 53. *Siculum fretum accolunt.* III. Hiſt. 47. *Pontum accolunt.*

Raetica] Manifeſto Raetica hic victoria adſcribitur Diocletiano, contra plurium ſententiam, qui Panegyrici I. caput 9. interpretantes, illam Maximiano vindicatum eant. CELLARIVS. *Illa* ignorat *Guelferb.*

Fecerunt] I. e. effecerunt, ut tu pio gaudio trimphares. Hoc loco *facere* pro efficere, aut in cauſſa eſſe ponitur, & cum infinitivo coniungitur, rariore quidem, ſed tamen non prorſus inſolenti loquendi formula. *Virgilius* lib. II. Aen. v. 538.

> *Qui nati coram me cernere lethum*
> *Feciſti.*

Palladius in Aprili cap. 8. 3. *Ita ſingulae apes ſubinde demiſſae te facient usque ad locum examinis pervenire.* Conf. *Pareus* in Lexico Critico pag. 462. SCHWARZIVS. *Lactant.* Mort. Perſ. 24. *Vt eum retrahi faceret.* ubi Notae; plura dedi ad *Arator.* I. 301. —— In *Guelf.* & *Voſſii* excerptis eſt *pro gaudio*, ex quo forte quis efficiat *prae*, ut infr. 11. 4. ſed praeſtat vulgata; *pium gaudium* eſt, ut, pietate & amore erga Diocletianum, de victoriis ipſius haud aliter gauderet Maximianus, atque ſi ipſe eas reportaſſet, ut viciſſim ob easdem Maximiani compos erat voti Diocletianus, eaque eſt illa *pietas*, quam praeced. cap. laudavit; rem ipſam explicui ad Paneg. 2. 6.

2. *Itidem*] *Itidemque* Vet. LIVINEIVS. Nunc *Mamertinus* recenſet victorias Maximiani, quae tamen etiam ex voto, & cum gaudio Diocletiani evenerint, adeoque comparat victorias Diocletiani in Oriente reportatas cum Maximiani victoriis in Germania relatis. In altero *Gudii* libro, e quodam Codice MS., particulae *itidem* non male adiicitur copula *que.* At ibidem pariter, atque in noſtro Codice, praeter neceſſitatem, *hic* in *haec* mutatum deprehenditur. Eſt enim *hic* hoc loco adverbium, i. e. in hac Germaniae vicinia. *Mamertinus* enim tunc Treviris orationem hanc habuit. Nihili vero eſt, quod *Puteolanus*, *Rhenanus*, & alii quidam pro voce *gens* prodidere *genus.* SCHWARZIVS. *Genus* etiam uterque *Stephanus*, & priori Edit. *Rivinus. Acidalio* hoc iam ita diſplicuit, ut ſola coniectura mox in *gens* mutaverit, *Mamertini* ſtilo convenientius; infr. 17. init. *gens Maurorum*; ſupr. Paneg. 11. 4. *gens barbarorum.* utriusque vocis ſaepe permutatae exempla dedit *Drakenb.* ad *Livium* XXXIV. 17. 6. apud *Salluſt.* Iugurth. cap. 116. in *Daventrienſi* a manu ſec. vidi, *ex genere Maſiniſſae.*

Cavionum] Vet. *Cuybonum.* Vid. ſupr. Paneg. Ma-

praeſtatur, amborum eſt. Obſtupeſcerent certe omnes homines admiratione ve- 4
ſtri, etiam ſi vos idem parens, eademque mater ad iſtam concordiam naturae le-
gibus imbuiſſent. At enim, quanto hoc eſt admirabilius, vel pulcrius, quod 5
vos caſtra, quod praelia, quod pares victoriae fecere fratres? Dum virtutibus
veſtris ſavetis, dum pulcerrima invicem facta laudatis, dum ad ſummum fortu-
nae

Maxim. cap. 5. PVTEANVS. *Chabionum* Sched. *Langii*, *Caiuonum*, *Bertinienſ. Carbonum*, *Cuſpin.* corrupte. LIVINEIVS. Lege *gens.* Forte & *Chaibonum.* Sic praecedenti Panegyr. aliquoties nominat eos populos, & quidem utrosque hos iunctim. ACIDALIVS. Superiori Panegyrico cap. 5. n. 2. *Chaibones* dicti, ut alterutra ſcriptura erratum ſit. *Cluverio* Germ. lib. III. 27. videntur *Aviones Taciti* Germ. cap. 40. eſſe, inter Anglos, Varinos, & Reudingos poſiti, quaſi prima littera exciderit ex illo nomine. Sed coniectura eſt, qua nihil certi ſtabilitur. CELLARIVS. Varie ſcribuntur haec nomina: *Cabionum*, *Caybonum*, *Chaibonum*, ac male in Codice noſtro, & *Cuſpiniani* editione *Carbonum.* Perperam etiam *Puteolanus*, & *Navius* pro *Erulorum* edidere *Herculeorum;* melius *Rhenanus*, & alii *Herulorum.* De *Cavionibus*, & *Erulis* iam egimus ad *Mamertini* Paneg. I. cap. 5. 2. SCHWARZIVS. *Schonhovii* excerpta *Cabionum*, eadem *Voſſii*, & *Guelf. Caibonum;* at vero *Cavivorum*, quod in nulla tamen Edit. vidi, citat *Colerus* ad *Tacit.* Mor. Germ. cap. 40. pro quo ipſe emendat *Chaivonum.* Deinde, addita adſpiratione, *Herculorumque* eſt in *Guelf.* ita edidit *Puteolanus.* de utraque gente copioſe dictum eſt ſupr. ad Paneg. pag. 28. 29. 30.

Transrhenana] *Et transrhenana* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. In Bagaudas & Gallos. PATAROL. *Cuſpinianus*, & *Rhenanus* his vocibus praepoſuere copulam *&*, ſed minus commode, ac ſine auctoritate Codicum veterum; eſt enim caſus ſextus. Pro *transrhenana* Codex noſter, itemque alius a *Gudio* notatus habent *trans Rhenum.* Sed idem *Mamertinus* etiam infra ſcripſit cap. 16. 1. *Sarmaticas veſtras, & Raeticas, & Transrhenanas expeditiones.* SCHWARZIVS. Primus qui *&* ante *transrhenana* eiecit, fuiſſe videter *Livineius;* huius auctoritatem omnes ſunt ſecuti, praeter *Henr. Stephanum*, & *Rivinum*, quorum exemplo ea videtur vocula revocanda. Tantum enim abeſt, ut cum *Schwarzio victoria* ſexto caſu accipiam, ut eam a victoria de Chaibonibus & Erulis, aut de Francis plane arbitrer diſtinguendam. Conf. Panegyr. cap. 6. & 9. Male etiam Codicum in hac voce auctoritatem negat *Schwarzius*; eſt enim in Veteri apud *Livineium*, & *Voſſii* excerptis, ad quae textum conſtitui.

Francis] De Francis iam ſupra ad cap. 5. non nihil expoſuimus. SCHWARZIVS. Adde ad Paneg. pag. 2. & cap. 12. init.

4. *Etiamſi*] Particulae *etiam*, & *ſi* hoc loco elegantius videntur dividendae, prout ſic diviſae in Codice noſtro, item & in *Cuſpiniani*, & *Rhenani* libris leguntur. Ita & *Cicero* eas diviſit, V. G. lib. VII. ad Attic. Epiſt. 7. *Ego bonos viros, aut eos, quicunque dicuntur boni, ſequar, etiam ſi ruant.* SCHWARZIVS. *Stupere*, & *obſtupeſcere admiratione* vulgata locutio, de qua *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. I. p. 48. noſtri quoque non inmemor. Praecedentem periodum, *quidquid alterutri praeſtatur*, *amborum eſt*, neglexit *Schwarzius*, & *Iaegerus.*

Imbuiſſent] Codex MS. in altero *Gudii* libro habet *imbuiſſet.* Sed perinde eſt. SCHWARZIVS. Fere erat, ut *inbuiſſet* revocarem, ſed retinui me propter alios Codd. vulgatae inhaereſcentes. In pluribus enim ſubſtantivis coniunctis ſequi poteſt ſingularis numeri verbum, ſive omnia ſint ſubſtantiva eodem, ſive diverſo numero, unde apud *Horatium: clamor, galeaeque & vultus iuvat; Diva Cypri, fratres Helenae, & Pater ventorum regat*, quaeque alia larga manu dedit *Bentleius* ad *Horat.* Od. I. 24. 8. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil 12. 1. & 47. 4. & ipſe ad *Arator.* I. 460. hinc apud *Mamertinum* Iulian. 2. 3. non male *Guelf. ipſa haec urbs*, *atque hoc* — *templum* — *efflagitat.* aut ſequi poteſt pluralis; niſi ſubſtantiva diſiungantur, quae in ſingulari poſita verbum ſemper poſtulant ſingulare. Conf. *Bentleium* ad *Horat.* I. Od. 13. 6.

5. *Eſt*] Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS. Verbum ſubſtantivum *eſt* exprimunt quidam Codices MSS. item in excuſis *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Livineius:* alii omittunt; & poterat ſine damno abeſſe. SCHWARZIVS. Codd. *Guelf.* & *Voſſii* ſecutus excerpta *eſt* retinui cum aliis, & utroque *Stephano*, & *Rivino;* male *hoc*, vitio forte typographi, omiſſum fuit in Edd. *Schwarzii*, & *Iaegeri*; cum tamen ſententiam augeat.

Caſtra] Vterque Imperator ſub Probo, Caro, & Aureliano ſimul meruerat. BAVNE.

Fratres, dum] Sic interpungi malim, *fratres. Dum*

6 nae faſtigium pari gradu tenditis, diverſum ſanguinem adfectibus miſcuiſtis. Non fortuita vobis eſt germanitas, ſed electa. Notum eſt, ſaepe eisdem parentibus natos eſſe diſſimiles: certiſſimae fraternitatis eſt usque ad imperium ſimilitudo, quae ne etiam intervallum veſtrae vincit aetatis, & ſeniorem iunioremque caritate mutua

Dum virt. &c. *miſcuiſtis.* ACIDALIVS. Qua ratione dicantur *fratres*, latius explicui ſupr. ad Paneg. p. 11. inde *fraternum obſequium*, ibid. 9. 1. ubi vide, & *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. 8. init.

Miſcuiſtis] H. e. mutua benevolentia, atque amore diverſum ſanguinem temperaſtis coniunxiſtisque, ut quaſi ex eodem ſanguine ſati fratres nunc videamini. SCHWARZIVS.

6. *Germanitas*] Addidi ex *Langii* Schedis, & *Cuſpin.* LIVINEIVS. I. e. non caſu extitit veſtra fraternitas, ſive fraterna aequalitas, a *germine* ſic dicta, quaſi eiusdem germinis, & ſtirpis fraternitas, ac ſimilitudo. *Feſtus: Germanitas*, inquit, *eſt coniunctio inter germanos; qui ſunt velut eadem ſtirpe geniti.* Hac voce & ipſe utitur *Cicero* pro Ligario cap. 11. *Si fraterne, ſi pie, ſi cum dolore faciunt; moveant te horum lacrymae, moveat pietas, moveat germanitas.* Germanitas autem *electa* dicitur certo iudicio, ſingularique animorum conſenſione inita, atque conſtituta. Vbi nunc legimus, *in vobis eſt germanitas*, ibi, teſte altero *Gudii* libro, praepoſitionem *in* Codex quidam MS. ſatis commode omiſit. Sed vide, quam deformiorem defectum in hoc loco habeat. Codex noſter MS., itemque alii quidam Codices, in utroque *Gudii* libro notati; cum, praetermiſſis tredecim vocibus, ibi haec ſaltem verba legantur: *Non fortuita in vobis eſt germanitas, usque ad imperium ſimilitudo.* Quae lacuna in *Puteolani* ἐκδόσει tam callida arte oblita eſt, ut vix acute videntibus appareat. Ibi enim haec legimus: *Non fortuita in vobis eſt germanitatis usque ad imperium ſimilitudo.* Quam lectionem ſecuti ſunt *Rhenanus*, *Navius*, *H. Stephanus.* Sed integriorem locum iam exhibuit *Cuſpinianus*, quem deinceps etiam *Livineius*, *Gruterus*, & alii ſunt amplexi. *Similitudo* autem animorum, morumque *usque ad imperium* eſt, quae etiam in ſummo imperio communiter retinetur, eaque dicitur indicium certiſſimae fraternitatis. SCHWARZIVS. Delevi *in* ex *Guelf.* & excerptis *Voſſii*, in quibus tredecim quoque illa verba omittuntur, quae recte etiam inſeruit *Paull. Stephanus*, & ſunt in *Schonhovii* excerptis. *Puteolanum* ſecutus eſt *Rivinus.*

Notum] Forte *notatum.* LIVINEIVS.

Quae ne etiam] Alii, *quin etiam.* RHENANVS. *Nae* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Reformabam aliquando, *quae ut etiam intervallum veſtrae uniat aetatis*, gnarus facillime *vincit* tranſire in *uniat*, utique ubi minus oculatus *ci* accipit, tanquam eſſet *a.* Nunc malo indicare, ignotum mihi ſenſum iſtorum omnium verborum. GRVTERVS. Alias *quin etiam.* Melius τὸ *ne* abieceris. Non etiam *iungit* pro *vincit* ſcripſeris. ACIDALIVS. Varie caſtigatur ab aliis hic locus: ego una variata litera contentus legerem *nae.* PATAROL. I. e. quae ſimilitudo profecto etiam intervallum, ſive diſcrimen aetatis veſtrae vincit, & tollit, adeoque facit, ut, quamvis alter ſit ſenior, alter iunior, nihilo minus tamen per mutuum amorem aequales, atque aetate pares videamini. Vulgo in ſcriptis, excuſisque libris pro *nae* legimus *ne:* ſed iam *Livineius*, ex *Caroli Langii* monitu, veriorem lectionem in margine editionis ſuae annotavit, quae lectio ſimiliter *Patarolo* in notis probatur. Ita vero etiam alibi iſtas particulas *nae*, & *ne* non raro inter ſe permiſceri docuimus in Commentario ad Paneg. *Plinii* cap. 70. 9. Non eſt ergo, quod pro *quae ne etiam* aſſumamus *quin etiam*; quod *Rhenanus*, neſcimus unde, adſcripſit orae libri ſui. Neque attinet, a *Valent: Acidalio* particulam *ne* prorſus abiici, quae ſaltem in *nae* commutanda. Mire vero hunc locum aliquando ſic reformare cogitavit *Gruterus: quae ut etiam intervallum veſtrae uniat aetatis:* quanquam deinceps, improbata illa reformatione, ipſe faſſus ſit, ignotum ſibi ſenſum eſſe iſtorum *Mamertini* verborum. SCHWARZIVS. Veram verborum ſententiam dedit *Schwarzius*, non veram *Mamertini* manum, recipiendo *nae*, quamvis eum ſecutus ſit *Iaegerus*; niſi forte *ne* pro *nae* malles, ut ſcribendum putant nonnulli, de quo *Harleſius* ad *Ciceron.* de Orator. III. 31. *quae nae* auribus eſt inſuave; revocavi *ne*, adhibitum pro nequidem, de quo *Ruhnken.* ad *Rutil. Lupum* II. p. 129. aut forte *nec* ſcripſit, eadem notione, de qua *Cortius* ad *Salluſt.* Iug. 31. 3. oſtendi iam in Miſcellan. cap. 6. omiſſo *quidem* veteres frequentius *nec*, contra *ne* adhibuiſſe; hinc apud *Macrob.* Saturnal. I. 11. emendo, *ne in hoc quidem*, editur *nec;* coniecturam confirmat *Seneca* Epiſt. 47. unde ſua deſcripſit *Macrobius.* eius loco uſus eſt *Ioannes Saresber.* VIII. 12. ubi idem mendum tolle.

Iu-

tua reddit aequales: ut iam illud falſo dictum ſit, NON DELECTARI SOCIETATE RERVM NISI PARES ANNOS. Intelligimus enim, ſacratiſſimi Principes, geminum 7
vobis, quamvis diſpares ſitis aetatibus, ineſſe conſenſum, neque tu illi videris promtior, neque tibi ille cunctatior, ſed invicem voſmet imitamini; invicem veſtros adfecta-

Iunioremque] *Minoremque*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Probo *iunioremque*, quia de aetate agit. Mox n. 7. *ambo iuniores*, *ambo ſeniores*; Incerti Epithal. 3. 2. *te quidem ſentio*, *ſenior Auguſte*, *maieſtate praecedere*, *te ſequi*, *iunior Imperator.* & cap. 13. 5. *utitur virtute iuvenis*, *& maturitate ſenioris.* at vero *minoremque*, quod eſt in *Bertinienſi*, magis ſpectaret imperium, Caeſareamque dignitatem; dixi ſupr. ad Paneg. cap. 9. n. 1.

Delectare] Sic Vet. *delectari ſocietate rerum niſi pares.* PVTEANVS. Notum proverbium Graecum, ἧλιξ ἥλικα τέρπει, & plura eodem non congero. LIVINEIVS. Codex noſter in his verbis varietatem haud ſpernendam profert: *Non delectari ſocietate rerum niſi pares annos.* Quanquam vero eandem lectionem *Claud. Puteanus*, teſte variarum lectionum libello, etiam in vetere Codice animadverterit, ac praeterea *Livineius* teſtetur in verbis, *niſi inter pares annos*, praepoſitionem *inter* etiam abeſſe a Codice *Bertiniano*; nondum tamen audemus a vulgata, eaque omnibus ceteris libris confirmata lectione recedere. Ceterum huc pertinet proverbium Graecorum, a *Livineio* notatum: ἧλιξ ἥλικα τέρπει. SCHWARZIVS. Huc usque conſtanter fuit edita haec periodus; *non delectare ſocietatem rerum*, *niſi inter pares annos*; caſtigavi eamdem ad Codices; *delectari ſocietate* eſt ex *Guelferb.* praeterea *inter* delevi ex eodem Cod. *Voſſ.* excerptis, & *Bertinienſi* apud *Livineium*, ſequenti nota.

Inter] Abeſt a *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* & *Voſſii* excerptis.

7. *Et geminum*] *Et* abeſt Vet. *Cuſpin. Rhen.* LIVINEIVS. *Et* omiſit *Henr. Stephanus*, *Gruterus*, & ſequentes, ignorat etiam *Guelferb.* —— Vnde pro *Principes* ediderint *Schwarzius*, & *Iaegerus Imperatores*, me latet.

Diſpares] Ex his *Mamertini* verbis emendandum *Victoris* de Diocletiani aetate locum obſervavi ad finem eius vitae. BAVNE. Ordine mutato, *ſitis diſpares* excerpta *Voſſii*.

Cunctatior] Vet. *cunctantior.* PVTEANVS. *Cunctantior* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Livineius* ex vetere ſuo Codice, & *Bertiniano* in ora libri annotavit, *ille cunctantior.* Atque ita vulgo legitur apud *Suetonium* in Caeſ. 60. *ad dimicandum cunctantior factus eſt.* quanquam & ibi, teſte *Burmanno*, meliores libri *cunctatior*, & *contatior* habeant. Retinemus vulgatam lectionem, quae in ceteris libris exprimitur. Sic enim etiam *Plinius* loquitur lib. II. Epiſt. 16. *Cunctatior fortaſſe*, *& cautior eſſem.* Idem lib. VIIII. Epiſt. 13. *Erat enim* Corellius *cunctatior cautiorque.* Bene iſta quaſi Synonyma coniunguntur, quia cautiores non ſtatim aggrediuntur negotium, de quo deliberandum eſt, ſed quaſi morantur, & cuncta antea expendunt, aut, quod *Verrius* ex nautico uſu dictum putat, quaſi *conto* pertentant, cognoſcuntque aquae altitudinem. Vnde alii malunt ſcribere *contari*, quam *cunctari.* Conf. *Servius* ad *Virgil.* lib. VIII. Aeneid. 388. Eſt vero potiſſimum ſenum *cunctari*, utpote quos diuturna experientia reddit cautiores, & providentiores, i. e. *bedachtſamer.* SCHWARZIVS. *Cunctatius* in quibusdam quoque Edd. eſt apud *Pacat.* Paneg. 37. init. De confuſione *cunctatius cunctantius*, *moderatius moderantius*, vide *Burman.* ad *Sueton.* Caeſ. 19. ita *intoleratiſſima* in nonnullis invenit *Drakenb.* apud *Livium* V. 48. 3. *Contatior* eſt in *Guelf.* ut *percontantibus* apud *Sedulium* in quibusdam III. 320.

Voſmet] *Voſmet ipſos* Vet. LIVINEIVS.

Adfectatis] Verbum *affectare* pertinet ad μέσα ſive media, & communia. Aliquando enim ſimpliciter ſignificat intendere, ſtudioſe quaerere, & appetere. Id, ſi fit naturae & rationi convenienter, in laude ponitur, prout *Cornelius Nepos* in Attico cap. 13. dixit, Atticum *omni diligentia munditiem non affluentem affectaſſe*, i. e. ſtudioſum fuiſſe munditiei non affluentis. Conf. notam noſtram ad Panegyricum *Plinii* cap. 20. 2. pag. 45. Cum quadam autem reprehenſione is dicitur aliquid *affectare*, qui nimis ambitioſo, & ſolicito ſtudio quaerit, aut per ſimulationem accerſit, quod aſſequi nequeat, refragante natura. Vnde *Quinctilianus* lib. I. Inſtit. Orator. cap. 6. *Nihil*, inquit, *eſt odioſius affectatione.* Hoc loco Diocletianus & Maximianus Imperatores cum laude dicuntur *invicem ſuos affectare annos*, i. e. alter alterius aetatis mores ſtudioſe imitari, atque ſimiles referre; cum alioqui ſenior alter, alter iunior eſſet. SCHWARZIVS. *Pacatus* Paneg. 15. 1. *his te viris ſemper dediſti*, *quos adfectare publica deberet imitatio*; & *imitationem antiquitatis adfectare*, *Quinctil.* I. O. XI. 3. quod de voce in malam partem monet *Schwar-*

fectatis annos. Sic vos fertis quaſi ambo iuniores, ambo ſeniores. Neuter plus ſuis moribus favet: uterque ſe vult hoc eſſe, quod frater eſt.

CAP.

Schwarzius, ea eſt *mala adfectatio*, ſive κακόζηλον, apud eumd *Quinctilianum* VIII. 3.

Vos eſtis] Sic Vet. *ſic vos fertis quaſi iuniores.* PVTEANVS. *Eſtis quaſi iuniores*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS Lege, *ſic vobis eſtis iuniores ambo*, *ambo ſeniores.* ACIDALIVS. Non ſatisfacit auribus illud *vos.* Mallem, transformetur in *ambo*, legereturque, *ſic ambo eſtis iuniores*, *ambo ſeniores.* GRVTERVS. & BAVNE. In *Puteolani*, *Cuſpiniani*, *Navii*, *H. Stephani*, *Livineii*, *Gruteri*, *Puteani*, & *Iac. de la Baune* libris legimus: *Sic vos eſtis iuniores*, *ambo ſeniores.* De qua lectione recte iudicat *Gruterus* in notis: Non ſatisfacit —— legereturque, *ſic ambo eſtis iuniores*, *ambo ſeniores.* Quam lectionem *Cellarius*, & *Patarol* adoptarunt, quamquam nec male reſcribendum cenſuerit *Acidalius*: *Sic vobis eſtis iuniores ambo*, *ambo ſeniores.* Sed non opus eſt ſola coniectura, cum pleniorem, vividioremque lectionem probet Codex noſter, quam alius etiam Codex MS., in utroque *Gudii* libro annotatus, confirmat, & quam in contextu exhibemus: *Sic vos fertis quaſi ambo iuniores*, i. e. ſic vos geritis, oſtenditisque ambo quaſi iuniores, nempe alter, Maximianus, aetate; alter, Diocletianus, imitatione Maximiani; & viciſſim ſeniores. Ita nempe etiam apud alios Scriptores invenimus, *ferre ſe* dici pro gerere & oſtendere ſe. V. G. apud *Ciceronem* Coelius Epiſt. 4. lib. VIII. ad Famil. ait, *ut ſe fert ipſe*, i. e. qualem ſe gerit oſtenditque ipſe. Sic & *Tacitus* I. Annal. cap. 21. *ferre ſe conſulem.* & lib. XII. Annal. cap. 37 *ferre ſe ſocium imperii*; i. e. gerere ſe tanquam conſulem, tanquam ſocium imperii. *Suetonius* in Auguſt. cap. 32. *Graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro.* *Virgilius* lib. XI. Aeneid. v. 779.

Captivo ſive ut ſe ferret in auro
Venatrix.

Idem lib. VIIII. Aen. v. 597.

Ibat, & ingentem ſeſe clamore ferebat.

i. e. gerebat ſe tanquam ingentem. Immo *ſe ferre*, ſive *ferri aliquo* etiam dici aliquando ſolet pro ire, incedere, procedere. *Virgilius* lib. II. Aen. v. 503.

Talis erat Dido, *talem ſe laeta ferebat*
Per medios.

i. e. incedebat. Idem lib. I. Aen. v. 314.

Cui mater media ſeſe tulit obvia ſilva.

i. e. obviam ivit in media ſilva. *Florus* lib. III. cap. 3. *Tripertito agmine per Alpes ferebantur.* i. e. procedebant. Poſſis hanc notionem ad hunc ipſum quoque locum commode transferre, ut *Mamertinus* dixerit, *vos fertis*, i. e. inceditis, *ambo iuniores*, *ambo ſeniores.* Inceſſu enim potiſſimum diſtinguitur aetas, cum iuniores promtiore & alacriore, ſeniores graviore utantur. Sed in hac parte laudis *Mamertinus* non niſi argutias rhetoricas captare videtur. SCHWARZIVS. In conſtituendis *Mamertini* verbis *Schwarzium* ſecutus eſt *Iaegerus*, eamdemque lectionem confirmant *Voſſii* excerpta, & conſenſus tum *Eldikii* mei, tum Viri Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part I. p. 30. Conf. *Burman.* ad *Valer. Flacc.* IV. 199. Supplebat depravatam in ſua Edit. ſcripturam *de Rooy* Spicil. Crit. p. 49. *ſic vos eſtis iuniores ambo*, *ambo ſeniores.* Sed *fertis*, hac notione Librariis minus notum, cauſſam dedit, ut *eſtis* reponeretur, eademque notio *quaſi* poſtulat; alter enim non erat ſenior, neque alter iunior, ſed ita ſe gerebant, tamquam ea eſſent aetate. *Salluſt* Catil 11. 3. *quaſi venenis malis inbuta*; ita etiam Cod. *Daventrienſis*, in aliis eſt *quae*: ſimili notione *ſicuti* idem adhibet. Iugurth. 32. 5. *ſicuti iurgio laceſſitus erat*, ubi *Daventr.* etiam *quaſi*, aliique, quod tamen ex Gloſſa eſſe monet *Cortius.*

Iuniores] Forte *iuniores ambo.* LIVINEIVS.

Se vult] Credas pronomen *ſe* hic abundare. *Mamertinus* enim recte dicere potuiſſet, *uterque vult hoc eſſe*, prout *Martialis* lib. X. Epigr. 47. dixit,

Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis.

neque enim *Martialis* neceſſe habuit dicere, *quod ſis*, *te eſſe velis* nihil tamen mutamus, cum eodem modo etiam loquatur *Plinius* lib. X. Epiſt 3. *Malui*, *hoc potius tempore me patrem fieri*, *quo futurus eſſem & ſecurus*, *& felix.* SCHWARZIVS.

CAP. VIII. Inde igitur proxime illa impatientia veſtrae pietatis erupit, quod vos nulla regionum longinquitas, nulla iniquitas locorum, nulla tempeſtatis aſperitas retinere, aut morari potuit, quo minus ad conſpectum veſtri per-

1. *Ille inpatientiam*] Sic Vet. *ille inpraeſentia.* Fort. *illa impatientia* PVTEANVS. *Illa impatientia* Sched. *Langii*, *Cuſpinian.* LIVINEIVS. Lege, *illa impatientia veſtrae pietatis erupit.* ACIDALIVS. Amor vehemens erga ſuos in Italia populos. CELLARIVS. I. e. ille vehemens ardor mutui amoris veſtri, quaſi cum impetu quodam, ſe exeruit. Ita *Mamertinus* etiam ſupra cap 4. 1. dixit, *pro amoris impatientia.* Ita & ipſe *Cicero* coniunxit *effervescere* & *erumpere*, Orat. de Provinc. Conſul. cap. 4. *Totum Pontum armatum, efferveſcentem in Aſiam, atque erumpentem —— ſuſtinerent.* Quondam hic locus valde corruptus fuit. In ipſo Codice noſtro ſic legitur: *ille in praeſentia veſtrae pietatis erupit.* quam lectionem etiam *Gudius* ex alio Codice annotavit. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, *H. Stephanus*, *Livineius*, *Rivinus* habent, *ille impatientiam veſtrae pietatis irrupit.* Melius *Cuſpinianus*, *Gruterus*, & recentiores: *illa impatientia veſtrae pietatis irrupit.* Maluimus tamen pro verbo *irrupit* reponere *erupit*, cum hoc in noſtro Codice, & utroque *Gudii* libro deprehendatur. SCHWARZIVS. *Puteolani* ſcripturam quoque dedit *Paullus Stephanus*; *Cuſpinianum* ſecuti ſunt *Gruterus*, & reliqui, usque dum in verbo *erupit* meliora dedit *Schwarzius*, & *Iaegerus*, quorum veſtigia preſſi, praeſertim, quia *Voſſii* excerpta conſentiunt, praeterquam quod *irrupit* retineant, & ſcripturae compendium, quod ex *Guelf.* enotatum habeo, eodem tendat. Divinabat *Eldikius*, *pietatis eluxit*, ſed ob Codd. auctoritatem apud *Schwarzium*, adeoque etiam *Guelf.*, magis *erupit* placet, ut *divinus inpetus* exprimatur, quem n. 4. memorat, & confirmat mox Vet. apud *Puteanum.*

Irrupit] Vet. *erupit.* PVTEANVS. Vid. Obſerv. praeced.

Aſperitas] Hyeme enim Imperatores Mediolanum convenerunt. BAVNE.

Aut morari] Abſunt in Vet. LIVINEIVS. *Livineius* teſtatur, haec verba abeſſe a ſuo Codice vetere, ut ſic quaſi ex gloſſa in alios libros transiiſſe videantur. Tuemur tamen lectionem vulgatam, cum & ipſe *Cicero* ſimilia coniungat, lib. XII. Epiſt. 15. ad Famil. *detinuerunt nos & demorati ſunt.* SCHWARZIVS. Mihi utraque vox ita videtur diſtinguenda, ut *retinere* pertineat ad *regiones*, quibus verſabantur, & ex quibus profecturi erant, *morari* ad *iniquitatem locorum*, & *tempeſtatis aſperitatem*, ut ſit conſtruendum, vos nulla regionum longinquitas retinere, aut nulla iniquitas locorum, nulla tempeſtatis aſperitas morari potuit, ſcilicet in itinere. Chiasmum ſolent hunc conſtructionis modum adpellare, ut apud *Livium* VI. 28. 6. *Species profecto his ibi truces Gallorum, ſonitumque vocis in oculis, atque in auribus fore*, i. e. ſpecies fore in oculis, ſonitum in auribus. *Virgilius* Aeneid. XI. 333.

> *Munera portantes aurique eborisque talenta,*
> *Et ſellam.*

i. e. auri talenta, eboris ſellam, ubi Notae, inprimis *Heynius*; *Ovidius* Metam. V. 604.

> *Sic ego currebam, ſic me ferus ille premebat,*
> *Vt fugere accipitrem penna trepidante columbae,*
> *Vt ſolet accipiter trepidas agitare columbas.*

ſic currebam, ut fugere ſolent columbae, ſic ferus me premebat, ut ſolet accipiter. *Rutilius* Itin. I. 71.

> *Hinc tibi certandi, bona parcendique voluptas,*
> *Quos timuit, ſuperat, quos ſuperavit, amat.*

ita locus interpungendus, non ut *bona* referatur ad *certandi*; voluptas certandi ſuperat, quos timuit, voluptas parcendi amat, quos ſuperavit. *Suetonius* Caeſ. 24 *diſciplina cultuque inſtitutam & ornatam*; diſciplina inſtitutam, cultu ornatam. Parum id adtendens *Zurckius* non cepit haec *Ciceronis* pro Marcell. cap. 2. *Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Praefectus, nihil cohors, nihil turma praecerpit.* explicat *Centurionem*, qui equitibus, *praefectum*, qui legioni praeeſt: conſtrue, nihil Centurio, nihil cohors, nihil Praefectus, nihil turma praecerpit. Alia dederunt *Nerius* Analect. I. 35. *Cortius* ad Salluſt. Catil. 14. 3. eiuscemodi etiam ſunt exempla in pluribus ita connectendis, ut hoc *Ciceronis* Catil. II. 11. *Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus.* aequitas certat cum iniquitate, temperantia cum luxu-

2 pervolaretis. Neque enim illud progreſſio fuit, nec itinerum confectio, nec ſo-
3 litis adminiculis uſa properatio. Quid ſimili concitus eques, aut velivola na-
vis? Divinus quidam impetus fuit, quo repente in eumdem locum ab utroque ſolis adverſo fine veniſtis: ipſos ſiquidem, quos praemiſeratis, nuntios reliquiſtis:

luxuria, &c. uſus eſt hoc loco *Iſidorus* Orig. II. 21. ſed illic ex *Groningano* pro *poteſtas* emenda *honeſtas*. Idem *Cicero* pro Deiot. cap. 2. *Spectarem curiam, intuerer forum, caelum denique teſtarer ipſum, ſic cum & Deorum inmortalium, & Populi R., & Senatus beneficia.* ad curiam refer Senatus beneficia, ad forum Populi, ad caelum eadem Deorum. Non alia ratione explicanda eſt *doli* definitio, quam *Labeoni* auctori tribuit *Vlpianus* in L. 1. §. 2. ff. de Dol. mal. *eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* ut ſit calliditas ad circumveniendum, fallacia ad fallendum, machinatio ad decipiendum, eſtque haec triplex doli ſpecies, ex qua hominem malum conſtare totum *fraude, fallaciis, mendaciis* dixit *Cicero* pro Roſc. Comoed. cap. 7.

Pervolaretis] Vet. *prov.* PVTEANVS. Fort. *provol.* LIVINEIVS. *Livineius* exiſtimavit, reſcribendum eſſe, *provolaretis.* Quod & in priore *Gudii* libro annotatum eſt; ſed, quamvis praepoſitiones *per* & *pro* ex ſcribendi compendio frequenter confundantur, retinemus tamen vulgatam lectionem, quam expreſſis literis etiam tuetur noſtri Codicis MS. ſuffragium. Sic etiam *Ciceroni* uſitatum eſt hoc verbum, v. g. in Somnio Scipion. cap. 9. *ſunt autem optimae curae de ſalute patriae, quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc ſedem, & domum ſuam pervolabit.* & pro Sext. Roſcio Amer. cap. 7. *Cum poſt horam primam noctis occiſus eſſet Sex. Roſcius, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit decem horis nocturnis, ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis* (i. e. genere vehiculi Gallici) *pervolavit.* Adde *Ovidium* lib. II. Faſtor. v. 251.

Corvus & aerium pervolat altus iter.

Sed neque ulla opus eſt mutatione, quod in proximis verbis, pro numero ſingulari *itineris*, Codex noſter, aliique quidam *Gudiani* habent in numero multitudinis *itinerum.* SCHWARZIVS. *Provolare* magis ſeſe invicem videndi deſiderium indicaret, ut apud *Pacatum* Paneg. 37. 1. *effuſa portis obviam provolavit*, ubi Not. Patern. ſed *pervolaretis* magis tueor, quia de toto itinere, celerrime ſine ulla mora confecto, agit, quae notio ineſt in altero *Ciceronis*, & *Ovidii* apud *Schwarzium* loco, etiam in hoc Incerti Conſtantino 5. 5. *tam cito a Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu pervolaſſe*, ubi nulla eſt varietas. —— *Itinerum* etiam *Guelf.* & excerpta *Voſſii*, quod recepi. Supra 2. 4. *itinera veſtra*; neque aliter cap. 9. 2. cap. 10. 1. & ſane eſt ille multitudinis numerus utriusque Imperatoris itineri ſignificando aptior. —— Cum hoc loco comparandus eſt ſimilis *Auſonii* Gratiar. act. 37. 2. *Tu, Gratiane, tot Romani imperii limites, tot flumina, & lacus, tot veterum interſepta regionum —— celeriore tranſcurſu, quam eſt properatio noſtri ſermonis, evolvis, nulla requie otii, ne ſomni quidem, aut cibi munere liberali.*

3. *Quod ſimili*] Aliis, *quo.* RHENANVS. Vet. *quid.* Forte legendum, *quo ſimul concitus eques*, vel *quis ſimul concitus eques.* PVTEANVS. *Quid* Vet. *Quis ſimilis* Sched. *Langii*, quod ſequor. *concitus*, *Bertinienſ.* non placet. LIVINEIVS. Fecerim, *quid ſimile concitus eques*, &c. & vero *quid* extare in uno MS. ſuo teſtatur *Livineius.* GRVTERVS. Lege, *properatio: (quo ſimili c. e. a. v. navis?) divinus quidam.* ACIDALIVS. *Quis ſimili.* Ante erat *quod*, cuius in locum aliqui reſtituunt *quid.* BAVNE. & PATAROL. I. e. *Quid ſimile* huic incredibili celeritati veſtrae habet, ſive facit, *concitus eques*, *aut velivola*, h. e. quaſi velis volans, *navis*? Hic locus mire depravatus adhuc iacuit. *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *H. Stephanus* ediderant, *quod ſimili concitu eques.* Vitioſius *Navius*, *quod ſimili concutu eques.* *Acidalius*, & alii quidam putarunt legendum, *quo ſimili concitu eques.* *Iacobus de la Baune*, & *Patarol*, ſecuti coniecturam *Caroli Langii*, dedere, *quis ſimili concitu eques.* *Cellarius*, *quid ſimili concitu eques.* Noſter ſtomachus non ſatis concoquere potuit illud ſubſtantivum *concitu*, cuius uſum fruſtra quaeſiveris, extra hunc *Mamertini* locum: at participium *concitus* pro concitatus eſt uſitatiſſimum. Conſuluimus ergo Codicem noſtrum, in quo haec verba ſine compendio ſcripta offendimus: *Quid ſimili concitus eques, aut velivola navis?* Eadem verba *Gudius* ex alio Codice MS. adſcripſit alteri libro. Etiam *Livineius* pro *quo*, vel *quod*, vel *quis*, ex ſuo vetere Codice annotavit *quid.* Vna ergo literula *i* in *e* mutata, pro *ſimili* auſi reponere *ſimile*, genuinam ac certe congruentem lectionem reddidimus *Mamertino*, prout hanc

lectio-

ſtis: ipſam, quae vos conata eſt praevenire, famam praevertiſtis, ut, absque pauciſſimis, qui vobis comites haerere potuerunt, ceteri homines fortaſſe crediderint, quod dignum eſt maieſtate veſtra, diurna vobis & nocturna curricula utraque mundi lumina commodaſſe. Sed removeamus iſtinc fabulas 4
im-

lectionem etiam *Grutero* in mentem veniſſe animadvertimus. Eiusdem generis formulae etiam alibi occurrunt. V. G. apud Auctorem incertum VIII. Panegyrici, Conſtantino Aug. dicti, cap. 13. 5. *Quid ſimile fabulae ferunt? Lat. Pacatus* cap. 33. 3. *Quid in ceteris ſaltem ſimile deprehendimus?* Ipſe *Cicero* lib. II. de Divinat. cap. 30. *Poſtremo, quid ſimile habet paſſer annis?* Equidem in *Mamertino* eſt ἔλλειψις, ubi intelligas, vel *habet*, vel *facit*, vel *eſt*. At quid frequentius ἐλλείψει in interrogatione, & admiratione? Ipſe *Mamertinus* cap. proximo 9. 1. *Sed qua tandem vice temporum? quo tempeſtatis habitu?* ſcilicet acceleraſtis, ſive pervecti eſtis ad vos. SCHWARZIVS. Etiam *Rhenanus*, *Paull. Stephanus*, & *Rivinus* ediderunt, *quod ſimili concitu eques.* atque ex his vocabulum *concitus*, *concitu*, Latina civitate donavit *Falſterus* Supplem. L. L. p. 66. aliique. Locum expreſſi, ut corruptus in Cod. *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis exſtabat; *Schwarzii* coniecturae, *quid ſimile concitus eques*, in contextu, quamvis id etiam fecerit *Iaegerus*, locum dare non auſus fui, quia eadem *Mamertinum* nondum arbitror perſanatum, licet locutionem *quid ſimile* Oratore non indignam arbitrer. *Rutil.* Itiner. I. 83.

Quid ſimile? Aſſyriis ſubmittere contigit arma.

ita enim locus ille legendus. Sed *Schwarzianae* coniecturae obſtat *eques*, minus apte *navi* oppoſitus, at quidem *nautae*; deinde *navi* adduntur vela, quibus concitetur; *equiti* hoc deeſt adiumentum. Cum in optimis Codd. ſit, *quid ſimili concitus*, emendandum puto, *quid ſtimulis concitus equus.* ita *equus navi*, *ſtimuli velis* opponuntur; quo magis huic coniecturae tribuam, facit *Eldikii*, aequiſſimi in talibus iudicis, adprobatio: ſententia eſt, eam in itinere celeritatem fuiſſe, ut ſolitis vix adminiculis uſi videantur, equo concitato, aut nave velivola, ſed divino inpetu acti. *Concitare calcaribus*, aut *ſtimulis equum*, *Livius* II. 6. §. 8. *Curtius* VII. 4. §. 18. *Eumenius* Paneg. Conſtantin. 8. §. 4. tranſlate *excitare ſtimulis*, *Plinius* Epiſt. III. 5. in fin. *Tacitus* Hiſtor. III. 53. *Mamertin.* Gratiar. act. Iulian. 6. init. & quae excitavit *Schwarzius* ſupr. ad cap. 6. 5. *Nicolai* de Calcarium uſu cap. 2. §. 7. & cap. 3. §. 3. & poteſt in hac noſtra emendatione eadem admitti ellipſis, de qua *Schwarzius*. *Velivola navis* eſt, ut apud *Aeſchyl.* Prometh. vinct. 467. λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

Ab utroque] Maximianus e Galliis, occidentali regione, Diocletianus ex Aſia, provincia Orientali. PATAROL.

Praemiſeratis] Perperam edidit *Livineius*, *quos promiſeratis*. SCHWARZIVS. Eſt tamen illud *promiſeratis* in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis. Apud *Martialem* Spectac. Epigr. 9. *Voſſianus* habet, *Quae non praemiſit.* Noſtro loco par eſt ille *Eumenii* Conſtant. 6. 1. *celeritas*, *qua omnes motus*, *atque adventus tui nuntios praevertiſti.* & commode *Marcklandus* ad *Statii* Silv. V. 1. 105. contulit *Auſonium* Grat. act. in fine: *ut illam ipſam*, *quae auras praecedere ſolet*, *famam facias tardiorem.*

Abſque pauciſſimis] Exceptis pauciſſimis, praeter pauciſſimos. Sic enim *abſque* illo aevo eſt adhibitum. Vide Cur. poſter. cap. 5. CELLARIVS. Qui tamen in Antibarb. p. 106. *abſque* pro ſine, quodam *Ciceronis* loco, confirmare conatur; fruſtra, cum eumdem ex melioribus Codd. emendaverit *Oudendorpius* ad Auctor. libri de Invent. I. 36. ubi vide.

Homines] Lege, *omnes f. cred.*; *q. i. d. eſt m. veſtra.* ACIDALIVS.

Ita] *Id*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Pro particula *ita*, *Livineius* in *Bertiniano* Codice invenit pronomen *id*. In noſtro Codice neque *ita*, neque *id* deprehendimus: ſalvam tamen relinquimus lectionem, ex tot aliis libris vulgatam. Pronius vero ex noſtro Codice arripuimus verbum ſubſtantivum *eſt*, cuius locum ad hunc usque diem copula *&*, in plurimis libris, occupaverat; quamvis verbum *eſt* iam etiam *Cuſpinianus* evulgarit. Sed non audimus *Acidalium*, qui pro *fabulas imperitorum* reſcribere maluit, *fabulas*, *Imperator*. SCHWARZIVS. Vulgo editum, *quod ita dignum & maieſtate*; ſed ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, deleto *ita*; reſtitui, *quod dignum eſt.* Propter *id* in *Bertinienſi*, ſuſpicor tamen, forte ſcriptum fuiſſe, *id quod dignum.* quo de pronominis uſu confer Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 59. 6.

Et maieſtate] Sic Vet. *dignum eſt maieſtate.* PVTEANVS. *Eſt*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Vid. Obſerv. praeced.

Diurna] Poeticum quiddam olet hic loquendi mo-

imperitorum: verum loquamur. Veſtra vobis pietas, ſacratiſſimi Imperatores, volucres dedit curſus. Etenim cum nihil ſit animo velocius, vos, quorum igneae immortaleſque mentes minime ſentiunt corporum moras, pervecti eſtis ad vos mutui deſiderii celeritate.

Cap. IX. Sed qua tandem vice temporum? quo tempeſtatis habitu? nempe hieme

modus. Quod *Mamertini* aevo valde congruit. BAVNE. Solem & Lunam, quorum illum quadriga, hanc biga vehi fabulati Poetae. PATAROL.

4. *Imperitorum*] Si attendis, non ſatis convenire huic loco videbis *imperitorum* vocem. Mutarim, *Sed removeamus iſt. fabulas, imperator, verum loquamur.* ACIDALIVS. Non video, cur non conveniat; ipſa *fabula* vocem *inperitorum* tuetur, quam recte proxima obſervatione retinet *Schwarzius.*

Sacratiſſime Imperator] Dedi pluralem numerum ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, ſecutus *Schwarzium*, & *Iaegerum.* Omnes alii, *ſacratiſſime Imperator*, in aliis *ſacer.* Conf. ad cap. I. n. I.

5. *Corporis*] Vet. *corporum.* PVTEANVS. Noſter Codex, & *Cuſpinianus* numero multitudinis habent, *corporum moras* SCHWARZIVS. Pluralem duxi recipiendum ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, *Putean.* & *Schwarzii*, in ſermone de duobus Imperatoribus adcommodatiorem. —— Imitationem hoc loco *Virgilianam* notavit Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 27.

Nos] Vet. *vos.* PVTEANVS. *Vos* Vet. & *Bertin.* LIVINEIVS. Lege; *vos.* ACIDALIVS. Alii legunt *ad vos* invicem. Tamen abſque hac mutatione ſenſus eſſe poterit, ad patriae noſtrae fines. BAVNE. Huc usque in omnibus libris excuſis legimus, *ad nos.* Verum cum Diocletianus ex Aſia, & Maximianus e Galliis, feſtinatiſſimis itineribus, in Italiam ſe conferrent, non tam ut populos tunc inviſerent. quam ut ipſi *mutua deſiderii celeritate* congrederentur, de rebus arduis deliberaturi; nihil dubitavimus, pro voce *nos* reponere *vos*, maxime cum hoc pronomen ſecundae perſonae non ſolum in Codice noſtro invenerimus, ſed idem etiam *Livineius* in duobus codicibus MSS., neque minus *Gudius* in aliis obſervarint. SCHWARZIVS. *Nos* ſervant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, ſed *Schwarzium*, & *Iaegerum* ſequor; ita hoc cap. in principio: *ad conſpectum veſtri pervolaretis.*

I. *Vice temporum*] *Horatius:*

Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni.

Temporum vero, id eſt, τῶν ὡρῶν. LIVINEIVS. *Sedulius* I. 344.

Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem.

ita *Iaegerus* recte explicat *Corippum* in laud. Anaſtas. vs. 10.

Fructibus omnigenis, etiam ſine tempore, plena.

De *vice* temporum vid. *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 13. 7. fere adſentior *Burmanno* ad *Virgil.* Georg. I. 416. apud *Manilium* Aſtron. I. 186. melius legi:

Et natura vices ſervet.

non *vias:* quod *Columbanus* Carm. II. 64. dixit,

Alternat natura vices, & tempora mutant.

Mox *tempeſtatis habitu* eſt ſtatu, caeli facie, ut *habitum maris* dixit *Valer. Max.* III. 3. ext. 4. *naturae*, *Curtius* V. 6. 18. *valetudinis*, *Auguſtinus* Epiſt. 227. praeſertim vero videtur hac voce uſus, quia incerta tempeſtatum *habitu oris* mutare dicebatur Iupiter. Vid. *Mamertinus* Iulian. 28. 5. ubi alii male *halitu*, ut monet *Iaegerus*, ita enim *habitum oris mutare* dixit quoque *Lucanus* IX. 1034. —— Eſt autem ex praecedentibus repetendum, *pervecti eſtis*, quod magis uſui vulgato, quam ellipſi tribuendum, ut fecit *Schwarzius* ſupra ad cap. 8. 3.

In] *Et in his* Vet. PVTEANVS. Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS *Voſſ.* etiam excerpta, & *Guelf.* ignorant *in*, quos ſecutus ſum. —— Vtrum pro *inuſitata* legendum *inviſitata?* ſed nil definio. Conf. *Burman.* ad *Sueton.* Aug 43. *Duker.* ad *Flor.* IV. 2. 81. *Drakenb.* ad *Livium* IV. 33. I. V. 17. 8. recte *inviſitata ante elephantorum forma*, *Iuſtino* reddidit *Gronovius* XVIII. I. 6. invito quamvis *Wopkenſio* Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 169. & inde Patris mei probo coniecturam in *Seneca* de Ira I. 17. *novum animal aliquod & inviſitatum*, non *inuſitatum*, quod per *novum* iam expreſſerat.

Algor glacies] *Agros*, *Lang.* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Antea legebatur, *cum algor glacies, nivem.* Sed quod repoſui, invenit etiam in binis Codicibus *Livineius.* GRVTERVS. Obſcuratus

eſt

me ſaeviſſima, & his quoque regionibus inuſitata, cum algor, glacies, nives premerent, caelo pariter ac terris uniformibus: cumque ipſi anhelitus hominum circa ſua ora concreti rigore caneſcerent. Adeo, ut res eſt, adverſus inclementiam 2
locorum ac ſiderum veſtrae vos maieſtatis potentia tuebatur, & ceteris hominibus, atque regionibus vi frigorum adſtrictis & oppreſſis, vos ſolos aurae lenes, ver-

eſt hic locus in quibusdam antiquis libris. In ipſo Codice noſtro, & altero *Gudii* libro ſcriptum eſt; *cum algor*, *glacies*, *nives premerent*. Quam lectionem non reiiceremus, ſi vox *agros* vel poſt particulam *cum*, vel poſt verbum *premerent* adeſſet. Nec ſanus eſt hic locus in libris antiquitus impresſis. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, *H.* & *P. Stephani*, ac *Livineius* edidere, *cum algor*, *glacies*, *glacies nivem premerent*. Sed veriorem lectionem, quam & nos exhibemus, iam primus prodidit *Cuſpinianus*, quem & recentiores ſunt ſecuti. SCHWARZIVS. Quod in *Langii* Schedis erat, *agros glacies*, *glaciem nives*, habent quoque *Schonbovii* excerpta, editumque poſt *Gruterum* ab omnibus. Vtrum tamen *agros* ſatis habeat auctoritatis, mihi non liquet, haeſitanti, in Schedis illis ſit ex Codd., an ſola *Langii* coniectura, quod enim de binis Codd. ſcribit *Gruterus*, pertinet tantum ad alteram lectionem *glaciem nives*, quam ex *Bertinienſ* quoque eruit *Livineius*. Obſequi debuiſſet *Gudiano*, ſuoque *Schwarzius*, iisdemque *Iaegerus*, in quibus eſt *algor*, *glacies*, *nives*; addo etiam *Voſſii* excerpta. Neglexit hoc ideo *Schwarzius*, quia nihil erat quo *premerent* referret; tu ex praecedentibus *regiones* ſubaudi, & plena erit ſententia; unde maiorem delevi interpunctionem poſt *inuſitata*, quae eſt in *Schwarzii*, & *Iaegeri* Edd. ut uno legatur ſpiritu periodus; & quidem *algor* ad homines, *glacies* ad flumina, *nives* ad agros retulerim, praeſertim vias, ut in fine *Alpium vias nivibus obſtructas* memorat. Corruptelae origo ex voce *glacies*, bis per librarium ſcripta.

Nivem] Vet. *nives*. PVTEANVS. *Glaciem nives*. Sched. *Langii*. *Bertin*. *Cuſpin*. LIVINEIVS. *Glacies nivem* habet praeter eos, quos ſupra memoravit *Schwarzius*, etiam *Rivinus*. Codd. ſum ſecutus.

Vniformibus] Id eſt, cum coelum pariter, & terra nive candida albeſcerent. BAVNE. Vocabulo *uniformis* auo etiam Auctor Dialogi de Cauſſ. corrupt. eloq. uſus eſt cap. 32. SCHWARZIVS. Confer *Cellarium* Cur. poſter. p. 233. qui ad candentem Latinitatem refert; non intercedo, ſi de argenteae aetatis exitu intelligas.

Anhelitus] Puta in regionibus omnium maxime ſeptentrionalibus. BAVNE.

2. *Vt res eſt*] *Eumenius* pro reſtaur. Scholis: *Adeo, ut res eſt, aurea illa ſaecula nunc aeternis auſpiciis Iovis & Herculis renaſcuntur.* Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *Sed, ut res eſt, mente praeſaga omnibus te verecundiae obſervationibus imbuebas.* Iterum: *non quidem tu reip. negligentia ductus*, *ſed conſilii*, *ut res eſt*, *inter vos placiti conſtantia*, *& pietate fraterna.* Rurſum: *Di immortales*, *quanta Romano imperio renovaſtis*, *quae iam*, *ut res eſt*, *ceſſerant vetuſtati!* Incertus in Conſtantinum A. *in privatam domum ſponte conceſſerat*, *ut res eſt*, *omnibus terribilibus agitatus.* Idem *Eumenius* in Conſtantium Caeſarem: *uno illo*, *ut res eſt*, *loco aut potentia veſtrae maieſtatis inferior*, *aut pro debito vobis honore clementior*. LIVINEIVS & CELLARIVS. Ita autem etiam *Cicero* fere ſimiliter loquitur v. g. lib. V. Epiſt. 11. *Si vero improbus*, *ut eſt*, *duces eum captivum.* Idem lib. XIII. Epiſt. 7. 4. *Et primum velim exiſtimes*, *quod res eſt*, &c. i. e. quod vere ita ſe habet. Et *Terentius* Adelph. A. II. Sc. I. *id quod res eſt*, i. e. quod verum eſt. SCHWARZIVS. Vid. ad *Eumenium* Conſtantio princ. & *Livineium* ibid. 6. 4. Parum adcurate *Baunius* ad Incert. Maximian. 9. 2. ad huius aetatis Scriptores locutionem refert.

Clementiam] *Inclementiam*, *Cuſpin.* *Rhenan.* LIVINEIVS. Perperam *Puteolanus*, & *Navius* edidere: *clementia locorum*. Nec placet *Livineii*, *clementiam*. Rectius *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, & alii ſequentes evulgavere *inclementiam*, quam lectionem etiam confirmat Codex noſter. *Inclementia* hoc loco μεταφορικῶς dicitur aſperitas, iniquitas, rigor & horror *locorum*, *atque ſiderum*; ſicut ex adverſo dicitur: *coeli*, *aeſtatis*, *hiemis clementia*, &c. SCHWARZIVS. *Clementiam* quoque *P. Stephanus* alterum flagitat ſententia; atque hinc in ſua editione, quae forte *Paulli Stephani* fuit, *clementiam* errori typographico tribuit *de Rooy* Spicil. Crit. p. 50. de voce *clementia* hac notione vide ad Paneg. 12. 5. —— Quod additur *ſidera*, de terra, ſub caeleſti ſigno conſtituta, recte accipit *Vlitius* ad *Nemes.* Cyneg. 211.

Et ceteris] Excerpta *Schonbovii*, *Voſſii*, & *Guelf.* *ut ceteris.*

Lenes] Non probamus *aurae leves*, quod legitur

vernique flatus, &, diductis nubibus, ad itinera veſtra directi ſolis radii ſeque-
3 bantur. Tanta facilitate illa, quae tunc aliis forent inacceſſibilia, ſuperaſtis,
atque inde Iulias, hinc Cottias Alpes, quaſi relictas aeſtu arenas patentium litto-

tur in *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, & *H. Stephani* libris impreſſis: multo aptius ſcriptum eſt in Codice noſtro, *aurae lenes*, quam lectionem etiam cetera exemplaria excuſa produnt. *Aurae lenes*, & *placidae* opponuntur *acribus*, & *aſperis*. Etiam *diductis nubibus* melius eſt, quam *deductis nubibus*; quam poſteriorem lectionem *Puteolanus*, *Navius*, & alii quidam evulgarunt. *Deducere* eſt de loco ad alium locum aliquem ducere; at *diducere* eſt coniunctas res, vel homines dividere, diſtrahere, diſpellere, quod magis huic loco congruit, ubi etiam iam *Cuſpinianus* edidit *diductis*, quamquam non neſciamus, Librarios frequenter confudiſſe *lenis* & *levis*, item *deducere* & *diducere*. SCHWARZIVS. *Leves* etiam *Guelferb.* & prima Edit. *Rivinus.* alterum optime tuiti ſunt eruditi. *Ovid.* Heroid. XIX. 72.

Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.

Lenem Auſtrum adpellat *Horat.* Sat. II. 8. 6. *mollis aura* eſt *Ovidio* Her. III. 44. & Faſtor. II. 148. quamquam *leves aurae* tueri ſe poſſent eiusdem auctoritate, Heroid. V. 53.

Aura levis rigido pendentia lintea malo
Suſcitat.

Art. III. 100.

Dum ſumus in portu, provehat aura levis.

aliisque locis; ſed *lenis* hic magis eſt *frigoribus* oppoſitum. Similia permutationis exempla dedi ad Panegyr. ſupra 12. 7. adde *Buneman.* ad *Lactant.* de Opific 10. 5.

Deductis] Sic *Cicero* in *Arat.* Phaenom.

Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Ceperit, & ſubitis auris diduxerit Ara.

PVTEANVS. *Diductis*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Duo Codd. *diductis*, quod & probabatur *Puteano*, firmabatque iſto *Ciceronis* in *Arati* Phaenom. *Ni parte* —— GRVTERVS. Lege *diductis.* ACIDALIVS. & BAVNE. Praecedenti nota *diductis* ſatis tuitus eſt *Schwarzius*; tamen *deductis* excerpta *Schonhovii*, *Voſſii*, & *Guelf.* Ex-Editionibus, quas vidi, primum *diductis* exhibet *Bauniana*, quam ſecutus *Cellarius*, & quamvis alterum iterum revocaſſet *Patarolus*, recte locum reſtituerunt emendatiorem *Schwarzius*, & *Iaegerus*, quos ſecutus ſum, etiam propter notata a *Bunemanno* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 5. init. adde Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 66. 1.

3. *Felicitate*] Vet. *facilitate*. PVTEANVS. *Facilitate*, Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Eieci illud *felicitate*, quod diceretur reperiri alterum in Codd. binis, eſſetque hoc loco convenientius. GRVTERVS. Pro *facilitate* in non paucis libris editum erat *felicitate*, ſed in noſtro Codice ſcripta eſt lectio verior. Annotaverat vero hanc ipſam lectionem iam *Livineius* e Codice vetere, & e *Cuſpiniani* editione. SCHWARZIVS. Recte *facilitate* recepit *Baunius*; ex Codd. id quoque tuetur *Guelf.* & poſtulat ſequens *inacceſſibilia*, difficultatem indicans. de utraque voce confuſa vide Notas ad *Plin.* Pan. 66. 3. *Drakenb.* ad *Liv.* XXIII. 11. 2.

Inacceſſibilia] Vox *inacceſſibilis* ignota fuit melioribus ſaeculis linguae Latinae; uſurpata tamen invenitur a Scriptoribus eccleſiaſticis. Sic Interpres vulgatus, isque Latinus, I. ad *Timoth.* 6. 16. *& lucem inhabitat inacceſſibilem.* qui tamen *Iob.* 39. 31. melius, *in praeruptis ſilicibus commoratur*, *atque inacceſſis rupibus*. immo & Auctor incertus Paneg. Maximiano & Conſtantino dicti, cap. 8. ait: *inacceſſis* (non *inacceſſibilibus*) *montium iugis.* & *Latinus Pacatus* Paneg. cap. 22. 2. *gentes aeternis ardoribus inacceſſas.* Iam enim *inacceſſus*, *a*, *um*, probatis auctoribus dicitur is, qui accedi non poteſt, aut non debet. Sic *Plinius* Paneg. 49. 3. *Haec arx inacceſſa; boc inexpugnabile munimentum, munimento non egere.* ad quem locum adire licet notam noſtram. Conferatur & *Servius* ad *Virgil.* lib. VIII. Aen. v. 195.

Facies, quam dira legebat
Solis inacceſſam radiis.

ubi ait: *inacceſſus* eſt participium ſine verbi origine. *Inaccedor* enim non dicimus. Ita vero etiam dicitur *illaudatus*, *invictus*, &c. SCHWARZIVS. Omnes *inacceſſibilia*; dubito tamen, utrum *Mamertini* talis poſſit eſſe barbaries, cum *inacceſſus* conſtanter uſurpent hi oratores, & potuit hic a Libra-

torum, tranſcurriſtis. Eant nunc rerum veterum praedicatores, & Hannibalem 4
illum multis laboribus, magnaque exercitus ſui diminutione Alpes penetraſſe mi-
rentur! Vos, invictiſſimi Imperatores, prope ſoli Alpium vias, hibernis nivibus 5
ob-

brariis idem eſſe commiſſum, quod ex *Pataroli* editione in *Plinii* Panegyrico notavit *Schwarzius* 49. 3.

Cotias] *Cottias* Vet. LIVINEIVS. Series montium, qui Italiam ab Germania, & Gallia ſeparant. Horum longitudo eſt 3000. ſtadiorum, teſte *Livio.* Pro varia autem locorum diverſitate varia ſortiuntur nomina. Sic Alpes aliae ſunt *Iuliae*, aliae *Cotiae* vel *Cottiae*, aliae *maritimae*, aliae *Graiae*, &c. BAVNE. Diocletianus per Iulias Alpes ex Pannonia, Maximianus per Cottias ex Gallia in Italiam ad Mediolanenſe colloquium convenerunt. cap. 11. CELLARIVS & PATAROL. *Alpium Iuliarum*, quae a Iulii Caeſaris tranſitu nomen inveniſſe perhibentur, praeter tot alios Scriptores meminit etiam *Tacitus* lib. III. Hiſtor. cap. 8. *Interiectus exercitus Rhaetiam Iuliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obſepſerat.* ad quem locum notat *Lupanus*, *ab ortu in occaſum euntibus, poſt Carnicas Alpes, Iulias occurrere, quae a Tarviſio* (non procul a foro Iulii) *in Noricum & Auſtriam perducunt.* Occaſum verſus fuere Alpes *Cottiae*, ſive *Cottianae*, per quas, teſte *Tacito* lib. I. Hiſtor. cap. 87. patebat Galliarum aditus, & in quibus quondam fuit regnum Cottii Reguli, cuius hiſtoriam expoſuit *Marcellinus* lib. XV. cap. 12. ubi inter alia haec ſcribit: *In his Alpibus Cottiis, quarum initium a Seguſione eſt, praecelſum erigitur iugum, nulli fere ſine diſcrimine penetrabile.* SCHWARZIVS. *Cotias* editiones ante *Cellarium.*

Arenas] Pari facilitate montes nivibus aſperos, & arenas aeſtu torrentes, atque eam ob rem prope inhabitatas tranſcurriſtis. BAVNE. De aeſtu maritimo, eoque maxime recedente, loquitur *Mamertinus*. *Virgilius* lib. I. Aen. v. 112.

Furit aeſtus arenis.

SCHWARZIVS.

4. *Eant*] Ineſt in his verbis quaedam figura παθητικὴ, qua aliquando ad reprehendendum, aut refutandum cum conceſſione εἰρωνικῇ utuntur Oratores & Poetae. Similiter *Latinus Pacatus* Paneg. cap. 17. 1. *Eat nunc ſui oſtentatrix vetuſtas, & illa innumeris literarum vulgata monimentis iactet exempla! Pirithoi fidem praedicet*, &c. Incertus Auctor Paneg. Conſtantino Aug. dicti cap. 23. 1. *Ite nunc omnes, ſi placet, barbarae nationes, & exitiales vobis movete conatus; habetis exemplum.* *Petronius* cap. 115. *Ite nunc, mortales, & magnis cogitationibus pectora implete!* *Virgilius* lib. VIII. Aeneid. v. 634.

I, verbis virtutem illude ſuperbis!

Propertius lib. III. Eleg. 16. v. 17.

I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos!

Ovidius Epiſt. Heroid. IIII. v. 127.

I nunc, tolle animos, & fortia facta recenſe!

Idem lib. I. Amor. Eleg. 7. v. 35.

I nunc, magnificos victor molire triumphos!

SCHWARZIVS.

Hannibalem] Iter Hannibalis per Alpes, praeter ceteros, deſcribit *Livius* lib. XXI. cap. 35. atque idem cap. 38. miratur, ambigi, quanam Alpes tranſierit Hannibal: aitque, homines vulgo credere, transgreſſum Pennino, atque inde nomen iugo Alpium inditum; *Coelium* vero per Cremonis iugum dicere tranſiiſſe. Apud eundem *Livium* lib. XXI. cap. 41. teſtatur Scipio, Hannibalem ſe tuliſſe *aemulum itinerum Herculis.* Inde & *Silius* lib. IIII. Punicorum ab initio, Hannibalem ob tranſitum per Alpes Herculi aequat:

Fama per Auſoniae turbatas ſpargitur urbes,
Nubiferos montes, & ſaxa minantia coelo
Accepiſſe iugum, Poenosque per invia vectos,
Aemulaque Herculei iactantem facta laboris
Deſcendiſſe ducem.

Sicut autem veteres Hannibalem, propter illum tranſitum per Alpes, aequarunt Herculi; ita hoc loco *Mamertinus* ex eadem cauſſa Maximianum Imperatorem aequat, immo praefert, utrisque. SCHWARZIVS. Aut fallor, aut *Mamertini* locus eorum confirmat ſententiam, qui Hannibalem per Cottias Italiam cenſent ingreſſum, quod contra *Folardum*, & *Sanſimonium* tuetur *Heerkens* Notabil. IV. p. 205. ſqq. idem enim opinatum fuis-

obſtructas, divinis veſtigiis aperuiſtis; ut quondam Hercules per eadem illa culmina Iberiae ſpolia incomitatus abduxit.

Cap. X. Tum, ſi fortunae cauſſaeque Hannibalis ac veſtrorum itinerum compa-

fuiſſe *Mamertinum* docet *Cottiarum* facta mentio. Fateor & *Iulias* addit, ſed hae ad Hannibalis iter referri nequeunt, quamvis per eas tranſiiſſe Poenos putaverit *Lipſius* Centur. I. ad Belg. 93. uſus loco *Livii* corrupto V. 34. 8. ad quem confer notas.

5. *Hercules*] Geſtar apud *Silium* Punicor. II. de Hannibale:

Proinde polo creſcant Alpes, aſtriſque coruſcos
Apenninus agat ſcopulos, per ſaxa niveſque,
Per caelum eſt, qui pandat iter. Pudet Hercule tritas
Deſperare vias, laudemque timere ſecundam.

eiusdem operis III.

Primus inexpertas adiit Tirynthius arces,
Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt Superi, longiſque ab origine ſaeclis
Intemerata gradu magna vi ſaxa domantem.

Iuſtinus XXIIII. de Gallis: *Gens aſpera, audax, bellicoſa, quae prima poſt Herculem, cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta iuga, & frigore intractabilia loca tranſcendit:* LIVINEIVS. & BAVNE. Vulgo quidem Mythologi, & hiſtoriae auctores iſtum Herculis per Alpes tranſitum memorant, & *Silius* etiam lib. III. vs. 496. ita canit:

Primus inexpertas adiit Tirynthius arces;
Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt Superi. &c.

Ille ipſe tamen Herculis tranſitus a *Livio* lib. V. cap. 34. fabulis annumeratur. Conf. *Cluverius* lib. I. Ital. Antiq. cap. I. SCHWARZIVS. *Ammianus Marcell.* XV. 10. *Primam Thebaeus Hercules ad Geryonem exſtinguendum, ut relatum eſt, & Tauriſcum lenius gradiens, prope maritimas compoſuit Alpes: hicque harum indidit nomen.* Simili, qua Maximianum Herculi *Mamertinus*, eleganitia eidem in Alpium tranſitu Hannibalem comparavit *Silius Italic.* IV. 4.

Aemulaque Herculei iactantem facta laboris
Deſcendiſſe ducem.

quem cum noſtro locum iam compoſuit *Drakenborchius.*

Spolia] Illa ſpolia fuere boves, quos ex Iberia, ſive Hiſpania, abegiſſe dicitur Hercules. Qua de re *Iuſtinus* lib. XXXXIIII. cap. 4. haec breviter refert: *In alia parte Hiſpaniae, & quae ex inſulis conſtat, regnum penes Geryonem fuit. In hac tanta pabuli laetitia eſt, ut, niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis, quae illis temporibus ſolae opes habebantur, tantae famae fuere, ut Herculem ex Aſia praedae magnitudine illexerint.* De Geryone *Servius* ad *Virgilium* lib. VII. Aen. 662. *Geryones*, inquit, *Rex fuit Hiſpaniae, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus inſulis praefuit, quae adiacent Hiſpaniae: Balearicae maiori, & minori, & Ebuſae.* Ceterum, pro ſequente vocabulo *incomitatus*, Codex noſter habet ſimplex *comitatus*, ſed perperam. Ideo enim Diocletianus & Maximianus comparantur cum Hercule, quia, uti Hercules incomitatus per Alpes abduxit boves, ita hi Imperatores prope ſoli Alpium vias aperuiſſe perhibentur. Vocabulo autem *incomitatus* ipſe uſus eſt *Cicero* lib. I. de Orator. cap 55. SCHWARZIVS. Conf. ſupra ad Paneg. cap. 2. init.

1. *Tum*] Particula *tum* hic poni videtur pro praeterea. In Codice noſtro, & altero *Gudii* libro, non *tum*, ſed *tamen* legitur; quae lectio non parum nobis arridet, ſi per colon a ſuperiore ſententia diſtinguatur. Potuit vero ex *tam*, per compendium pro *tamen* ſcripto, illud vulgatum *tum* facile naſci. Inde vero haec ſententia exiſtit: Domitianus quidem & Maximianus aequarant Herculem tranſitu per Alpes: *tamen*, ex reſpectu fortunae cauſſaeque, itinera iſtorum Imperatorum multo habebantur digniora laude. SCHWARZIVS. *Voſſii* quoque excerpta *tamen*, quod, quamvis initio orationis poſitum, ex oppoſitione poſſet defendi, ut apud *Salluſtium* Iugurth. 54. 2. adde *Drakenb.* ad *Livium* XL. 56. 10. magis tamen *tum* placet, ut orationem continuet, pro inſuper, praeterea, de quo uſu Idem ad *Livium* XXVIII. 32. I.

Veſtra itinera] Haec lectio prodita eſt a *Cuſpiniano*, atque annotata etiam in *Gudii* libro priore; quae mire nobis placet: neque enim repetitio illa

parentur, quanto haec veſtra itinera Diis hominibusque acceptiora ſunt? quanto laude ac ſempiterna memoria digniora? Tunc, Poeno ex ſummis Alpibus viſo, 2 Italia contremuit, ſtatim, pecu agroque deſerto, omnes familiae ruſticanae ſilvas, &

illa vocabuli *itinera* abundare, ſed orationem potius ornare, multoque clariorem reddere videtur. SCHWARZIVS. In omnibus eſt, *quanto haec veſtra Diis*. Praeter *Schwarzii* Cod. *itinera* quoque inſerunt *Schonbovii* excerpta, idque *Schwarzium*, & *Iaegerum* ſecutus expreſſi, ſuadentibus quoque eiusdem repetitionis exemplis, quae dedi ſupr. cap. 2. 1.

Quanta laude] Lege, *quanto*. ACIDALIVS. Recte *quanto*, non *quanta*, quia cum *digniora* componitur. CELLARIVS. Interim *quanta* legitur in noſtro codice, item & in *Puteolani*, *Rhenani*, *Navii*, & *H. Stephani* libris. SCHWARZIVS. *Quanta* etiam *Guelf.* ſed *quanto* in excerptis *Schonbovii*.

2. *Pene*] Vet. *Poeno*. PVTEANVS. Id eſt, Annibale. Mirum eſt autem, quantus fuerit totius Italiae pavor, cum Annibal Anno V. C. DXLIII., poſt expugnatam Saguntum, veterem, & opulentam Hiſpaniae civitatem, CL. mille pedites, ut ait *Eutropius*, & XX. mille equites, ex maiore parte Poenos, ad Italiam devaſtandum trans Alpes induxit. Vt longo tempore obtinuerit proverbium illud, ad communem pavorem ſignificandum, *Annibal ad portas*. Vide *Livium*, *Plutarchum*, &c. BAVNE. *Poenus* per ἀντονομασίαν ponitur pro duce Poenorum, ſive Carthaginienſium, Hannibale. Ita vulgatum illud, *Hannibal ad portas!* exprimit *Latinus Pacatus* in Paneg. cap. 46. 3. *Portis imminens Poenus*. Carthaginienſes enim *Poeni*, quaſi *Phoeni*, dicti, quia originem duxere a Phoenicibus. In quibusdam ſcriptis, impreſſisque libris, pro *Poeno* mendoſe poſitum eſt *poenae*; noſter autem codex recte tuetur receptam lectionem. SCHWARZIVS. Corrupte *Puteolanus*, *Rhenanus*, *H. Stephanus* ediderant, *pene*. Alterum flagitat ſententia cum Codd. & *Schonbovii* excerptis. De eleganti deſcriptione, & quid vitii inſit, docte diſputat Vir Clariſſ. in Bibl. Critic. Vol. II. Part. I. p. 27.

Pecua agrique] *Pecuae agroque deſerto*, ſic Vet. forte *pecu*, &c. PVTEANVS. *Pitb.* & *Fabr.* *ſtatim pecui agroque deſerto*. Lego, *ſtatim pecu agroque deſerto*. IDEM. *Paſcua* Sched. *Langii*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Paſcua*. Retinui, quod erat in editione *Pariſienſi* A. 1655. in aliis eſt, *pecua*, non male. Scimus enim veteres, quod modo *pecus pecudis* dicimus, *hoc pecus*, *haec pecua* plurale dixiſſe. Vide plura apud *Priſcianum* lib. VI. Hinc *Papinio* Sylv. L. III. Carm. 3. dictum:

Pecuaria culta Galeſi.

PATAROL. Verba haec varie ſcripta, & excuſa inveniuntur. *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Livineius*, & *Paulus Stephanus* edidere; *pecua agrique deſerta*. *Henr. Stephanus*, *Duacenſis*, *Gruterus*, *Puteanus*, *Patarol*: *paſcua agrique deſerta*. *Iac. de la Baune*, & *Cellarius* prodidere *paſcua agrique deſerti*. In noſtro Codice, & altero *Gudii* libro legimus, *pecu agroque deſerto*. Atque ita etiam *Puteanus* ex veſtigiis veteris codicis legendum cenſuit. Non indignam horum Codicum auctoritatem iudicavimus, cui locum daremus; ſic enim & ſequentia verba aptius cohaerent, nec deſideratur copula *&*. Nec eſt, cur vox *pecu* nobis ſcrupulum moveat, cum ea ſit indeclinabilis in ſingulari, in plurali faciat *pecua*, *pecuum*, *pecubus*; qua voce *Plautus*, *Cato*, *Varro*, *Lucretius*, *Livius*, *Solinus*, *Apuleius*, & alii ſunt uſi. SCHWARZIVS. *Paſcua agrique deſerta* etiam *Rivinus*. Quod, *Schwarzium* & *Iaegerum* ſecutus, ſecundum Codd. dedi, eſt quoque in *Voſſii* excerptis, & horum praevalet auctoritas, quamvis ceteroquin *paſcua agrique deſerti* non moverem. Quod enim de copula *&* monet *Schwarzius*, eamdem non deſideraverim; omiſſa enim gravitatem quamdam addere ſententiae, & celeritatis indicium prae ſe ferre videtur, tamquam eodem tempore & agros deſertos, & ferarum cubilia petita Orator ſignificet.

Deſerto] Vet. & *Bertinienſ.* *deſerti*. LIVINEIVS. Vide notam praeced.

Silvarum] Vet. *ſilvas*. PVTEANVS. *Silvas &*, Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, & *Duacenſis*, (ita voco editorem anonymum *Latino-Atticorum Oratorum*, ſive *Panegyricorum diverſorum*, *cum veterum tum recentium*, *Scriptorum*, *Duaci in officina typographica Baltazaris Belleri* MDXCV. impreſſorum, 8.) pro caſu quarto *ſilvas* evulgarunt caſum ſecundum *ſilvarum*; ſed *Cuſpinianus*, ceterique rectius habent *ſilvas*: cui lectioni etiam Codicum ſcriptorum auctoritas ſuffragatur. SCHWARZIVS. *Silvas* etiam *Voſſii* excerpta, & *Schonbovii*. alterum, praeter *Schwarzio* memoratos, etiam uterque *Stephani*, & prima editione *Rivinus* evulgarunt.

3 & ferarum cubilia petivere. Quo nuntio accepto, omnibus oppidis matres Italiae penſa manibus abiecerunt, parvos liberos arreptos ad templa traxerunt: ibi aedes

3. *Italae*] Codex noſter pro voce *Italae* habet *Italiae*; deinde praepoſitionem *e* omittit, quam etiam aliquot antiquiores libri excuſi omiſere. Poſſet ita ſcribi legique; ſed utrobique nihil mutandum cenſemus. SCHWARZIVS. In *Guelf.* & *Voſſii* excerptis etiam *Italiae*, & ita *Rivinus* edidit. hoc reſtitui; Poetica enim eſt imitatio, cui *matres Italiae* congruunt non caſu ſecundo, ſed adiective, Poetarum more. *Ovidius* Faſt. II. 441.

Italias matres, inquit, caper hirtus inito.

ita meliores Codd. teſte *Heinſio*, quem omnino confer ad Metam. XV. 9. & ad *Prudent.* contr. Symmach. I. 89. Eumdem terrorem ita deſcripſit *Silius Italic.* IV. 25.

Haud ſegnis cuncta magiſter
Praecipitat timor, ac vaſtis trepidatur in arvis.
Deſeruere larem: portant cervicibus aegras
Adtoniti matres, ducentesque ultima fila
Grandaevos rapuere ſenes: tum crine ſoluto
Ante agitur coniux: dextra laevaque trahuntur
Parvi, non aequo comitantes ordine, nati.

Praeterea excerpta *Voſſ.* pro *oppidis* habent *urbibus.*

Manibus] *E manibus*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Reſpexit ad illud Aeneid. lib. IX. v. 476. ubi ſimul Euryali mater filii necem audiit,

Excuſſi manibus radii revolutaque penſa.
Evolat infelix, &c.

BAVNE. Praeter *Schwarzii* codicem praecedenti obſervatione, praepoſitionem *e* quoque delent *Guelf.* & *Voſſii* excerpta; *Cuſpinianum* ſecutus eſt *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes; eamdem tamen Codices, & veteres ſecutus editiones iterum eiiciendam duxi, quamvis habeant *Schonhovii* excerpta.

Paucos] *Parvos* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Miror *Livineium paucos*, quod in *Navii* editione legi ſequenti obſervatione monet *Schwarzius*, retinuiſſe; idem fecit *Paullus Stephanus*, ſed vera *Mamertini* manus, reliquis quoque editoribus probata, eſt *parvos.* Videtur imitatus *Livium* XXVI. 9. 8. ubi ſimilis deſcriptio: *matresque Romanas, & liberos parvos inviolatos ſervarent.* adde eadem in re *Silium Italicum* IV. 30.

Dextra laevaque trahuntur
Parvi, non aequo comitantes ordine nati.

Vtrum, elegantiori Latinitate, *parvus* pro liberis, alio nomine non addito, adhibitum fuerit, iam non diſputaverim. Negat *Burmannus* ad *Ovidium* Faſt. II. 385. poſterioribus id placuiſſe, patet exemplis apud *Cannegieterum* ad *Avian.* Fab. I. p. 13. adde *Sedul.* II. 116.

Sternere colliſas parvorum ſtrage catervas.

alii *parvulos* dicunt. *Plinius* Paneg. 22. 3. & 26. 1. infr. cap. 11. 3. *feminis, parvulis, ſenibus.* qui locus confirmat emendationem in *Pacati* Paneg. 37. 4. quam propoſui ad *Arator.* Epiſt ad Vigilium vs. 1. adde *Salvianum* de Gubern. Dei IV. p. 80. & 81. VI. p. 127. *Graev.* ad *Flor.* IV. 2. 90. Sola *Stephani* editione uſus *de Rooy* Spicil. Crit. p. 50. hic ex ingenio reſtituit *parvos*; & recte contulit locum *Salluſt.* Iugurth 41.

Abreptos] Forte *arreptos.* LIVINEIVS. *Livineius* in margine libri ſui coniecit, fortaſſe legendum eſſe *liberos arreptos*; & hanc ipſam ſcripturam *Gudius* in priore libro, neſcimus unde, annotavit. *Liberi abrepti* alioqui dicuntur, qui vi quadam e parentum ſinu, complexuve ab aliis auferuntur. *Cicero* lib. I. in Verrem cap 3. *Qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret.* Hic vero *Mamertinus* loquitur de matribus, quae, penſis e manibus abiectis, prae metu e terra, vel aliunde ſubito *arriperent liberos*, ut eos geſtarent, vel ſecum deducerent in templa, ad opem Deorum implorandam. Ad quem ritum reſpexit *Statius* lib. X. Theb. v. 50. ſeqq.

At procul Argolici ſupplex in margine templi
Coetus, & ad patrias fuſae Pelopides aras
Sceptriferae Iunonis opem, reditumque ſuorum
Expoſcunt, pietasque fores & frigida vultu
Saxa terunt, parvosque docent procumbere natos.

Malimus igitur hic recipere *arreptos*, niſi diſſenſus omnium librorum vulgatorum, & ipſius Codicis noſtri obſtaret. Nullius autem pretii varietas eſt, quando *Navius*, & *Livineius* non *parvos*, ſed *pau-*

aedes ſacras paſſo capillo ſuo quaeque verrebat: vario planctu ploratuque futuris cladibus omina dabant; Thraſymenum & Cannas dolore praeſago praecinebant. Nunc

paucos liberos edidere. SCHWARZIVS. *Arreptos*, quod *Schwarzius* neſciebat, unde habuerit *Gudius*, eſſe videtur ex Codice; legitur enim in excerptis *Voſſii*, & ex *Guelf.* notaverat *Cortius*, niſi is ſit prior ille *Gudii* liber, a *Schwarzio* memoratus. Hac auctoritate fretus id repoſui. confer ad *Arator.* II. 1075. *abrepti* magis forent, quos ſuſtuliſſent Poeni, liberos ἀπὸ γονέων ἀφελόντες, ut loquitur *Lyſias* contr. Eratoſth. p. 228. potius ipſas dicit matres liberos *arripuiſſe*, celeritatem indicans & ſtudium, in illis a Poenorum impetu ſervandis. Ex ingenio *adreptos* quoque ſubſtituit *de Rooy* Spicil. Critic. p. 50.

Paſſo] Mos matronarum, in magnis malis aras crinibus verrere. *Livius* III. 7. *Stratae paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum caeleſtium, finemque peſti expoſcunt. Silius* VI. v. 560.

Aſt aliae laceris canentes crinibus alta
Verrunt tecta Deûm.

CELLARIVS. & PATAROL. Alia huius ritus exempla doctiſſimus *Drakenborchius* annotavit ad citatum *Silii* locum. V. G. ex *Livio* lib. XXVI. cap. 9. *Ploratus mulierum non ex privatis ſolum domibus exaudiebatur; ſed undique matronae, in publicum effuſae, circa Deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes.* Conferatur *Barthius* lib. XXXXVI. Adverſar. & *Turnebus* XXVIII. 30. In Codice noſtro pro voce *paſſos* legimus *ſparſos*, non quidem incommode: retinemus tamen vulgatam vocem, cum ea, in eodem ritu deſcribendo, etiam uſus ſit *Livius.* Contra vero, ex noſtro Codice, in proximis verbis adſciyimus vocem *vario*, quae abeſt ab aliis libris; a *Livineio* tamen etiam e Codice *Bertinienſi* in margine annotatur. In verbis *quaeque verrebat* optaremus, ut, abiecto pronomine *quaeque*, legeretur *verrebant.* SCHWARZIVS. De illo more confer *Lipſium* Elector. II. 6. *Brouerium* de Vet. adoration. cap. 16. ita *Statius* Theb. IX. 638.

Et gelidas verrentem crinibus aras
Liquit.

ubi *Bernartius.* —— *Sparſo capillo* etiam *Guelf* & *Voſſii* excerpta, ad hunc locum parum adcommodate, quo de lugentium feminarum habitu exponitur; *ſparſi* enim *capilli* furibundae, & vaticinanti magis ſunt proprii. vide *Oudend.* ad *Caeſar* I. B. G. 51. 3. *Drakenb.* ad *Livium* I. 13. 1. & *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. I. 480. —— Quare *Schwarzius* maluerit, ut *quaeque* abeſſet, non expedio Addidit Orator illud, ad rei gravitatem indicandam, ne ulla doloris ſui indicium omiſiſſe cenſeatur.

Verrebat: planctu] *Planctu vario* Vet. PVTEANVS. *Vario planctu*, *Bertin.* LIVINEIVS. Omnes antea ediderunt, *verrebat; planctu ploratuque.* Elegantius *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *vario planctu*, quod iam in textum admiſerunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.* ita *Virgilius* clamorem *vario certamine* ortum memorat, Aeneid. III. 128. & *varium irarum aeſtum*, ibid. IV. 564.

Omina] Sic infra paulo poſt: *Talia vos dediſtis omina, cito ad conſpectum mutuum reverſuri.* PVTEANVS. Ita recte, & ſuffragio Codicum veterum, & ſententiae Oratoris congruenter legimus, cum *Puteolanus*, *Navius*, & adhuc *Patarol* perperam evulgarint, *omnia dabant.* SCHWARZIVS. *Omnia* etiam *Pariſienſes*, & *Rivinus*, meliora *Livineius*, *Stephanus*, & ex ingenio *Stewechius* ad *Arnob.* adverſ. Gent. VII. p. 147. adſtipulantur *Guelf.* & *Voſſii* excerpta; eamdem quoque vocem *Martiano Capellae* reſtitui in Miſcellan. p. 209. & frequenter ita Librarii turbarunt, ut apud *Claudian.* Epiſt. IV. vs. 15. mox capite 12. in ſup. legendum *omina*, ut hic recte citat *Puteanus*, pro quo conſtanter fere alii *omnia.* adde *Drakenb.* ad *Livium* XXIX. 11. 8.

Thraſymenum] *Thraſymenus*, vel, ut maluntalii, *Thraſumenus*, lacus eſt Hetruriae, Florentiam inter & Peruſiam, hodie *Lago di Perugia*, ubi Flaminius ab Annibale magna ſtrage deletus eſt, XV. millia Romanorum caeſa, VI. millia capta. BAVNE. & PATAROL. qui nunc lacum dici adfirmat *Lago di Praſſignano.* Quidam cum adſpiratione ſcribunt, alii eam negligunt. Conf. *Torrenium* ad *Valer. Max.* I. 6. 6.

Cannas] Vrbs eſt Apuliae Peucetiae, Canuſium inter & Aufidum fluvios, VI. mill. ab ora maris Adriatici. Hic enim caeſa Romanorum XL. millia, interque eos tot equites, ut tres & amplius annulorum modii Carthaginem miſſi a victore Annibale fuerint. Praeerant exercitui Romano Paulus Aemilius, & Terentius Varro: huius temeritate clades illa contigit. BAVNE.

Praecanebant] *Praecinebant* Vet. PVTEANVS.

T 3 For-

4 Nunc autem, ut primum ex utriſque Alpium iugis veſtrum Numen effulſit, tota Italia clarior lux diffuſa, omnibus, qui ſuſpexerant, aequa admiratio atque dubitatio iniecta, quinam de illis montium verticibus orirentur? an his gradibus in ter-

Fortaſſe *praecinebant*, ut ex veteri codice notat *Cl. Puteanus.* BAVNE. I. e. quaſi praedicebant, & vaticinabantur. Vulgo editum eſt, *praecanebant*, ſed ſequimur ſcripturam Codicis noſtri, & *Gudii*, & *Puteani.* Sunt quidem, qui *praecinere* & *praecanere* ita diſtinguenda putent, ut illud ad rem muſicam, hoc ad divinationem, & vaticinia referatur; ſed illa differentia eſt nihili. Certe enim, uti verbum ſimplex *canere*, ita & compoſitum *praecinere*, ſecundum optimos libros, ſine diſcrimine ſcripturae, utroque modo accipitur. Sic, ſi muſici praeeunt cum fidibus, aut praemoderantur, ac praemonſtrant modulos, item & ipſae fides, dicuntur *praecinere. Cicero* lib. IIII. Tuſcul. diſp. cap. 2. *Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod & Deorum pulvinaribus, & epulis Magiſtratuum fides praecinunt.* Nec minus Dii & vates, qui futura praedicunt, dicuntur *praecinere. Cicero* de Haruſp. reſp. cap. 10. *Quis hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid Deos Populo Romano praemonſtrare, & praecinere fateatur?* SCHWARZIVS. *Praecanebant* conſtanter editum ante *Schwarzium*, alterum ex Codd. cum *Iaegero* ſervavi, quia de vatibus futura praedicentibus eſt frequens; *futura praecinere*, *Lactant.* Div. Inſtit. I. 4. 3. ubi *Buneman.* ceteroquin magis de iis adhibetur, qui tibiis tubisque praeeunt, ut apud *Florum* II. 16. 6 & 20. 10.

4. *Vtriſque*] I. e. Cottiis, & Iuliis. Codex autem noſter pro *ut primum* habet *ut proximum*, ſed non ſatis apte. SCHWARZIVS. Etiam *proximum Guelf.* & *Voſſii* excerpta, ſed obſtant ſequentia n. 5. *ut vero propius propiusque coepti eſtis agnoſci.* qui deinde *propius* agnoſcebantur, nondum antea *proximum* adparebant.

Suſpexerant] Verbum *ſuſpicere* hoc loco proprie de iis dicitur, qui alte ſpectarant, & furſum ad montes, unde veniebant iſti Principes, oculos extulerant. Sic *Cicero* de Haruſp. reſp. cap. 9. *Quis eſt tam vecors, qui, cum ſuſpexerit in coelum, Deos eſſe non ſentiat?* SCHWARZIVS.

Aequa] *Atque* Vet. Forte *aeque.* LIVINEIVS. Vox *aequa* in Codice noſtro omiſſa eſt, & forte non magnopere deſideraretur, niſi in plurimis libris extaret. *Livineius* in ora libri ſui notavit, pro ea in vetere Codice legi *atque*; at fortaſſe legi debere *aeque.* Nos retinemus lectionem, in omnibus reliquis libris vulgatam, & ſic interpretamur: par ſive *aequalis*, & *aeque magna* admiratio, atque dubitatio &c. Sic *Terentius* Eunuch. I. 2. 12. *utinam eſſet mihi pars aequa* (i. e aequalis, ſive aeque magna) *amoris tecum, aut pariter fieret*, &c. Sic & *Silio* lib. III. v. 192. *non aeque arcti* vocantur, i. e. non aeque magnae. Ad quem locum vide Cl. *Drakenborchium.* SCHWARZIVS. Dixi ad *Sedulium* I. 17. in *Guelf.* etiam abeſt *aequa.*

Invecta] Vet. *iniecta eſt.* PVTEANVS. *Iniecta* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *iniecta, quinam d. i. m. v. orirentur, & an his.* ACIDALIVS. Cum in pluribus libris antehac legeretur *invecta*, placuit nobis *iniecta*, quod diſerte exprimit Codex noſter; quod ſimiliter *Livineius* in ſuo vetere, & *Bertinienſi* Codice, atque *Puteanus* in alio invenerant. Praeterea & *Acidalius* in notis ſuis ſic iuſſerat legi; quam denique lectionem iam *Iacobus de la Baune*, & *Cellarius* exhibuerunt. Sic vero & *Cicero* loquitur pro Cluentio cap. 28. *Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus, & quaedam dubitatio, quidnam eſſet actum?* Superſedemus plures huius generis formulas referre. SCHWARZIVS. *Iniecta* pariter *Voſſ.* excerpta, idque aptius eſt ad ſignificandam celeritatem, qua animos occupaverit talis admiratio, quomodo *iniicere mentis ardorem* dixit *Eumenius* Conſtantio 14. 4.

Et quinam] Forte *ecquinam.* LIVINEIVS. Arridet *ecquinam de illis*, quomodo legendum videbatur primum *Puteano*, deinde & *Livineio.* Perplacet, ſed adhuc maluerim, *ecquinam Dei illis montium*, &c. GRVTERVS. Vulgo proditum eſt, *& quinam.* Hinc *Langius*, *Livineius*, *Gruterus*, *Baunius*, & *Cellarius* efficiendum cenſuere, *ecquinam.* Sic etiam *& quis*, atque *ecquis* ſaepius alibi promiſcue dici oſtendimus ad Panegyricum *Plinii* cap. 49. 3. & 54. 1. At quoniam illud *quinam* ſimpliciter poſitum in Codice noſtro, & altero *Gudii* libro, idque *&* in ſimili formula a *Cicerone* pro Cluent cap. 28. omiſſum eſt, nunc etiam praetermittendum exiſtimavimus. Non vero nullius momenti ſuſpicio eſt *Gruteri*, qui putavit in particula *de* latere nomen *Dei*, ſive *Dii*, ita ut maluerit legere, *quinam Dei illis montium verticibus orirentur?* qui enim credebantur iſtis gradibus *in terras coelo deſcendere*, non potuere non *Dii* exiſtimari. Grammatici autem plerique tradunt, *Dei*, & *Dii* in numero multitudinis utroque modo dici.

terras caelo deſcenderent? Vt vero propius propiusque coepti eſtis agnoſci, omnes agri oppleti, non hominibus modo ad viſendum procurrentibus, ſed etiam pecudum gregibus remota paſcua, & nemora linquentibus: concurſare inter

dici. SCHWARZIVS. Auctoritate *Guelf.* & excerptorum *Voſſii*, *&* delevi, quae apud me auctoritas praevaluit *Livineii* coniecturae, a *Baunio* primum in contextum admiſſae, quamvis uſus *ecquis* ſatis ſit frequens, de quo egit *Stewech.* ad *Arnob.* adv. Gent. VI. p. 131. Conf. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 54. 1. *Patarolus* tamen *&* *quinam* revocavit. Vehementer blanditur *Gruteri* coniectura *Dei illis montium*, aut *Dii.* hoc enim reſpondet ſequentibus, *caelo deſcenderent.* & iure placuit Viro Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 28. ita potuit ſcribere *Mamertinus* ad morem veterum, Deos in terram venientes per montem Olympum deſcendere credentium. *Homerus* Iliad. Δ. 74.

> Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα.

& Odyſſ. A. 102 facile autem ita littera *i* ſequenti voci adhaeſerit, aut fuit ſequens a Librario omiſſa, ex ea conſuetudine, qua ſi iisdem vocabulum litteris terminaretur, quae vocis erant ſequentis initium, compendii gratia poſteriores omittebant, ut notat *Valeſius* ad *Ammian.* XVI. p. 144. Ita apud *Lucianum* Dial. Mort. p. 270. emendo, καταστπᾶ, ὃ δὲ παραπέμψειε ἕκαστον, non παραπέμψει, hoc enim Pluto iam noverat. In Conſtit. I. de Novo Codice faciendo §. 3. ſimile vitium notavit, & ſuſtulit filius meus, *Hermannus Arntzenius*, in Diſſert. ad quaedam Iuris & Auctor. loca cap. 2. alia loca feliciter hinc emaculavit *Tollius* ad *Auſonii* Protrept. Edyll. IV. 2. & *van Dorp* Obſerv. cap. 3. —— Deinde *Guelf.* & excerpta *Voſſii*, *gradibus e caelo in terras.* Vulgato favet *Horatius* Od. III. 4. 1.

5. *Propius propiusque*] Infra c. 16. 3. *longius longiusque;* ſimili modo *Ovid.* Her. II. 129.

> *Minus & minus utilis adſto.*

Virgil. Aen. XII. 406. ſq.

> *Saevus campis magis ac magis horror*
> *Crebeſcit.*

Sic iunguntur quoque adiectiva comparativi gradus. Vid. ad *Tibull.* I. 8. 64. *Scaliger*, qui Graecanicam eſſe locutionem docet. Conf. *Vechner.* Hellenol. L. II. c. 13. & quos laudat *Heuſinger.* n. 11. ſolent etiam adverbia poſitivi gradus, intendendae ſignificationis cauſſa, ſic geminari. *Ovid.* Her. I. 41.

> *O nimium nimiumque oblite tuorum.*

Idem Met. II. 178. ſqq.

> *Vt vero ſummo deſpexit ab aethere terras*
> *Infelix Phaeton, penitus penitusque patentes,*
> *Palluit.*

& Met. IV. 325.

> *Sed longe cunctis, longeque potentior, illis.*

Apul. Met V. p. 167. *Elmenh.* *Vicem —— diu diuque cogitatam monſtrabimus tibi.* infra *Mamertinus* Paneg. X. c. 21. 4. *Sed multo multoque nunc facilior eſt ratio honorum petendorum.* IAEGERVS. *Magis magisque* ex Codd. *Leidenſibus*, quibus *Daventrienſem* addo, reſtituendum eſt *Salluſtio* Catilin. 20: *magis magisque animus adcenditur.* adde *Rittershus.* infr. cap. 16. 3. *Bentleium* ad *Horatium* Sermon. I. 6. 17. *Colvium* ad *Apuleium* p. 95.

Oppleti] Vet. *repleti.* PVTEANVS. Fortius eſt *oppleti*, ad maiorem copiam indicandam, unde *omnes* additur, aliis locis *totus.* Vid. Incerti Paneg. Conſtantin. 3. in fin. & 22. 6. *Nazarius* Paneg. 23. 3. & 30. 1.

Concurſare] Tritum eſt, *concurſare* hoc loco per uſitatam enallagen dici pro concurſabant. Idem etiam de ſequentium verborum infinitivis eſt ſtatuendum. SCHWARZIVS. Poetis & Hiſtoricis hoc loquendi genus adſeruit *Barrientius* Adnotat. Silva cap. 10. & ſimile exemplum eſt in Panegyr. Incerti Conſtantino 7. 6. & 11. 4. neſcio, utrum ex *Daventrienſi* non ſit *Salluſtio* Catil. 3. reddendum, *quia plerique —— invidia dicta putare.* & Iugurth. 76. ex eodem, & quibusdam aliis, *ut opifices —— frequentare Marium, & —— ducere.* ubi vide *Cortium.* Similiter Curtius IV. 3. 16. *cum ſubito ſpiſſae nubes intendere ſe caelo*, quod fruſtra per auxere explicat *Pitiſcus*, tamquam foret perfectum. Alia exempla *Cannegieter* ad Fragment. vet. ICtor. p. 79.

ter ſe agricolae, nuntiare totis viſa, arae incendi, tura poni, vina libari, victimae caedi, cuncta gaudio calere, cuncta plauſibus tripudiare: Diis immortalibus laudes grateſque cantari: non opinione traditus, ſed conſpicuus & praeſens

Totis] Forte *notis.* LIVINEIVS. Poſſis interpretari *totis*, omnibus, ut apud *Apuleium* aliquoties. Sed mihi placeat magis ſcribi, *nuntiare totis vicis*, ſive etiam diſtinctionem mutari, *concurſare i. ſ. agricolae*, *nuntiare: totis vicis arae incendi*, &c. ACIDALIVS. & BAVNE. *Acidalio* videtur *vicis* excidiſſe, quod propter inſequentem vocem *viſa*, iisdem fere apicibus conſtantem, probabilius eſt, quaſi pro una perperam repetita habuerit, qui deſcripſit. Alii *totis* interpretantur omnibus. CELLARIVS. Olim ubique legebatur *totis:* at in hac voce ulcus vetus latet, cui removendo nulli Codices ſcripti, neque libri excuſi, qui nobis hucusque innotuere, ſufficiunt. *Valent. Acidalius* ad hunc locum haec commentatus eſt: *Poſſis interpretari.* —— At *Livineius* in ora libri ſui annotavit, pro *totis* forte legendum *notis.* Quae vox tunc demum locum habere poſſe videtur, ſi *noti* pro amicis ponantur, uti apud *Catullum* LXXX. 4. Verum magis placet prior *Acidalii* coniectura: *nuntiare totis vicis*; dummodo huic coniecturae adſtipulentur veteres quidam Codices. Etenim, quod *Cellarius* ait, *Acidalio* videri potuit, *vicis* excidiſſe, quod propter inſequentem vocem *viſa*, iisdem fere apicibus conſtantem, probabilius eſt, quaſi pro una perperam repetita eum habuiſſe, qui deſcripſit. Nobis in mentem venit, pro *totis* primum fuiſſe ſcriptum *ignotis*, i. e. ignaris & neſciis. Quam huius vocis notionem cum ignorarent, aut priores literas obſoleſcentes forte non animadverterent, rudes Librarii, primum repoſuere *notis;* ſed & cum hanc ſententiae Panegyriſtae minus congruentem putarent alii, interim hinc effinxere *totis.* Apprime autem huic loco convenit *ignotis:* quoniam *ignotus* vulgo quidem paſſive dicitur incognitus, ſeu qui aliis non eſt notus; nihilo minus tamen etiam a probatis linguae Latinae auctoribus aliquando active is dicitur *ignotus*, qui non novit, & qui rerum eſt ignarus. Sic *Phaedrus* lib. I. Fab. 11.

> *Virtutis expers, verbis iactans gloriam,*
> *Ignotos* (i. e. ignaros) *fallit, notis eſt deriſui.*

Quinctilianus Declam. VI. cap. 2. *Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei noverca, ſed mater.* Ad quem locum vide, ſis, *Burmannum.* Immo ipſe *Cicero* lib. V. ad Famil. Epiſt. 12. 22 *Illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.* ubi, *Manutio* interprete, *Cicero* poſuit *ignotis* non pro iis, qui ignorarentur, ſed qui ignorarent. Verum quamvis & haec coniectura noſtra expectet ſuffragium Codicis antiqui, interim tamen eam, tanquam innoxiam, admiſimus. SCHWARZIVS. In *nunciare totis viſa* conſpirant Codices, & vulgo interpretantur omnibus, de quo vocis *totus* uſu vide Notas ad *Victor.* Inluſtr. 34. 9. *Wopkens.* ad *Sedulium* I. 326. III. 159. & me ibid. V. 426. Si legeretur, *totis vicis*, nihil intercederem, ut *totum nemus*, *totae ſilvae*, de quibus *Bentlei.* ad *Horat.* I. 17. 5. At vero dubito, an hanc interpretationem patiatur vox ſimpliciter poſita, neque id perſuadet *Tertulliani* locus de Spectac. 16. quem adhibuit *Lindenbrog.* ad Conſol. ad Liviam vs. 136. *Livineii* coniecturae obſtat publicae laetitiae indoles, qua notis aeque atque ignotis viſa nuncientur; ſuae tantum tribuit *Schwarzius*, ut eam in contextum receperit, ſocium nactus *Iaegerum*, neque ea Viro Clariſſimo in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 29. diſplicuit. Tritus certe eſt uſus, quo *ignotus* pro ignaro & ignorante ponitur, de quo monui ad *Arator.* I. 224. adde *Hotoman.* ad *Ciceron.* in Verr. I. 7. Apud *Priſcianum* Perieg. 180.

> *Scilicet ignaros terras perſindere raſtris.*

in Cod. *S. Galli* in Actis Societ. Ienens. Part. V. eſt *ignotas;* ſcribe *ignotos*, cuius gloſſema eſt *ignaros.* & praeterea ex Edit. *Aldin.* & *Venet.* emendandum *proſcindere aratris*, haec enim eſt τομὴ ἀρότρȣ, apud *Dionyſium* Perieges. 190. Apud *Quinctilian.* Declam. VII. cap. 7. ſcribo, *& homini ignoto eſt nova res dolor corporis adpliciti*, id eſt homini tormenta nondum experto, qui *ſuppliciis durato*, quem memoraverat, opponitur. In *Mamertino* tamen *Schwarzii* coniecturae non tantum tribuere audeo, ut in contextum admittam. *Eldikius* noſter divinabat, *nunciare domi viſa;* belle profecto; undique enim concurſabant agricolae, domumque reduces nunciabant, quae viderant. Dudum mihi in mentem venerat, *nunciare oculis viſa;* ſuis ſe oculis vidiſſe nunciabant, quod in publica laetitia, ad confirmandam dubitantibus veritatem, ſolet eſſe idoneum: in ſimili deſcriptione Incertus Paneg. Conſtantin. 7. 5. *quae ſecuritas in-*

ſens Iupiter cominus invocari; non advena, ſed imperator Hercules adorari.

CAP. XI. Quid illud, Dii boni! quale pietas veſtra ſpectaculum dedit, cum in Mediolanenſi palatio admiſſis, qui ſacros vultus adoraturi erant, conſpecti eſtis

intuentium te matrum. & praeterea eſt haec deſcriptio tota quanta Poetica, cui talis convenit locutio; ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεσθαι, *Homer.* Odyſſ. K 385. *Ovidius* Metam. II. 32. *Virgilius* Aeneid. II. 589. idque Oratores imitati, *Cicero* pro Milon. 2. Catilin. III. 2. & 8. ipſe *Mamertinus* infr. cap 11. in fin. *par oculis ad intuendum.* iam video idem cogitaſſe *Stewechium* ad *Arnob.* adverſ. gent. VII. p. 143. cui itaque inventi gloriam tranſſcribo, de conſenſu autem gratulor. Abiiſſe videtur *oculis* in *votis*, hoc in *notis*, quo pacto corruptum arbitror Auctorem incertum Panegyrici Maximiano cap. 3. §. 4. *prudentia ſeſe votis gentium praeſentant*, legendum puto *oculis*, ſcilicet cum Imperatorem adſpicerent, quod confirmant illic, quae praecedunt, *qui adſpectum illius – adhuc deſiderantibus nobis ſufficit.*

Arae incendi, *tura poni*] *Lindenbrogius* ad Auctor. Eleg. ad Liviam vs. 136. a Librariis voces putat tranſpoſitas, ut legatur; *arae poni*, *tura incendi.* *Stewechius* vero ad *Arnob.* VII. p. 143. emendat, *tura apponi.* utrumque ſine neceſſitate. Vulgatum *tura ponere* tuetur *Ovidius* Faſt. II. 573. III. 418. *Horatius* Odar. I. 19. 14. & quae hic *incendi* dicuntur arae, eos *flagrantes* adpellavit ſupr. Paneg. 6. 4. ubi *Iaegerus*; arae donis dicuntur φλέγεσθαι apud *Aeſchylum* Agamemn. 91.

Calere] Sic Panegyr. Conſtantino Flavienſium nomine: *Caluit in nobis ultra vires noſtras animus ad laetitiam.* *Cicero* V. Philipp. *Calebant in interiore aedium parte.* & in III. Verr. *Poſteaque ſatis calere res Rubrio viſa eſt.* PVTEANVS. Quid ſi legas *ſalire?* *Cicero* tamen V. Philippica: *Calebant interiore aedium parte.* & III. in Verrem; *Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt.* *Demoſthenes* περὶ παραπρεσβείας dixit διαθερμαίνεσθαι, & *Portius Latro* in Catilinam: *Iudices, quorum aures caluerunt aſſiduitate pene quotidiana.* PETR. FABER. Nil mutandum. *Calere* enim de laetitia non interrupta recte exponit *Manutius* ad *Ciceron.* ad Div. III. 8. adde, quae ad hunc locum contulit *Puteanus.* Potuit etiam hoc adhibuiſſe propter aras, victimasque in iis caeſas, ut igne, flamma, & ſanguine victimarum tepido loca velut calere fuerint viſa, ut alio ſenſu *Statius* Theb. II. 226.

Interior ſacris calet, & ſonat aula tumultu
Femineo.

ubi conferendus *Barthius*, quo forte ſenſu *flagrare* dicitur civitas apud *Eumenium* Gratiar. act. 14. 4.

6. *Traditus*] Fictos & commenticios Deos opponit praeſentibus, & conſpicuis Auguſtis. Idcirco mox: *non advena* Hercules, ut fabuloſus ille cognominabatur; ſed *imperator Hercules*, ſive Herculeus. CELLARIVS. Non Iupiter ille, qui Deorum rex eſſe traditur, ſed Diocletianus Imperator Iovius. PATAROL. Indicat idem haec vox, quod *adulationes fabuloſas* dixit Incert. Paneg. Maximian. 8. 2.

Invocari] *Advocari*, *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *invocatur Livineius* e Codice *Bertinienſi* annotavit *advocatur.* Vtrumque verbum recte ad Dei cultum refertur; ſed non eſt, cur vulgatam lectionem reiiciamus. SCHWARZIVS. *Invocari* vel ideo maluerim, quia Oratoris menti obverſata videntur verba, quibus uſus eſt in Paneg. 13. 4. & *invocata patris maieſtas*, *Eumenius* Conſtantio 13. 2. De *Iovis Praeſentis* titulo, ab Imperatoribus quoque adhibito, confer *Spanhemium* de V. N. Diſſert. VII. p. 428. & praeſertim de Diocletiano & Maximiano Diſſert. XII. p. 494.

Non advena] Quam adulatorie Imperatorem ſuum ea re anteſert Herculi, quod non tanquam advena, ut Hercules, ſed tanquam verus Imperator in Italia exceptus ſit. BAVNE. Non Hercules ille, advena quondam in Italia ex Hiſpania, ſed Maximianus Imperator Herculius. PATAROL. I. e. non peregrinus, & fabuloſus Hercules, ſed verus Imperator, Maximianus Herculeus adoratur. Hercules enim, praeter tot alia cognomina, propter crebras peregrinationes etiam *advena*, & *vagus* cognominatus eſt. SCHWARZIVS. Sententiam corrupit Librarius in *Guelf.* ſcribendo *Imperatores.* Herculem dixit *regem advenam* ſupr. Paneg. 1. 2.

1. *Palatio admiſſis*] Codex noſter habet *palatium*; unde putes, fortaſſe legendum eſſe, *in Mediolanenſe palatium admiſſis.* Sed nihil innovamus. *Firmicus Maternus: Aut fient*, inquit, *domus regiae ianitores*, *vel tale illis officium deputabitur*, *ut iis in Palatio admiſſis vel ſalutandi officia credantur.* Non temere quivis ad Principes admittebantur; hinc inter officia Palatina, ſive aulica extitit *officium admiſſionis*, manaruntque *admiſſionales*, *magiſter admiſſionum*, & *admiſſionum proximi*, de qui-

eſtis ambo, & conſuetudinem ſimplicis venerationis geminato numine repente
2 turbaſtis! Nemo ordinem Numinum ſolita ſecutus eſt diſciplina; omnes
3 adorandi mora reſtiterunt, duplicato pietatis officio contumaces. Atque haec quidem velut interioribus ſacrariis operta veneratio eorum modo animos obſtupefecerat, quibus aditum veſtri dabant ordines dignitatis. Vt vero limine egreſ-

quibus plura annotarunt *Lipſius* ad *Tacitum* lib. VI. Annal. cap. 9. *Gutherius* de Officiis Domus Auguſtae lib. III. cap. 11. & *Bulenger* de Imperatore Rom. lib. II. cap. 22. *Palatium* vero pro domo regia poni obvium eſt; nam ſecundum *Dionem Caſſium* lib. LIII. pag. 507. iam domus Romuli *Palatium* dicebatur a monte Palatino, in quo eſſet aedificata. Imperatorum aevo, ubicunque Imperator habitabat etiam extra Roman, locus ille *Palatium* dici coepit, docente eodem *Dione Caſſio* l. c. cuius generis multa Palatia recenſet *Fritſchius* in Comment. ad Leg. un. Cod. de Palat. & domibus Dominicis cap. 4. SCHWARZIVS. Cod. *Guelf.* & *Voſſii* excerpta ignorant *in.* —— *Palatium* Mediolani fuit ad morem aliarum in Occidente urbium; Treverenſe, Narbonenſe, Poetobienſe adtigit *Gothofredus* ad L. 1. C. *Theod.* Ne quis in Palat. manum. adde *Schwarz.* ſupr. ad Paneg. pag. 5. —— *Sacros vultus* Imperatoribus his tribuit, tum quia generatim ſacri habebantur Imperatores, quo ſenſu *caeleſtes vultus* Conſtantii memorat Incertus Paneg. Maximian. 3. 3. tum quia a Diis originem repetebant. Ex hoc, aliisque locis, *ſacros vultus* recte *Statio* reſtituit *Marcklandus*, Silv. IV. 2. 54. atque huc referenda vox *adorare*, de qua, Imperatoribus propria, tractat *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. III. p. 108.

Conſuetudinem] Prius enim unicum tantum, &, ſi etiam plures eſſent Imperatores, ſingillatim tamen illos videre populi conſueverant, quare ipſorum veneratio ſimplex erat, ut quae in unicum ferebatur. PATAROL. Hinc intelligimus, uti Deorum cultores ſingulos Deos ad aras, ipſis proprias, venerati ſunt; ita plerumque ſingulis Auguſtis quemvis admiſſum ſigillatim praeſtitiſſe cultum ſuum: quam conſuetudinem ſimplicis venerationis tunc turbaſſe, aut impediiſſe dicuntur Imperatores Diocletianus & Maximianus, cum ambo ſimul ſe Mediolanenſibus adeuntibus obtuliſſent. SCHWARZIVS. Cum *turbare* accipiat *Schwarzius* inpediendi ſenſu, videtur *Baunium* ſecutus, qui interpretationis loco haec adſcripſit, *mutaſtis morem unum tantum adorandi, cum ambo inſtar duorum Deorum ſubito prodiiſtis.* Mihi ſententia aliter videtur conſtituenda, ut, qui admiſſioni ad unum Imperatorem adſueti erant, iam, ad duo ſimul admiſſi, repente fuerint turbati. In *Schwarzii* enim explicatione *repente* nullius eſt efficaciae. Mihi favent ſequentia, ut ordinem Numinum non ſervaverint, ut reſtiterint, quae omnia ſunt turbatae mentis indicia, atque ideo n. 3. veneratio haec dicitur eorum animos *obſtupefeciſſe.*

2. *Ordinem Numinum*] Non, ut Deos ſolemus, deinceps atque ex ordine ad ſingulorum aras venerari, ita nos ſeorſum adoravimus, ſed omnes, qui coram aderant, veſtra utriusque maieſtate adeo perculſi ſunt, ut, cum neutrum ab altero ſeparare vellent, vos ambos ſimul iterum atque iterum adorarint, pie contumaces, ut hoc ſuae adverſus utrumque Imperatorem venerationis officio fungerentur. BAVNE. In duobus Auguſtis venerandis is ordo ex more obſervatus videtur, ut prius Auguſtum ſeniorem, deinde Auguſtum iuniorem, aut Caeſarem, ſi hic adeſſet, venerarentur admiſſi; quam vero diſciplinam tunc, prae gaudio & nimio cultus teſtandi ſtudio, a nemine ſervatam eſſe innuit *Mamertinus.* SCHWARZIVS. Mihi videtur ad morem Deorum invocandorum reſpexiſſe, quod ordine faciebant, ſecundum quem Paneg. 13. 4. dixit, *invocando Statorem Iovem, Herculemque Victorem.* Conf. late *Brouerium* de Adoration. vet. cap. 10.

Reſtiterunt] Diocletianus adorari ſe iuſſit, cum ante eum Imperatores tantum ſalutarentur. *Eutrop.* lib. IX. *Primus regiae conſuetudinis formam magis, quam Romanae libertatis invexit, adorarique ſe iuſſit, cum ante eum cuncti ſalutarentur.* vide *Aurel. Victor.* in Diocletiano, *Euſeb.* in Chronico, *Paul. Diacon.*, *Zonaram.* PVTEANVS. Perſeverantes, quia utrumque ſimul adorantes finem non faciebant, ab hoc ad illum, ab illo ad hunc ſe convertentes. CELLARIVS. Verbum *reſiſtere* hoc loco pro conſiſtere, ſeu ſubſiſtere, & remorari ponitur, qua notione etiam uſus eſt *Plinius* cap. 21. 3. *Iam te providentia Deorum primum in locum provexerat; tu adhuc in ſecundo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas.* Similiter *Iul. Caeſar* de bello civili lib. II. cap. 35. *Ille ſaepius appellatus adſpexit, ac reſtitit, &, quis eſſet, aut quid vellet, quaeſivit.* Sic & vox *contumaces* hic in laude ponitur, quaſi perſeverantes cultumque diutius, ac cum παῤῥησίᾳ erga Imperatores continuan-

egreſſi per mediam urbem ſimul vehebamini, tecta ipſa ſe, ut audio, pene
commoverunt; omnibus viris, feminis, parvulis, ſenibus, aut per fores
in publicum proruentibus, aut per ſuperiora aedium limina imminentibus. Cla- 4
mare omnes prae gaudio, iam ſine metu veſtri, & palam manu demonſtrare:
VIDES DIOCLETIANVM? MAXIMIANVM VIDES? AMBO SVNT:
PA-

nuantes. Pariter *Quinctiliano* Declam. II. 5. dicitur *innocentiae contumacia*, quae nempe non a ſuperbia, aut contemtu ſuperioris, ſed fiduciae amoriſque magnitudine ducitur. SCHWARZIVS. *Contumaces* hic conſtantes interpretatur *Buneman.* ad *Lactant.* Div. Inſtit. IV. 18. 16. recte, ſi accipias de conſtanti pudore, quo quis id non audet peragere, quod peragendum ſit, ut hi, qui propius adcedere non audebant. Sic contra apud *Pacat.* Paneg. 37. 3. *contumacia gaudiorum* eſt ea gaudii conſtantia, qua quis facit, quod ceteroquin prae pudore facere non auderet, ut recte *Schefferus.* Ad hunc locum pertinet *Auſonius* Grat. act. 1. 3. *in ſacrario imperialis oraculi*, *qui locus horrore tranquillo*, *& pavore venerabili raro eumdem animum praeſtat*, *& vultum.*

3. *Obſtupefecerat*] Excerpta *Schonhovii*, *obſtupefecere*, *Guelf.* & *Voſſii* excerpta *obſtupuerat.*

Aditum] Quibus ſcilicet in dignitate, ſive urbana, ſive militari, conſtitutis permiſſum erat ingredi, & adire Imperatores; non enim in Palatium turbae ingreſſus. PATAROL. Non enim, quod iam diximus, cuivis temere licuit adire Principes in Palatio; ſed Principes alias conſtituerant quaſi certos gradus eorum amicorum, & clientum, quos admitterent, qui in primas, & ſecundas, tertiasque admiſſiones digererentur, de quo more ſui aevi queritur *Seneca* lib. VI. de Benef. cap. 33. SCHWARZIVS. *Adire* vox hac in re ſollemnis, hinc *Auſonius* Gratiar. act. 31. 2. de Gratiano, *tu confirmas adire cunctantes.*

Egreſſi] Incertus Auctor ad Conſtantinum Flavienſium nomine: *Omnes ex agris omnium aetatum homines convolaverunt*, &c. *Pacatus* in Panegyr. *Quid effuſam in publicum turbam domorum*, *gratulantes annis ſenes*, *pueros tibi longam ſervitutem voventes.* Plura ibid. vide, quae ad hunc locum. PVTEANVS.

Tecta ipſa] Infr. in Panegyr. Conſtantino ſimilis locus: *Sed quid ego hucusque iocularia tecta ipſa*, *ut audio*, *commoveri*, *& altitudo culminum videbatur attolli*, &c. PVTEANVS. *Cicero* pro Marcell. cap. 3. *Parietes medius fidius*, *ut mihi videtur*, *huius curiae tibi gratias agere geſtiunt.* ubi confer *Abramum.* *Eumenius* pro inſtaur. Schol. 15. 1. *Scholarum parietes & tecta conſurgere.*

Limina] Forte *lumina*, id eſt feneſtras, συνεκδοχικῶς. LIVINEIVS. Miror, cur iſtud alii mutent in *lumina.* Alterum & iucundius eſt, & huic loco aptius. Si momenta rationum valent, illud *lumina* vix toleravimus Poetice poſitum. GRVTERVS. Quae hic *limina?* an *culmina*? ACIDALIVS. Fortaſſe *culmina.* BAVNE. Scilicit exiſtimarat *Acidalius*, *limina* duntaxat in inferiore parte aedium habere locum, cum tamen & *interiora* eſſent *limina.* *Virgil.* lib. IIII. Aeneid. v. 645. & *alta* idem lib. XI. Aen. v. 235. cum veteres etiam in ſolaria, & pergulas per limina ingrederentur. SCHWARZIVS. *Livineii* emendatio ſatis eſt facilis, ob voces *limen* & *lumen* ſaepe confuſas, quod probavi ad *Sedul.* I. 174. II. 41. ad *Arator.* II. 681. & 773. etiam ſi *lumina* pro feneſtris adhibeantur. vide Not ad *Valer. Flacc.* I. 129. in L 6. §. 5. ff. de Offic. Praeſ. pro *lumine unico* *Zoanettus* legit *limine.* illic tamen *unicum lumen* de domuncula adeo exigua, ut una tantum feneſtra lumen hauriat, exponit *Zinzerlingius* ad *Valer. Flacc.* IV. 28. & *Fornerius* Rer. quot. I. 29. de uno lumine pauperiori homini adhibito *Bynkersh.* Obſerv. I. 14. probatque *Burman.* ad *Quinctil.* I. O. X. p. 936. apud quos plura ſunt exempla, quibus *lumina* hoc loco confirmari queant. Poeticam quidem locutionem eſſe obmovet *Gruterus;* ſed fruſtra; frequens enim *ſervitutis luminum* apud ICtos mentio, alioſque praeter Poetas Scriptores; & eſto, ſit Poetica, utrum ideo in his Oratoribus, Poetas toties imitatis, damnanda? Magis tamen in *limina* pronus ſum, quae *foribus* opponantur. Intelligere enim mihi videtur limen aedium ſuperius, alio nomine *ſublimen*, aut *ſuperliminare*, de quo latius *Sagittarius* de Ianuis veter. cap. 8. §. 12—17. intellexit hoc *Vitruvius* de Architect. VI. 4. cum ſcribat; *ſin autem officient trabes*, *ſeu limina*, quod recte pro *liminia* emendavit *Philander*, probante *Sagittario* d. l. ita enim ipſe *Vitruvius* VI. 11. *limina enim & trabes*, & deinde, *extra trabes aut liminum capita.*

4. *Maximianum*] *Maximianumque* Vet. PVTEANVS. *Maximianum vides?* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Malim, quod eſt in tribus Codd., duobus ſcriptis, tertio impreſſo: *vides Diocletianum? Maximianum vides?* GRVTERVS. Nonnul-

PARITER SVNT: QVAM IVNCTIM SEDENT! QVAM CONCORDITER COLLOQVVNTVR! QVAM CITO TRANSEVNT! Nemo ſtudio ſuo par fuit oculis ad intuendum: dumque vos alterna cupiditate mirantur, neutrum ſatis videre potuerunt.

Cap.

nulli libri ita haec verba prodidere: *vides Diocletianum, Maximianumque? vides?* Sed ſequimur ſcripturam codicum veterum, quam etiam probavit *Gruterus*; eſt enim pro ratione abrupte loquentium aptior. SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta etiam *que* ignorant, & recte inde a *Grutero*, praeter *Rivinum*, id ſequentes omiſerunt, ex rationibus a *Schwarzio* prolatis.

Pariter ſunt] I. e. una ſunt. Sic *Sigonius* lib. I. de occidentali imperio pag. 16. cum hunc *Mamertini* locum excitat, neſcio, utrum ex vetere codice, an ex ingenio, haec verba refert: *Ambo ſunt; una ſunt.* Ita & *Cicero* lib. VII. ad Attic. Epiſt. 10. *Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus una.* Sed, tacentibus noſtris Codicibus, tuemur lectionem vulgatam, cum etiam *Quinctilianus* Declam. V. 3. ita ſcripſerit: *Viſus ſum mihi magis habiturus utrumque filium mecum, ſi pariter eſſent.* SCHWARZIVS.

Invicti] Vet. *iuncti*, forte *iunctim.* PVTEANVS. *Iuncti.* Sic edidi, ut recte omnes. C. P. F. *Pulm.* habent *quam.* Vide, quae ad Paneg. *Mamertin.* cap. 11. fortaſſe legendum *iunctim.* Sic loquitur *Gellius* lib. XII. cap. 8. *Forte*, inquit, *fuit, ut apud eamdem menſam duo illi iunctim locarentur.* Poſtea B P. F. legunt, *quam concorditer colloquuntur.* Rectius paulo poſt: *Dum mihi ante oculos pono quotidiana colloquia, coniunctas in omni ſermone dexteras.* IDEM. *Iunctim Bertin.* LIVINEIVS. *Bongarſius*, & *Puteanus* heic iterum malebant *iuncti.* & vero *iunctim* diſerte nidulatur in Cod *Bertinienſi*, quod hoc loco aeque convenit. GRVTERVS. Lege, *iuncti ſedent*, ut ſupra *iunctis* pro *invictis.* ACIDALIVS. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Navius*, *Duacenſis*, & *H. Stephanus* evulgarunt, *Quam invicti ſedent.* Noſter Codex, & alter *Gudii* liber, & *Cuſpiniani* editio exhibent: *Quam iuncti ſedent.* Etiam *Acidalius* monuit: *Lege* —— Itaque hoc iam prodidere *Gruterus*, *Pariſienſes*, *Cellarius*, & *Patarol*; idque bene, quia ſic *Mamertinus* pariter loquitur per adverbium, *quam iunctim ſedent*, ac mox in ſequentibus, *quam concorditer colloquuntur.* Neque eſt, quod hoc adverbium putemus prorſus inuſitatum. Certe *Suetonius* in Tiberio cap. 9. *Magiſtratus & maturius inchoavit, & paene iunctim percurrit quaeſturam, praeturam, conſulatum.* *Gellius* lib. XII. cap. 8. *Fors fuit, ut apud eandem menſam duo illi, P. Africanus ſuperior, & Tib. Gracchus iunctim locarentur.* SCHWARZIVS. *Invicti* etiam *P. Stephanus*, ſed nullius eſt efficaciae, & forte petitum ex loco, eadem ratione depravato, ſupr. Paneg. 11. 1. *velut invictis dexteris gubernetis*, ubi iam legitur *iunctis*, eaque verior lectio pluribus illic adſerta eſt. Melius igitur *Gruterum* in ſecunda Edit. ſecutus eſt *Rivinus* in *iunctim*, omnesque reliqui. Eſt quidem in *Guelf.*, *Schonhovii*, & *Voſſii* excerptis *iuncti*, neque male, ut indicet Imperatores ſibi proxime adſidentes; *iunctus* enim eſt idem, atque vicinus, propinquus, docente id *Gronovio* ad *Livium* XXII. 20. 5. magis tamen *iunctim* placet, ob addita adverbia, *pariter*, & *concorditer*, ut illud iam ſum tuitus ad *Arator.* Act. Apoſt. I. 384. & placuit quoque *Puteano* ſupr. ad Paneg. d. l. Dicerent alii *una ſedent*, quod corruptum puto apud *Capitolinum* Marc. Antonin. 14. *Via quoque* —— *ſedens cum fratre in vehiculo Lucius*, quod *Salmaſius* quidem exponit in via, *de Rooy* vero in Spicil. Crit. p. 4. mutat in *vix quoque*, ſed meo legendum iudicio, *una quoque.*

Eloquuntur] Vet. *colloquuntur.* PVTEANVS. *Colloquuntur*, *Bertin.* Retineo *eloquuntur.* Vide, quae notamus ſuperiori Paneg. cap. 9. Mox haud paulo concinnius, quod e veſtigiis ſcriptae lectionis ſuſpicere, *nemo ſtudio, nemo par fuit.* &c. LIVINEIVS. Colloquuntur, ut ſupra *eloquium* Paneg. I. cap. 9. CELLARIVS. Vulgo editum eſt, *eloquuntur.* Inde quidam ad priorem *Mamertini* Panegyricum cap. 9. etiam comprobant illud *eloquium*, pro quo vere alii Codices habent *colloquium*, alii *obſequium.* Nos hic amplexi ſumus *colloquuntur*, quoniam hoc verbum in Codice noſtro diſerte exprimitur, idemque in utroque *Gudii* libro deprehendimus, atque e codice *Bertinienſi* annotavit *Livineius*, laudavitque *Puteanus.* Praeterea ipſe *Mamertinus* mox *quotidiana* horum Imperatorum *colloquia* memorat. SCHWARZIVS. *Colloquuntur* etiam *Voſſii* excerpta, eaque vera eſt *Mamertini* manus, ob dicta ad Paneg 9. 1. non enim huc referri poteſt, quod *eloqui* dicantur Dii, cum oracula reddant, quibus Imperatores ſuos pares facit Orator, de quo verbi uſu vid. *Meurſius* Exercit. Crit. Part. I. cap. 9. p. 28. unde *eloqui*

is.

Cap. XII. Ipſa etiam gentium domina, Roma, immodico propinquitatis veſtrae elata gaudio, vosque e ſpeculis ſuorum montium proſpicere conata, quo ſe vultibus veſtris propius expleret, ad intuendum cominus, quantum potuit, acceſſit. Lumina ſiquidem Senatus ſui miſit, beatiſſimae illi per eos dies Me- 2
dio-

is dicitur, qui narrat, quae ad Deos pertinent, ut apud *Eumenium* Conſtantino 7. 2. tantum enim hic agit de ſimplici colloquio, non de eo, quod *divina mente praeſumebant*, ut loquitur Incertus Maximian. 7. 1.

5. *Suo*] Omnino confer hunc locum cum altero Panegyrici Conſtantino dicti: *Felices qui te propius*, &c. PVTEANVS. Abeſt a Vet. LIVINEIVS. Nemo pro deſiderio ſuo vos conſpicere potuit. BAVNE. I. e. ſecundum *Baunium*; nemo pro deſiderio ſuo ſatis vos intueri potuit. Mire placet coniectura *Livineii*, qui haud paullo concinnius e veſtigiis ſcriptae lectionis ſuſpicatus eſt legendum eſſe: *nemo ſtudio, nemo par fuit oculis ad intuendum*; quanquam neſciamus, an hanc coniecturam ſatis adiuvet pronomen *ſuo*, in *Livineii* Codice vetere omiſſum. Nondum adeo audemus damnare lectionem vulgatam; quae nihilo minus ita explicari poſſit: nemo omni ſtudio, conatuque ſuo par fuit, ſuffecitque oculis ad intuendum. Sic fere *Cicero* lib. III. in Verrem cap. 9. *Fingite vobis, ſi poteſtis, aliquem, qui in omnibus iſtis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines eſſe poſſit.* SCHWARZIVS. Puto *Mamertinum* ſcripſiſſe, *ſtudio ſummo*, quod ſequenti *cupiditate* reſpondet. Saepius *ſuus* & *ſummus* permiſcent Librarii. Vid. Not. ad *Ciceron.* Philipp. VI. 3. *Drakenb.* ad *Livium* V. 11. 16. exemplis abundant Scriptores in locis adhuc corruptis. Apud *Eumenium* pro inſtaur. Schol. 5. §. 3. ex *Guelf.* & *Schwarzii* Cod. lege, *interitu ſui doctoris*, quod in contextu negligere non debuiſſet *Iaegerus*. In L. 7. §. 2. ff. de Iniur. recte *ſummam iniuriam* repoſuit *Noodtius* Obſerv. I. 16. probantibus *Trotzio* Memor. propag. p. 110. & *Cannegietero* ad Fragm. Vet. Iuriſprud. p. 71. huc etiam *Vonckius* in Act. Acad. Palatin. T. I. p. 158. contulit *Curtium* III. 2. §. 17. *Erat Dario mite, ac tractabile ingenium, niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet.* ſcribit enim *ſummam*, neque tamen hoc placet, neque *ſuavem*, quae eſt coniectura *Büttinghauſeni*, in Biblioth. Hagan. Claſſ. III. Faſc. I. p. 177. potius repoſuerim *inſitam naturam*, ut apud *Horatium* IV. Od. 4. 33. *Livium* I. 54. §. 7. II. 59. §. 12. *Pacatum* Paneg. 28. init. *Minucium Felicem* 16. ubi *inſitos*, contra *Wopkenſii indutos*, opportune tuetur Cl. *de Rhoer* Feriis Daventr. p. 230.

1. *Gentium domina*] Sic ſupra Paneg. I. pr. idem *Mamertinus: Immortalis ortus dominae gentium civitatis.* & *Nazarius* Paneg. VII. cap. 35. Romam vocat *arcem omnium gentium, & terrarum reginam.* Geminum in modum *Martialis:*

Terrarum Dea gentiumque, Roma,
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum.

Sed *aeternae urbis* elogia ex bonis auctoribus alibi colligo. RITTERSHVSIVS. Confer ſupr. ad Paneg. cap. 1. p. 10. & cap. 14. n. 3.

In modico] Vet. *immodico.* PVTEANVS. Scribo *immodico propinquitatis v.* &c. MEVRSIVS. Exercit. Crit. Part. II. lib. IV. cap. 19. Mendum eſt, cum in antiquis quibusdam editionibus legitur *in modico*, pro *immodico.* SCHWARZIVS. In *Guelf.* abeſt *elata.* male; *Mamertinus* Iulian. 27. 4. *elati ſumus cuncti geſtiente laetitia.* & flagitat ſententiae conſtruendae ratio.

Vosque] Romani cives montes ſuos conſcendebant, ut inde tanquam ex altis ſpeculis adventantes Imperatores eminus aſpicerent BAVNE. *Cellarius* pro *vosque* edidit *usque*: perplacet haec varietas: ſed cum in omnibus libris, ante *Cellarium* excuſis, qui nobis innotuere, & in Codice noſtro MS. vulgata lectio inveniatur, eaque locum habere poſſit, nullam huius mutandae neceſſitatem videmus; maxime cum conſtet, *Cellarium* haud uſum eſſe Codice MS. *Mamertini.* SCHWARZIVS. *Proſpicere* hic rectum eſt. vid. ſupr. ad Paneg. 3. 3. —— Mox pro *cominus Guelf.* legit, *quo minus.* male; Incertus Maxim. 6. 4. *quantum voluptatis hauſit cominus vos inſpiciendo.*

2. *Lumina*] Luſus in verbo. Roma ipſa, ut vos conſpiceret, acceſſit. Qui porro? quia miſit ad vos Senatus ſui lumina, id eſt, Senatorum ſuorum clariſſimos. BAVNE. Senatores e praecipuis; niſi mavis intelligere Conſules. PATAROL. Sic etiam *Cicero* III. Catil. cap. 10. inſignes clarosque viros Reipublicae vocavit *lumina civitatis.* SCHWARZIVS. *Cicero* pro Milon. 8. *Itaque delegit* (in MS. vidi *elegit*, ſed vulgatum rectius) *e florentiſſimis ordinibus ipſa lumina.* ambigue idem cap. 12. *Movet me quippe lumen Curiae.* Hortenſium adpellat *lumen & ornamentum Reip.* idem cap.

diolanenſium civitati ſimilitudinem maieſtatis ſuae libenter impertiens, ut ibi
3 tunc eſſe ſedes imperii videretur, quo uterque venerat Imperator. Interim tamen, dum mihi ante oculos pono quotidiana veſtra colloquia, coniunctas in omni ſermone dexteras, ioca ſeriaque communicata, obtutu mutuo tranſacta convivia, illa me cogitatio ſubit, quanam animi magnitudine ad reviſendos ex-

cap. 14. *Velleius Paterc.* II. 99. 1. *alterum Reip. lumen & caput.* *Pacatus* Paneg. 46. 2. *Exſtincta domi Senatus tui lumina.* *Lactantius* Mort. Perſec. 8. *ita ut effoderentur adſidue lumina Senatus.* ubi *Cuperus* p. 142. contulit Graecum ὀφθαλμὸς, & φάος. *Buneman.* ad Inſtit. VII. 25. 8. Perverſum tamen *Mamertini* acumen in voce *lumina* recte notavit Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 29.

Maieſtatis ſuae] I. e. Roma, gentium domina, miſit ad vos Mediolanum praecipuos quosdam Senatores; cum illi Mediolanenſium civitati ſimilitudinem maieſtatis ſuae non invideret, ſed indulgeret potius, & impertiret, ut & ibi propter adventum, & praeſentiam Imperatorum tunc ſedes imperii eſſe videretur. Paria dixit *Mamertinus* in Panegyr I. cap. 14. 3. de civitate Treverorum, ubi tunc Maximianus ſe tenebat: *Interim tamen te, gentium domina, quoniam hunc optatiſſimum Principem in Galliis ſuis retinet ratio reipublicae, quaeſumus, ſi fieri poteſt, ne huic invideas civitati* (Treverorum) *cui nunc ille ſimilitudinem maieſtatis tuae confert, natalem tuum diem celebrando in ea, conſuetudine magnificentiae tibi debitae.* SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta ignorant *ſuae*, ſed abeſſe nolo, ob *ſimilitudinem maieſtatis tuae* eo *Mamertini* loco, quem *Schwarzius* adtulit.

Sedes imperii] Nam ibi Roma, ubi Imperator eſt, quod Pompeianus Commodo in Pannonia dixit, ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. *Herodianus* I. 6. CELLARIVS. Confer *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. p. 304.

3. *Tamen*] Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS.

Ioca ſeriaque] Vide *Iuret.* ad *Symmach.* lib. I. Epiſt. 54. PVTEANVS. Sic ſumma amicitia & familiaritas deſcribitur. *Cicero* lib. II. de Finib. cap. 26. *Quicum ioca, ſeria, ut dicitur: quicum arcana: quicum occulta omnia.* *Quinctilianus* Declam. CCCVII. *Amicus illi fuiſti: cum illo tibi ſeria ac ioci.* *Plinius* lib. II. Epiſt. 13. *Cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui; quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale iucundius.* At vide, quid monſtri ex his verbis effinxerint Librarii in Codice noſtro: *O Caeſareaque;* quaſi legere debeamus, *omnia Caeſareaque communicata.* Non difficulter tamen veſtigia quaedam vulgatae lectionis in his animadvertes. SCHWARZIVS. *Ioci & ſeria* ſunt cuiuscumque generis ſermones. Conf. *Waſſe* ad *Salluſt.* Iugurth. 101.

Convivia] *Connubia* Vet. *Bertin.* Scio, Diocletianum creato a ſe Caeſari Galerio Maximiano Armentario filiam ſuam Galeriam, Maximianum A. Conſtantio, itidem ſuo Caeſari, Theodoram privignam in matrimonium collocaſſe, ſed non haec huius temporis, & congreſſus. Itaque *connubia* damno. LIVINEIVS. In noſtro Codice, &, notante *Livineio*, in duobus aliis exaratum eſt, *tranſacta connubia;* quod quidam ad connubia Caeſarum referendum putarunt; ſed bene idem *Livineius* in notis: *Scio* —— SCHWARZIVS. *Connubia* etiam *Voſſii* excerpta.

Animi magnitudine] *Guelf. quanam cum magnitudine.* *Voſſ. quanta cum magnitudine;* ſcripſiſſe puto, *quanta cum animi magnitudine.* Praepoſitionis ita additae non rara ſunt exempla. Apud *Salluſt.* Catil. 1. in *Daventrienſi* vidi, *vitam cum ſilentio tranſeant*, idemque ex uno *Leidenſi* notavit *Havercampus.* Nonnumquam tamen eam mente magis complectuntur Scriptores; dixi ad haec *Aratoris* I. 811.

quas Dorcadis ipſis
Texuerant, dederantque manus.

ubi *ipſae*, quod ex quibusdam Edd. protuli, magis amiciſſimo placebat *Eldikio*, qui pro *dederantque* acute emendabat *nerantque*, ut *Silius Italic.* VII. 81. *Quod noſtrae nevere manus.*

Viceritis] I. e. amorem mutuum, & deſiderium una vivendi poſthabueritis utilitati publicae, ita ut fructu diutini congreſſus veſtri, & ſuaviſſimae conſuetudinis aliquandiu carere, quam curam utilitatis publicae ſeponere malueritis. SCHWARZIVS. De *utilitate Reip.* vide ad Paneg. 11. 1.

4. *Veſtri ſenſus*] *Virgilianum* Aeneid. IV. 408.

Quis tibi, tunc, Dido, cernenti talia ſenſus.

quod imitatus eſt *Sedulius* II. 127. ubi vide.

Patientes] Videtur legendum, *quam impatientes.* *Pith. indicium* pro *indicium* habet. PVTEANVS. Non inſubide *Puteanus: quam impatientes ad*

exercitus veſtros diſceſſeritis, pietatemque veſtram utilitate reipublicae viceritis. Qui tunc veſtri ſenſus fuere? qui vultus? quam patientes ad diſſimulan- 4
dum indicium perturbationis oculi? Reſpexiſtis profecto ſaepius: neque haec
de vobis vana finguntur. Talia vobis dediſtis omina cito ad conſpectum mu- 5
tuum reverſuri.

Cap.

ad diſſimul. GRVTERVS. & BAVNE. Hoc eſt, quod antea *pietatem* dixerat, id eſt, in patriam & ſuos, quos alteruter regebat, amorem: a quibus aegre diſcedebant victi utilitate publica, ut Mediolani ad colloquium convenirent. CELLARIVS. Perperam in quibusdam libris legitur *patientes* pro *impatientes*. Oculi autem *inpatientes ad diſſimulandum indicium perturbationis* dicuntur, qui, quamvis velint, aut debeant, non tamen prae affectus magnitudine poſſunt diſſimulare, atque occultare mentis triſtioris argumentum, ac perturbationem animi ex diſceſſu ortam; utpote quam crebro reſpectantes, ſive retro invicem ſpectantes facile prodant. Nam quod *Cicero* ait lib. I. de Legibus cap. 9. *Oculi nimis arguti*, (i. e. prope loquaces, ut digiti arguti) *quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur.* atque idem lib. III. de Legibus cap. 59. *Imago animi vultus eſt; indices oculi: nam haec eſt una pars corporis, quae, quot animi motus ſunt, tot ſignificationes, & communicationes poſſit efficere*, &c. SCHWARZIVS. Omnes ante *Cellarium* edidere *patientes*, idemque eſt in *Voſſii* excerptis. Cum ad Ed. *Cellarianae* marginem nihil pro variante lectione ex *Guelf.* notaverit *Cortius*, poſſet videri, in eo Cod. *inpatientes* quoque fuiſſe, quod tamen non definio. *Puteani* coniecturam *inpatientes* in textum admiſerunt *Cellarius*, *Schwarzius*, & *Iaegerus*, ſatis facilitate ſua commendabilem, ſi cogites, praecedentem litteram *m* ſequens *in*, quod ſaepiſſime factum, abſorbere potuiſſe, de quo dixi ad *Arator.* I. 499. & Adfinis meus, *Cannegieterus* ad Fragment. Vet. Iuriſpr. p. 200. ſed ſi ipſam *Schwarzii* interpretationem conſideres, dubito, ſitne *inpatientes* praecedentibus plane contrarium, ubi *animi magnitudinem* in Imperatoribus collaudat. Vtrumne ea animi dicenda magnitudo, ut oculi diſcedentis adfectus triſtiores diſſimulare nequeant? magis illud animi eſt deiecti & feminei, potiſſimum ſi in illo diſceſſu verſetur *Reip. utilitas*; & qui, quaeſo, pietatem Imperatorum utilitas Reip. vicit, ſi adeo triſtitia fuerint adfecti, ut vel eam oculi diſſimulare non potuerint? Repoſui igitur priſtinam lectionem, Imperatorum laudi magis conſentaneam. Vocem *inpatientiam* non cepit *Lectius* apud *Symmachum* Epiſt. I. 76. *cui magna ſcribendi inpatientia eſt, cum deſit oratio*, ubi ſequitur *Gruterum* emendantem *ſilendi*, aut mavult *ſcribendi intemperantia;* mihi vulgata ſana eſt, praeceſſit enim, *qui plus balbutiunt, plus loquuntur*, horum exemplo, cum nihil haberet, quod ſcriberet, inpatientia tamen ſcribendi ducebatur, id eſt, nihilominus ſcribebat inpetu, cui reſiſtere non poterat, ad id actus, quomodo *inpatientes dilationis* dixit eod. lib. Epiſt. 6.

Reſpexiſti] Vet. *reſpexiſtis.* PVTEANVS. *Reſpexiſtis*, Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *reſpexiſtis.* ACIDALIVS. *Reſpexiſti* ante *Gruterum* omnes; meliora ipſos docere potuiſſet praecedens *viceritis*, & alterum probant Codd. & *Voſſii* excerpta, ipſa quoque pietas, qua uterque ducebatur Imperator. Illum diſcedentium morem reſpiciendi, quae ſibi grata relinquant, eleganter deſcribit *Rutilius* Itin. I. 189.

Reſpectare iuvat vicinam ſaepius urbem,
Et montes viſu deficiente ſequi,
Quaque duces oculi grata regione fruuntur,
Dum ſe, quod cupiunt, cernere poſſe putant.

haeret verſu tertio ſententia, adeoque *Heinſius* maluit, *Quippe*, vel *Vſque duces*, Graecam vero conſtructionem admittit *Burmannus*, tamquam legeretur, & regionem, qua oculi duces fruuntur; tu potius interpunge:

Quaque duces oculi, grata regione fruuntur.

qua oculi ſunt duces, eousque fruuntur regione, ut *Muſaeus* de Heron. 94.

Ὀφθαλμὸς δ᾽ ὁδός ἐϛιν.

5. *Omnia*] *Omina*, *Rhenan.* LIVINEIVS. *Omina.* Ita eſt in *Frobeniana* Edit. in aliis vero *omnia.* Vtrumvis elige. BAVNE. I. e. tales vobis dediſtis ſignificationes, & certa animi indicia. Perperam quidam ediderunt, *omnia*, cuiusmodi confuſionis horum vocabulorum non pauca conſtant exempla. SCHWARZIVS. *Omina* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *H. Stephanus*, ſecunda Edit. *Rivinus*, *Baunius*, *Schwarzius*, *Iaegerus*, reliqui *omnia*, in quam lectionem conſtanter conſpirare

Codd.

Cap. XIII. Facilis eſt mihi tranſitus, ſacratiſſimi Imperatores, ab hac pietatis veſtrae laude ad praedicationem felicitatis. Hoc enim ipſum felicitatis eſt, quod, ut conſpicere vos invicem complectique poſſitis, in manu veſtra eſt. Solem ipſum, lunamque cernimus, quia totius mundi funguntur officiis, non niſi poſt multa ſecula certa lege temporum convenire: veſtra tam libera eſt & beata maie-

Codd. miror. Qui eligendi arbitrium dedit, *Baunius*, vellem, addidiſſet, quid *omnia* notaret, ego nullum ex eo ſenſum extorqueo, forte etiam neque alii. *Omina* tueatur *Ovidius* Heroid. XIII. 9.

Signa reverſuri ſint, precor, iſta viri.

& recte tuitus eſt *Puteanus* ſupr. ad cap. 10. 3. ubi de utriusque vocis confuſione dixi.

1. *In manu veſtra*] Modus loquendi apud bonos auctores frequentiſſimus, pro eo, quod eſt, penes vos eſt. *Tullius* lib. VIII. Epiſt. 6. *Hunc cum velis obligare, in tua manu eſt.* Idem lib. XIV. Epiſt. 2. *Verum haec non ſunt in noſtra manu.* Nihil neceſſe eſt alia *Tullii*, *Terentii*, & aliorum exempla huc congerere. BAVNE. *Hoc enim ipſum felicitatis eſt* abeſt in *Guelf.* ſimiliter in eodem, & *Voſſii* excerptis *ad* ante *praedicationem*, utrumque male.

2. *Quia*] Forte, *qui*. LIVINEIVS. Credimus, *Mamertinum* voluiſſe dicere, Solem & Lunam toti mundo miniſtrare, & ſua praeſtare officia; prout *Propertius* lib. II. Eleg. 18. 35. dixit:

Coelo modo Sol, modo Luna miniſtrat.

contra *Ovidius* in fabula Phaetontis lib. II. Metam. v. 385.

Sol negat officium mundo.

Verum ſic quodammodo obſcurius loquitur *Mamertinus*, cum luculentius dicturus videatur: *quia per totum mundum*, ſive *erga mundum ſuis funguntur officiis*; niſi putes, *Mamertinum* ἐπιχωρίζειν, & mundum habere pro Deo, cuius vicibus & partibus fungantur Sol, & Luna, uti *Plinius* maior lib. II. Hiſt. Nat cap. 4. dixit, *Solem mundi eſſe totius animum, ac planius mentem, hunc principale naturae regimen, ac numen credere decere.* *Seneca* ad Marciam cap. 18. dicit, *mundum inde fatigata coeleſtium officia volvere.* Ceterum *Livineius* pro particula *quia* forte pronomen *qui* reponendum putavit; ſed nulla opus eſt correctione, cum *Mamertinus* his verbis rationem reddere voluiſſe videatur, cur Sol & Luna non, niſi poſt multa ſaecula, conveniant. SCHWARZIVS.

Convenire] Lunam & Solem interdum convenire oportet, ſiquidem Lunae orbis ſolarem interſecat in duobus punctis, quae *Lunae nodi* appellantur; tuncque eſt eclipſis Solis, cum Luna in iis punctis invenitur. Quia autem illa ipſa puncta ſunt mobilia, raro fit, ut, in eodem coeli puncto, haec duo ſidera conveniant. BAVNE. Ergo *Mamertinus*, quantum iudicare poſſumus, vel non niſi accuratiſſimam Solis & Lunae conventionem in alterutro nodorum, quae omnino rariſſime accidit, in animo habuit, tanquam legum aſtronomicarum peritus; vel curriculum alicuius anni maioris reſpexit; de cuiusmodi annis magnis varia tradidit *Cenſorinus* de die Natali cap. 18. V. G. *Eſt praeterea annus, quem Ariſtoteles maximum potius, quam magnum appellat; quem Solis, Lunae, vagarumque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, ubi quondam ſimul fuerunt, una referuntur.* SCHWARZIVS. *Temporum* abeſt in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, & poſſet abeſſe.

Veſtra tamen tam] *Veſtra tamen* Vet. PVTEANVS. Forte, *veſtra tam lib.* LIVINEIVS. Lege, *tam libera eſt.* ACIDALIVS. Quidam libri habent *tamen*, ita quidem, ut vel excludant illud ſequens *tam*, vel utramque particulam coniungant, *veſtra tamen tam libera*, &c. Verum, cum *tamen* ortum videatur ex *tam*, illud *tamen* haud inviti dimittimus. SCHWARZIVS. *Veſtra tamen libera* olim conſtanter editum eſt; *Cellarius* utrumque admiſit, *veſtra tamen tam*; priſtinam ſcripturam retinuit *Patarolus*; *Livineii* coniecturam, a *Puteanco*, *Guelf.* & *Voſſii* excerptis confirmatam, dederunt *Baunius*, *Schwarzius*, & *Iaegerus*, quos ſequor.

Parere pietati] Amori erga vos mutuo, qui ad conventum impulit. CELLARIVS. I. e. veſtra tam libera eſt maieſtas, ut nihil vobis neceſſarium ſit, niſi obſequi inſtinctui pietatis veſtrae, & amoris mutui. SCHWARZIVS. Omnes ediderunt, *ut in ſummis rebus generis humani*, id eſt, in ſumma rerum Romanarum adminiſtratione; *generis* enim *humani* adpellatione propter imperium, per magnam orbis terrarum partem patens, indicantur Romani, ut ſupr. cap. 19. 3. *Eumenius* pro inſtaur. Schol. 5. 2. & *humani faſtigii apex*, quod pro

ieſtas, ut in ſummis rebus humani nihil vobis neceſſe ſit, niſi veſtrae parere
pietati. Ceterum, ſi quis ad humana reſpiciat, quanto magis magnitudo veſtrae 3
felicitatis appareat? Homines privatis rebus intenti ita plerumque propriis diffi-
cultatibus implicantur, ut omnino non vacent aditu ſuorum: vos, tantae reipu- 4
blicae adminiſtratione ſuſcepta, quos huc atque illuc tot urbes, tot caſtra, tot
li-

pro *Romani* recte placuit Patri meo apud *Pacat.* Paneg 6. 2. idemque reddidi *Eumenio* Conſtantio 15. 4. adde *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 26. 11. nihilominus tamen ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis repoſui, *in ſummis rebus humani nihil vobis;* hac ſententia, Imperatores in ſummo imperio ex iis, quae humanis rebus ſunt propria, aut ſunt hominum, nihil habere neceſſe, niſi pietati parere, ut ad ſe invicem poſſent proficiſci, ſeque complecti, quando vellent, cum aliae res humanae, non niſi certa lege, ſtatutoque tempore, coire poſſent. *Nihil humani* dictum, ut apud *Terentium* Heaut. I. 1. 25.

humani nihil a me alienum puto.

id eſt, nihil quod hominem decet, eique ſit proprium, ut recte alii expoſuerunt. Confer *Weſterhovium.* Confirmant me in hac lectione ſequentia, *ceterum ſi quis ad humana reſpiciat*, illud enim *humana* retulit ad praecedens *humani.* Deſignant autem *ſummae res* ſummam poteſtatem, ut dixit ſupr. cap. 6. 3. adde *Nazarium* Paneg. 49. in fin. *Mamertinum* Iulian. 2. 6.

3. *Quanto magis*] Forte, *quo magis*, id eſt, *ut.* LIVINEIVS.

Adpareat?] Forte, *appareat.* LIVINEIVS. Malimus legere, *apparet*, niſi *appareat* per modum potentialem, qui cum interrogatione coniunctus aliquid futuri ſapit, explicetur apparere queat. SCHWARZIVS. *Adpareat* eſt adparebit, de quo praeſentis uſu expoſui ad *Aratorem* Epiſt. ad Florian. vs. 24. & lib. I. 1072.

Omnino vacent] B. P. F. *ut omnia evocarent aditu ſuorum.* Ex veſtigiis huius corruptae ſcripturae ſic lego, *omni aevo careant.* PVTEANVS. *Omnia evocarent aditu*, *Bertin.* Corrupte. LIVINEIVS. Imo contra fit. Occupati non admittimus promiſcue omnes. An fuit primitus? *ut minime vacent.* GRVTERVS. *Omnino vacent* recte. Sed & recte, negatione addita, *omnino non vacent.* ACIDALIVS. Lege cum *Grutero*, *ut minime vacent*; vel cum *Acidalio*, *ut omnino non vacent.* Nam melius certe videtur cum negatione. BAVNE. *Vt omnino non vacent.* Vulgo legebatur, *ut omnibus vacent*, quod contra mentem eſt Auctoris. *Acidalius* ita, ut edidimus; *Gruterus*, *ut minime vacent.* CELLARIVS. *Omnino vacent.* Sic retinui, ut in multis impreſſis eſt, & in MS. Divi *Marci.* In aliis legitur, *omnia evocarent a. ſ.* PATAROL. Hanc lectionem omnes editores, qui nobis innotuere, hucusque excudendam curarunt, praeter unum *Cellarium.* Ea vero ſatis congruit ſententiae Oratoris, ſi verbum quidem *vacare* pro carere accipias, uti E. G. *Livius* dixit, *armis & milite vacare.* Id vero *Mamertinus* voluit dicere: Privati homines, rebus ſuis intenti, plerumque tot, tantisque negotiis, & difficultatibus impediuntur, ut, dum nolunt rei ſuae familiari aliquid impendii afferre, *vacent*, i. e. careant, aditu amicorum ſuorum, eosque occupati non facile admittant: Vos, Imperatores, e contrario, inter incredibiles imperii curas, atque expeditiones, tantum animis, ac fortuna valetis, ut in unum convenire poſſitis, nihilo minus orbe ſecuro, & ſine detrimento reipublicae. Primus, ſaltem in notis, hanc lectionem in dubium vocare auſus eſt *Valens Acidalius*, qui adverbium negandi his verbis ita inſerendum exiſtimavit: *ut omnino non vacent aditu ſuorum.* *Gruterus* pariter in notis de hac correctione ita ſentit: *Immo contra* — At *Gruterus* fortaſſe ſcribere voluit, aut certe debuit: *ut maxime vacent aditu ſuorum.* *Cellarius* vero primus in contextum recepit *Acidalii* coniecturam: *ut omnino non vacent aditu ſuorum.* Verum haec lectio locum habere non poteſt, niſi quis ſtatuat, verbum *vacare* tunc poni pro navare, ſive operam dare, adeoque ſic caſum ſextum nominis *aditu*, in tertium *aditui*, mutandum eſſe. Vtcunque vero eſt, particula negandi *non* nullius antiquioris Codicis ſuffragio adiuvatur. Vnde & *Patarol* recte retinuit lectionem vulgatam, quam etiam in Codice MS. Divi *Marci* invenit. Sed reticere non poſſumus, in noſtro Codice aliam varietatem, eamque primo adſpectu ſatis monſtroſam deprehendi, in qua tamen verior lectio latere poſſe videatur. Legimus enim ibi: *ut omnia evocarent aditu ſuorum.* Quam lectionem etiam *Livineius* e Codice *Bertinienſi*, & *Gudius* in altero libro, neque minus *Claud. Puteanus* annotarunt. Inter quos *Puteanus* e veſtigiis huius corruptae ſcripturae ſic legit: *ut omni aevo careant aditu ſuorum.* Illud *omni aevo* minus placet,

limites, tot circumiecta Romano imperio flumina, montes, littora vocant, tantum animis ac fortuna valetis, ut in unum convenire poſſitis, nihilominus orbe ſecuro. Neque enim pars ulla terrarum maieſtatis veſtrae praeſentia caret, etiam cum ipſi abeſſe videamini.

Cap. XIV. Ne tantulum quidem barbarae nationes audent animos attollere, quod vos in interiorem imperii veſtri ſinum ſeceſſeritis; quinimo ipſi magis in vo-

cet; potuit enim ex voce *omnino* naſci, ſi rudis Librarius ultimam ſyllabam *no* pro *uo* habuit, eamque ſequenti verbo aptavit. Nos itaque potius ex illa depravata ſcriptura haec eruamus verba: *ut omnino careant aditu ſuorum.* Ille vero *carere aditu aliorum* recte dici poteſt, qui non facile poteſt, aut ſe non patitur adiri, prout dixit *Ovidius* lib. III. Metam. v. 225.

Ea turba cupidine praedae
Per rupes, ſcopuloſque, adituque carentia ſaxa;
Qua via difficilis, quaque eſt via nulla, feruntur.

Hinc vero intelligimus, huius pariter, atque vulgatae lectionis unam eandemque eſſe ſententiam, adeo ut difficilis ſit optio, utra, tanquam prima & genuina, ſit aſſumenda: cum alterutra non niſi ex gloſſa extitiſſe videatur, quando vel ſupra vocem *careat*, in ſpatio interlineari, *vacet*; vel ſupra vocem *vacet* ſcriptum fuit *careat*, niſi verbo *vacet* auctoritas plurium librorum faveret. SCHWARZIVS. Etiam *Voſſ* excerpta *omnia evocarent.* Vereor, ne, ingenioſa ceteroquin, *Puteani* coniectura ſit contra *Mamertini* mentem, qui non ſemper eos ſuorum aditu prohibitos eſſe ſcribit, ſed tum maxime, cum negotiis occupentur. In recipienda *Acidalii* coniectura *Cellarium* ſequi non audeo; praeſertim quia tunc, ut recte monet *Schwarzius*, legendum eſſet *aditui*; & proxime conveniret huic loco alter *Mamertin.* Grat. act. Iulian. 14. 3. *ipſa ſe naturalium, neceſſariarumque rerum uſurpatione defraudat: totus commodis publicis vacat.* Quo magis autem Codd. lectionem conſidero, *omnia evocarent*, eo magis pronus ſum, ut litterarum in iis ductum ſecutus tentem, *ut ab omni avocentur aditu ſuorum*, id eſt, ut ſuos adire nequeant, negotiis gerendis nimium occupati, ut *avocare a negotiis*, *Suetonius* Auguſt. 40. ubi in quibuſdam etiam eſt *evocaretur.* adde *Ciceron.* de Senect. 5. pro Archia 6. *ut ab nullius umquam me tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit.* Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 3. 11. de Ira 17. 3. Non nego vulgatam *aditu vacent* exponi poſſe, careant, ut *vacare curis* apud *Eumenium* Conſtantio 18. 5. ſed tum foret ſententia, ut Imperatores non adierint amici, id autem oppoſitioni non eſt conſentaneum, qua ſignificat, Imperatores, quamvis ita occupatos, ſeſe tamen invicem convenire; praecedentia itaque eodem pacto debent intelligi de iis, qui amicos ſuos convenire nequeunt, occupationibus impediti.

4. *Ac fortuna*] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta *& fortuna.* — Quam recte flumina dicantur imperio *circumiecta*, oſtendit *Waſſe* ad *Salluſt.* Iugurth. 71. *circumfuſa flumina* dixit *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 18. 3.

5. *Potentia*] Haec lectio omnibus libris vulgata; at in noſtro Codice pro *potentia*, expreſſis ſingulis literis, ſcriptum eſt *praeſentia.* Quod nomen, prope abfuit, quin arripuerimus. In altero *Gudii* libro, ex alio quodam Codice MS., per compendium ſcripturae cum ſuperiore lineola annotatum eſt, *p̄ntia*; ex quo facile intelliges, unde contigerit, ut in alios libros *potentia*, in alios *praeſentia* manarit. SCHWARZIVS. Humani quid patitur *Schwarzius*, adfirmans in omnibus eſſe libris vulgatum *potentia.* Namque *praeſentia* olim conſtanter editum, donec, ex typographi forte vitio, in *Pariſienſem* intruſum eſt *potentia*, & ex ea in omnes ſequentes. Antiqui igitur *Liveneii*, & *Puteani* Codd. habuerunt quoque *praeſentia*, quod omnino revocandum, propter elegantem in *abeſſe* oppoſitionem, ſive oxymori ſpeciem, de quo infr. ad Incertum Maximian. 10. 5.

1. *In interiora*] Sic Vet. *in interiorem imperii veſtri ſinum ſucceſſor.* PVTEANVS. *Interiorem* Vet. *Bertin. Cuſpin. Sinum*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Adhuc enim limiti uterque ſuo praefuerat, ille ad Euphratem, hic ad Rhenum, & quod ultra Romanorum erat. *Curtius* IV. 9. n. 1. de Dario: *an interiora regni ſui peteret.* CELLARIVS. Vulgo editum eſt, *in interiora imperii veſtri ſeceſſeritis.* Recte ferri poſſit haec lectio, prout & *Curtius* lib. IV. cap. 9. 1. de Dario dixit: *an interiora regni ſui peteret.* Sed Orator etiam recte dicere potuit: *in interiorem imperii veſtri ſinum.* Sic ipſe *Cicero* de Provinciis Conſular. cap. 2. *Theſ-*

vobis fiduciam pertimeſcunt, quod ſe contemni ſentiunt, cum relinquuntur. Ita- 2
que illud, quod de Iove veſtro cecinit poeta Romanus, PLENA IOVIS OMNIA
ESSE: id ſcilicet animo contemplatus, quamquam ipſe Iupiter ſummum caeli
verticem teneat, ſupra nubila, ſupraque ventos, ſedens in luce perpetua, nu-
men tamen eius ac mentem toto infuſam eſſe mundo; id nunc ego de utroque
veſtrum audeo praedicare: ubicumque ſitis, in unum licet palatium conceſſeri- 3
tis,

Theſſalonicenſes, poſiti in gremio imperii noſtri, relinquere oppidum, & arcem munire coguntur. Idem in Piſonem cap. 37. *Aetolia, quae procul a barbaris diſiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Graeciae gremio continetur.* & pro Coelio cap. 14. *Cum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu gremioque patriae.* &c. Sic Italia recte dicitur *Mamertino interior ſinus imperii*; quo ex limitibus imperii, quibus praeerant, tunc convenerant Diocletianus & Maximianus. Hanc autem lectionem nobis ſuggeſſit Codex noſter, quam etiam in *Bertinienſi* Codice obſervarat *Livineius*, & ex alio iam edidit *Cuſpinianus.* SCHWARZIVS. Quod *Schwarzium*, & *Iaegerum* ſecutus dedi, confirmant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, niſi quod in *Guelf.* eſt *ſucceſſeritis.* minus apte. *Medium Reip. ſinum* dixit *Pacat.* Paneg. 31. 2. adde *Iaeger.* ad *Nazar.* Paneg. 38. 3. —— In proxime praecedentibus *Guelf. animum audent attollere*, *Voſſii* excerpta, *animum tollere*; pluralis magis placet, ubi de pluribus eſt nationibus ſermo, ut *animos reſumere* apud *Eumenium* Grat. act. Conſt. 14. 3. *tollere animos, Valer. Flacc.* I. 539. Rem ipſam exponit *Gruterus* ad *Plinii* Paneg. 16. 4. huic autem loco par eſt alius *Eumenii* Conſtantino 11. 1. *Neque enim Rheni iam gurgitibus, ſed nominis tui terrore munimur.*

Et quod ſe] *Et* abeſt in Vet. *Cuſpin. Rhen.* LIVINEIVS. Ignorant & pleraeque Edd., & Codd.

2. *Poeta*] *Virgil.* Ecloga III. Idem antea cecinerat *Aratus* in Phaenom. PVTEANVS. *Veſtro cecinit Poeta Romanus Iove* Vet. LIVINEIVS. *Virgilius* Eclog. III. 61.

Iovis omnia plena.

Id ipſum ſumpſerat ex *Theocriti* Idyll. XVII. 1. Id vero de Iove dicitur, cum quia Deorum princeps, & rerum anima eſt, tum quia Iovis nomen aeri tributum eſt, qui ubique diffuſus. BAVNE. *Iove* ignorant *Voſſii* excerpta; in *Guelf.* verba transponuntur, *de veſtro occinit Poeta Romanus Iove.* Pro *cecinit Livineius* in Cod. invenit *cecidit*, quod mendoſum recte pronuntiavit ad *Propert.* III. 30. 18. *Virgilium* per excellentiam dixit *Poetam*, ut Incertus Conſtantino 12. 3. *Ioannes Saresber.* VII. 6. *Sicut enim urbs Romam, Maronem Poeta exprimit. Iuſtinianus* §. 2. Inſtit. de I. N. *Sicuti cum Poetam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Graecos egregius Homerus, apud nos Virgilius.* Confer *Cannegieter.* Reſcript. *Boxhorn.* cap. 9. Congruit *Mamertino Auſonius* Grat. act. 3. init. *Nec iam miramur licentiam Poetarum, qui omnia Deo plena dixerunt.* —— Quare Iovem, Diocletiano proprium, dixerit *veſtrum*, vide apud *Schwarzium* ſupr. p. 6. & 69.

Eſſe] Abeſt in *Bertin.* Forte, *Iovis omnia plena, id.* LIVINEIVS. Huic transpoſitioni favet *Guelf.* in quo eſt, *Iovis omnia plena eſſe.*

Toto] Alludit ad illud Aeneid. VI. 724.

Principio caelum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem.

BAVNE. Haec itidem ex *Virgilio* hauſiſſe videtur *Mamertinus.* Lib. enim VI. Aeneid. v. 726.

Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

At rectius ſecundum hunc Poetam dicturus fuiſſet Orator, *mentem* (nempe Iovis) *per totum infuſam eſſe mundum.* aut, prout loquitur *Cicero* lib. I. de Divin. cap. 52. *Vis quaedam ſentiens, quae eſt toto confuſa mundo.* Idem lib. I. de Natura Deor. cap. 11. *Quomodo porro Deus iſte, ſi nihil eſſet niſi animus, aut infixus, aut infuſus eſſet in mundo?* *Schonhovius* ferre non potuit vulgatam lectionem, *toto infuſam mundo*, opinatus reſcribendum, *toti infuſam mundo.* atque ſane ita haec verba edidit *Cuſpinianus.* Sed nolumus reiicere vulgatam lectionem, rati *toto mundo* non eſſe caſum tertium, ſed ſextum, atque aeque ita dici poſſe, ac *Mamertinus* ſupra cap. 10. 4. *tota Italia clarior lux diffuſa.* Eodem prorſus modo locutus eſt Auctor in-

tis, divinitatem veſtram ubique verſari, omnes terras, omniaque maria plena
4 eſſe veſtri. Quid enim mirum, ſi, cum poſſit hic mundus Iovis eſſe plenus,
poſſit & Herculis?

Cap. XV. Admonet me & temporis & loci ratio, & maieſtatis tuae
reverentia, ut finem dicendi faciam; quamquam de felicitate veſtra tam
2 pauca dixerim, & tam multa reſtent. Sed ecce ſuggerunt: adhuc pot-
es

incertus Panegyrici Conſtantino Aug. dicti cap. 27. ubi alloquitur Iovem: *Sive in te quaedam vis, mensque divina eſt, qua toto infuſus mundo omnibus miſcearis elementis.* &c. SCHWARZIVS. Apud *Schonhovium toti* tantum eſt varians lectio, non ipſius coniectura. Si neceſſe eſſet, *toto* ſit tertius caſus, ut *nullo*, *alio*, & ſimilia, de quibus *Paſſerat.* ad *Ciceron.* pro Quinct. 1. *Gothofred.* ad Cod. *Theodos.* T. I. p. 446. Sextum tamen praefero, ex locis a *Schwarzio* excitatis, & *Lactantio*, qui, adhibito quoque *Virgilii* teſtimonio, hoc ita interpretatur, Inſtit. VII. 3. 4. *ſiquidem Deus eſt divina, & aeterna mens, a corpore ſoluta & libera, cuius vim maieſtatemque quoniam intelligere non poterant, miscuerunt cum mundo.* & n. 3. *Deus mundo permiſtus*, ubi *Buneman.* ſimiliter *Manilius* II. 61.

Infuſumque Deum caelo, terrisque, fretoque.

ita ex *Poſidonio Diogenes Laert.* VII. ſegm. 138. εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ. & de Deo ibid. ſegm. 147. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων. adde fragmenta apud *Eſchenbach*, de Poeſi Orphica p. 68. Locus autem *Ciceronis* apud *Schwarzium*, & *Lactantii* hic tuentur *mundo*, pro quo in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis eſt *orbe*. Ita *divinam mentem totum mundum gubernare* dixit *Eumenius* Gratiar. action. 10 2. & *Mamertinus* mox n. 4. *hic mundus Iovis eſſe plenus.* —— Praeterea iidem Codd. *numen tamen Iovis.* quod poſſet placere, quamvis *Iupiter* iam praeceſſerit, quia non eſt talis repetitio a Scriptoribus aliena, ut oſtendi ſupr. ad cap. 2. 1. nihil tamen mutavi, quia iam ter praeceſſit, & forte repetitio videatur nimia, & ingrata. —— Qui hic eſt Iupiter *ſupra nubila ſedens*, is *Aeſchylo* Prometh. vinct. 312. dicitur, Ζεὺς μακρὰν ἀνωτέρω θακῶν.

4. *Et Herculis*] Si unus Iupiter par eſt replendo orbi, quanto magis, ſi comitem habuerit Herculem? BAVNE. Maximiani Herculei maieſtate ac reverentia plenus eſſe. CELLARIVS. & SCHWARZIVS.

1. *Temporis loci ratio*] Corrigo, *me temporis & loci r.* MEVRSIVS. Exercit. Crit. Part. II. lib. IV. cap. 19. *Et loci* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *temporis locique.* ACIDALIVS. *Et* primum inſeruit *Gruterus*, recte quidem, conſentientibus Codd.

2. *Spiritum ecce ſuggerunt*] Vet. *ſed.* optime. PVTEANVS. *Sed ecce*, Vet. Sched. *Langii.* Mirum & inſolens mendum, ſed admirationem ſuſtulit; quod in *Bertin.* offendi, *Sʒ* compendio ſcriptum. Cui ſcripturae admodum vicina, quam in veteribus libris obſerves, *Spʒ;* id *ſpiritum* valet. Mox *ſuggerunt* utcumque excuſari poſſit, & *auditores* ſubaudiri, ut Grammatici loquuntur, mihi tamen *ſuggeritur* placet. Infra mox: *Illud vero, non ſuggeratur licet, dicam*, & quae ſequuntur. LIVINEIVS. Vocem *ſpiritum*, niſi ab aliis commode mutari poterit, ego eiiciam; plane enim hic inepta, & videtur inſerta ex inferiore illo loco: *exinde ſalutares ſpiritus iugiter manant.* Lege; *multa reſtent. Ecce ſuggerunt, adhuc potes dicere de ſal. tempor.* Huc reſpiciunt illa, quae paullo poſt: *Illud vero non ſuggeratur licet*, &c. quae non capiuntur absque iſtis. ACIDALIVS. *Sed ecce ſuggerunt.* Ante erat, *ſpiritum ecce ſuggerunt*, ſed ita reſtitui, ut ex veteri Codice, & ex *Langii* coniectura obſervat ad oram editionis ſuae *Livineius.* Mox *potes*, alii legunt *poteſt.* BAVNE. Multis diſplicet vox *ſpiritum*, quaſi ex compendio ſcripturae orta. *Iacobus de la Baune Livineium* ex parte imitatus: *ſed ecce ſuggerunt: adhuc potes dicere*, perſona ſecunda, quae in libris eſt tertia. Nihil muto. Interpretor *ſpiritum* vim dicendi ac facultatem, quam ſubgerant eaedem, quae dicenda reſtabant, ſalubritas temporum, & fertilitas terrarum. *Poteſt*, puta idem *ſpiritus*, nondum fractus, nec debilitatus oratione. CELLARIVS. *Et ecce.* Sic optime legitur in MS. Divi *Marci.* In aliis fere omnibus legitur, *Spiritum ecce ſug.* PATAROL. *Sed, ecce, ſuggerunt.* Haec ſana eſt lectio, quae in Codice noſtro diſerte, & integris literis ſic exprimitur. Antehac in omnibus editis exemplaribus, praeter *Baunii*, & *Pataroli* libros, legebatur: *Spiritum ecce ſuggerunt.* Verum audiamus *Livineium*, quomodo ex inertia Librariorum orta ſit haec corruptela. *Mi-*
rum

es dicere de ſalubritate temporum, & fertilitate terrarum. Revera enim, 3
ſacratiſſimi Imperatores, ſcimus omnes, ante, quam vos ſalutem reipubli-
cae reddideritis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fa-
me paſſim morbisque graſſantibus. Vt vero lucem gentibus extuliſtis,
exinde ſalutares, ſpiritus iugiter manant. Nullus ager fallit agrico- 4
lam, niſi quod ſpem ubertate ſuperat. Hominum aetates, & numerus
au-

rum —— Quae poſterius *Livineius* addit de verbo *ſuggeritur*, haec ei condonamus. Retinemus, *ſuggerunt;* nam eadem ellipſis hic locum habere poteſt, quae obſervatur in verbis, *aiunt*, *dicunt*, *ferunt*, *perhibent;* ſcil. homines, alii, quidam, auditores, &c. *Suggerere* autem hoc loco eſt commonefacere, ſeu facere, ut alicui veniat alicuius rei in mentem, ſeu ſubiicere alicui aliquid in memoriam. Sic *Cicero* lib. II. de Finib. cap. 14. *Si memoria forte defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras.* Ceterum pro *ſed ecce ſuggerunt*, *Patarol* edidit, *& ecce ſuggerunt*, quod invenit in Codice MS. Divi *Marci.* Satis omnino bene; nos tamen interim favemus ſcripturae Codicis noſtri, & iudicio *Livineii;* cum inprimis etiam in utroque libro *Gudii ſed* pro *&*, ac *ſpiritum* annotatum animadvertamus. SCHWARZIVS. *Sed* etiam *Voſſii* excerpta, eamque veram puto *Mamertini* manum, a *Iaegero* quoque expreſſam. *Pacatus* Paneg. 38. 3. *Sed ecce nec animum ſequitur manus.* Quod, ad defendendam vocem *ſpiritum*, de vi dicendi monet *Cellarius*, quam ſuggerebant ea, quae dicenda reſtabant, Oratoris menti eſt contrarium; is enim illa intellexit, quae auditores, aut cives ſuggerebant, quod inperſonaliter per *ſuggeratur* exprimit cap. ſeq. init.

Poteſt] *Potes.* PVTEANVS. Forte, *potes.* LIVINEIVS. Hoc *potes*, loco vulgati *poteſt*, adſcivimus e codice noſtro; quanquam id etiam prodiderint *Baunius*, & *Patarolus*, idemque proferat *Livineius*, & prior *Gudii* liber. SCHWARZIVS. Secutus quoque *Iaegerum* dedi *potes*, quamvis *Guelf.* & *Voſſii* excerpta habeant *poteſt:* perſona tamen ſecunda verbo *ſuggerere* magis conſentanea videtur. *Auſonius* Grat. action. 9. 2. *Subiiciet* (recte *Gronovius*, *obiiciet*) *aliquis: iſta quidem adeptus es, ſed effare, quo merito.* & 14. 3. *Ecce aliud, quod aliquis opponat: in tanti te ergo oratoris faſtigium glorioſus adtollis.*

3. *Re vera ſacratiſſime Imperator*]. *Revera enim*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Particulam *enim* habet noſter Codex, & quidam alii, haud ſecus ac in numero multitudinis, *ſacratiſſimi Imperatores.* SCHWARZIVS. *Enim* etiam *Guelf.*, ſed abeſt a *Voſſii* excerptis; recte hoc inſeruerunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.* Pluralem numerum praeferendum eſſe in *Imperatores*, dixi ad cap. 1. init. & aliis locis; hic etiam Edd. pleraeque, *ſacer Imperator.*

Reddideritis] Aliquot libri, & Codices ſcripti habent *redderetis.* Aliquanto inferius pro *copia fuit*, olim ſcriptum fuiſſe *copia fuerit* arbitramur. SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta etiam *redderetis*, & ita omnes ante *Gruterum*, poſtea etiam *Rivinus.* —— Statim *quanta* ante *funerum* tali litterarum compendio in *Guelf.* erat ſcriptum, ut inde facile *quae* elicias. —— *Copia fuerit* ediderunt *Schwarzius*, & *Iaegerus*, ſed *fuit* conſtanter Codd. & Edd., quod retinui.

Lucem] Quaſi ex caelo, ut ſidera, novam lucem extuliſtis, & in alto conſtituiſtis gentibus, imperium ſuſcipiendo. CELLARIVS.

Salutares ſpiritus] *Oroſius* de Diocletiani & Maximiani imperio: *Nulla domi fames, nulla peſtilentia, nullum foris bellum niſi voluntarium.* reliqua confer. Vide & *Euſebium* lib VIII. PVTEANVS. *Iugiter* eſt continuo. Incertus Maximian. 11. 8. *iugiter imperaſſe.* Conf. ad *Sedulium* I. 18.

4. *Fallit*] Elegantem locutionem expoſuerunt Pater ad *Plin.* Pan. 32. in fin. *de Rhoer* Fer. Daventr. p. 186. eodem modo *decipere*, *mentiri*, *eludere*, *deludere* adhibita docet *Bunem.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 16. 6. *mendacem* & *ingratum fundum* ex *Horatio*, & *Martiale*, dedit *Barthius* ad *Claudian.* in Eutrop. I. 19. *Spem* praeterea de agro recte addit. *Tibullus* II. 6. 21.

Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratis
Semina, quae magno foenore reddat ager.

quod *vota agricolarum vincere* dixit alter *Mamertinus* Iulian. 10. 1. male tamen ex hoc loco *Gruterus* apud *Ciceron.* in Verr. III. 18. tueri voluit quarumdam Edd. lectionem, *campus Leontinus*, *cuius antea ſpes haec erat.* ubi *Graevio*, aliisque *ſpecies* praeferendum eſſe largior.

Aetates] Forſan, *& res.* RHENANVS. *Rhenan.*

augetur. Rumpunt horrea conditae meſſes, & tamen cultura duplicatur. Vbi ſilvae fuere, iam ſeges eſt: metendo, & vindemiando deficimus.

Cap. XVI. Illud vero, non ſuggeratur licet, quomodo dicam, ante quam deſinam? tantam eſſe imperii veſtri felicitatem, ut undique ſe barbarae nationes viciſſim lacerent, & excidant; alternis dimicationibus, & inſidiis clades ſuas

nan. & res & numerus. Male. Lege: *niſi quod ſpem ubertate ſuperat: hominum & aetas, & numerus augetur: rump.* &c. Salubritate, inquit, iſta temporum & vivunt diutius homines, &, quia vivunt diutius, plures usque & usque generantur, quod contra peſtiferis morboſisque temporibus. ACIDALIVS. Et diutius vivunt homines, & plures generantur. BAVNE. Sunt, qui ſolicitent nomen *aetates.* *Rhenanus* putat forſan legendum *aetas & res.* Sed de augmento rerum mox agit *Mamertinus*, qui de induſtria numero multitudinis *aetates* uſus eſſe videtur, ut ſignificaret, horum Imperatorum aevo plures homines, & ſenes, & vegetos, & adoleſcentes vivere. Pro *augentur* quidam libri habent *augetur.* SCHWARZIVS. *Rhenani* coniecturam ita refert *Schwarzius*, tamquam legi maluerit, *hominum aetas, & res, & numerus;* divinabat tamen, *hominum & res & numerus*, quam ipſius coniecturam in textum admiſit *Rivinus;* uterque male, & contra *Mamertini* mentem. Is enim ad tria, in prioribus enumerata, totidem in poſterioribus membra orationis adcommodavit. *Inopiae frugum* oppoſuit agrum, ſpem agricolae ubertate ſuperantem; *funerum copiae* hominum aetates & numerum, ad quam itaque eorumdem *res* nihil faciunt, & recte haec interpretatus eſt *Baunius;* denique *fami graſſanti* horrea meſſibus rupta, cuius locutionis elegantiam ſimilibus exemplis adſeruit *Savaro* ad *Sidonium* Epiſt. I. 6. *Aetates* autem dixit plurali numero, ut *omnium aetatum homines* deſignet, quo modo locutus eſt *Eumenius* Gratiar. act. 8. 1. & *Pacatus* Paneg. 9. 3. qui inde *duas aetates* memorat, iuvenum & ſeniorum, cap. 7. 3. ut etiam Incertus Maximian. 13. 5. per *auctam aetatem* itaque indicat eos veluti Pylios annos adtigiſſe, eo modo, quo *Eumenius* Conſtantino 21. 4. *Hic eſt enim humanarum numerus aetatum, quae tibi utique debentur ultra Pyliam ſenectutem.*

Augentur] Vulgó *augetur*, quod, & *aetates*, ut in libris eſt, male conſonant. CELLARIVS. Sine Codicibus primus *augentur* repoſuit *Cellarius*, quem ſecuti ſunt *Schwarzius*, & *Iaegerus*, ſine neceſſitate. vid. ad cap. 7. 4.

Seges eſt] *Ovidius* Heroid. I. 62.

Iam ſeges eſt, ubi Troia fuit.

quem colorem *Ovidianum* etiam notavit Vir Clariſſ. in Biblioth. Critic. Vol. II. Part. I. p. 30. A *Mamertini* teſtimonio diſtat *Lactantius* de Mort. Perſ. c. 7. qui de Diocletiani temporibus; *adeo maior eſſe coeperat numerus accipientium, quam dantium, ut enormitate indictionum, conſumtis viribus colonorum, desererentur agri, & culturae verterentur in ſilvam.* Diſſenſum notavit etiam *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. I. p. 58. forte nimium hoſtili in Diocletianum animo tribuit *Lactantius*, adulationi nimium *Mamertinus.*

Defecimus] Vet. *deficimus.* PVTEANVS. I. e. tot frugibus metendis, & vindemiandis uvis non ſufficimus, nimio labore defeſſi. Vulgo editum eſt, *defecimus;* ſed *Puteanus* teſtatus eſt, ſe in vetere Codice legiſſe *deficimus*, idemque tempus huius verbi etiam *Gudius* ex alio Codice annotavit. SCHWARZIVS. *Defecimus*, *Guelf.* & *Voſſii* excerpta; hoc poſſet tueri *conditae*, quas memorat, *meſſes.* *Deficimus* tamen *Schwarzii*, id primum reſtituentis, & *Iaegeri* exemplo dedi; tota enim deſcriptio talis eſt, ut continuatam indicet fertilitatem, cui praeſens tempus magis eſt idoneum. Multo minus utor *Stewechii* coniectura, ad *Arnob.* adverſ. Gent. II. p. 69. ſubſtituentis *deſiemus*, tum propter tempus futurum, tum propter verbum Oratoribus hiſce inſolens.

1. *Non ſuggeratur*] *Licet non ſugg.* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Intermedia verba quodammodo tranſpoſita offendit *Livineius* in veteribus Schedis *Car. Langii*, *licet non ſuggeratur.* i. e. Illud vero, licet mihi non aliorum hominum monitu ſuppeditetur, aut in memoriam ſubiiciatur, quomodocunque tamen dicam. SCHWARZIVS.

Quomodo] Abeſt in Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Suſtulerim interrogatoriam notam, geminatoque *quo* reſcripſerim, *licet, quoquo modo dicam, antequam deſinam.* ſenſu plano. GRVTERVS. Lege, *quoquo modo dicam, antequam deſinam: tantam imperii veſtri felicitatem, ut undique ſe barbarae nationes*, &c. ACIDALIVS. Pro *quoquo modo* nonnulli libri habent, *quomodo*, aut prorſus utrumque omittunt. At particula *quomodo* vix locum habere poteſt, niſi per interrogationem pronun-

ſuas duplicent, & inſtaurent; Sarmaticas veſtras, & Raeticas, & Tranſrhena-
nas expeditiones furore percitae in ſemet imitentur. Sancte Iupiter, & Her- 2
cules bone, tandem bella civilia ad gentes, illa veſania dignas, tranſtuliſtis,
omnemque illam rabiem extra terminos huius imperii in terras hoſtium diſtuli-
ſtis. Etenim, quod ait ille Romani carminis primus auctor: A ſole exorien- 3
te

nuntietur. Bene *Gruterus: Suſtulerim* —— SCHWARZIVS. *Acidalii* coniecturam *quoquo modo* in textum admiſit *Cellarius*, quem ſecuti ſunt *Schwarzius*, & *Iaegerus*. Codices omnes conſtanter tuentur *quomodo*, idque revocavi, contra Codd. auctoritatem coniecturam in textum ſine neceſſitate admittere non auſus, cum ſententia ſatis ſit plana, & per interrogationem fortius ſignificet *Mamertinus*, ſeſe de illa re vix iuſte poſſe dicere, antequam deſinat.

Deſinam?] *Deſinam.* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Confer praecedentem notam.

Tantam deſinam imperii] Vet. *tantam eſſe imperii.* PVTEANVS. *Eſſe* Sched. *Langii*, Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Scilicet quibusdam viſa eſt minus cohaerere periodus, niſi *deſinam* repeteretur. Primus *tantum eſſe imperii* videtur recipiſſe *Gruterus*, & ex Codd. conſenſu, cum quibus *Guelf.* & *Voſſii* excerpta conſpirant; fruſtra antiquam lectionem ſecutus eſt *Rivinus*, cum bene iam omnia fluant.

Felicitatem, undique] *Vt undique* Vet. PVTEANVS. *Vt* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Et haec vocula ante *Gruterum* fuit omiſſa, & a *Rivino* in prima editione. Rem ipſam ex hoc loco expoſuit *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. p. 118.

Laeerent] *Guelf. laterent.* —— Mox *in ſe imitentur* ediderunt *Schwarzius*, & *Iaegerus*.

2. *Illas veſania*] Forte, *illa.* LIVINEIVS. Belle *Livineius illa*; & ſic ante ipſum coniecerat item ſagaciſſimus *Puteanus.* GRVTERVS. An *illa*, ut referatur ad *gentes?* Ita ſuſpicatur *Livineius.* BAVNE. Rectius & argutius pronomen *illa* admittitur, ut referatur ad nomen *veſania*, quam *illas*, quaſi ad *gentes* pertineret, quod antehac vulgo legebatur. *Illa Livineius* e coniectura, *Gudius* in utroque libro e Codicibus MSS. annotavit, atque iam *Cellarius*, & *Patarol* evulgarunt. SCHWARZIVS. Non video, qui *illa* ad *gentes* retulerit *Baunius.* Quod *Iaegerus* etiam fecerat, *illa* ex *Guelf.* edidi, ſuadentque ſequentia, *omnemque illam rabiem.* —— Vbi *illa* coniecerit *Puteanus*, quod *Gruterus* ſcribit, ignorare me fateor.

Terras hoſtium] Tale illud *Horatii* lib. I. Od. 2.

Audiet cives acuiſſe ferrum,
Quo graves Perſae melius perirent.

BAVNE.

3. *Ille*] Abeſt in Vet. LIVINEIVS.

Criminis] Vet. *carminis.* lego *carminis*, ut omnes Codices, & ut pridem emendavit *P. Pithoeus* in Adverſ. ſubceſivis cap. 2. lib. I. Intelligit autem *Ennium*, cuius hoc de Africano epigramma extat apud *Cicer.* V. Tuſcul.

A ſole exoriente ſupra Maeotis paludes
Nemo eſt, qui factis me aequiparare queat.

Vide *Hieronym. Columnam* in Fragment. *Ennii* p. 49. PVTEANVS. *Carminis*, *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* Probe *carminis*, nam *Ennium* ſignificat, & notum eius in Africanum diſtichon:

A ſole exoriente usque ad Maeoti' paludes
Nemo eſt, qui factis me aequiparare queat.

apud Aetnae quoque Auctorem,

Verum & fallacia vates
Sub terris nigros viderunt carmina Manes,

emendate arbitror legi, non *crimina*, quod Vir doctus ſuppoſuit. Nam *Manes fallacia carmina* ſic dixit, ut de inferis alius Poeta, *& vulgi fabula Manes.* LIVINEIVS. *Carminis*, *Ennius* ſcilicet. ACIDALIVS. I. e. *Ennius*, cuius hos verſus *Hier. Columna* in *Ennii* Fragmentis p. 163. refert, tanquam epigramma in Scipionis Africani tumulum: *A ſole exoriente ſupra Maeoti' paludes, Nemo eſt, qui facteis me aequiparare queat.* Eosdem verſus excitavit *Cicero* lib. V. Tuſcul. diſput. cap. 7. *Maeotis* habet in caſu ſecundo *Maeotidis*, & *Maeotis;* hoc loco per archaismum Poeticum *Maeoti'*, neque opus eſt, ut cum non nullis legamus *Maeotidas.* In editionibus antiquis errore ridiculo excuſum eſt, *Romani criminis auctor.* SCHWARZIVS. Mirum illud *criminis* in Edd. *Puteolani*, *Rhenani*, *Stephanorum*, *Livineii*, & priore *Rivini* potuiſſe ſervari. alterum Codd., & ipſa

te aduſque Maeotis paludes; id nunc longius longiuſque protendere licet, ſi quis
4 hoſtilem in mutua clade veſaniam toto orbe percenſeat. Etenim in ipſo ſolis ortu
non

ipſa ratio tuetur, ut de *Lucilio Horatius* Serm. I. 10. 66.

Et Graecis intacti carminis auctor.

Laboranti huic *Mamertini* loco, ex coniectura, etiam opitulati ſunt, praeter *Pithoeum*, a *Puteano* excitatum, *Merula* Vit. *Ennii* pag. 32. *Bentleius* ad *Horat.* Serm. I. 6. 17. ipſum epigramma Anthologiae quoque ſuae inſeruit *Burmannus Secundus* T. I. p. 212.

Maeotidas] Vet. *Maeotis.* PVTEANVS. *Maeotis*, Vet. *Bertin.* Forte, *uſque ad.* LIVINEIVS. *Maeotidas*, *Puteol. Rhen. Stephani*, *Livineius*, *Rivinus.* contra Codices, quamvis ita in *Ciceronis* quoque loco ſit variatum, Tuſcul. V. 7. unde *Maeotidi'*, *vel Maeotido' paudes* emendabat *Columna* ad *Ennii* Fragment. p. 163. & *Eumenius* Conſtantio 18. 5 *uſque ad Maeotidas paludes.* Μαιῶτιν λίμναν habet *Aeſchylus* Prometh. vinct. 419.

Longius longiuſque] Contrarium ſupra: *propius propiuſque.* De hoc elegantiſſimo loquendi modo videndus *Ian. Gulielmus* in Quaeſtion. *Plautinis.* RITTERSHVSIVS. Et ſupr. ad cap. 10. 5.

Mutua clade] Videtur legendum eidem *Puteano*, *in mutuas clades*, non male. GRVTERVS. Hanc varietatem etiam *Gudius* in libro primo annotavit. SCHWARZIVS. Vbi *Puteanus* ita coniecerit, me latet: forte ea eſt *Pithoei* emendatio, qui in hoc loco *in mutuas clades*, iam antequam in hos Panegyricos notas ſcripſerit *Puteanus*, citavit Adverſ. ſubceſ. I. cap. 11. neque ea foret lectio inelegans, ſi Codd. adſentirent, in quibus ego nullam varietatem deprehendi, a vulgata diverſam.

4. *Ab ipſo*] Ex *Guelf.* & *Voſſii* excerptis ſcripſi *in*, idque in ſuo Cod. exſtare notavit mox *Schwarzius.*

Hac citra] *Hac circa*, *Bertin.* Placet *circa*, ſed opituler porro, & reſcribam, *non modo circa Maeotin*, *ac ſub extr.* LIVINEIVS. *Circa.* ſic repoſui cum *Livineio*, cum in pleriſque legeretur, *hac citra.* PATAROL. Codex noſter pro *ac* habet *hac*, ex errore Librarii, quanquam illud *hac* olim omnes ediderunt, praeter *Patarolum*, qui cum animadverterit, *hac* haud congruere huic loco, illud prorſus praetermiſit, & ex *Livineii* coniectura pro *citra* recepit *circa.* Nos autem pro *hac* ex *Duacenſi* editione reponimus *ac*, & ex omnium ceterorum librorum conſenſu *citra* retinemus: quoniam id pro ſupra, quod in ipſius *Ennii* verſu eſt, poſitum, ac ſecundum ſtructuram Grammaticam iſta verba ita ordinanda eſſe exiſtimamus: *Etenim*, *non modo ab ipſo ſolis ortu*, *ac citra Maeotin*, &c. At neque illud reticemus, in noſtro Codice legi: *Etenim in ipſo ſolis ortu:* quam lectionem *Gudius* quoque aliunde libro alteri allevit. SCHWARZIVS. Vulgo hic locus ita legitur, *ab ipſo Solis ortu non modo*, *hac citra Maeotin*, *ſub extrema Septemtrionis plaga*, *qua.* Abundat *hac*, quod tamen retinent Codd. Integrum locum ita *Schwarzius* edidit: *ab ipſo ſolis ortu non modo*, *ac citra Maeotin*, *ſub extrema Septentrionis plaga*, & *qua fervidum caput.* Sed *ac* nititur ſola *Duacenſi* Edit. quamvis ipſi in eo mox adſentiatur *Iaegerus*, atque ita ediderit. Non audeo unius Editionis auctoritati contra Codd. tantum tribuere, ut mittam, & ſolius *Schwarzii* ingenio deberi, unde hoc omiſit *Iaegerus.* Videntur mihi in eo decepti Interpretes, quod *extrema* retulerint ad *plaga*, quo *hac* fiebat ſupervacaneum. Mihi *extrema Septemtrionis* videtur eodem modo eſſe explicandum, quo *alta montium*, ſimiliaque, de quibus dixi ad *Sedulium* I. 121. *Schoetgen.* ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang I. 227. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 3. 25. itaque interpunge, *hac citra Maeotin*, *ſub extrema Septemtrionis*, *plaga.* Dixit *ſub extrema*, quod *ſub orientem Florus* III. 5. 27. —— Praeterea *Gudianus*, & *Voſſii* excerpta delent *modo;* nil inpedio, propter ea, quae notavit *Drakenb.* ad *Livium* X. 6. § 4 *Baunius* ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. §. 4. Codd. igitur auctoritate vocem abeſſe iuſſi.

Sub extrema] Non capio. Nam Danubius oritur in parte quinimmo meridionali Germaniae, ex monte ſcilicet Abnoba, ac Sylva Nigra in Suevia: inde quidem, poſtquam Auſtriae Viennam alluerit, in Septentrionem fertur per Hungariam, ſed & rurſum in meridiem labitur, ac verſus ortum tandem in Euxinum Pontum ad Beſſarabiam effluit per ſex oſtia. Non igitur ſub extrema Septentrionis plaga Danubius eſt; ſed ita non rigoroſe a noſtro dictum crediderim. PATAROL. Auſi huius loci interpretationem levi adminiculo adiuvare, ante verba *qua fervidum caput* copulam & poſuimus, quae facile excidere potuit; hac vero reſtituta, Danubius

non hac citra Maeotin ſub extrema ſeptemtrionis plaga, qua fervidum caput Danubius evolvit, quaque horridus ſecat Albis Germaniam; ſed etiam ſub ipſo lu-

bius non neceſſario ad extremam Septentrionis plagam referendus eſt, ſed *Mamertinus* ſaltem dicere videtur, inter alios, etiam populos originem Danubii accolentes in ſanguinem ſuum ruiſſe. SCHWARZIVS. *Et* ante *qua* inſeruit *Schwarzius*, ut Septentrionis plagam, & Danubii fontem diſtinguat. Nihil neceſſe, ob interpretationem, quam modo dedi; recte igitur iterum delevit *Iaegerus*; plagam illam, qua caput Danubius evolvit, ſub extrema Septemtrionis ſitam eſſe dicit, eo modo, quo *Ovidius* Triſt. II. 189. de eodem Danubio:

Solus ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri
Parrhaſiae gelido virginis axe premor.

Danubius evolvit] Id eſt, Sarmatae, Eruli, & quicunque ultra Danubium incolebant. BAVNE. Alias *caput* fons eſt fluminis. Quid vero Danubii fons commune cum Moeoti habet, cuius oſtiis potius haec palus eſt propinquior? Sit *caput* ergo vis & copia aquarum: interpretorque *evolvit* per oſtia effundit. Sic *Plinius* IV. 12. ſect. 24. *Danubius in Pontum vaſtis ſex fluminibus evolvitur. Virgilius* Aeneid. V. verſ. 807.

Reperire viam, atque evolvere poſſit
In mare ſe Xanthus.

CELLARIVS. Sed quid opus eſt ambagibus? Verba haec, *qua fervidum caput Danubius evolvit*, breviter ſic explico: qua, ſive qua ex parte Danubius oritur. Etſi enim alibi fluvii dicuntur *ſe evolvere*, i. e. influere in mare: cum tamen verbum *evolvere* proprie & generatim dicatur de loco volvere, quid mirum, ſi & Danubius, oriens ex fonte, dicatur *caput evolvere*, ſive *exerere*, & *profluere?* Nihil vero *Mamertinus* in hac tota ſectione dixit, quam tantam eſſe imperii Diocletiani & Maximiani felicitatem, ut exterae, barbaraeque gentes non modo in Oriente, ac citra Maeotin ſub extrema Septentrionis plaga, & ad originem Danubii, & circa Albim in Germania habitantes; ſed etiam in Occidente Hiſpaniam, Africamque accolentes, civilibus bellis in ſe invicem ſaeviant. SCHWARZIVS. Locus vexatus, & a *Schwarzio*, ut mihi quidem videtur, non ſatis recte explicatus. Adſentior ei de mutatione τοῦ *hac* in *ac*: qua ratione autem *citra* poſitum eſſe poſſit pro ſupra, non intelligo: dicendum potius fuiſſet *ultra Maeotin.* Nec illud nos turbet, quod Orator ſubiicit, *ſub extrema Septemtrionis plaga.* Quis enim neſcit, *Naſonem* V. G. de terra Tomitana, aliosque Romanos de regionibus hiſce ita eſſe locutos, quaſi Maenalis urſa proxime eas adſpiceret? Non inferenda eſt igitur copula *&*, ſed *qua fervidum caput Danubius evolvit*, haec verba referenda ſunt ad *extremam Septemtrionis plagam*, ut ita gentes, oſtia Danubii accolentes, deſignentur. *Caput* enim hic pro oſtio poſitum eſſe puto, ut in *Caeſ.* B. G. IV. 10. Rhenus multis *capitibus* in Oceanum influere dicitur. Si *caput* h. l. fontem Danubii ſignificaret, non video, quomodo *Mamertinus* potuiſſet dicere, omnes ſub his plagis populos, *quibus numquam contigit eſſe Romanis*, ruere in ſanguinem ſuum. Rauricis enim, aliisque circum Abnobam montem populis iam pridem Romanis eſſe contigerat. IAEGERVS. *Cellarius*, & *Schwarzius caput* de fonte Danubii interpretantur, qui cum ad meridiem potius eſſet conſtituendus, ideo *Patarolus* praecedenti obſervatione haeſit, *Cellarius* aliam vocis ſignificationem comminiſcitur, & *Schwarzius* ſatis intricate eſt interpretatus. *Caput* quidem de fontium, fluminumque origine dici, me docuerunt *Barthius* ad *Claudian.* Epigr. XI. 13. *Cioſan.* ad *Ovidium* I. Triſt. 8. 1. neque adſentior *Lambino* ad *Horat.* I. Od. 1. 22. erroris eos adcuſanti, qui vocem hac notione capiunt. Sed notat quoque cuiuscumque rei extremam partem. *Caput* itaque *Danubii* hoc loco eſt oſtium, exitus in mare ad Septemtrionem, ut *egreſſus Iſtri ſub axe gelido Parrhaſiae virginis*, ſive Septemtrione, memorat *Ovidius* Triſt. II. 189. *fontis caput* apud *Virgilium* Georg. IV. 319 de oſtio exponit *Burman.* ad *Lucan.* II. 52. Adpoſitus eſt *Lucani* locus III. 201.

Sparſamque profundo
Multifidi Peucen unum caput adluit Iſtri.

eſt autem Peuce ad oſtium; eodem ſenſu *os Tiberis*, *Livius* I. 33. 9. adde *Cannegieter* Britenburg. p. 96. recte igitur *Mamertinum* explicuit *Iaegerus*, ſed iam ante eum *Davieſius* ad *Caeſar.* B. C. VIII. 41. 4. & *Oudendorpius* ad lib. IV. cap. 10. in fin.

Albis] *Alba* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Id eſt, Burgundiones, Saxones, & Chatti. Albis autem flu-

lucis occaſu, qua Tingitano littori Calpetani montis obvium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum, ruunt omnes in ſanguinem ſuum populi, quibus numquam contigit eſſe Romanis, obſtinataeque feritatis poenas nunc ſponte perſolvunt. CAP.

fluvius Germaniae celebris in finibus Sileſiae oriens, per Bohemiam, Miſniam, & Saxoniam in Oceanum influit infra Hamburgum. *Horridus* dicitur, quia rapidus. BAVNE. & PATAROL. In Codice noſtro ſcribitur *Alba.* SCHWARZIVS. Etiam in *Guelf.*

5. *Lucis*] *Guelf. Solis*, forte rectius, ut opponatur *ſolis ortu.*

Tingitanum littus] Sic Vet. *qua Tingitano littori Calpetani montis obvium.* PVTEANVS. Admonet me hic locus *Arnobiani* cuiusdam e lib. I. quem ſanabo: *Si apud Gaetulos, tum Aquitanos huius rei cauſa ſiccitatem ſatis ariditatemque miſerunt, eo anno cur meſſes ampliſſimas Mauris Nomadibusque tribuerunt?* In MS. *Luneburgenſi*, *cum Aquitanis* lego. Vtrumque parum ad ſtomachum meum. Quis enim probet *Aquitanos*, tanto intervallo, & alio caelo ad *Gaetulos* adiungi? Itaque *Lud. Carrioni* aſſentior, qui cum Auctorem eum una forte legeremus, *Gaetulos, Tingitanos*, corrigebat, meo animo feliciter. LIVINEIVS. Id eſt, Mauritania, ubi Quinquegentanae nationes, a quinque civitatibus Libyae, Cyrenis, Ptolemaide, Arſinoe (quae & Teuchira) Darnis, & Berenice ita dictae graſſabantur. Has Maximianus haud multo poſt vi & armis domuit. *Tingitanum litus* dicitur ab urbe Tingitana, quae Mauritaniae caput eſt. *Calpetanus mons* in Hiſpania Baetica ad fretum Herculeum, contra Abylen, Mauritaniae oppidum. Reſtitui autem integritati ſuae hunc locum poſt *Acidalium* ex veteri exemplari, cum in *Puteana*, ceterisque editionibus ſit, *qua Tingitanum litus Calpetano monti obviam latus*, &c. BAVNE. & CELLARIVS. *Tingitana* pars eſt Mauritaniae ad fretum Herculeum, ab urbe *Tingi*, quae nunc *Tanger*, ſic dicta. Ibi prope urbem Septam, quae modo *Ceuta*, eſt mons Abyla, *Mont de Singes* Gallis, oppoſitus alteri monti in Hiſpaniae provincia Baetica, ubi etiam urbs cum arce eiusdem nominis, *Gibraltar* modo appellata. Montes illos *columnas Herculis* dixere Poëtae; unde & *fretum Herculeum*, per quod inter ipſos Oceanus in mare mediterraneum ingreditur. PATAROL. Antehac in omnibus libris legimus: *qua Tingitanum litus Calpetano monti obvium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum.* Sed tunc neſcies, quid cum voce *latus* facias, niſi eam in adverbium *latius* convertas. Adſcivi igitur eam ſcripturam, quam *Gudius* e Codicibus MSS in utroque libro annotavit, & quam etiam confirmat Codex noſter, niſi quod in nomine *Calpetani* vitium admittat: ibi enim ſcriptum eſt: *ſed etiam ſub ipſo ſolis occaſu, qua Tingitano litori Scalpitani montis obvium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum.* SCHWARZIVS. Eadem lectio, quae eſt in Codicibus apud *Schwarzium*, ab excerptis *Voſſii* confirmatur, quamvis in illis corrupte ſit, *Tingitano Iovi Scalpetani montis.* Iuſtam vix interpretationem admittit altera, ex *Puteaneo* Cod. recte a *Baunio* ſede ſua iam detruſa, neque eam reſtituere debuiſſent *Cellarius*, & *Patarolus*; emendati itaque textus prima laus *Baunio* tribuatur, quam ſibi tamen adſcripſit *Schwarzius*, depravatam lectionem in *omnibus* antehac libris excuſam eſſe adfirmans. *Schwarzium* quoque ſecutus eſt *Iaegerus.*

Latus] *Latius* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Lege, *latius in med.* ACIDALIVS. *Latius* ortum videtur ab iis, qui in priori lectione neſciebant, quo *latus* referrent; loco ex Codd. iam ſuae ſanitati reddito, emendatione non eſt opus. In *Guelf.* & *Voſſii* excerptis eſt, *latus niſi mediterraneos.*

Ruunt] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta *nunc*, & mox *contingit.*

1. *Effrena Maurorum*] Qui in Africa habitabant circa litus maris, inter fretum Gaditanum, & Numidiam. BAVNE. Codex noſter habet, *gens effera*, non quidem male; ſed nondum tamen abiicienda eſt lectio vulgata. *Virgilius* lib. III. Georg. v. 382.

Gens effrena virûm.

i. e. *Servio* interprete, *ſaeva, rectorem recuſans.* *Mauri*, unde nomen Germanicum *die Mohren*, populi, qui Africam incoluere, cum in Mauritania Caeſarienſi verſus meridiem, tum in Mauritania Tingitana verſus occidentem. SCHWARZIVS. *Effrena* in his Panegyricis eſt uſitatius. *Effrena gaudia*, *Mamertin.* Gratiar. action. 29. 3. *effrenis dolor*, *Nazarius* Paneg. 24. 4. adde ibid. cap. 35. 3. De Mauris his vide ad Incert. Paneg. Maxim. 8. 6. —— *Sua* poſt *viſcera*, omiſerunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.*

Gothi] Populi Sarmatiae Europaeae, boreale litus

CAP. XVII. Furit in viſcera ſua gens effrena Maurorum. Gothi Burgundios penitus excidunt. Rurſum pro victis armantur Alamani, itemque Thervingi, pars alia Gothorum, adiuncta manu Thai-

tus maris Euxini incolentes, prius *Getae* dicti. BAVNE.

Burgundios] Vet. *Burgundos.* Vide *Rhen.* in Rebus Germaniae p. 40. & 52. PVTEANVS. *Burgundos*, Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Alii *Burgundos*, alii *Burgundiones* vocant. Germaniae populi, de quibus ſupra Paneg. proxime praecedenti c. 5. BAVNE. Hi *Hadr. Valeſio* lib. I. Rerum Franc. p. 50. diverſi ſunt a Burgundionibus Germanis, Galliae invaſoribus: gens videlicet Scythica, trans Danubium in Sarmatia Europaea ſedem habens, *Vrugundi* a *Zoſimo* dicti lib. I. cap. 27. & 31. ideoque, qui ſequuntur *Alamani*, corruptum vocabulum eſſe ratus, in *Alanos* vult converſos. CELLARIVS. Idem *Valeſius* tradit ad *Ammianum Marcellinum* lib. XXVIII. cap. 5. ubi, dum attigit hunc locum, notavit *Mamertinum Burgundiones* a *Burgundiis* aperte diſtinxiſſe: hos, quos Gothi exſciderint, & pro quibus victis in Scythia armati fuerint Alani, dictos eſſe *Burgundios;* eos vero, qui Alamanorum agros occuparint, audiiſſe *Burgundiones:* atque adeo *Mamertinum* diſtinctis locis de his populis diſtinctis egiſſe. Non caret omni veriſimilitudine haec ſententia: neque incredibile eſt, Gothos, ſive Gotthos, ſive Gotunos, quos pro uno populo habet *Cluverius* lib. III. Antiq. Germ. cap. 34. & quorum antiquae fuere ſedes in Septentrionis regionibus, Gothia cumprimis & Scandinavia, non ſolum in Pannoniam, Moeſiam, & Daciam, ac tandem in ipſam Italiam, Galliam, & Hiſpaniam ſe diffudiſſe, ſed ex parte etiam, ſupra Maeotin, ad Tanaim usque proceſſiſſe, ubi Alani, priusquam relicto Tanai ad Danubium diſceſſerant, ſedes ſuas habuere, quia teſte *Ioſepho* lib. VII. de Bell. Iudaic. cap. 29. Alanorum natio Scythae fuere, iuxta flumen Tanaim, & Maeotin lacum habitantes. At enimvero illud discrimen inter *Burgundios*, & *Burgundiones* neutiquam eſt perpetuum, cum utroque nomine promiscue deſignetur idem Germaniae populus, ex Vindilorum, ſive Vandalorum ſanguine ortus, a *Burgis*, ſive praeſidiariorum caſtris appellatus, Alemanis confinis, & poſtea in Galliam infuſus. Immo fieri potuit, ut ab initio etiam hoc loco apud *Mamertinum* nomen *Burgundiones* extiterit, quod vero per compendium ſcriptum, *Burgundios*, Librarii deinceps in *Burgundios*, & *Burgundos* mutavere. Nomen autem *Alanorum* nullus prorſus liber hoc loco exhibet, ſed *Alamani*, ſive *Alemanni* ubique leguntur, qui tunc pro victis Burgundiis armati fuiſſe, ſive iis opem tuliſſe dicuntur. Neque obſcurum eſt, Burgundionibus Germanis vicinos fuiſſe Alamanos. Inde enim *Marcellinus* l. c. dixit, *Burgundios ſalinarum finiumque cauſſa Alamannis ſaepe iurgaſſe.* & lib. XVIII. cap. 2. ait, *terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia diſtinxiſſe.* Quae cum ita ſint, *Valeſii* coniectura atque emendatione dimiſſa, aut certe ſuspenſa, retinemus lectionem vulgatam. Bene *Beatus Rhenanus* lib. I. Rerum German. p. 41. ubi narrat, Alemannos in Germania inter Moenum, Rhenum, & Danubium iuxta ſilvam Martianam novas ſedes fixiſſe: *Argumento nobis eſt*, inquit, *etiam Alemannos a Septentrione veniſſe; quod, cum Gothi Burgundiones adhuc in ſuis ſedibus agentes exſcinderent, Alemanni profligatos reſtituere voluerunt, non hoc facturi, niſi aliquid vel amicitiae, vel foederis inter ipſos interceſſiſſet, ex veterum fortaſſis ſedium vicinia.* Ceterum pro *exſcindunt* non nulli libri habent *excidunt.* SCHWARZIVS. *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *Burgundos.* Conf. *Cellar.* Geogr. Antiq. lib. II. cap. 5. p. 305. *Pontanum* Origin. Franc. II. 8. & ſupr. ad Panegyr. 5. 1.

Exſcindunt] *Excidunt* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *excidunt*, quod reſtitui. ſupr. cap. 16. init. *ſe barbarae nationes viciſſim lacerent, & excidant. Eumenius* Conſtantio 1. 4. *exciſae undique barbarae nationes;* ibid. 17. 2. *gentes Francorum penitus exciſae.* hinc *excidium Galliae* ſupr. 5. 1. *Pacatus* Paneg. 11. 4. & 23. 2. Conf. Notas Patern. ad *Victor.* Inluſtr. 31. in fin. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. I. 18. 8.

Alamannia] Vet. *Alamanni.* PVTEANVS. De *Alamannis* vid. *Gabriel Trivorius* in Obſerv. Apolog. cap. 16. Theſ. *Ottonis* T. I. Diſcrimen eorum a *Germanis* oſtendit *Spanhem.* de Vſu Numiſm. T. II. p. 504. adde ſupra ad Paneg. p. 28. & plena manu *Ludewigius* in Vit. Iuſtinian. cap. 8. §. 116. *Pontanus* Orig. Franc. II. 2. —— In *Guelf.* eſt *rurſumque.*

Tervigi] *Teriungi* Vet. *Tervingi*, *Bertin. Cuſpin.* *Tervingos* nominat & *Eutropius* VIII. *Paeanius* Τερβίγγας reddit, ſi integra ea ſcriptura. Proxime *Taifalorum* opinor verius. In *Zoſimo* quidem Hiſtor.

2 Thaifalorum, adverſum Vandalos Gipedesque concurrunt. Ipſos Perſas, ipſumque

ſtor. II. Θαίφαλοι, IV. Ταίφαλοι vulgatur. *Vandali* quoque, qui his notiores, in Vet. *Bandali*, in *Bertin. Blandali* vocantur. LIVINEIVS. Populi trans Iſtrum circa Daciam. Alii *Thervingi* ſcribunt. BAVNE. In Dacia hos, undecumque profectos, ſedem occupaſſe *Eutropius* in Traiano tradit, lib. VIII. 2. *Daciam*, inquit, *Decibalo victo ſubegit: provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Thaifali habent, & Victophali, & Tervingi.* CELLARIVS. Difficile eſt, harum omnium Gentium, quas commemorat *Mamertinus*, origines ſedesque ſatis demonſtrare. Recte animadvertit *Barthius* lib. VI. Adverſar. cap. 29. in crebris migrationibus populorum iſtorum Septentrionalium, cum quique aut familia, aut incolae antea unius loci iunctim mearint, nomina ſingularia ſibi a fortibus facinoribus, aut ſpecie agminis, aliave de cauſſa impoſuiſſe, quae poſtmodum ſervarint nepotes. *Thervingi* in Codice noſtro *Tervingi*, in libris impreſſis *Puteolani*, *Cuſpiniani*, *Navii*, & *Gruteri Tervigi*; apud *Henr. Stephanum Tervigii* ſcribuntur. Per hos populos *Barthius* l. c. intelligit Thuringos, quaſi a *theur Theuringos* dictos, i. e. caros, & propter fortitudinem pretioſos, ac glorioſos. Eos ex Gothis ortos eſſe indicat *Mamertinus*, cui dicuntur *pars alia Gothorum*, ubi vox *pars* perperam omiſſa eſt in *Cuſpiniani* editione. SCHWARZIVS. *Guelf.*, *Schonhovii*, & *Voſſii* excerpta *Tervingi*. Editores variant. *Tervigii* etiam *Paul. Stephanus*; *Tervigi Baune*, *Rivinus*, & *Patarol.* Male *Guelf.* & *Voſſ. par alia.*

Thaifalorum] *Taifalorum* Vet. *Taifolorum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Populi Scythiae Europaeae circa Hieraſum fluvium, quos a Traiano Imperatore ſubactos eſſe refert *Victor*. BAVNE. Iſtos, de quibus diximus, Thervingos, undecunque demum nomen invenerint, non ſolum *Mamertinus*, ſed etiam *Eutropius* lib. VIII. cap. 2. coniungit cum Thaifalis. *Daciam*, inquit, *Decebalo victo, ſubegit Traianus, provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Taiphali, & Victophali, & Thervingi habent.* Ex quibus verbis colligimus, Thervingos, & Thaifalos, poſt Traiani tempora, circa Daciam, inter Danubium ac Sarmatas regionem, loca finitima coluiſſe. Thaifalos *Ammianus Marcellinus* lib. XVII. cap. 31. cum Moeſia Daciae proxima coniungit. Atque idem lib. XXXI. cap. 9. narrat, Gothorum optimatem Farnobium duxiſſe Taifalos, nuper in ſocietatem adhibitos. *Aurel. Victor* in Epitome cap. 47. tradit, Gothos, Taifalosque ſub Gratiano Imperatore Thraciam, Daciamque, tanquam genitales terras, poſſediſſe. *Zoſimus* lib. II. cap. 31. Thaiphalos vocavit *Scythicam nationem*. atque idem lib. IIII. cap. 25. refert, tunc ingentes copias Tranſiſtrianorum Scytharum, Gothorum nempe, & Taifalorum, & aliarum gentium, Iſtrum tranſiecifſe, Thraciamque occupaſſe; ubi non tam Scythia Aſiatica, quam Moeſiaca eſt intelligenda, dum poſteriorum Imperatorum temporibus pars inferioris Moeſiae *Scythia* eſt dicta, & provinciis Thraciae annumerata. Vid. *Cellar.* Geogr. antiq. T. I. p. 570. & 593. Nomen *Taiphali* varie ſcribitur, V. G. *Thaifali*, *Taifali*, *Taifoli*. *Barthius* l. c. nihil dubitat, quin & haec Gens fuerit Germana, eiusque nomen malorum Geniorum Germano nomini *Teuffel* originem debeat: quod videlicet non aliter hoſtibus tractandis ſaevire conſueti, vel iactationis loco videri voluerint, quam cacodaemones veri. Neque nobis id mirum videri poteſt, ſi recogitemus, quae apud *Rhenanum* lib. I. Rer. Germ. pag. 41. legimus: *Noſtra aetate*, inquit, *militum manus in inferiori Germania ſe* Diabolos *appellarunt, ad incutiendum terrorem iis, adverſum quos mittebantur. Veſtes erant nigrae, haſtae nigrae, vultus ipſi nihilo candidiores.* SCHWARZIVS. Si nomen mali daemonis Germanicum originem debet, ut certe videtur, Graeco Latinoque *diabolus*, non facile cuipiam probabitur *Barthii* notatio. Vix enim credibile eſt, illis iam temporibus vocem *diabolus*, quae cum Chriſtianae demum religionis notitia ad Germanos potuit pervenire, ita cognitam uſuque tritam fuiſſe, ut tota gens aliqua eam ſibi, ut proprium nomen, adſciſceret. Parilis fortaſſe eſt originationis τὸ *Thaifali* cum *Victofalis*, *Oſtfalis*, *Weſtfalis*. IAEGERVS. *Guelf.* & *Voſſii* excerpta *Thayfalorum*. Hos proxime Moeſiae ſedes obtinuiſſe tradit *Ammian. Marcell.* XVII. 13. eorum nomen *Capitolino* reſtituere conatus eſt *Caſaubonus* in Not. p. 74.

Vandalos] Circa oram maris Baltici incolentes, ubi nunc Pomerania ulterior. Hi in Galliam primum, poſt in Hiſpaniam effuſi, ſedem in Baetica locarunt, quae propterea Vandalia ſeu Vandalitia, *Andaluzia*, magna ex parte nominatur. Inde in Africam, ac demum in Sardiniam excurrerunt ſub Genſerico rege. BAVNE. *Vandalos*, ſive *Vindilos* inter prima, & vetuſtiſſima Germanorum genera recenſet, & originem Gothorum, atque Burgundionum ad ſtirpem Vandalicam refert *Plinius*

lib.

que Regem, adſcitis Sacis, & Rufiis, & Gelis petit frater Ormies, nec re-ſpi-

lib. IIII. cap. 28. Vulgo creduntur ſic appellati quaſi *Wandler*, h. e. migrantes. Hos *Bandalos* in hoc *Mamertini* loco *Navius* expreſſit; librarius autem in noſtro Codice ſcripſit *Blandalos.* SCHWARZIVS. *Guelf. Blandalos*, *Voſſii* excerpta *ad Blandalos. Puteolanus*, *Bandalos.*

Gipedesque] Haec conſtans lectio eſt, ſed mihi placeat *Gepidasque*, quomodo eſt apud *Salvianum* frequenter. LIVINEIVS. Seu *Gepidi*, Sarmatiae Europaeae populi, inter Dacos, & Getas annumerati. BAVNE. Quod ad *Gipedes* attinet, etiam *Iornandes* cap. 17. eos pro Gothorum conſanguineis habet. *Iſidorus* lib. VIIII. Orig p. 1042. *Gipedes*, inquit, *pedeſtri praelio magis, quam equeſtri ſunt uſi, & ex hac cauſſa ita vocati.* Nomen ergo Germanicum nobis videtur, a verbo adhuc uſitato *gehen*, ire, & a Celtica voce *ped*, vel *pedd*, i. e. pes, *bein*; unde vetus verbum *pedden*, h. e. pedibus ire, incedere, in quo etymo non paucae linguae colludunt. Nos hodie huiusmodi milites non vocamus *Beingaenger*, ſed uſitatius *Fusgaenger.* Iſtorum Gipedum regnum temporibus Iuſtini Imperatoris interiiſſe docet Ill. *Maſcovius* lib. XIIII cap. 3. *von den Geſchichten der Teutſchen.* SCHWARZIVS. Hiſtoricis conſtanter fere dicuntur *Gepidae*, ut apud *Iornandem* de reb. Getic. p. 84. *Salvianum* Gubern. Dei IV. p. 75. Γήπαιδες apud *Procopium* Bell. Vandal. l. 2. & Hiſtor. arcan. p. 81. altera tamen ſcriptura auctoritate etiam non caret, nam Γηπέδικος eſt apud *Agathiam* de geſt. Iuſtinian. I. p. 14. prior foret praeferenda, ſi vera eſſet *Rittershuſii* ad *Salvian.* Gub Dei IV. p. 47. aliorumque opinio, dictos eſſe tamquam γῆς παῖδας, ſed eam recte reiecit, qui de hac gente copioſe tractat, *Ludewigius* Vit. Iuſtin. cap. 8. §. 123. & 124. qui addit, quamvis eos vicerit Iuſtinianus, nullum ſe noviſſe monumentum, quo *Gepidici* agnomine uſus fuerit Imperator, quod tamen adfirmat *Spanhemius* de Vſu Numiſm. T. II. p. 504.

2. *Saccis*] *Sacis* Vet. Sched. *Langii.* Praeferam *Sacis* vel *Catulli* auctoritate, cuius hic eſt verſus:

Seu Sacas, ſagittiferosque Parthos:

LIVINEIVS. Aſiae populi forte circa Perſidem, & Mediam, non procul a mari Caſpio. De Saccis multa ſunt apud *Ammianum*; aliorum nullibi, quod ſciam, praeterquam in hoc loco mentio eſt. BAVNE. Ignota nomina, praeter Sacarum, quos Scythas fuiſſe *Mela* III. 5. tradit. Coluiſſe poſt mare Caſpium dicuntur. CELLARIVS. Fuere Aſiae populi, qui & ipſi mutua clade ſe attriverunt. *Sacci* ſcribuntur in Codice noſtro, & primis editionibus; alibi *Saci. Mela* l. c. ubi deſcribit Oceanum Eoum, & Indiam: *Scythae*, inquit, *Androphagi & Sacae, diſtincti regione, quia feris ſcatet, inhabitabili.* Plura de Sacis collegit *Cellarius* Geogr. antiq. T. I. p. 838. ſeqq. SCHWARZIVS.

Ruffis] *Rufis* Vet. *Ruffi*, ſeu *Rufi*, & *Gelli* hactenus mihi non lecti, non auditi. LIVINEIVS. Feliciter haec emendavit *Cruſius* in Probab. Crit. legens, *Rufiis & Gelis.* De Rufiis vid *Moyſ.* Armen. de Gelis vero, Hyrcaniae populo, *Stephan.* in V. Γέλυς, & *Dionyſ.* in Periegeſi v. 1019. atque in eum locum *Euſtath.* Conf. Sammlungen von *P. F. Suhm*, Koppenh. 1771. ubi *Gelos*, vel *Gellos* eam regionem, quae nunc dicitur *Ghilan*, incoluiſſe, Caduſiis permixtos fuiſſe, & ſatis diu, ſc. ad tempora usque regum Parthorum libertate uſos eſſe oſtenditur. IAEGERVS. Vulgo edebatur & *Ruffis & Gellis*, ſed expreſſi, quod dederat *Iaegerus.*

Frater Ormies] Sequor *Divaeum* noſtrum, cui repoſitum *frater Ormisda.* Sane *Eutropius* IX. avum Saporis & Ormisdae Narſeum memorat. Addit *Paeanius*, τῶν εἰς ἡμετέραν ἡλικίαν ἀφικομένων, *qui ad aetatem noſtram pervenerunt.* LIVINEIVS. Videtur *Ormisda Eutropii* eſſe lib. IX. 15. adde ibi *Paeanium* ſect. 6. CELLARIVS. Puto legendum *Ormisda*, ut coniectavit & *Livineius.* PATAROL. Scilicet *Eutropius* l. c. refert, Galerium Maximianum (qui vero nondum tunc Caeſar adoptatus erat, cum *Mamertinus* hunc Panegyricum recitaret) cum Narſeo, Ormisdae & Saporis avo, in Armenia maiori pugnaſſe, ſucceſſu ingenti; caſtra eius diripuiſſe, & uxores, ſorores, liberos, & infinitam Perſarum nobilitatem cepiſſe. Sed intricatior eſt iſtarum rerum hiſtoria, quam ut luculenter poſſit explicari. Interim Narſes, ſeu Narſeus ab anno Chriſti 285. dicitur fuiſſe rex Perſarum, cui ſucceſſit A. 301. Hormisdas II. & A. 309. Sapores II. Potuit ergo & alius Hormies, ſive Ormies dictus, cum fratre Rege Perſarum infeſte contendere. Equidem *Zoſimus* lib. III. cap. 13. & *Amm. Marcellinus* lib. XVI. cap. 10. commemorant aliquem Hormisdam, natione Perſam, Saporis Regis Perſarum fratrem, vel ſecundum *Zo-*

3 ſpicit vel pro maieſtate quaſi Regem , vel pro pietate quaſi fratrem. Burgundiones Alamanorum agros occupavere , ſed ſua quoque clade quaeſitos.
4 Alamani terras amiſere , ſed repetunt. O magnam vim Numinis veſtri! Non iſtae modo , aliaeque gentes , viribus armisque terribiles , fiducia inſtructae ad perniciem immanitatis utuntur , ſed etiam Blemyes illi , ut audio , levibus modo adſueti ſagittis , adverſus Aethiopas quaerunt arma , quae

naram, Narſei filium, qui a fratre affectus iniuriis ad Conſtantium Imperatorem confugerit; ſed neſcio, an hic ad iſta tempora, quibus *Mamertinus* hanc orationem habuit, commode referri poſſit. SCHWARZIVS. *Cuperus* ad *Lactantium* Mort. Perſ. cap. 9. oſtendit, etiam *Eutropii* Hormiſdam hic fruſtra intelligi; & quamvis illic in tempore Panegyrici habiti non ſatis ſit adcuratus, ut dixi ad princip., id tamen certum eſt, eum prius eſſe habitum, quam ad regnum perveniret Narſes, quod recte refert ad A. C. CCXCV. *Cuperus*; conf. dicta ad Panegyr. 10. 6. a qua ſententia hic decennio diſtat *Schwarzius*.

3. *Burgundiones*] Sub initium huius capitis dixerat *Mamertinus*, *Alamanos Burgundiis*, a Gothis vi oppreſſis, auxilio venire voluiſſe: nunc ait, *Burgundiones* (ſi hi iidem ſunt, qui *Burgundii*) occupaſſe *Alamanorum* agros, quos tamen repetant *Alamani*. Ita ſcilicet Germanae iſtae nationes de ſedibus inter ſe acriter diſceptarunt, facile ex amicitia ad hoſtilitatem prolapſae. Vero ſimile autem eſt, ut ait *Rhenanus*, cum a Gothis eiecti Burgundii in Germania ſedis inopes vagarentur, eos ad Alamanos tanquam amicos conceſſiſſe; ſed cum Alamani gentem potentem recipere noluerint, Burgundiones vi & ferro in Alamaniam, non tamen ſine ſanguine & damno ſuo, irrupiſſe, & aliquandiu illic confediſſe, usque dum poſtea in Sequanos tranſierint. SCHWARZIVS. *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *Alemanorum.* Alterum praefert *Cellarius* Orthogr. p. 65.

Quaeſitas Alamania] Vet. *Alamanni.* Aliter hic locus in MS. legitur, & diſtinguitur; *Burgundiones Alamannorum agros occupavere; ſed ſua quoque clade quaeſitas Alamanni terras amiſere, ſed repetunt.* PVTEANVS. Non mala quoque ſententia, & ſtructura: melior tamen, *quaeſitos. Alamani terras amiſere, ſed repetunt.* ACIDALIVS. *Quaeſitos. Alamani.* Sic recte haec verba diſtinguuntur, cum primi editores *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Navius* ea obſcurius ita edidiſſent, *ſed ſua quoque clade quaeſitas Alamani* (quidam habent *Alamania*) *terras amiſere, ſed repetunt.* Nec ſatis facit *Sigonius*, qui haec ultima verba ſic reſcripſit, *quaeſitas Alamani terras amiſere, quas repetunt.* SCHWARZIVS. *Guelf. quaeſitas*, *Voſſii* excerpta *quaeſita.* Id, quod edidi, primus habet *Livineius*, reſtituit *Gruterus*, eumque reliqui ſunt ſecuti.

4. *Immanitatis utuntur*] Id eſt, barbariae, hoc eſt mutuam, ut puto. *Vertuntur* etiam, non *utuntur* legerim, e compendiis, nam *ỷtuntur* eſt *utuntur.* LIVINEIVS. Nobis nulla mutatione opus eſſe videtur, ſi participium *inſtructae* referamus ad nomen *immanitatis*, atque omnia iſta verba hunc in modum Grammatice ordinemus, ac conſtruamus: *Non modo iſtae aliaeque Gentes terribiles viribus armisque, utuntur fiducia immanitatis inſtructae ad perniciem; ſed etiam Blemyes —— —— quaerunt arma* &c. SCHWARZIVS. *Viribusque armisque* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus.* In Edit. *Livineii* primum *que* omiſſum eſt, quod etiam ignorant Codd. idque ſunt ſecuti praeter *Rivinum.*

Blemii] Vet. *Blemies.* PVTEANVS. *Blemyes* Vet. *Bertin.* Sched. *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Seu *Blemmyes*, ut vocat *Strabo*, Aethiopiae populi, Aegyptiis finitimi: ad citeriorem Nili partem ſupra Syenen habitabant. *Strabo.* BAVNE. *Blemyes*, ſive *Blemmyes* Aegyptiorum, & Aethiopum accolae. *Strabo* XVII. ineunte, *Zoſimus* I. 71. CELLARIVS. *Blemyes*, ſive *Blemmyes*, *Blemyi*, & *Blemiae*, ab Aegypto verſus Auſtrum Aethiopibus contermini, ad Nilum ſedes habuere. De hiſce mentionem faciunt *Strabo* lib. XVII. *Mela* lib. I. cap. 4. *Plinius* lib. V. cap. 8. & *Zoſimus* lib. I. cap. 71. PATAROL. Etiam *Ammianus Marcellinus* lib. XIIII. cap. 5. confinia Blemmyarum ad Nili cataractas ponit; ad quem locum, ſi lubet, vide *Valeſium* in Notis, ubi praeterea excitantur *Dionyſius* de ſitu orbis, *Procopius* lib. I. de bello Perſico cap. 19. *Claudianus* de Nilo, *Nonnus* lib. XVII. in fine, quibus addatur *Vopiſcus* in Aureliano cap. 33. & in Probo cap. 17. Illud vero adhuc notandum eſt, huc usque in omnibus exemplaribus haec verba ita evulgata eſſe, *levibus modo adſueti ſagittis.* Quae particula *modo* mihi mox ſuſpecta viſa eſt: primum, quia in eadem περιόδῳ parum con-

quae non habent, & pene nudis odiis praelia internecina committunt.

CAP. XVIII. Iam de perduellibus ultionem non armis, non exercitu, capitis, ſicut hucusque feciſtis: iam, inquam, fortunatiſſimi Imperatores, felicitatem vincitis ſoli. Et quid umquam Romani Princi- 2
pes de felicitate ſua praedicari laetius audierunt, quam cum diceretur, hoſtes quieſcere, otioſos eſſe, pacem colere? At enim quanto hoc eſt 3
lae-

concinne bis occurrit; deinde, ſi Blemyes iam antea adſueti fuiſſent *levibus ſagittis*, nulla nobis appareret ratio, cur arma quaeſierint adverſus Aethiopas, qui potiſſimum ſagittis uſi ſunt; & cur denique Blemyes paene *nudis odiis* proelia commiſiſſe dicantur, quaſi ſagittae nullum iis uſum in bellis praebere potuiſſent. Ideo vero *nudis odiis* proelia commiſiſſe dicuntur, quia armis aliis deſtituti non niſi proprie loquendo *manum* cum hoſte *conſeruiſſe* videntur, quod & antiquiſſimum, & acerrimum pugnae genus fuit. Itaque nihil dubitavimus, pro *modo* particulam negandi *non* ex Codice noſtro amplecti, tanquam huic loco ſatis congruentem. SCHWARZIVS. *Schwarzium* in ſubſtituta voce *non* ſecutus eſt *Iaegerus*. Ipſe *modo* reddidi, ſanam, me iudice, lectionem. *Blemyes* erant latrones, paſſim oberrantes, ut incautos opprimerent. *Strabo* Geogr. XVII. p. 1174. eosque adcuratius deſcribit *Ammianus Marcell.* XIV. 4. alacritatis itaque cauſſa levibus modo ſagittis utebantur, Aethiopes gravioribus; κοντοὺς illis tribuit *Strabo* XVII. p. 1175. D. eosque uſos τόξοις τετραπήχεσι adfirmat, ibid. p. 1177. C. haec itaque arma, quae non habebant, id eſt graviora quaerebant Blemyes in latrociniis, & quia levibus modo ſagittis inpares erant Aethiopum armis gravioribus, ideo *nudis pene odiis*, quam iuſtis armis, praelia committebant; *nuda odia* poſſunt eſſe ſola, aut inermia, cum, levibus quamvis ſagittis armati, Aethiopibus nocere non poſſent, & ita velut esſent inermes; de utroque vocis *nudus* uſu latius dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. vs. 20. & II. 752. *de Rooy* Spicil. Critic. p. 88. Ceterum *Blemyes* etiam *Voſſii* excerpta, & ita dedi, alios ſecutus, quamvis ſint, qui *Blemmyes* dicant. Vid. Not. ad *Pompon. Mel.* I. 4. 32. favet Βλεμύων *Dionyſii* Perieg. 220. *Blemyes* apud *Avienum* O. D. vs. 329. *Blemyorum*, *Dionyſ.* Perieg. 209. quamvis illic in antiquiſſimo membranaceo Bibliothecae *Leidenſis* ſit *Blemmium*; & rectius *Blemyes* ſcribi docet meliorum Codd. auctoritas, tum vero etiam Poetis ſervata quantitas. Vid. *Voſſius* ad *Melam* p. 333. *Perizonius* ad eumd. in Obſerv. Miſcell. T. VII. p. 460. & apud *Martianum Capellam* hoc tuitus ſum in Miſcell. 19. p. 235.

Aethiopes] *Aethiopas* Vet. LIVINEIVS. Aethiopia duplex, ſuperior & inferior. Illa ſub Aegypto inter Nilum & Sinum Arabicum, *les Abysſins;* altera, quae antiquis ignota fuit, ultra Aequatorem extenditur, ubi nunc Monomotapa, Congo, &c. BAVNE. Codd. *Aethiopas* tuentur.

Habent arma] *Arma, quae non habent.* Vet. LIVINEIVS. Codex noſter, & Vetus *Livineii* haec quodam modo tranſponunt, *quaerunt arma, quae non habent.* SCHWARZIVS. Similiter tranſponit *Guelf.* quod dedi Codicibus obſecutus. —— Mox *Puteolanus*, *interneciva.* Alterum plerisque probatur. Vide *Drakenb.* ad *Livium* IX. 25. 9.

1. *Fortunatiſſimi*] Codex noſter habet, *fortiſſimi Imperatores.* Quae lectio tunc videtur huic loco congruere, ſi reſpiciamus verbum *vincitis.* Contra *fortunatiſſimi* dicendi ſunt Imperatores, ſi hoc ἐπίθετον ad *felicitatem* referamus. Interim ſequamur lectionem vulgatam. SCHWARZIVS.

2. *Quod*] Vet *quid.* PVTEANVS. Lege, *vincitis ſoli. Et quid unquam*, id eſt, ecquid. ACIDALIVS. In antiquis libris male editum eſt, & *quod.* Retinemus editorum recentiorum lectionem, quam etiam firmat Codex noſter. *Et quid* hic ponitur pro ecquid, cum quadam admiratione loquentis. Ita praeter alios loquitur *Plinius* Paneg. cap. 54. 1. *Et quis iam locus miſerae adulationis manebat ignarus?* SCHWARZIVS. *Et quid* videtur recepiſſe *Livineius* ſecundum Codd. unde reliqui eum ſecuti, praeter *Rivinum* in prima editione.

Quiescere] *Quietos* Vet. LIVINEIVS. Et *Voſſii* excerpta.

Occiſos] Vet. *otioſos.* PVTEANVS. *Otioſos* Vet. *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Puteolanus*, *Cuſpinianus*, *Rhenanus*, *Duacenſis*, & *Livineius* evulgarunt *occiſos eſſe:* at Codex noſter, & *Bertinienſis*, & vetus *Livineii*, atque alii libri excuſi inter verba *quiescere*, & *pacem colere* melius, niſi fallimur, interponunt *otioſos eſſe.* SCHWARZIVS. *Occiſos* etiam *Stephani*, & prima edit. *Rivinus.* Verior eſt Codd. ſcriptura, ut *otium* ſtatui quieto egregie convenit. *Schulting.* ad *Senec.* Con-

laetabilius ac melius, quod de proſperitate ſeculi veſtri certatim omnium homi-
num ore circumfertur: barbari ad arma concurrunt, ſed invicem dimicaturi!
4 vicerunt barbari, ſed conſanguineos ſuos. Tam innumeros vobis, tam novos ex
omni hoſtium genere ſucceſſus fortuna ſuppeditat, ut iam mihi neceſſe ſit, illa,
quae initio ſeparaveram, rurſus hic communi laude coniungere, dum tantorum
5 eventuum quaero rationem. Felicitatem iſtam, optimi Imperatores, pietate me-
ruiſtis.

Cap.

Controv. p. 229. *Manut.* ad *Ciceron.* ad Div. II. 17. p. 146.

3. *Laetabilius*] In Codice noſtro, & utroque *Gudii* libro pro *laetabilius*, i. e. laetitia dignius, legitur *laudabilius*; ſed nobis magis probatur vulgata lectio. Vocis iſtius uſum neque ipſe refugit *Cicero* lib. IIII. Tuſcul. diſput. cap. 17. *Is eſt ſapiens, quem quaerimus, is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut minus laetabile ad efferendum videri poteſt.* SCHWARZIVS. Etiam *Voſſii* excerpta *laudabilius.* Vulgatum probo oppoſitum praecedenti *laetius.*

Circumfert barbaria? Darnia] Mera monſtra. *Divaeus* ex veſtigiis *Viennenſis* libri optime reſtituit: *omnium hominum ore circumfertur. Barbari ad arma concurrunt, ſed invicem* (ludis ſcilicet gladiatoriis) *dimicaturi. vicerunt barbari, ſed conſanguineos ſuos. Tam innumeros vobis t. n.* LIPSIVS. Epiſtol. Quaeſt. I. 22. Vet. *damnas.* PVTEANVS. Sententia foede corrupta, quae in *Langii* Schedis integra. Sic igitur ibi ſcribitur; *hominum ore circumfertur, Barbari ad arma concurrunt, ſed invicem dimicaturi; vicere Barbari*, &c. LIVINEIVS. Lege, *omnium hominum ore circumfertur:* (vel *omnium hominum circumfert:*) *Barbari ad arma, ſed invicem dimicaturi: vicerunt Barbari, ſed conſanguineos ſuos Tam innum.* &c. ACIDALIVS. Mira corruptela foedavit in hoc loco libros antiquiores, & ipſum quoque Codicem noſtrum. *Puteolanus, Rhenanus, Duacenſis, Henricus Stephanus, Livineius* edidere: *omnium hominum circumfert Barbaria? Darnia, ſed invicem dimicaturi vicerunt Barbari.* &c. Codex noſter habet: *omnium hominum circumfert Barbaria damna. Sed invicem dimicaturi vicerunt Barbari. Cuſpinianus* eadem prodidit, niſi quod poſt vocem corruptam *Darnia* inſeruit verbum, ad ſententiam explendam neceſſarium, *concurrunt.* Teſte *Lipſio* lib. I. Epiſt. Quaeſt. Epiſt. 22. *Divaeus* ex veſtigiis *Viennenſis* libri reſtituit veriorem lectionem. Sed & *Livineius* in Notis haec breviter commentatur: *Sententia* —— Reſtitutam igitur hanc lectionem aſciverunt *Gruterus, Puteanus, de la Baune, Cellarius, & Patarol.* Facile autem in ipſis mendis animadvertas veſtigia melioris lectionis. Inepti enim Librarii omnium maxime corrupere has voces: *barbari ad arma concurrunt.* Primo enim diviſere praepoſitionem *ad*, cuius priorem literam *a* agglutinavere antecedenti voci *barbari*, unde prodiit *barbaria;* alteram literam *d* retulere ad ſequentem vocem *arma*, in qua literam *m* pro *n* & *i* habuere, unde extitit *Darnia*, quae vox nihili eſt. At Librarius noſtri Codicis in eadem voce *arma* duas literas *rm* pro *mn* habuit, atque inde, aſſumta litera *d*, ex *ad* effinxit *damna.* Verbum *concurrunt* omnes veteres libri, praeter *Cuſpiniani* ἔκδοσιν, neſcio qua ex cauſſa, omiſere. Denique inepta etiam interpunctione ſententiam *Mamertini* adhuc multo magis obſcurarunt. SCHWARZIVS. *Guelf.* ita locum exprimit, *quod proſperitatem ſeculi veſtri certatim omnium hominum circumfert barbaria damnarunt, ſed invicem.* in *Voſſii* excerptis eſt, *de proſperitate ſ. v. c. o. hominum circumfert Barbaria, clamna.* poſterius eſt ex *damna* corruptum. ad eos, qui ediderunt *omnium hominum circumfert Barbaria? Darnia, ſed*, refer etiam *Paullum Stephanum*, & *Rivinum* prima Edit. Meliorem ex quibusdam Codd. lectionem ſum ſecutus, quam confirmat ſententia.

Vicerunt] Ita dedi ex *Guelf. Voſſii* excerptis, & omnibus ante *Gruterum* Editionibus, qui cur inmutaverit in *vicere*, non video, cuius tamen auctoritate hoc in omnes deinde Editiones manavit, praeter illam *Rivini.*

Suos tamen] *Suos. Tam innum.* Vet. *Langii* Sched. *Cuſpin. Rhen.* LIVINEIVS. *Suos tamen Puteolanus, Livineius*; alteram lectionem recepit iam *Gruterus*, quae quoque eſt in *Guelf.* & *Voſſii* excerptis.

4. *Omni*] *Guelf.* & Edd. *Puteolani, Rhenani*, prior *Rivini*, *omnium.*

Separaveram] Scilicet *Mamertinus* cap 6. conſtituerat, de Diocletiani & Maximiani cum *pietate*, tum *felicitate* diſtincte & ſeorſum diſſerere, quarum laudum partes nunc coniungit. SCHWARZIVS. *Ab initio* ediderunt *Schwarzius*, & *Iae-*

ge-

Cap. XIX. Optime igitur, quantum arbitror, ſacratiſſime Imperator, haec
potiſſima elegi, quae gemino natali tuo praedicarem. Etenim ceterae virtu- 2
tes, & bona cetera proceſſu aetatis eveniunt, fortitudo annis accedentibus ro-
boratur; continentia diſciplinae praeceptis traditur; iuſtitia cognitione iuris ad-
diſcitur; ipſa denique illa, quae videtur omnium rerum domina eſſe, ſapientia,
perſpectis omnium moribus, & exploratis rerum docetur eventis; ſolae cum
na-

gerus, quod tamen neque in Codd. neque editis aliis eſt.

Communium laude] *Communi laude* Vet. *Lang.* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *communi.* ACIDALIVS. Recte ſic ſcriptum eſt in Codice noſtro, unde omnino confirmatur recentiorum editionum lectio, cum in antiquioribus perperam evulgatum eſſet, *communium laude.* SCHWARZIVS. Olim edebatur *communium*; primus *communi* recepiſſe videtur *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* in prima Edit. reliqui ſunt ſecuti, idemque confirmant *Schonhovii* excerpta. Sed in *Voſſii* excerptis eſt, *hominum laude*, in *Guelf. homi*, niſi id ſit ſcripturae compendium pro *omni*; unde Patri meo adſentior, coniicienti in margine ſuae edit. *communi omnium laude*, ut *omnium* & *hominum* permutata eſſe oſtendit *Iaegerus* ad *Nazarium* Paneg. 2. 7. *Rittershus.* ibid. 16. 2. & in *Voſſii* excerptis ſupr. Paneg. 12. 4. & cap. ſeq. n. 2. apud *Ciceron.* ad Diverſ. V. 12. *omnes imagines omnium ſtatuasque ſuperavit.* in *Traiectino* eſt *hominum.* adde Not. ad *Livium* XXVII. 9. 14. De elegantia autem locutionis *communis omnium* vide *Buneman.* ad *Lactant.* M. P. 18. 8. & 23. 1. *Communis omnium laus* eſt, quod antea dixit, *omnium hominum ore:* quae antea ſuo iudicio ſeparaverat, ob communem omnium in utroque Imperatore lau dem iam putat coniungenda; ita *Eumenius* Conſtantio 19. 3. *quae communi gentium voce celebratur.* & Conſtantino 4. 6 *in ore omnium hominum oculisque verſantur.* & poteſt *omnium* facile, ob ſimiles fere in *communi* litteras, ab ea voce eſſe abſorptum.

Quaero rationem] Hic diſtingue: *coniungere: cum tantorum eventuum quaero rationem, felicitatem iſtam, optimi Imperatores, pietate meruiſtis.* PVTEANVS. *Credo rat. Bertinienſ.* Inepte. LIVINEIVS.

1. *Quantum arbitror*] Hanc collocationem verborum ex noſtro Codice, & altero *Gudii* libro admiſimus, cum vulgo editum eſſet, *optime igitur, ſacratiſſime Imperator, quantum arbitror*, &c. SCHWARZIVS. In *Guelf.* praeterea, & *Voſſii* excerptis eſt, *ſacratiſſimi Imperatores.* In Edit. antiquis, *ſacer Imperator.* Vid. ad cap. 1. init. hic ſingularem retinui propter ſequens *tuo.*

Gemino] *Genuino nat. Cuſpin.* corrupte. LIVINEIVS. Alii delent illud *tuo*, alii reſtituunt *veſtro.* Ego ſic explico: diem illum duplici nomine Maximiani natalem dici, & quod eo die ipſe natus eſſet, & quod eodem natus Diocletianus, quem velut fratrem colebat: amicis autem, atque adeo fratribus, omnia communia. Maximianum enim, qui ſolus aderat, alloquitur, cuius natalem eſſe *geminum* dicit, quia pariter erat Diocletiani, quem *fratrem* illius vocat. *Gemino natali tuo*, id eſt, eo die, qui duplici de cauſa tibi natalis eſt. BAVNE. *Cuſpinianus* reſcripſit, *genuino natali tuo;* ſed ſalvam putamus lectionem vulgatam. Vtique quod iam in Proleg. ad hunc Paneg. §. 6. oſtendi, de natali vitae Maximiani loquitur *Mamertinus*, ſed Oratorie vocat *geminum natalem*, quia licet tunc, cum hic Panegyricus recitaretur, unius ſaltem Imperatoris, nempe Maximiani, incidiſſet natalis proprius, is tamen ſimul tanquam natalis etiam alterius Imperatoris, Diocletiani, ad declarandam utrorumque concordiam celebraretur. SCHWARZIVS. Delendum τὸ *tuo*, vel reſtituendum *veſtro* iudicat *Pagius* Diſſ. Hypat. p. 92. quem vide. IAEGERVS. *Genuino* placebat etiam *Gothofredo* ad L. 11. C. *Theodoſ.* de Proxim. Comit. ſed latius dixi ſupra cap. 1. n. 1.

2. *Adſcitur*] Vet. *addiſcitur.* PVTEANVS. *Addiſcitur* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Puteolanus*, *Navius*, *Rhenanus*, *Duacenſis*, *Livineius* pro verbo *addiſcitur* prodidere *adſcitur*, non prorſus incommode: praeſtare tamen nobis viſa eſt lectio *Cuſpiniani*, & recentium editorum, quam confirmat auctoritas noſtri Codicis, quamque ipſe *Livineius* ex *Bertinienſi*, & ſuo vetere Codice in margine libri ſui annotavit. SCHWARZIVS. *Adſcitur* etiam *Stephani*, & *Rivinus*; primus *addiſcitur* videtur dediſſe *Gruterus*, quod probant *Guelf.* & *Voſſii* excerpta.

Omnium rerum] *Rerum omnium* Vet. LIVINEIVS.

Omnium moribus] Forte, *hominum.* LIVINEIVS. *Puteano* potius videbatur, *perſpectis hominum*

naſcentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas; naturalia ſunt enim animorum
3 bona, & praemia fatorum. Gemini ergo natales pias vobis mentes, & Imperato-
rias tribuere fortunas, atque inde ſanctitatis veſtrae, omniumque ſucceſſuum
manat exordium, quod naſcentes vos ad opes generis humani bona ſidera &
4 amica viderunt: quae vobis concordiam ſempiternam, & veſtrorum gene-
rum

num moribus, neque aliter cupiebat *Livineius.* GRVTERVS. An ſcribendum? *hominum moribus*; an? *omnium motibus*; id eſſet, cauſis omnium rerum, & eventis. ACIDALIVS. Τὸ *hominum*, ex coniectura *Livineii*, in textum recepit *Cellarius*, & *Patarol.* MS. & Edd., quos inſpexi, habent *omnium*, ſolita permutatione. IAEGERVS. *Hominum* etiam ediderunt *Schwarzius*, & *Iaegerus.* Videtur quidem id poſtulare ſequens *rerum*, oppoſitum *hominibus*, ſed tantum *Livineii* coniecturae contra Codd. tribuere non audeo; revocavi igitur *omnium*, quamvis ad Edit. *Cellarianam* pro varia lectione nihil ex *Guelferb.* adſcripſerit *Cortius*, ſed in eo *omnium* quoque legi puto ob *Iaegeri* de MSS teſtimonium, quique ipſe Cod. illius excerpta habuit. Conf. cap. praeced. n. 4.

Naſcentibus] Exin cognoſcitur, & quae mox ſequuntur, *naſcentes vos*, non poſſe Panegyricum hunc de natalibus imperii intelligi. CELLARIVS. *Mamertinus* quidem tanquam Orator dicere poterat, pietatem, atque felicitatem eſſe naturalia animorum bona; ſed dubitamus, an tanquam Philophus. SCHWARZIVS. *Doceretur Guelf.* & *Voſſii* excerpta.

3. *Gemini*] *Genuini Cuſpin.* corrupte. LIVINEIVS. Vide ad cap. 1. n. 1.

Opem generis humani] Vide *Iuret.* ad *Symmach.* Epiſt. 43. lib. I. PVTEANVS. *Opes* Vet. *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Habet quidem noſter Codex, habuit etiam *Bertinienſis*, *ad opes g. h.* ſed quid neceſſe eſt, cur lectionem vulgatam reiiciamus? SCHWARZIVS. *Opes* etiam *Guelf.* idemque in antiquo *Pithoei* Codice exſtitiſſe monet *Iuretus* ad *Symmach.* Epiſt. I. 43. hic Codicum fecit conſenſus, ut id reſtituerim, praeſertim cum ſplendorem & amplitudinem deſignet pluralis ille numerus, & prae ſingulari placuerit *Drakenborchio* ad *Livium* IV. 8. 5. IX. 42. 4. Summam autem fuiſſe Imperatorum laudem, eos ad bonum publicum natos eſſe docet d. l. *Iuretus.* Ceterum pro *naſcentes*, *Voſſii* excerpta *noſcentes.*

Amica viderunt] Aſtra propitia, iuxta inanem Mathematicorum ſententiam, qui ſiderum influxus in corpora noſtra, hominumque generationem, & ortum mordicus tuentur. PATAROL. *Eumenius* Conſtantino 14. 4. *talem ſiderum decreta formarint.* ſtella enim die natali adparens inter omina habebatur; ex qua de fatis hominum augurabantur. Conf. *Pricaeus* ad Euang. *Matthaei* 2. 2. in primis *Burmannus Secundus* ad *Lotich.* II. 8. init. Fruſtra *Baune* edidit *iuverunt.*

4. *Promittunt*] Sane quidem *promittunt*; non enim ſucceſſit. Lege, quae ſupra notamus. LIVINEIVS. Facit hic locus, ut ſuſpicer, tunc Conſtantium Maximiani nomine contra piratas bellum navale geſſiſſe; quo enim votum iſtud alio pertineret, niſi tum bellum gereretur? BAVNE. Ex navali bello adverſus piratas, Britannico mari a Conſtantio Caeſare, auſpiciis Maximiani Auguſti, geſto: de quo *Eumenius* Paneg. Conſtantii. CELLARIVS. Equidem Orator claſſi Romanae adverſus Carauſium felicem egreſſum, expeditionemque ominabatur; ſed ſpei votisque minus reſpondit eventus, dum Carauſius, bello navali ſuperior, Maximiani claſſe partim capta, partim adverſa tempeſtare diſiecta, A. C. 290. nihilominus pacem, & Auguſti honorem titulumque, quem ambierat, obtinuit. De cuius claſſis apparatu conferatur *Mamertinus* Paneg. I. Maximiano Aug. dicto cap. 12. SCHWARZIVS. Recte *promittere* adhibuit de re adhuc futura, quod expoſuit *Marckland.* ad *Statium* IV. Silv. 8. 19. Mox *& poſt Guelf.* & *Voſſii* excerpta.

5. *Campi*] *Mamertinus* aut prorſus καταχρηστικῶς loquitur, dum *Roſtra* illa ait poſita fuiſſe *in campo Romano*, aut, quod probabilius eſt, prorſus ignoravit verum Roſtrorum illorum ſitum, cum Rhetor ille Gallicus fortaſſe nunquam viderit Romam. Potius *Roſtra* illa fuere in *foro Romano*, ubi adhuc A. Chr. 356. *Conſtantius Auguſtus*, referente *Ammiano Marcellino* lib. XVI. cap. 10. *Romam ingreſſus*, *Imperii virtutumque omnium larem*, *cum veniſſet ad roſtra*, *perſpectiſſimum priſcae potentiae forum obſtupuit.* Erat ſcilicet tribunal, ſive ſuggeſtum, in foro Romano columnis ſuperſtructum, & ab anteriore parte roſtris navium quondam captarum adornatum, in quod per gradus conſcendebant ii, quibus pro ea, quam habebant, poteſtate conciones habere licebat. Et ille locus inde nomen *Roſtrorum* accepit. Conferatur Diſſertatio *de Roſtris fori Romani*, *loco concionibus ſolenni*, a C. C. *Fabricio* ſub praeſidio meo habita. Haud ſecius

rum caritatem, & fovendae reipublicae ſtudia conciliant, itemque, praeter victorias toto orbe terrarum partas, etiam navalia tropaea promittunt: ut, poſt 5
bella Punica, poſt Aſiae Syriaeque Reges, Romani Roſtra campi novis ornetis exuviis, & oblitos iam Quirites in memoriam reducatis, cur ille ſollemnis concionibus locus ROSTRA vocitetur. Dico enim magna certaque fidu- 6
cia

ſecius ignoravit *Mamertinus* veram iſtorum roſtrorum originem, dum ea ad bella Punica, aut bella cum Aſiae Syriaeque regibus geſta refert. Tribunal autem illud, concionibus ſolenne, nomen *Roſtrorum* demum anno Vrbis conditae CCCCXVI. retulit, cum C. Maenius in ſuo Conſulatu Antium Volſcorum, urbem maritimam, expugnavit, & ex navium captarum roſtris ſuggeſtum illius tribunalis, in foro extructum, ornavit. Id quod teſtatur *Livius* lib. VIII. cap. 15. *Florus* lib. I. cap. 11. *Plinius* Hiſtor. Nat. lib. XVI. cap. 4. & lib. XXXIIII. cap. 5. Anonymus Scholiaſtes, quem *Graevius* annotavit ad *Ciceronis* Orat. pro Lege Manilia, cap. 18. *Primum*, inquit, *Populus Romanus contra Antiates bellum geſſit. & duodecim captis navium roſtris forum ornavit; non, ut imperiti dicunt, Carthaginienſium navibus.* SCHWARZIVS. Roſtris navium captarum ſuggeſtum fuiſſe ornatum monet *Schwarzius;* id tamen ita intellige, non praelio maritimo fuiſſe captas, nondum enim hoc tempore Romani claſſe erant mare ingreſſi, ſed quod Antiates, terra victi, ex pacis legibus naves tradiderint. Vid. *Duker.* ad *Florum* I. 11. 10. unde in ſequentibus non ſatis adcuratus eſt *Patarolus.* Cum vero anno demum CCCCXVI. fuerint conſtituta, adparet *Pomponium* in L. 2. §. 4. ff. de O. I. per prolepſin eſſe exponendum, duodecim Tabulas pro roſtris eſſe compoſitas adfirmantem; dixi in Specim. Obſerv. cap. 4. cuius prolepſeos alia exempla dederunt *Noodtius* ad ff. de Tutor. & Curat. dat. *Duker.* ad *Flor.* I. 23. 1. *Drakenb.* ad *Livium* I. 34. 10. *Tollius* ad *Palaephat.* Incred. p. 186. Bella autem Punica, eademque cum Aſiae, Syriaeque regibus magis ob ſpolia, ex iis reportata, arbitror memoraſſe *Mamertinum*, quam quod illis originem roſtrorum tribuat, id quod *Schwarzio* videbatur, niſi forte in errorem ductus fuerit per eos, qui bello Punico roſtra haec Romanos cepiſſe fuerunt auctores, teſte *Ciceronis* apud *Schwarzium* Scholiaſta, & aperte *Iſidorus* Orig. XV. 2. *Haec loca & proroſtra vocantur, ideo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginenſium roſtra ablata ſunt, & in foro Romano praefixa, ut eſſent* (Cod. *Groninganus* optimae notae *eſſet*) *huius inſigne victoriae.*

Ornentur iis exuviis] Vet. delet *iis.* PVTEANVS. *Ornet his exuviis* Vet. *Bertin.* Forte, *ornetis exuviis.* LIVINEIVS. Videri queant iſtaec corrupta ob vicinitatem, quae eis cum ſequentibus verbis, legendumque: *Romani roſtra fori novis ornetis exuviis.* Sed forte altius quid latet, quod fruſtra eruere tentemus ſine libris melioribus. GRVTERVS. Abundat *iis*, ſed iunxerim praecedenti verbo, & ſcripſerim, *ornetis exuviis.* ACIDALIVS. Antehac in omnibus huius Panegyrici exemplaribus impreſſis, quae nobis innotuere, editum eſt, *novis ornentur iis exuviis.* Soli *Cuſpinianus*, & *Patarolus* omiſere pronomen *iis. Livineius*, & *Acidalius* in notis coniecere legendum eſſe, *novis ornetis exuviis.* Et, ecce, hanc felicem coniecturam luculento ſuffragio corroborat Codex noſter; corroborant & alii Codices a *Gudio* obſervati. Credas vero *Mamertinum* in his verbis *Ciceronem* ante oculos habuiſſe, ut qui pro Lege Manil. cap. 18. Roſtra iſta vocat, *locum exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum.* SCHWARZIVS. In deſcriptis *Voſſii* excerptis dubium mihi eſt, legaturne *ornet*, an *ornetis. Savaro* ad *Sidonium* Epiſt. I. 11. citat, *novis ornentur exuviis*, quod in nulla editione vidi. Vera eſt lectio, quam primum dedit *Schwarzius.*

Roſtra] Vide *Livium* VIII. 14. *Horatii* Scholiaſten ad Epod. XVI. illum de origine dicentem, hunc de uſu concionum, & laudationum, qui & ab aliis paſſim notatus eſt. CELLARIVS. Cum Populus Romanus Antiates navali praelio viciſſet, ipſorum naves partim incendit, partim in navalia Romae ſubduxit, & earundem roſtris Hoſtiliam Curiam, a Tullo Hoſtilio olim extructam, adornavit, inde *Roſtra* id templum adpellatum, teſte *Livio* Dec. II. lib. VII. Memorat & *Varro* lib. IV. de Ling. Lat. *Plinius* lib. XVI. cap. 4. PATAROL. Parum adcuratus hic *Patarolus.* Navali praelio Antiates victos contra rei geſtae fidem adfirmat, ut paullo ſuperius iam monui. Neque roſtris illis Curia Hoſtilia fuit adornata. Deceptus eſt parum intellecto *Varronis* loco, qui ante hanc Curiam Roſtra fuiſſe ſcribit.

6. *Dico enim*] Vnde ediderint *Schwarzius*, & *Iaegerus*, *digna enim*, me latet.

cia, digna eſt hac quoque gloria veſtra pietas, & poteſt eam praeſtare felicitas.

Digna eſt hac] *Digna eſt haec* Vet. PVTEANVS. *Haec* Vet. *Cuſpin.* Emenda *hac* ex *Langii* Sched. *Bertiniens.* LIVINEIVS. Lege, *digna eſt iſta quoque gloria veſtra p.* ACIDALIVS. Quidam pro *hac* edidere *haec*; non nulli pronomen hoc prorſus praetermiſere. Bene ſe habet recentiorum lectio *hac*, quae etiam conſenſu Codicis noſtri adiuvatur. SCHWARZIVS. *Voſſii* excerpta *haec*. Primus *hac* recepiſſe videtur *Gruterus*, quamvis illud iterum omiſerit *Rivinus*. —— Ordine inverſo *Schwarzius*, & *Iaegerus*, *pietas veſtra*.

IACOBI DE LA BAVNE

VITA

EVMENII.

Eumenius, origine Graecus, in Galliis natus eſt Auguſtoduni, qua in urbe, temporibus illis florentiſſima, & bonarum artium velut ſede, ipſe cap. 17. *avum ſuum, cum eſſet octogenario maior, quondam docuiſſe* ait, *hominem Athenis ortum, Romae diu celebrem, mox in ipſa urbe perſpecto & probato hominum amore doctrinae, atque huius ipſius operis veneratione detentum.* Ipſe cum in aula Conſtantii Chlori Caeſaris eſſet Magiſter ſacrae Memoriae, id eſt, libellis, & epiſtolis faciendis, ſignandisque reſcriptis praeëſſet, tanta cum ingenii & eloquentiae praeſtantia ampliſſimum illud Palatii munus obiit, ut in Aeduenſium Scholarum Moderatoris demortui locum a Conſtantio ſuffectus ſit. In cuius rei actis Conſtantius *Eumenii* eloquentiam, & gravitatem commendat, &, geminata eius penſione, ſexcena millia nummum, (hoc eſt 26250. libras Francicas) ei pro ſalario attribuit, cap. 14. Quam pecuniae ſummam Caeſari obſecutus accepit quidem, ut ipſe ait, *quantum ad honorem ſpectabat*, cap. 16. eam vero ad Aeduenſium Scholarum inſtaurationem impendendi poteſtatem ſibi fieri, habita eam in rem hac elegantiſſima oratione, petiit. Numeroſam ſibi ſobolem fuiſſe teſtatur Paneg. Conſtantino cap. 23. ubi, converſa ad Conſtantinum Magnum oratione, *Maximas*, inquit, *Numini tuo gratias ago, tibique, quod ſupereſt, commendo liberos meos, praecipueque illum iam ſumma Fiſci patrocinia tractantem, in quem me totum tranſtulit pietas . . . . . . Ceterum quod de omnibus liberis dixi, lata eſt, Imperator, ambitio. Praeter enim illos quinque, quos genui, etiam illos numero, quos provexi ad tutelam fori, ad officia Palatii.* Quo anno natus ſit, & quo obierit, incertum eſt. Certe haud admodum iuvenem eum fuiſſe oportet, anno Chriſti CCXCVI. tum cum haec dicta eſt oratio, ſiquidem eius Filius iam tum magiſtratum gerebat ampliſſimum. Et Paneg. Conſtantin. cap. 1. *ſubitam dicendi facultatem* negat bene ſibi convenire, *qui mediae aetatis amplius non eſſet.* & cap. 22. optans, ut Conſtantinus Auguſtodunum aliquando veniat: *Sed enim*, inquit, *iſta felicitas viderit, an adhuc meae debeatur aetati.*

 Qua-

Quatuor ex his veterum Panegyricis *Eumenio* tribui ſolent, III. quam pro reſtaurandis Aeduenſibus Scholis Auguſtoduni dixit, coram Viro Perfectiſſimo, hoc eſt, coram Lugdunenſis primae Praeſide, opinor Rictiovaro, ut in notis oſtendo, anno CCXCVI. ut apparet ex Imperatorum, Caeſarumque victoriis, quae cap. 21. perſtringuntur, quaeque in hunc tantum annum cadere poſſunt, ut in Imperatorum Diocletiani, & Maximiani Augg., & Conſtantii Caeſaris vita obſervavi. IV. quem Treveris coram Conſtantio Caeſare, ut ex Paneg. cap. 4. patet: *habenda eſt ratio temporis, Caeſare ſtante, dum loquimur:* duobus Auguſtis, & Galerio Caeſare abſentibus, ut manifeſtum eſt ex cap. 5. ubi eorum praeclare geſta perſtringens, *Haec aliis*, inquit, *celebrabo temporibus, iis ipſis, qui geſſere, praeſentibus*, ſub finem anni CCXCVI. poſt occiſum Allectum, recuperataſque Britannias, ante Lingonicam Conſtantii victoriam, de qua verbum nullum eſt: cum Maximianus Aug. Mauros oppugnaret. Quanquam hunc nonnulli incerto Auctori, & *Rhenanus Mamertino*, aut Belgae cuipiam adſcribit. Fortaſſe, quod huius Panegyrici Auctor *diu ſe ſiluiſſe* initio dicit, cum tamen *Eumenius* hoc ipſo anno Panegyricum dixerit: tum quia habitam a ſe coram Maximiano orationem ait, quae non extat. Sed ut hunc, & ſequentes duos Panegyricos *Eumenio* tribuam, facit & ſimilitudo ſtyli, & quod de inſtitutione puerorum, & officio Palatino paſſim habet. VI. quem item Treveris, die eius urbis natali, anno Chriſti CCCX. coram Conſtantino dixit, paulo poſt eius natales, qui, ſicut eſt in Kalendario vetere apud *Bucherium*, in tertium Kal. Mart. incidebant. In fine huius Orationis Imperatorem invitat, Aeduenſium urbem venire ne gravetur. Cumque, anno ſequenti, Imperator eam urbem ingreſſus reſtitui publica aedificia iuſſiſſet, & cives tributorum remiſſione ſublevaſſet, Aeduenſes ipſum *Eumenium*, cuius eloquentiae ſingulare Principis beneficium acceptum referebant, ſtatim ad Imperatorem legarunt Treveros, ubi in celebri legatorum coetu, qui eo undecumque ad quinquennalia Principis celebranda venerant, Flavienſium nomine Conſtantino gratias acturus, VII. Panegyricum habuit.

VITA

VITA EVMENII

BREVITER EXPOSITA

A

CHRIST. GOTTL. SCHWARZIO.

Eumenius Rhetor fuit Auguſtoduni, metropoli Aeduorum in Gallia, quae urbs eo tempore liberalium artium cultura multum floruit. Ibidem olim & *Eumenii* avus docuerat, octogenario maior, homo Athenis ortus, Romaeque diu celebris. Vid. *Eumen.* Orat. pro reſtaur. Scholis, cap. 17. Inclaruit *Eumenius* circa exitum ſaeculi a Chriſto nato tertii; at incertum eſt, quo ille anno natus, mortuusve fuerit; quanquam ipſum ad ingraveſcentem aetatem proceſſiſſe, ex Panegyricis reliquis intelligamus. Obiit ille, in aula Conſtantii Chlori, partes ſuſtinens Magiſtri ſacrae Memoriae; ſuamque dexteritatem, & ingenii praeſtantiam Caeſari mirifice approbavit. Hinc & Conſtantius in litteris ad *Eumenium* datis, quae huius orationi pro inſtaurandis Scholis c. 14. inſertae leguntur, teſtatus eſt, ſe ipſius eloquentiam, & morum gravitatem ex muneris aulici adminiſtratione compertam habere; adeoque & eundem hortatus eſt, ut, ſalvo honoris Palatini privilegio, profeſſionem oratoriam repeteret, atque in Auguſtodunenſium civitate mentes adoleſcentium ad vitae melioris ſtudium excoleret, neque putaret, hoc munere partis antea honoribus aliquid derogari; cum honeſta profeſſio ornet potius omnem, quam deſtruat, dignitatem. Qua de cauſſa & duplicata penſione ſexcena millia nummûm ei a Caeſare quotannis ſunt attributa. Quam ingentem pecuniae ſummam *Eumenius* honoris cauſſa quidem accepit, & in accepti rationibus perſcripſit; ſed deinceps, peculiari oratione habita, a Caeſare petiit, ut ſibi liceret illud ipſum ſalarium Patriae ſuae expenſum referre, atque inſtaurandis Aeduenſium Scholis, quas *Maenianas* vocat, deſtinare. Nihil attinet, hoc loco commemorare, numeroſam ſobolem fuiſſe *Eumenio:* in capite enim ultimo Panegyrici, quem Conſtantino Auguſto dixit, huic liberos ſuos quinque commendavit; quorum unus iam ſumma Fiſci patrocinia tractarit. Equidem hunc Rhetorem ſibi vendicat civitas Clivienſium, qui adhuc oſtentant ſtatuam tripedaneam, quam *Eumenii* Rhetoris eſſe tradunt. Cuius ſtatuae imaginem non tantum

apud

apud *Teſſemakerum* in Annalibus Cliviae, & apud *Friſium* in opuſculo *Balduini* de calceo c. 12. ſed etiam apud *Io. Braunium* in Comment. de veſtitu Sacerdotum Hebraeorum, pag. 390. videre licet. Cui opinioni, praeter *Rhenanum*, & alios quosdam, inprimis favit *Pighius* in Hercule Prodicio. Sed *Pighio* ſe iam oppoſuit *Iuſtus Lipſius* in Excurſibus ad lib. III. Annalium *Taciti*, probavitque, omnino *Eumenium* Rhetorem Auguſtoduni in Gallia, non vero ad Rhenum Cliviopoli, ſtudioſam iuventutem docuiſſe. Atque hoc vel ex ipſius *Eumenii* Panegyricis ſatis manifeſtum eſt; niſi forte credamus, *Eumenium* iam ante officium Palatinum Cliviis inſtituendae pubi vacaſſe; poſtea vero, quam conſpicua Magiſtri Memoriae dignitate functus fuerat, Auguſtoduni Profeſſoris munia obiiſſe, & ſublimioris doctrinae partes docuiſſe. Cum enim ex Conſtantii Caeſaris literis pateat, *Eumenium* iuſſum fuiſſe Oratoriam profeſſionem repetere; facile coniici poteſt, illum iam ante ea tempora alicubi in iuventute docenda verſatum fuiſſe. Taceo, quod idem colligi queat ex initio eius Panegyrici, quanquam de Clivienſium Scholis nihil usquam memoratur. Ceterum, an illa vera ſtatua, & imago *Eumenii* Rhetoris ſit, quam oſtentant Clivii, iam non diſputo. Negat id *Lipſius*; negat idem *Braunius*. Hic vero, loco citato: *Perſuaſiſſimum mihi eſt*, inquit, *ſtatuam, quae Cliviis in aula conſpicitur, non magis Eumenium Rhetorem, quam Nebucadnezarem, Alexandrum Magnum, aut ipſum Herculem referre. Non enim Rhetorem, ſed militem certiſſime exhibet.* Reliquit *Eumenius* aliquot ingenii ſui monimenta. Ex Panegyricis veteribus ei hodie a nonnullis quatuor, ab aliis quinque tribui ſolent, quos Vir celeberr. *Io. Albertus Fabricius* in Append. Bibl. Latinae p. 484. recenſuit. Nec male exiſtimavit *Tillemontius* T. IV. Hiſt. Imperat. p. 47. intercidiſſe Panegyricum, in quo *Eumenius*, ut ipſe ſub auſpicium praeſentis Panegyrici innuit, Maximiani Herculei laudes prius expoſuerat. Habuit vero is hanc orationem, quam nunc damus, coram Conſtantio Chloro, quem, dicente Panegyriſta, ſtetiſſe, ex cap. 4. intelligimus. Neque adfuere tunc Auguſti duo, Diocletianus & Maximianus, Caeſarque Galerius; quorum laudes ſe in poſterum coram expoſiturum eſſe promiſit. Occaſionem huic Orationi habendae dedit victoria Conſtantii, quam ille, occiſo Allecto, & recepta Britannia, anno Chriſti CCXCVI. reportarat. Non autem neceſſe eſſe puto, ut ſuſpicionem *Rhenani*, hunc ipſum Panegyricum *Mamertino* potius, aut Belgae cuidam, quam *Eumenio* falſo attribuentis, iam refellam.

EVMENII

PRO

INSTAVRANDIS SCHOLIS ORATIO.

CAPVT I. Certum habeo, V. P., non quidem te, qui ſemper in omni

EVMENII] De *Eumenio*, quamvis eius fiat mentio in hiſtoricis collectaneis *Suidae*, pauca ex aliis Scriptoribus habeo, quae dicam. Sed ipſe de ſe ipſo dicit ſatis multa in hac Oratione, &, ut plura de eô dici poſſint, adiicio, eum praeterea mihi videri auctorem trium, quos *Beatus Rhenanus* ἀνωνυμοὺς edidit, Panegyricorum: dico illius, qui Maximiano Auguſto dictus eſt, & incipit, *Si mihi Caeſar*, & duorum, qui Imperatori Conſtantino dicti ſunt in urbe Treverorum, hoc eſt illius, qui incipit, *Facerem Sacratiſſ. Imp.* & alterius, qui Flavienſium nomine dictus eſt, & incipit, *Si Flavia.* Conferantur illae orationes cum hac, & eſſe eiusdem Scriptoris phraſis, resque oſtendet, atque adeo commendatio eiusdem civitatis, quam ille patriam ſuam vocat. Nam Heduum ſe fuiſſe non diſſimulat, atque ita Belgam, ut *Latinus Pacatus* erat Aquitanus, & tamen uterque Gallus, ſed *Eumenius* multo antiquior. Nam hic ſub Conſtantio Caeſare, Conſtantini patre, *Pacatus* vero ſub Theodoſio floruit in Gallia. Interſunt ergo anni ſaltem LXXX. Fuit autem *Eumenius* talis tantusque Profeſſor artis, ut vocat, Oratoriae, ut & eius auditorium Iurisprudentiae auditorium eſſet, & ex eo, tanquam ex equo Troiano, quod de *Iſocratis* ludo dixit olim *Cicero*, prodirent praeclari tanquam heroës ad Remp. gubernandam, ut intelligi poteſt ex fine Panegyrici, qui incipit, *Facerem.* Et licet abhorruerit a litibus, & cauſarum actionibus, a quibus abhorrent viri boni, atque ab illo ſordido ſtrepitu, & pulvere fori, ut ſatetur principio huius actionis, tamen indicat etiam ſeſe, maioribus in rebus in aula, & Palatio Conſtantii, Reip. operam dediſſe, ne quis eum in umbra Scholae Rhetoricae conſenuiſſe putet. Et licet non fuerit ex Schola Agentium in rebus, ut eius temporis leges loquuntur, tamen, quod magis laudo, militavit in literarum praeſidiis, ut loquitur L. 1. C. *Th.* de Prox. Com. diſpoſit. Nam teſtatur ſeſe fuiſſe Magiſtrum ſacrae Memoriae, ut Papinianum, Vlpianum, & ſimiles Iurisconſultos legimus olim fuiſſe Magiſtros Libellorum. Magiſtros autem ſacrae Memoriae, qui & *Memoriales* dicebantur, praeſuiſſe libellis, & epiſtolis, & peragendis, implendis, ſignandisque reſcriptis & reſponſis ſacris, id eſt, Principalibus intelligi poteſt ex L. Eos qui C. de Excuſat. muner. & L. 2. C. de Petit. bon. ſublat. In Epiſt. 55. *Dioſcori* ad *Auguſtinum* lego iſtud: *Zenobius Magiſter Memoriae factus eſt.* Memini etiam me legiſſe apud *Marcellinum* lib. XXVII. de quodam Ruſtico Iuliano, qui cum Magiſter Memoriae eſſet, a Gallis ad imperium poſcebatur, decumbente Valentiniano. BALDVINVS. *Eumenius* ex Auguſtodunenſi Rhetore Magiſter ſacrae Memoriae in aula Conſtantii Caeſaris, rurſus ad Scholam eodem ho-

omni genere dicendi maxima facultate viguiſti, ſed circumſtantium pleroſque

nore, & duplicato ſalario, quo in aula frui conſueverat, revocatus, a provinciae Lugdunenſis Praeſide petit, ut inſtaurationem Maenianae Scholae, Bagaudico tumultu vaſtatae, Principibus commendet. Sumptum ipſe, quamquam numeroſae ſobolis pater, ex abundantia ſalarii ſui conferre pollicetur, cap. 6. 11. & 15. CELLARIVS. De *Eumenio* quod dicatur, vix eſt, ſupra quod colligitur ex hac, & aliis Orationibus, quae ipſi a plerisque adiudicantur, fuiſſe nimirum origine Graecum, in Galliis tamen natum, Conſtantii Chlori Imp. gratia plurimum floruiſſe, ab eodemque primo Sacrae Memoriae Magiſtrum factum, deinde Scholis Auguſtodunenſibus praefectum. Nec vera eſt opinio *Stephani Pighii*, qui initio ſui Herculis Prodicii *Eumenium* noſtrum in Auguſto Clivienſium oppido, quod nunc *Cleves*, in inferiori Germania inter Moſam & Rhenum eſt, docuiſſe contendit. Satis abundeque confutat *Lipſius* Excurſ. ad *Tacit.* Annal. lib. III. a quo etiam diſces, non *Eumenii* eſſe ſtatuam illam Clivienſem, quam praeter *Pighium* citatum affert & *Wernh. Teſchenmacherus* Annal. Cliviae, quem lapſum fuiſſe adnotavit & *Benedictus Balduinus* de Calceo antiq. c. 12. Oratio haec, facili claraque methodo, atque artificio quodam Scholaſtico conſcripta eſt, ut prorſus pateat, a literarum Didaſcalo prodiiſſe: elegantem tamen, eruditam, ac dignam iudices, quam non legant modo, ſed & imitentur literarum ſtudioſi. PATAROL. Orationem hanc quoque cultiſſimam, multisque exemplis florentiſſimam iudicat *Baptiſta Pius* Adnotat. Poſter. cap. 47. Praemittenda autem duco quaedam, facta ſequentis Panegyrici comparatione, quem Noſtri quoque eſſe illic ad princip. oſtendam, tum quia in enarranda *Eumenii* vita nonnulla praetermiſerunt *Baunius*, & *Schwarzius*, tum vero etiam, quia, ſi parum adcurate diſtinguas, ex quibusdam vix te difficultatibus expediveris, quibus in Auctore ſequentis Panegyrici conſtituendo haeſerunt Interpretes. Huius Auctor in Codd. conſtanter dicitur *Eumenius*; qui eum *Eugenium* adpellaverint, quod ſcribit *Rittershus.* infr. 18. 1., ignorare me fateor. Male autem *Eumenem* dixerunt *Elmenhorſt.* ad *Arnob.* adv. Gent. IV. p. 128. *Waſſeus* ad *Salluſt.* Catil. 6. & *Drakenb.* ad *Silium* VI. 711. Fuit autem Gallus, ex Aeduis Auguſtodunenſis; hanc enim variis locis *patriam ſuam* adpellat, in quam urbem migraverat ipſius Avus, ortu Athenienſis, unde etiam Graecum *Eumenii* nomen; hunc vero Auguſtoduni docuiſſe teſtatur cap. 17. 3. quo iure *Meurſius* Auctar. Philog. cap. 31. noſtrum dicat *Belgam*, non video; erat enim Galliae Lugdunenſis, non Belgicae, Aeduorum civitas; niſi forte opinionem de *Eumenio*, in Scholis Clivienſibus doctore publico, ſecutus ſit, quam iure profligarunt Eruditi ad cap. 14. init. Avi ſecutus exemplum, arti Oratoriae docendae ſeſe tradidiſſe videtur, ſed privatim, nulla auctoritate publica, unde ſe *privatim* exercuiſſe dicit cap. 1. 1. quamvis *Cellario* aliter fuerit viſum, cum eum *ad Scholam revocatum* dicat; hac forte occaſione orationem habuit, praeſente Maximiano, quam ab ipſo adhuc privato eſſe dictam, inde puto, quia per eam primum ſe in lucem fuiſſe eductum, & tum in quotidiana inſtituendae iuventutis exercitatione verſatum eſſe tradit, Paneg. Conſtantio cap. 1. n. 2. & 5. his additis; *quoniam enim prima tunc* (id eſt, cum in illa exercitatione verſarer) *in renaſcentem Remp. Patris, ac Patrui tui merita licet dicendo aequare non poſſem.* Hanc arbitror habitam ante annum CCLXXXVI. quia in Paneg. Conſtantio 2. 6. ſe praeteriturum dicit, quae tunc, id eſt, prima illa Oratione, dixerat, & ab iis inchoaturum, quae ſecuta fuerint; inchoat autem cap. 2. a vaſtata Alamania; id eſt, bello, quod memorat *Mamertinus* Paneg. 5. 1. Genethl. 17. 1. & quod ad hunc annum refert *Baunius* in Vit. Dioclet. cave enim, Conſtantii de Alamanis victoriam intelligas, a Conſtantio iam Caeſare demum reportatam, cum haec, quam in Panegyrico Conſtantio praedicat, ex ordinis ſerie Caeſarea Conſtantii dignitate erat prior; confer ibi cap. 2. & 3. Poſt illam Orationem factus eſt *Eumenius* Sacrae Memoriae Magiſter, dato trecentorum ſalario, infr. 11. 2. atque in hoc munere interfuit illi contra Alamanos expeditioni, Paneg. Conſtantio 1. 4. & 2. 1. ſed eodem ſeſe honore abdicavit, poſt nactam a Conſtantio quietem, ibid. 1. 4. unde hunc honorem ſeſe iam non gerere, ſed *geſſiſſe* narrat infr. 6. 3. dignitatem tamen, titulum, & ſalarium retinuiſſe videtur, eo modo, quo alii, ex geſtis antea muneribus, ſeſe dixerunt *ex Proconſules*, *ex Quaeſtores*, *ex Cubicularii*, *ex Vicarii*, & qui alii ſimiles in Cod. *Theodoſiano* occurrunt. Otium inde a publico munere nactus, ſed retento dignitatis geſtae titulo & honore, quoſdam ex veteribus imitatus, rus ſeſe contulit; *ſtudium ruris ſeſe abduxiſſe* refert Paneg. Conſtantio cap. 1. 4. & forte illic filium in arte Oratoria inſtituit, quo tendere videntur, quae legis infr. 6. 2. quique filius

que mirari, quod ego, qui ab ineunte adoleſcentia usque in hunc diem num-

lius poſtea Fiſci fuit Patronus, quo eum nomine Conſtantino commendat, Paneg. Conſtantino 23. 1. atque huc refero locum ibid. *hanc meam qualemcumque vocem, diverſis otii, & Palatii officiis exercitam.* Recuperata interim, & a tyrannide Allecti liberata Britannia, anno CCXCVI., in Gallias revertitur Conſtantius; de qua victoria ut eum, in cuius Palatio inſigni fuerat munere functus, gratularetur, Panegyricum habuit proxime ſequentem, Conſtantio inſcriptum, quemque ideo ad annum CCXCVII. retulerim, & quidem tali habitum loco, forte Treviris, per quem in itinere tranſibat Conſtantius. Ex his iam lucem capiat illius Panegyrici initium, in quo adeo laborant Interpretes: *Si mihi, Caeſar invicte, poſt diutinum ſilentium ſola eſſet vincenda trepidatio:* dicit enim *diutinum ſilentium*, quia inde poſt annum CCLXXXVI. publice non dixerat, & diutinum tempus interceſſiſſe, inde patet, quia ibid. n. 4. inter priorem illum, & hunc Conſtantio dictum, non adfirmat unam eſſe gentem devictam, ſed *tot nationes*, & *tot victorias* reportatas, in quibus longius temporis intervallum eſt neceſſarium. Cum autem, quae in Galliis per Barbaros, praeſertim Bagaudas, vaſtata erant, reparari, & inſtaurari iuſſiſſet Conſtantius, inque iis eſſent Scholae Auguſtodunenſium Maenianae, in quo, Orationis illius tempore, artifices iam occupatos fuiſſe patet ex Paneg. Conſtantio 21. 2 voluit Conſtantius, forte Orationis illius vi, & dicendi copia *Eumeniana* permotus, ut iuventutem in arte Oratoria publice illic erudiret, ſalvo tamen honoris antea geſti, ſive Sacrae Memoriae Magiſterii, privilegio, & geminato ſalario uſque in ſexcenta. infr. cap. 11. 2. & cap. 14. quod enim illud ipſi ſalvum voluerit eſſe privilegium Conſtantius, ex eo nulla mihi de munere Palatii, honoris cauſſa retento, eſt dubitatio. Tanta Conſtantii liberalitate auctus hanc pro Inſtaurandis Scholis Orationem habuit, quam itaque Panegyrico ſequenti arbitror eſſe poſteriorem, contra quam omnibus viſum fuit Interpretibus; in id me quoque movent excerpta Cod. *Puteani*, quae MSS. poſſideo, in quibus hoc ordine notantur Panegyrici; *Plinii Paneg. Traiano dictus. Incerti Auctoris Maximiano. Incerti ad eundem in eius natali. Incerti alius Maximino.* (lege *Maximiano*) *Eumenii Oratio pro Scholis inſtaur.* Hoc ſi ſtatuas, patebit ratio, quare in hoc Panegyrico res a Conſtantio geſtas nec enarrat, neque longa oratione praedicat, niſi paucis admodum verbis, & velut aliud agendo, cap. ult. omiſit enim, quia brevi antea, in eodem Conſtantio dicto, late eas enumeraverat, ſuis ſingulas laudibus perſecutus. Ni fallor, haec quoque ſua ſponte ducunt ad conſtituendum huius Orationis, quo ſit habita, tempus, quod fuiſſe puto eumdem annum CCXCVII. aut initium ſequentis, cui coniecturae proxime etiam adcedit *Fabricius* Biblioth. Latin. T. II. p. 769. *Baunius* ſupr. in *Eumenii* vita p. 170. annum CCXCVI. ponit, cui variis ex rationibus non adcedo. Etenim ex temporis, quam dedi, ſerie, debuit eſſe habita, Conſtantio iam ex Britannia reverſo: eſt enim habita, Britannia iam liberata; ita cap. 21. 2. *Britanniamque ſqualidum caput ſilvis, & fluctibus exſerentem.* liberata autem fuit anno CCXCVI., ut ad Panegyricum Conſtantio dicam. Hoc itaque, aut ſequentis initio revertit in Gallias Conſtantius, quem proximo prius eſt Panegyrico gratulatus *Eumenius*, quem igitur iam tractamus, quique illum eſt ſecutus, aut hoc anno exeunte, aut initio ſequentis CCXCVIII. haberi debuit. Deinde argumentum peto ex eod. cap. 21. 2. *ſub tua, Diocletiane Auguſte, clementia, Aegyptum, furore poſito, quieſcentem.* intelligit victum Achilleum, & direptam Alexandriam, de quo *Oroſius* VII. 25. *Eutropius* IX. 23. *Scaliger* ad *Euſebium* p. 244. & *Bauldri* ad *Lactant.* de M. P. cap 9. id autem, ex adcurata *Pagii* computatione, referendum eſſe ad annum CCXCVI. oſtendit *Gruner.* ad *Aurel. Victor.* Caeſar. 39. 38. utrumne autem putes, Aegyptum ſtatim poſt victoriam dici poſſe *quieſcere*, aut *furorem poſitum?* quid, putabimusne aut victoriae, aut quietis illius ita celeriter in Gallias pervenire nuncium potuiſſe, ut haec praedicare potuerit Orator? contra annum ſi ſumamus ſequentem, quanto rectius primum memorat tantum *tropaea Niliaca*, Paneg. Conſtantio 5. 2. nunciis vero ſequentibus adlata *Aegypti quies*, & *furor* poſt illa *tropaea poſitus* hoc demum potuit Panegyrico laudari. Denique addo ex eod. cap. 21. 2. *te, Maximiane Caeſar, Perſicos arcus, pharetraſque calcantem*, quod *Eumenium*, non niſi anno CCXCVII., aut ſequenti, dicere auſum fuiſſe, illic oſtendam.

INSTAVRANDIS] Hoc revocavi ex *Rhenani* Editione pro *reſtaurandis*, quod primus dedit *Livencius*, & deinde omnes, praeter *Stephanos*, & *Rivinum.* Cum titulum omittant Codices, pro arbitrio eum dederunt Editores; neque illud *reſtaurandis* delevi, tamquam *Eumenii* aetate indignum, ſed

numquam iſto in loco dixerim, & quantulumcumque illud eſt, quoad labo-
re ac diligentia videar conſecutus, exercere privatim, quam in foro iactare
maluerim, nunc demum, ſero quodam tirocinio, ad inſolitum mihi tribunal
2 adſpirem: a quo ego me fateor, quamquam mihi ſedes iſta iuſtitiae & ad
agen-

ſed quia in hac Oratione conſtanter *inſtaurare* adhibet. Vid. cap. 3. 3. cap. 4. 1. cap. 6. 4. cap. 9. 4. cap. 10. 3. cap. 18. 1. adde *Buneman.* ad *Lactant.* VII. 24. 2. praeterea in variantibus *Puteanei* MSS., quas poſſideo, Panegyricorum ordo additur, atque in eo *Eumenii Oratio pro Scholis inſtaur.* —— Eſt autem hic Panegyricus in *Guelf.* ordine *nonus.* etiam, ſi *Plinium* omittas, in Edd. antiquioribus, *tertius* vero *Grutero*, & ſequentibus, *quartus* non computato *Plinio*, in iisdem variantibus MSS. Cod. *Puteanei.*

1. *Vir Perfectiſſime*] *Eumenius* dicitur hanc orationem habuiſſe coram V. P. Praeſide Galliarum. Notas illas *V. P.* ſignificare Virum Perfectiſſimum ſatis notum eſt. Fuit autem hic titulus dignitatis, quae & *Perfectiſſimatus* eo ſeculo dicebatur, ut de eo extat Conſtantini conſtitutio, L. 1. C. de Perfectiſſ. dignit. Atque ita etiam Praeſes Arabiae dicitur *Perfectiſſimus*, L. 4. C. *Th.* de Poenis; & de pluribus Perfectiſſimis, qui militabant in ſacris ſcriniis, extat L. 7. C. de Palat. Sacrar. largit. & huc alludit *Lactantius* lib. V. cap. 15. *Nemo*, inquit, *Perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus impleverit.* ut & eodem tempore Conſtantinus dicebat eos codicillis Perfectiſſimatus fruituros, qui impetraverint, ſi abhorreant a conditione ſervili, nec ſibi honorem vaenali ſuffragio emerint, L. 1. C. de Perfectiſſ. dignit. BALDVINVS. Vet. *V. P.* hic, & alibi ſemper. PVTEANVS. Compellat Praeſidem Galliae Lugdunenſis primae, ſub quo erat Aeduenſis ditio. Nam ut Praefectus Vrbi *Vir glorioſiſſimus* dicebatur, Praefecti Praetorio per Illyricum *Viri eminentiſſimi*, *Vir Spectabilis* Praefectus Aegypti, *Viri Clariſſimi* rectores provinciarum, ſic Galliae Praeſes *Vir Perfectiſſimus* nominabatur. Videri poteſt L. 6. Cod. de Perfectiſſ. dignit. Aſſentior autem potius *Bucherio*, Praeſidem illum fuiſſe Riccium, aut Riccium Varum, quem vulgo Ricciovarum appellant, quam *Alfordo*, qui in libro ſuo de Lucii Helenae, & Conſtantini patria, & fide, hunc Praefectum fuiſſe Conſtantium Chlorum putat. Eo enim tempore, quo dicta eſt haec Oratio, Conſtantium non Senatorem, aut, ut ille ait, Vrbis Praeſidem, ſed Caeſarem fuiſſe liquet ex hac Oratione. BAVNE. *V. P.* interpretantur omnes, *Vir Perfectiſſime.* Eſt autem nota dignitas *Perfectiſſimatus*, de qua plurima mentio apud I. C. Dari haec vero ſolebat Viris honeſtis poſt Senatores, ut Praeſidibus minorum provinciarum, puta Arabiae, Dalmatiae, Iſauriae, aliisque. Vide plura apud *Pancirolum* cap. 3. Notit. Imp. PATAROL. Litteris perſcriptis primum *Gruterus*, & ſequentes dederunt, *Vir Perfectiſſime*; notas *V. P.* praetuli Codices, & *Guelferb.* ſecutus, & *Gothofredi* iudicium in inſcriptione L. 1. C. *Theodoſ.* de Bon. vacant. adde infr. 9. 1. ita autem adpellati fuerunt Provinciarum Praeſides & Rectores, de quo pluribus Idem ad L. 2. C. *Theod.* de Cenſ. *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XXI. 16. *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 21. *Bunemann.* ad eumd. Inſtit. V. 14. 18. praeſertim vero ad minores pertinuiſſe provincias videtur, quo fit, ut *Perfectiſſimi* aliquando a *Praeſidibus* diſtinguantur, aut quia aliis quibusdam, praeter Praeſides, datus fuit hic titulus, ante Conſtantini tempora iam cognitus. Conf. *Gothofred.* ad L. 27. C. *Theod.* de Decurion. & L. 1. C. *Theod.* de Perfectiſſim. dignit. *perfectiſſimus* recte Latinis dici docuit *Ruhnken.* ad *Iul. Rufinian.* p. 200. —— De Riccio Varo, quem hic intelligunt, eiusque crudelitate, plura *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 193. & 202.

In loco] Id eſt, in foro, ubi habita eſt haec Oratio, Auguſtoduni coram Viro Perfectiſſimo. BAVNE. *Balduinus* edidit, *usque ad*, cuius exempla notavi ad *Sedulium* I. 87. & *Arator.* I. 23. Vulgatum auctoritate Codicum tueor, ſecutus ſimili in re *Drakenborchium* ad *Livium* XXXII. 32. 3. —— Mox *Guelferb. dixeram.*

Quoad] Antea legebatur, *quod labore ac diligentia videor.* alterum repoſui ex *Guelf.* ita ſaepe *quod* & *quoad* ſunt permutata; apud *Apuleium* Metam. I. p. 5. Ed. *Colv. quo me ad iſtam faciem*, in quibusdam eſt *quod*, in Cod. *Baſil. quoad*, quod ſubſtituendum monet Vir Doctus ad oram meae Edit. apud *Sulpicium Severum* Epiſt. 3 13. ex binis Codd. Biblioth. *Traiectinae* lege, *quoad ipſe tu iuſſeris.*

Exercere] *Guelf. exercerere*, inde puto ſcripſiſſe, *exſerere*; id eſt privatim tantum oſtendere, oppoſitum τῷ *iactare*, unde *exſertiorem operam navare* recte redditum eſt *Pacato* Paneg. 35. 1. ſaepe ita fuit peccatum; infr. cap. ult. 2. iam melius legitur *caput exſerentem*, pro quo alii dederunt peſſime *exercentem.* recte etiam *exſeruit Au-*

re-

agendum & ad dicendum ampliſſima videretur, diffiſum tamen ingenio meo, antehac afuiſſe: & hoc ipſo in tempore, quamvis diverſiſſimum a contentione litium genus orationis habiturum, conſcientiae trepidatione revocari.

Cap.

relio Victori reddere conatus eſt Pater meus, Caeſar. 3. 9. quamvis illic *exercuit* tueatur *Gruterus*, invito *Klotzio* Miſcell. Critic. p. 38. conf. Not. ad *Sueton.* Tiber. 33. *Drakenb.* ad *Livium* VII. 10. 5. & *Burman.* ad *Vellei.* II. 47. 4. addo *Quinctilianum*, quem adiuvem loco maxime vexato, Declam. I. cap. 10. *Raro contingit ſemel ferire carnifici, quamvis componat ipſe cervicem, & exercitata manus homicidium noviſſime, velut quoddam genus artis, exerceat.* ſcribe, *& exſerta manus homicidium, notiſſimae velut quoddam genus artis, exerceat.* Eſt *exſerta manus* ad ictum parata, vid. ad *Sedul.* I. 311. hoc malim, quam *expectata*, quod eſt in Codd. apud *Schultingium*, & meo: *notiſſimae* ſcripſi ex Cod. *Wittiano*, in quo *notiſſime.*

2. *Quamquam ſedes*] *Quanquam mihi ſedes* Vet. & *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Tò *mihi* omittit *Cuſpinianus*, *Livineius*, *Rhen.*, *Stephanus.* IAEGERVS. *Mihi* primum reſtituit *Gruterus*, & eſt in *Guelf.* confirmat quoque imitatio *Ciceroniana* pro Leg. Manil. 1. *Quamquam mihi —— hic autem locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus.* omiſit tamen in prima Edit. *Rivinus.*

Videretur] Principium Orationis *Eumenianae* ſumptum eſſe ex exordio *Ciceronianae* de Lege Manilia, & eius, quae inſcribitur *Divinatio*, literatus Lector, etiam me tacente, facile ſentiet. Sed magis nova, & inſolens eſt haec, quae cum quadam gratiarum actione laudat ſacram largitionem ſalarii, & eam ipſam, qui accepit, Scholis inſtaurandis rependi vult, &, id ut fiat, petit. BALDVINVS. *Agere* cum populo, *dicere* ad iudices. Vide *Gellium* XIII. 15. & *Ciceronem* pro Lege Manil. principio, quem Panegyriſta imitatus eſt. CELLARIVS. *Videatur* in ſecunda Edit *Rivinus.*

Abfuiſſe] *Afuiſſe* Vet., *abfuiſſe Bertinienſ.* LIVINEIVS. Non male forſan fuerit, *abſtinuiſſe.* GRVTERVS. Forte *abſtinuiſſe*, quia bis poſitum *me*, quod tamen etiam ſic geminatum eleganter. Exempla aliquot notavi ad locum quendam *Ciceronis* ex Ep. Famil. lib. XIII. Ep. 18. ACIDALIVS. *Acidalius*, & *Gruterus* malunt. *abſtinuiſſe.* Sed nec *abfuiſſe* malum. CELLARIVS. Pro *abfuiſſe*, quod vulgo legitur, *Livineii* Cod. habet *afuiſſe*; is tamen edidit *affuiſſe*, uti etiam *Cuſpinianus*; quod corruptionis genus ſaepius eſt obvium. Sic *Torrentius* in *Horat.* Sat. I. 4. 101. teſtatur, ſe in tribus optimis Codicibus *affore* ſcriptum reperiſſe, pro *afore*. *Afuiſſe* praetuli ob ea, quae monent *Cort.* ad *Cic.* Ep. ad Diverſ. XVI. 8. 1. *Oudendorp* ad *Iul. Caeſ.* de B. G. I. 36. IAEGERVS. *Afuiſſe* edidi, ſecutus *Iaegerum*, *Heinſium* ad *Prudent.* Periſt. III. 125. & *Drakenborchium* ad *Livium* IV. 12. 6. XXVI. 41. 11. hoc ita expreſſit *Cicero* pro Leg. Manil. 1. *nondum huius auctoritatem loci adtingere auderem.* Ediderunt autem *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Balduinus*, & *Rivinus* prima Edit. *ingenio me antehac abfuiſſe.* ita forte quis poſſet ſuſpicari legendum, *ingenio me meo*, ut hoc poſterius *me* pertineret ad *diffiſum*, prius ad *afuiſſe*, uſuſque ſit conſueta elegantia, ut *Tibullus* I. 1. 1.

Me mea paupertas vitae traducat inerti.

quam reſtituendam puto *Eumenio* Conſtantio 1. 4. & ex Codd., etiam *Daventrienſi*, *Salluſtio* Iugurth. 24. 4. *dehortatur me fortuna mea.* ubi illud *me* cum quibusdam male eiecit *Cortius.* in eo tamen, quod alios ſecutus edidi, Codicibus, etiam *Guelf.*, obſequi malui.

Conſcientiae trepidatione revocari] *Et conſc. Bertinienſ.* Forte *ex.* LIVINEIVS. Mallem, *conſcientiae trepidatione ſevocari*, aut *devocari.* GRVTERVS. Nil mutat *Guelf.* certe & foret ſupervacaneum, quamvis ceteroquin, ſi foret neceſſe, admitti poſſet *Livineii* coniectura, ut apud *Salluſt.* Iugurth. 32. 5. *ex conſcientia*, id eſt ob, de quo praepoſitionis uſu vid. *Cortius* ad eumd. Catilin. 12. 2. Iugurth. 7. 5. *Iaegerus* infr. ad *Nazar.* Paneg. 2. 9. dixi quoque ad *Aratorem* Epiſt. ad Florian. vs. 4. —— Male autem *Gruterus ſevocari*, aut *devocari*; indicat *Eumenius* ſe, quamvis hoc tempore in foro lites non acturum, ſed Orationem publice habiturum, tamen ad privata exercitia redire malle, quo ſenſu *revocare ad curam rei domeſticae* dixit *Cicero* pro Coel. 18. & *revocare ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem*, Idem pro Cluent. 40. aut ſimpliciter capiatur eo ſenſu, quo *revocare* aliquem *ab aliqua re* dixit ipſe Paneg. Conſtant. 1. 1. & aetas *revocare ab imitatione virtutis paternae*, *Nazario* Paneg. 37.

5.

Cap. II. Ne quid igitur aut opinioni hominum dubium relinquam, aut interpretationi ex hac poſtulatione, quam, de reſtituendis patriae meae Maenianis, mihi ſumendam potius, quam cuiquam delegandam putavi, maius de me aliquid, quam poſſe me ſentio, videar promittere; conteſtatum eſſe initio dicendi apud audientes volo, temporarium me dicen-

5. ubi *Gruterus* quoque *ſevocet* maluit; confer Not. —— *Hoc ipſo in tempore* in Editis iungitur cum *habiturum*, ſed, inſerto commate, retuli ad *revocari*, opponit enim *antehac afuiſſe*, & *hoc tempore revocari*, ut indicet eamdem, quae antea, adhuc ſibi mentem eſſe. Confirmat me *Pacatus* Paneg. 2. 1. *inopina trepidatio in ipſo dicendi tempore deprehendit.*

1. *Opinioni*] Cod. MS. *Moerl. opinione.* IAEGERVS.

Ex hac poſtulatione] Forte, *& hac.* LIVINEIVS. Si Codd. addicerent, coniecturae huic non intercederem, quae confirmatur ex iis, quae cap. praeced. in fine dixi; vix enim video, quid *promittere interpretationi* deſignet, niſi hoc voluerit, aut hominibus, conſilium meum de habenda hoc loco oratione interpretantibus, maius videar promittere; ita ut hoc ſuum conſilium, quo non conſueto loco & more diceret, apud eos efficeret, ut maiora exſpectarent, quam praeſtare poſſet *Eumenius.* Quare autem hanc Orationem adpellet *poſtulationem*, ipſe indicat cap. 3. n. 2. *id poſtulo* —— *ut Maenianae illae Scholae* —— *reparentur.*

Maenianis] Cur *Eumenius* Auguſtodunenſes Scholas appellet *Menianas*, quia obſcura & ignota eſt loci appellatio, fruſtra quaeſiero. Scimus alioqui, *Meniana* vocari proiectiones quasdam in aedificiis, de quibus eſt Honorii conſtitutio, L. Meniana C. de Aedific. privat. & *Marcellinus* lib. XXVII. ait, priſcis legibus vetita fuiſſe Romae aedificari. Fortaſſe Scholae, de quibus agit *Eumenius*, habebant eius generis ἐξωστάς. BALDVINVS. An a *Maenio* quodam, cuius impenſis primum illae Scholae ad ſtudia exercenda iuventutis provincialis fuerunt erectae? an ob aedificii ipſius formam, obſcurum nobis eſt. Nam plures habuiſſe depictas porticus *Eumenius* in fine Orationis oſtendit, quarum proiecta ad umbram faciendam, vel ad ampliandum ſuperiora aedificia Romani antiquitus a *Maenio* quodam inventore *Maeniana* vocabant. PIGHIVS. Hercul. Prodic. p. 40. *Maeniana*, ſeu *Meniana* aedificia dicuntur, quae proiectiones quasdam habent, ſeu tigna quaedam ultra molem aedificii prominentia, ſic dicta a *Maenio*, qui primus hanc aedificii formam invenit, cum ea conditione Catoni & Flacco Cenſoribus domum ſuam vendidiſſet, ut ſibi columna reſtaret, cui tectum poſtea, & tabulata impoſuit. Ex illo *columna Maenia* appellata eſt; inquit *Aſconius* ad Divinat. in Caecilium c. 16. Igitur probabile eſt, Scholas Auguſtodunenſes, de quibus agit *Eumenius*, habuiſſe huius generis ἐξωστάς. An forte Scholae dictae ſunt *Moenianae*, quod ad *moenia* Vrbis poſitae eſſent. Certe illae, ut ex variis eius Orationis locis colligere eſt, *erant in ipſo tranſitu advenientium in eam urbem*, *in praecipuo loco poſitae*, *quaſi inter ipſos oculos civitatis*, *inter Apollinis templum atque Capitolium*, —— *inde Athenarum conditrix Minerva*, *hinc Apollo medius Camenarum* —— *in ipſa civitatis fronte*, *in facie vultuque civitatis*, cap. 9. BAVNE. *Maeniana*, prout ex Auctoribus, apud quos ipſorum mentio fit, colligere licet, fuere in aedificiis proiectiones quaedam, ſive, iuxta *Cuiacium* ad lib. VIII. Cod. *Iuſtin.* Tit. 10. de Aedific. privat. tigna proiecta iuxta aedes, in quibus Sol capitur, qua ratione eadem & *Solaria* dicta comperimus. Hinc fortaſſe ſancitum olim Imperialibus decretis, prout loco citato videri poteſt, ut, niſi ſpatium inter ſe per decem pedes liberi aeris habuerint, omnibus modis detruncentur, ne ſcilicet ex iisdem alterum ad proximum alterum Solis radios tendentes interciperet. Vocata autem *Maeniana* feruntur ab ipſorum inventore *Maenio*; is etenim, ut docet *S. Pomp. Feſtus*, *primus ultra columnas extendit ligna*, *quo ampliarentur ſuperiora*, ſive iuxta *Iſidor.* lib. XV. Origin. c. 3. *ut eſſent loca*, *in quibus ſpectantes inſiſterent.* Haec in foro primum conſtructa fuiſſe videntur, inde vero & domibus adiecta. In Circo pariter erant huiusmodi proiectiones, ſeu Maeniana, ex quorum uno, ut tradit *Panvin.* de Lud. Circenſ. lib. I., committendis quadrigis Circenſium ſignum dare ſolebant Haec autem etiam *pulpita* vocabantur, unde *Iuvenali* Sat. XIV. dictum,

Praetoris pulpita lauti.

quo vocabulo innui profecto Maeniana exiſtimo, e quibus Praetor ſignum dabat mappa candida, non ludos ſcenicos, & Mimos, aut Pantomimos, ut *Fer-*

cendi munus, atque id ipſum meis ſtudiis peculiariter commodare, non
ad incognitam mihi ſectam forenſium patronorum, alienae laudis cupidita-
te, tranſire. Neque enim tanta me aut negligentia aut confidentia te- 3
net, ut neſciam, quanta ſit inter hanc aciem fori, & noſtra il-
la ſecreta ſtudiorum exercitia diverſitas. Ibi armantur ingenia, hic 4
prae-

Ferrario ad illum locum viſum fuit. Ex hiſce conſtat, *Maenianum*, ſeu *Solarium* id veteribus fuiſſe, quod Tuſcis *Ballatojo*, & nobis vulgatius *Pergolo* appellatur. Quare & *Sabellicus* poſt alia; *Quae Veneti Podiola dicunt*, *Romani Maeniana vulgo appellant*. *Maenianas* autem vocatas Scholas Auguſtodunenſes credere licet, quod modo dictis proiectionibus, ſeu podiolis inſtructae & ornatae eſſent, prout adnotavit etiam *Balduinus* ad hunc locum. Videri poſſunt *Baldus* Lexic. *Vitruv.* & *Pighius* initio Hercul. Prodic. PATAROL. Pro *Maenianis Cuſpinian.* corrupte *Meniana*. IAEGERVS. Scholas has ad urbis *moenia* fuiſſe poſitas, locus a *Baunio* adhibitus non probat, neque ab earum conditore nomen fluxit, qui ipſi videatur *Eumenio* fuiſſe ignotus; ita enim cap. 9. 5. *ipſe ille*, *qui Maeniana haec primus exſtruxit.* nomen ipſius poſteritati certe tradidiſſet, ſi id cognitum habuiſſet. Malim itaque arbitrari, a proiectionibus dictas eſſe, additis tum amoenitatis cauſſa, tum ut maiorem adoleſcentium numerum complecterentur; prima enim Maeniana ad amplificanda ſuperiora fuiſſe inventa teſtatur *Feſtus*, eorumque exemplo, vel ex lapide, vel alia materia, privatorum aedibus adiecta fuiſſe auctor eſt *Iſidorus* Origin. XV. 3. ubi ex Cod. *Groningano* emendandum, *Moeniana adpellata ſunt.* Idem itaque, quod Maenio, privatis fuit in hiſce conſilium. *Solaria* quoque dicta fuiſſe, Graecis ἡλιαστήρια, oſtendit *Salmaſius* ad *Spartian.* p. 155. ubi de his late; ideo quoque *Parapetaſia*, conf. *Gothofred.* ad L. 39. C. *Theodoſ.* de Oper. public. fuerunt autem proiecta in ſuperioribus aedium partibus, ita ut nusquam requieſcerent, L. 242. §. 1. ff. de V. S. unde dicuntur collocata *ſuperioribus coaxationibus* apud *Vitruvium* de Architect. V. 1. & cum *contignationibus* iunguntur, ibid. II. 8.

Delegendam] Vet. *delegandam.* PVTEANVS. Quidam editi, & in iis *Henr. Stephanus* habent *delegendam*; optime alteram tuetur lectionem Codicum auctoritas, in qua eſt notio committendi, ſive id mandandi, quod, qui mandat, ipſe perficere debuiſſet, ut verbum illud interpretatur *Manutius* ad *Ciceron.* ad Diverſ. VIII. 1. adde *Burman.* ad *Sueton.* Tiber. 16. *Buneman.* ad *Lactant.* Div. Inſtit. I. 4. 6. *iura delegata* apud Incertum Conſtantino 2. 5. ubi fruſtra *denegata* tentabat *Puteanus.*

Putavi, *maius*] Inſerenda particella, *putavi*, *ne maius.* ACIDALIVS. Videtur in hanc coniecturam ex eadem ratione ductus *Acidalius*, qua modo tentabat *Livineius*, *& hac poſtulatione.*

2. *Temporarium*] In interpretatione, textui addita, exponit *Baunius*, *me ad tempus tantum patronum agere.* quomodo *tranſitum temporarium* opponit *operi ſempiterno Eumenius* Conſtantino 13. 4. hanc praefero interpretationem *Schwarzianae* ad *Plinii* Paneg. 91. 7. qui de oratione ſubita, & tumultuaria accipit, meditatae & bene perpenſae oppoſita. —— Mox *me ſtudiis* edidit *Balduinus*, cuius editio repetita eſt in Iurisprudentia Rom. & Attic. T. I. quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.

Sectam] Abhorruit *Eumenius* a forenſi ſtrepitu, & exercitatione. BAVNE. Id eſt, doctrinam, quam quis in vita ſua ſequitur. Conf. *Barthium* ad *Claudian.* p. 92. Not. ad *Plinii* Paneg. 85. 7. *Ritterſhuſ.* ad *Coripp.* II. 341.

3. *Tenet*] *Guelf.* *teneam*, forte *teneat.*

Aciem fori] *Quinctilian.* XII. 6. 4. *Quantum libet ſecreta ſtudia contulerint*, *eſt tamen proprius quidam fori profectus*, *alia lux*, *alia veri diſcriminis facies; plusque*, *ſi ſepares*, *uſus ſine doctrina*, *quam citra uſum doctrina*, *valeat. Ideoque nonnulli ſenes in ſchola facti ſtupent novitate*, *cum in iudicia venerunt*, *& omnia ſuis exercitationibus ſimilia deſiderant*, &c. IAEGERVS. Pater meus coniiciebat *artem fori;* vulgatum malo, tum ob ſequentem comparationem, tum quia *acies* de genere forenſi adhibetur. *Cicero* de Orator. I. 32. *quae agenda ſunt in foro*, *tamquam in acie.* idem *aciem forenſem* dixit ibid. I. 34. & *aciem quotidiani muneris* de rebus in foro agendis, ibid. cap. 59. adde *Harleſium* ad lib. II. 22. ideo foro *Martem* tribuit *Ovidius* Faſt. IV. 188. *bella fori* ſunt apud eumd. Triſt. IV. 12. 18. *arma fori*, ibid. IV. 10. 18. plura *Abramus* ad *Ciceron.* pro Coel. 19. *Schulting.* ad *Senecae* Controv. II. p. 126. *Marckland.* ad *Statii* Silv. V. 2. 108. ἀγωνίαν δικανικὴν dixit *Procopius* Hiſt. arcan. p. 90. & nota eſt ICtos inter & milites comparatio in L. 14. C. de Advocat. diverſ. iud.

Exercitia] Quae in Scholis fierent. BAVNE. Lo-

praeliantur. Ibi proluſio, hic pugna committitur. Hic plerumque velut ſudibus & ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur. Hic ſudore & quaſi pulvere ſordidus, illic inſignis ornatu laudatur orator. Vt, ſi uterque, experiundi cauſſa, officia commutent; alium quidem turbatum ſonus & ſtrepitus armorum, alium quaedam triumphi ſcena deterreat. CAP.

Loco τȣ̃ *exercitia* Cod. *Moerl.* & *Gud.* 2. habet *exercitatione.* IAEGERVS. Neſcio, utrum in illa Codd. ſcriptura lateat *exercitationum.* Notum enim eſt, *um* in Codd. nota ſcribi, litterae *e* fere ſimili. Ita *ſecreta ſtudiorum* accipiendum eſſet, ut *alta montium*, & ſimilia, de quibus dixi ad *Sedul.* I. 120. *lata camporum* apud *Mamertin.* Iulian. 10. 1. Sic infr. Conſtantio 1. 2. *inſtituendae iuventutis exercitatione.* & in ſchola docentibus *exercitationes* tribuit *Quinctil.* I. O. XII. 6. vulgatum tamen tueatur locus infr. 19. 4.

4. *Proeliatur*] Vet. *proeliantur.* PVTEANVS. Forte *proeliantur.* LIVINEIVS. Recte, malui tamen, *hic praeliantur.* Sic *Lipſius* Saturnal. lib. II. cap. 19. citat, qui in eodem etiam loco pro *ſudibus & ſaxis* emendat, *rudibus & haſtis.* ACIDALIVS. & BAVNE. Sic antiquiores, itemque *Patarol.*, *Baunius* cum *Cellario*, ſecutus *Acidalii*, & *Livineii* coniecturam, quae Cod. *Puteani*, & *Gud.* 2. ſuffragio firmatur, habet *proeliantur.* Certum eſt quidem, neutraliter, & imperſonaliter hoc verbum, alias etiam, quamquam raro, adhiberi, vid. *Non. Marcell.* c. 7. 38. & *Iuſtin.* XIX. 1. 9. Attamen cum praecedat, *ingenia armantur*, omnino etiam alterum verbum, quod illi opponitur, melius eodem refertur. IAEGERVS. *Praeliatur*, quod ante *Baunium* omnes, poteſt eſſe a *praeliare*, quod ex *Ennio* habet *Voſſius* de Anal. III. 7. ut alia deponentium activa contulit *Stewech.* Quaeſt. ad *Apuleium* p. 817. *Colvius* ad *Apulei.* p. 60. *Muncker.* ad *Fulgent.* p. 604. aut ita ponitur, quia deponentia aliquando paſſive ſumuntur; ut *tueri* in L. 7. ff. de Curat. furioſ. *Marckart.* Probab. Part. I. p. 157. *Reinold.* Var. iur. p. 21. *Bondam* Var. Lect. p. 186. *Paſſerat.* ad *Ciceron.* pro Quinct. 11. de utroque uſu pluribus dixi ad *Arator.* I. 111. potius tamen rationem *Iaegeri* ſequor.

Praeluſio] Vet. *proluſio.* PVTEANVS. *Proluſio*, *Bertinienſ* LIVINEIVS. Forte *proluſio.* BAVNE. *Baunius* coniicit legendum eſſe *proluſio*, quod habes in *Bert.* & vet. Cod. *Put.* atque *Gud.* Recte. Vid. *Gronov.* ad *Sen* Herc Fur. v. 222. & *Schwebel.* ad *Veget.* I. 13. IAEGERVS. Scribit *Burmannus* ad *Rutil* Itin. I. 257. inter Criticos nondum eſſe certum, praeſtetne *praeludere*, an *proludere*; prius autem habere defenſorem *Gronovium*, eo loco, quem adhibuit *Iaegerus*; ſed illic *proludere* tuetur Vir ſummus, & memoriae vitium deinde emendavit *Burmannus*, in *proludere* pronior, ad *Virgil.* Aeneid. XII. 106. id notandum propter eos, qui *Burmanni* ad *Rutilium* auctoritate in diverſa abeunt. Recte igitur ex Codd. primus hic *proluſio* edidit *Iaegerus*, & *proluditur* reſtituit *Senecae* Suaſor. 6. *Schottus*, vide illic *Schultingium*, pluribusque hoc verbum tuetur *Burmannus Secundus* ad *Lotichium* II. Eleg. 3. 19. ad Antholog. lib. II. p. 367. adde Not. ad *Florum* IV. 2. 2.

Haec plerumque] Vet. *hic.* PVTEANVS. Lectio Cod. *Puteani* in antiquioribus Edd. iam exſtat; *haec* tamen *Balduinus.*

Sudibus & ſaxis] Reponere ſtudebat, *rudibus & haſtis*, *Lipſius* Saturnal. Serm. lib. II. cap. 19. at neſcio, qua auctoritate ductus. PATAROL. Sic MS. & Edd., quos vidi, omnes. *Lipſius* Saturn. II. 19. reſcribendum eſſe cenſet, *rudibus & haſtis:* & ſane docet *Burmann.* ad *Ovid.* Faſt. IV. 209. *ſudes* & *rudes* ſaepius permutari. Attamen cum τὸ *hic*, aeque ac in antecedentibus, *aciem fori* indicet, ubi praeliatur, & ſeria pugna committitur, *rudes*, quibus in exercitiis tantummodo, & ludicris certaminibus utebantur, nullum hic locum habent. *Sudibus* & *ſaxis* dimicatum eſſe, ipſe oſtendit *Lipſius* Poliorcet. lib. IV. Dial. 3. & 4. IAEGERVS. *Lipſio* illius praecipua fuit emendationis cauſſa ob vocem *ſaxa*, quam parum cenſet congruam. Sed non cogitavit vocabulum *velut*, quo non ſaxa forenſibus negotiis eſſe apta indicat *Eumenius*, ſed tantum bella, in quibus ſudibus utebantur, & ſaxis, cum negotiis illis comparat, unde ex *Silii Italici* loco vulgatam hic lectionem egregie tuetur *Heinſius* ad *Ovid.* Faſt. II. 367. de ſudibus in bello vid. *Stewech.* ad *Veget.* de R. M. II. 23. ubi & differentiam inter *rudes* adtingit.

Pulvere ſordidus] Elegantiam locutionis adtigit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 13. 1. In Edit. *Paull. Stephani* eſt *ſordibus*, certe typographi vitio, & ita citat *Marckland.* ad *Statii* Silv. V. 2. 108. ſed ex ingenio *ſordidus* emendat.

Orator] *Marcklandus* d. l. citat *ornatior*, quod in nulla Ed. deprehendi, ex quo tamen ipſe *orator* effingit. tantum praeſtat Critico emendata uti Editione.

5. *Tu-*

Cap. III. Scio haec, inquam, V. P., neque me ſciens fallo; & idcirco tantum abeſt, ut me, relictis docendi praecipiendique rationibus, aptum atque idoneum putem, ut hoc ipſum, quod vel uno die, atque una de re in foro dicam, veniam magis poſſim ſperare, quam gloriam. Quamquam in hac oratio- 2
ne,

5. *Tubarum*] Vmbratilem, & Scholaſticum doctorem ſtrepitus forenſis, ac convicia deterreant. CELLARIVS. Pro *tubarum Gud.* & *Moerl.* habet *turbatum. Rh.*, *Stephan.*, *turbarum:* male. IAEGERVS. Ex *Iaegeri* Codd. *turbatum* ſcripſi; dixit quidem *tubarum ſonores* etiam *Nazarius* Paneg. 30. 4. ſed *turbatum* mihi videtur aptius ſequenti *deterreat*, & *ſonus* non male ad *arma* pertinet; *ſonitum armorum* dixit *Mamertinus* Paneg. 2. 4. adpoſite *Nazarius* Paneg. 26. 2. *arma late ſtrepentia, & in unum quemdam ſonitum diverſi fragoris acta confuſio.* & 29. 5. *ſonat ictibus umbo ſecurus. Valer. Max.* I. 6. 12. *ſtrepitum armorum*, & *ſonum tympanorum* memorat, ut mittam *armorum ſonum* conviciis magis forenſibus convenire, quam *tubarum:* & denique, ſi *tubarum* admittas, duo ſunt uni *ſcenae* oppoſita.

Quidem triumphi deterreat] Vet. *quaedam triumphi ſcena.* PVTEANVS. *Alium quaedam triumphi quiddam deterr.* eſt in *Bertinienſ.* quod non expedio. Deleveram *quidem*, nec video, cur retractem. Mox, ubi deeſt quiddam, expleam e ſenſu, *cauſis forenſibus aptum*, &c. nam verba ſine libris non praeſto. LIVINEIVS. Corruptum credo, & mutilum. ACIDALIVS. In veteri MS. *quaedam triumphi ſcena.* BAVNE. Locus pleriſque ſuſpectus. *Livineius quidem* tolli iubet, ex ſuperioribus perperam repetitum. *Scena* abeſt ab editis: in MS., quod *Iac. de la Baune* vidit, eſt, *quaedam triumphi ſcena.* ſenſus non obſcurus: forenſem oratorem vilitas triumphi & victoriae, quae in Scholis eſt, deterret. Plus lucri, & maiorem gloriam victor forenſis cauſſae conſequitur. Illud, ſi vera lectio, *ſcena* vocatur, ut dicuntur *ſcenici reges.* CELLARIVS. *Alium triumphi ſcena;* ſic in pleriſque legitur. *Sirmondus* ad Epiſt. 1. lib. VII. *Apollin. Sidon.* legit, *quaedam triumphi ſcena*, quam lectionem probat & P. *de la Baune. Cellarius* legit, *quidem triumphi ſcena.* Mihi lectio prior plus arridet. PATAROL. Pro *deterreat*, quod in ceteris legitur, *Cuſpinianus* habet *deterreant.* Ea vero ſcriptura, quam nos exhibemus, nititur ſuffragio Cod. vet. *Puteani*, nec non *Moerliani.* Pro *quaedam*, *Gud.* habet *quemdam. Schwarzius* coniicit, *theatri* L. *amphitheatri ſcena*, ubi ſc. gladiatores pugnabant. IAEGERVS. Scriptura, quam ſecundum Codd. exhibuit *Iaegerus*, eſt eadem, quam expreſſi; male autem *Cellarius* Cod. a *Baunio* viſum memorat, qui nullo ad Panegyricos Codice ſuit uſus, & lectio, quam profert, eſt ex vet. *Puteani.* Olim legebatur, *alium quidem triumphi deterreat.* primus *ſcena* inſeruit *Cellarius*, & *quidem* uncis incluſit, unde, hoc etiam eiecto, dederat *Patarolus*, *alium triumphi ſcena.* Eſt autem *quaedam ſcena triumphi* ſpecies triumphi, non verus triumphus. Qui enim triumpho in cauſſis forenſibus reportando adſuetus eſt, ab exercitationibus Scholaſticis deterretur, in quibus ſi cauſſas agat, vere tamen triumphum, iudicis ſententia, reportare nequit, neque aliter agit, atque ſi in ſcena prodiret triumphator, eiusque partes ageret. Conf. *Sirmond.* & *Savaro* ad *Sidon. Apoll.* VII. Epiſt. 1. —— *Deterreant*, quod ex *Cuſpiniano* producit *Iaegerus*, propter duo oppoſita reiiciendum eſt ex iis, quae dixi ad Genethliac. 7. 4. —— Denique in *Gudian.* ſive *Guelf.* legi *quemdam* verum eſt, ſed puncto ſub littera *m* notato, eamdem delendam eſſe indicante.

1. *V. P.*] Conſtans in Oratione hac προσφώνησις eſt dignitas, quae in Codice utroque, ſingulari titulo, *Perfectiſſimatus* appellatur, & minor erat *Clariſſimatu. Ammian.* XXI. 31. CELLARIVS. Conf. ad cap. 1. init. *Guelf.* male; *Scio haec, inquam, haec.* Inſeruiſſe hoc videtur Librarius propter *inquam*, quod tamen referendum eſt ad *certum habeo*, in principio cap. 1. ita ut, quibusdam inſertis, ad praecedentia revertatur.

Neque me] Alii, *neque ſi ſciens fallo.* PVTEANVS. Illud *ſi* in Edd., quas vidi, non deprehendi.

Docendi relictis] *Relictis docendi*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Transpoſitionem illam confirmat *Guelferb.* eamque ex *Bertinienſ.* primus repoſuit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* retinuerunt.

Aptum] Deeſt quiddam. LIVINEIVS. Ad praecedens cap. n. 5. *Livineius* explebat, *cauſſis forenſibus;* nihil eſt neceſſe, ſequentia enim *in foro* ſatis indicant, cui ſe rei minus idoneum putaverit.

Hoc ipſo] *Ipſum* Vet. *Bertinienſ. Cuſpin.* LIVINEIVS. Exemplar. *Livineii*, *Bertinienſe*, Ed. *Cuſpiniani*, & Cod *Moerl.* praeferunt, *hoc ipſum*, ut ita deſit *ob*, vel *propter;* quae ellipſis quidem

ne, V. P., loci tantummodo inſolentia, non dicendi novitate perturber: ſiquidem id poſtulo, quod non modo contradicendo nemo audeat impedire, ſed omnes potius, quibus divina Principum liberalitas, quibus urbis iſtius reſtitutio, quibus optimarum artium celebratio grata atque iucunda eſt, ſummo gaudio & favore ſuſcipiant, ut Maenianae illae ſcholae, quondam pulcerrimo opere & ſtudiorum frequentia celebres & illuſtres, iuxta cetera, quae inſtaurantur, opera
3 ac templa reparentur. Ita quantum mihi trepidationis adfert locus, tantum re-
4 levat cauſſa dicendi. Quam quidem ego, V. P., duas in partes arbitror dividen-

non inſolita, ſed h. l. durior videtur. IAEGERVS. *Ipſum* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta. Tot Codd. tantum non omnium conſenſum negligere non ſum auſus, quamtumvis durior haec *Iaegero* videatur lectio, mutata forte a Librariis, ellipſeos uſum ignorantibus, de quo *Voſſius* Art. Grammat. VII. 66. adde ad *Sedulium* Epiſt. ad Macedon. p. 6. recte idem vindicatur *Eumenio* Conſtantio 18. 6. Mox *Guelferb.*, voce tranſpoſita, *de una re.*

2. *Siquidem*] *Guelferb. Sed qui.*

Vrbis] Idem Codex *verbis.*

Et favore] Abſunt in *Bertinienſ.* LIVINEIVS.

Et inluſtres] Auguſtodunenſes Scholae celebres erant vel Tiberii tempore, ſiquidem *Tacitus* Hiſtor. lib. III. cap. 43. dicit, *nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis ibi operatam.* quod ad Auguſtodunenſem, non vero Auguſtoclivienſem civitatem referri debere, *Lipſius* in Excurſu ad hunc locum probat multis, validisque rationibus contra *Rhenanum.* BAVNE. Vt iam ab antiquo tempore Auguſtodunum, ſic aliae etiam per Galliam urbes Scholis fuerunt celebres, in quibus artibus & diſciplinis erudiretur iuventus. De Maſſilienſi, Narbonenſi, Burdigalenſi, aliisque plura contulit *Gothofredus* ad L. 11. C. *Theodoſ.* de Medic. & Profeſſ. Municipalem Scholam apud Viſontionem memorat *Auſonius* Gratiar. act. 13. in fin. adde *Pontanum* Orig. Francic. VI. 23. *Conringium* de Antiq. Academ. Diſſert. I. p. 16. Socerum meum in Britenburg. cap. 13. quamvis ex *Scholae* mentione non ſemper tuto adfirmaveris, ludum tali loco litterarium fuiſſe; dictae enim quoque *Scholae* aedificia, in quibus quacumque de cauſſa convenire ſolebant, unde ſub Impp. poſterioribus haec militibus quoque tributa adpellatio, qui corporis erant cuſtodes, & inde *milites Scholares* dicti. Accurate de his egit *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XIV. 7. *Scriverius* Antiq. Batav. p. 221. adde *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 255. poſtea Scholarum in Galliis numerus fuit auctus, ex quo per omnem dioeceſin eas conſtituendas iuſſerit Gratianus in L. 11. C. *Theodoſ.* de Medic. & Profeſſ. in qua tamen docerent Rhetores, & Grammatici Atticae Romanaeque doctrinae, unde non male efficit *Gothofredus*, Philoſophos, & iuris Profeſſores in iis non fuiſſe, ſed cupidam legum iuventutem magis Romam commeaſſe, idemque confirmat, quae de Scholis ſuis teſtatur *Eumenius.*

Reparentur] Cod. *Moerl.* pro hac voce habet *reſtaurarentur*, *Gud. reſtaurentur.* IAEGERVS. Cod. eorum lectionem depravatam eſſe indicat tum praecedens proxime *inſtaurentur*, tum vero etiam, quod a voce *reſtaurare* ſollicite abſtinuit in hac Oratione *Eumenius*, ut dixi ad princip.

3. *Relevat*] Videtur *Ciceronem* imitatus pro Reg. Deiotar. 1. *Quantum mea fides ſtudii mihi adferat ad ſalutem Regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat.*

4. *Duas*] Diſtributio, qua bifariam Orationem dividit. In priori parte oſtendit, Menianas Scholas eſſe inſtaurandas; in altera vero id ſuis ſumptibus eſſe faciendum, atque in hoc opere decretam ſibi a Conſtantio penſionem eſſe impendendam. BAVNE.

Erga patriam ſtudio] Cod. *Moerl.* poſt *patriam* inſerit *meam*; ex interpretamento. IAEGERVS. Etiam *meam Guelferb.* quod duorum Codd. auctoritate inſerui; quamvis enim bis ſimpliciter *patriam* memoret cap. 16. n. 3. & 5. frequentius tamen pronomen addit, cap. 2. princ. *reſtituendis patriae meae Maenianis.* Conſtantino cap. 22. 3. & 7. Gratiar. act. Conſtantin. cap. 1. 2. cap. 2. 3. cap. 5. 2. & hinc recte, Codices ſecutus, *Gruterus* infr. cap. 11. 3. reſtituit, *referre patriae meae cupio*, quod deinde ſervarunt Editores. Videtur quoque vox addita maiorem habere emphaſin, ut ſignificet urbem, qua natus erat, a Roma, communi patria, diſtinctam.

1. *Imperatorum Caeſarumque*] *Imperatores* Diocletianus & Maximianus, *Caeſares* vero Conſtantius & Galerius. BAVNE. Ille enim titulus ad primi faſtigii Principes, hic ad imperii heredes per-

dendam; ut prius diſſeram, quam ſit ex uſu & officio, opus illud ad priſtinam magnificentiam reformari: deinde, qua ratione id poſſit ſine ſumtu publico, ex largitione quidem Principum maximorum, ſed tamen cum aliquo meo erga patriam meam ſtudio & amore, procedere.

Cap. IV. Ante omnia igitur, V. P., divinae Imperatorum Caeſarumque noſtrorum providentiae, ſingularique in nos benevolentiae huius quoque operis inſtauratione parendum eſt, qui civitatem iſtam, & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum graviſſima clade perculſam, cum, latrocinio Bagaudicae

pertinet, de quo egregia contulit *Spanhemius* ad *Iuliani* Orat. I. p. 44. *Caeſarum* adpellationem, poſt exſtinctam Caeſaris familiam, ſecundi fuiſſe faſtigii titulum oſtendit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 8. 6. in Galba, Tito, & aliis eum iam oſtendit *Grunerus* ad *Aurel. Vict.* Caeſar. 13. 12. adde *Spanbem.* de V. N. XII. p. 352. ob citatum *Aurelii Victoris* locum alii, ſed parum recte, ab Hadriano eumdem repetunt. Conf. *Boeclerum* ad *Herodian.* II. 15.

Inſtauratione parendum eſt] *Marcklandus* ad *Statii* Silv. IV. 6. 65. emendat, *inſtauratio referenda eſt*. Non probo. Hoc vult *Eumenius*, novum atque inſolitum ſibi eſſe hoc in foro dicendi genus, neque tamen ſeſe id alteri delegaſſe, ob favorem, quo ſuam patriam, ſeque ipſum proſecuti fuerant Imperatores; licet itaque trepidatione, & dicendi inperitia potuiſſet abſtinere, tamen huic eſſe parendum providentiae, & ſingulari benevolentiae, quam, in operis inſtauratione annuo ſibi conſtituto, praeſtiterant. Non diſſimiles in habenda oratione difficultates ſibi movit *Plinius* init. Panegyrici, pariter vero addit cap. 4. *Sed parendum eſt SCto.*

Fraterno] Quam *Eumenius* hiſtoriam delibat ſuae civitatis Haeduorum, ſi quis eam magis exponi, & illuſtrari velit, legat alterum *Eumenii* Panegyricum, quo Flavienſibus, ſicuti &, quod poſtea attingit de ſubacta Batavia, & recuperata Britannia, Francis profligatis, copioſius exponit in aliis duobus Panegyricis, altero ad Maximianum, qui incipit, *Si mihi Caeſar*, altero ad Conſtantinum, qui incipit, *Facerem.* Ac quidem qui eos legerit, de Francis illis primis leget, quod aliunde repetere non poſſet. Ego, quia alio propero, ſatis eſſe exiſtimo locum indicaſſe. BALDVINVS. Gratiarum actione pro Flavienſibus ad Conſtantinum: *Aedui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliae gentes plurimis SCtis fratres Pop. R. appellati ſunt*, &c. iterum mox: *Soli Aedui ingenua & ſimplici caritate fratres Pop. R. crediti ſunt, appellarique meruerunt.* *Cicero* I. ad Attic. Ep. 19. *Aedui, fratres noſtri, pugnant.* *Tacitus* Annal. XI. *Primi Aedui Senatorum in Vrbe ius adepti ſunt. Datum id foederi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum Pop. R. uſurpant.* *Lucanus* tamen id irriſit, cum ait:

> *Arvernique auſi Latios ſe fingere fratres,*
> *Sanguine ab Iliaco populi.*

Aſſentior enim iis, qui *Arvernos* pro Aeduis ob vicinitatem interpretantur. LIVINEIVS. & BAVNE. Interpretatur *Tacitus* XI. 25. ab antiquo foedere Aeduorum cum Romanis. Auguſtodunum autem ſitum in Aeduis. CELLARIVS. Adde *Manut.* ad *Ciceron.* Epiſt. ad Attic. I. 19. IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantino 22. 4. *Cuius civitatis antiqua nobilitas, & quondam fraterno Populi Rom. nomine gloriata.* id eſt, qui foederis lege in Romanorum venerant amicitiam. Conf. *Lipſium* ad *Tacit.* Annal. XI. 25. *Pighium* Hercul. Prodic. p. 45. *Smetium* Oppid. Batav. p. 54. *Spanbem.* Orb. Rom. p. 301.

Batavicae rebellionis] Corruptus locus, ſciboque *Bagaudicae rebellionis.* *Batavi* latrones numquam ad ea penita loca, nec latrocinii Batavici mentio in mediterraneis ſub id aevum. At de *Bagaudis* auctores credendi, qui res ſcripſerunt Diocletiani. *Victor: Namque ubi comperit Carini diſceſſu Aelianum Amandumque per Galliam, excita manu agreſtium ac latronum, quos Bagaudas incolae vocant, populatis late agris, plerasque urbium tentare, Maximianum Imperatorem iubet.* *Salvianus* lib. V. de Gubernat. *Itaque paſſim vel ad Gothos, vel ad Bagaudas, vel ad alios ubique dominantes barbaros migrant, & migraſſe non poenitet.* Vide & *Oroſium* lib. VII. ubi tamen *Baticadae* in MS. Codice, qui apud me eſt, legitur, ſicut & *Baccharidae* in *Euſebii* Chronicis. LIPSIVS ad *Tacit.* Annal. III. Excurſ. H. Legendum *Bagaudicae rebellionis*, ut *Lipſ.* ad *Tacit. Bacaudicae.* De Bagaudis ſupr. ad Panegyr. Maxim. PVTEANVS. Fuſe eadem Gratiarum actione: *Di-*

cae rebellionis obſeſſa, auxilium Romani Principis irrogaret, non ſolum pro ad-
mi-

Divum Claudium, *Parentem tuum*, *ad recuperandas Gallias primi ſollicitaverunt*, & quae ſequuntur. Et inibi nota, ſis, mihi, Lector, *rebelles Gallicanos* vocari, quod hic *latrocinium Batavicae rebellionis*, dubia ac ſuſpecta, meo animo, ſcriptura. Sed hoc primum *Bacaudicae*, ſeu *Bagaudicae* repono, tum obſervo, barbaram, atque intra Gallias, opinor, natam appellationem, ſupra Maximianaeum ſaeculum repetendam, ſiquidem iam inde a Divo Claudio Bagaudae, qui non aliud, quam incolae latrones, ac tyranni. Confer, quae notamus ad *Mamertini* Paneg. Maxim. 4. LIVINEIVS. Non *Batavicae*, ut *Rhenano* placet, tunc enim Batavos Romanis amicos fuiſſe notum eſt, imo varias a Francis iniurias, propterea quod Romano imperio fidi eſſent, accepiſſe, nedum intuliſſe Romanis. Deinde, quomodo eo Batavi penetraſſent? *Bagaudae* autem iidem, qui ſeditioſi & latrones, *Bagauda* latrocinium, tumultus popularis, ſeditio. *Proſper: Eudoxius, arte medicus, pravi ſed exercitati ingenii in Bagauda, id temporis mota, delatus ad Chunnos confugit*; &; *omnia pene Galliarum ſervitia in Bagaudam conſpiravere. Salvianus* lib. V. *Quibus enim aliis rebus Bagaudae facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris?* BAVNE. *Bagaudae*, *Zoſimo* VI. 2. Βακαῦδαι, ruſtici ſunt Galliae, propter iniquitatem Praefectorum tumultuantes, ut *Salvianus* V. Gubern. n. 149. tradit. *Eutropius* IX. 13. *factionem* vocat, *quae Bagaudarum nomen ſibi impoſuerit.* CELLARIVS. De Bagaudis ſatis dictum ad *Mamert.* Paneg. I. Maxim. c. 4. 3. & II. Genethl. 5. 3. IAEGERVS. Mirus eſt h. l. omnium Codd. conſenſus in *Batavicae rebellionis*, quod usque ad *Gruterum* retinuerunt Editores, quem, ex *Lipſii* coniectura *Bagaudicae* ſubſtituentem, uno atque pari ſuffragio, praeter *Rivinum*, reliqui ſunt ſecuti; probavit etiam *Rittersbus.* ad *Salvian.* de Gubern. Dei p. 50. *Voſſius* de Vitiis Sermon. II. 3. Pater meus in Addend. ad *Aurel. Victor.* ad p. 422. locumque ita citarunt *Scaliger* ad *Euſebii* Chronic. p. 243. *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 425. Ipſe quoque *Lipſii* acumen ſequor; primum, quia deeſt Scriptorum auctoritas, qua vocis *Batavicus* uſus defendi queat; omnes enim in *Batavus* conſentiunt; deinde, quod iam adtigit *Baunius*, quia nulla hoc tempore perfidiae Batavorum contra Romanos, aut eorumdem *latrocinii*, occurrit mentio, quos etiam deinde ſua virtute iuverunt, aut a Francis liberarunt Romani; porro, quia per *Batavicam rebellionem* intelligi nequit latrocinium, ab aliis in Batavia motum, cuius nullum eſt apud Hiſtoricos veſtigium; hi enim illud tantum ad Galliam referunt; denique, quia apud pleroſque, hac aetate, ſeditionis fit mentio a *Bagaudis* in Gallia motae, quamvis non pro certo habeam, fueritne eorum receptaculum *Bagaudarum caſtrum*, quod, in Lutetiae agro circa coenobium Foſſatenſe ſitum, ex Charta Caroli Calvi protulit *Du Cange* Gloſſar. med. & inf. Latin. V. *Bagauda*; addatur *Anna* ad *Eutrop.* IX. 20. atque hanc *priorum temporum labem* adpellavit *Mamertinus* Paneg. 4. 1. adde *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 255. Fuerunt autem *Bagaudae* ruſtici & agreſtes, in turbam concitati, novisque adeo rebus ſtudentes, ut Galliam ferro & igni vaſtaverint, agrisque late populatis pleraſque urbium quoque tentaverint, quod tradit *Aurelius Vict.* Caeſ. 39. 17. armatos hosce ruſticos ſuis eleganter coloribus ita depinxit *Mamertinus* Paneg. 4. in fin. *Cum militares habitus ignari agricolae adpetiverunt, cum arator peditem, cum paſtor equitem, cum hoſtem barbarum ſuorum cultorum ruſticus vaſtator imitatus eſt.* Factionis illius initia ſunt ducenda ex Magiſtratuum in provinciis inpotentia, & vexatione, de qua iam ſcripſit Avidius Caſſius in Epiſtola ad generum ſuum, apud *Vulcatium Gallican.* in eius vit. cap. 14. *An ego Proconſules, an ego Praeſides putem, qui ob hoc ſibi a Senatu, & ab Antonino provincias datas credunt, ut luxurientur, ut divites fiant?* & ad rem noſtram adcommodatius *Salvianus* de Gubern. Dei V. p. 91. *Quibus enim aliis rebus Bacaudae facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi inprobitatibus iudicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicae nomen in quaeſtus proprii emolumenta verterunt, & indictiones tributarias praedas ſuas eſſe fecerunt?* horum autem ruſticorum indignatio vires primum animosque ſumſiſſe videtur ſub Imperatore Claudio; ita enim *Eumenius* Grat. action. Conſtantino 4. 2. *quod Divum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias primi ſollicitaverunt, exſpectantesque eius auxilium —— tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt.* ubi vera vidit *Cellarius*, atque ab hoc iam tempore, non a Diocletiani imperio, *Bagaudarum* eſſe nomen repetendum cenſuerim. Vires tamen maiores praeſertim adquiſivit ruſticorum audacia, cum, qui Diocletiano imperium invidebat, Carinus, plures contra eum copias ducturus, Gallias legionum praeſidiis
va-

miratione meritorum, ſed etiam pro miſeratione caſuum attollere, ac recreare voluerunt

vacuas reliquiſſet, ipſique ductu & auſpiciis uterentur Aeliani, & Amandi, quos ideo *monſtra biformia* dixit *Mamertinus* Paneg 4. 3. & Genethl. 3. 4. quo utroque loco alia monui. Hi autem ſucceſſu rerum facti audaciores imperium ſibi ſumſerunt, unde ſuperſunt numi his titulis: IMP. C. L. AELIANVS. P. F. AVG. & IMP. C. CN. SAL. AMANDVS. P. F. AVG. Vid. *Brouwer*. Annal. Trevir. III. p. 191. Pater meus ad *Victor*. Caeſar. 39. 17. & quae dixi ſupr. p. 26. Maxima autem ſeditionis erupit flamma A. CCLXXXV. ad quam exſtinguendam plerique Maximianum a Diocletiano lectum fuiſſe Auguſtum putant, cuius tamen rei aliam dedi rationem ad *Mamertini* Paneg. 4. 2. p. 24. Caeſar itaque adhuc Maximianus egregiam in domandis his agreſtibus operam praeſtitit, ſed homines, militiae parum peritos, levibus vicit praeliis, teſte *Eutropio* IX. 20. unde eodem, quo eruperat, anno oppreſſam fuiſſe ſeditionem dixi ſupr. p. 15. auxilium autem fidele praeſtitit, & virtute ſua Maximiano multum profuit ille, qui poſtea Romanorum partes deſeruit, Carauſius, atque hinc explicanda eſt L. 1. C. Ne ruſtic. ad ull. obſeq. *Ne quis ex ruſticana plebe, quae extra muros poſita capitationem ſuam detulit, & annonam congruam praeſtat, ad ullum alind obſequium devocetur, neque a Rationali noſtro mularum Fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur.* Cum enim in quibusdam Edd: haec lex *Cariſio* inſcribatur, probabiliter *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. V. p. 130. eam ad *Carauſium* pertinere oſtendit, ſolique Maximiano, non etiam, ut eſt in inſcriptione, Diocletiano eſſe tribuendam, niſi eam tueri velles ex eo *Triboniani* more, quem exponit Vir Clariſſ. in Obſerv. Miſcell. T. IV. p. 281. & compreſſa iam ſeditione ideo latam, ne facile iterum tales fierent iniuriae, quibus iſtius modi motibus cauſſa daretur. Haec copioſius; & ordine ſuo ſum perſecutus, ut aliis Panegyricorum locis lucem praebeant. Ad huius lectionem revertor. Agreſtium eorum nomen varie in Codd. exſtat, ex conſtanti Librariorum in nominibus propriis errore; *Senecaudae*, *Bagandae*, *Bangandae*, *Baugandae*, *Baucadae*, *Caudae*, *Vagabundae*, *Bacuadae*, *Batuadae*, *Vacaudae*, in variantibus lectionibus apud *Eutropium* IX. 20. *Oroſium* VII. 25. *Boagandae* apud *Baluzium* ad *Salvian.* Gub. Dei p. 343. *Baccharidae* in *Euſebii* Chronico, *Bagandae* apud *Iornandem* de Regn. ſucceſſ. I. p. 700. denique *Bagaudae* iis locis, quae habet *Vinetus* ad *Eutrop.* IX. 20. etiam apud *Victor*. Caeſar. 39. 17. a quo nihil differt Βακαύδαι apud *Paeanium* Paraphr. IX. 20. & *Bacaudae* apud *Salvian.* Gub. Dei V. p. 91. adde *Voſſium* de Vit. Sermon. II. 3. neque minor eſt in vocis origine diſcrepantia. Eam *Bagaudarum* in Hebraeo ſermone quaeſivit *Arnoldus Pontacus*, neque videtur diſſentire *Boxbornius* Origin. Gallic. p. 21. in Graeco βαγεύειν alii, quae opiniones non alia ſeſe ſpecie commendant, quam in illius aetatis conſuetudine, qua in talibus ingenii acumen captabant; vere *Voſſius* d. l. I. 1. & II. 3. Gallicam eſſe vocem pronunciavit, quam a *bagan*, ruſticos, qui caulas populantur, deſignante derivat. Alii *Bagaudas*, *Bacaudas*, *Vacaudas*, quae tria dialecto tantum differre cenſet *Adamus* ad *Salvian.* V. p. 240., manaſſe contendunt a *bagat*, id eſt, turba, hominum collectione, & *gau* ſilva, ut deſignentur ſilveſtres ruſtici. Conf. *Baſnage* Annal. T. II. p. 448. *Du Cange* Gloſſar. med. & inf. Latin. V. *Bagauda*, *Leibnitz*. Collect. Etymol. p. 91. aut a *bugad* tumultuatio, quod *Heumanno* placuit in Epiſt. ad *Grunerum*, inſerta *Eutropio Verheykii*, IX. 20. denique *Schwarzius* ſupr. ad Paneg. 4. in fin. compoſitam putat ex *bag*, vel *bac*, vel *pak*, & *auwe* vel *gau*, ut deſignet multitudinem ſceleſtorum, neſcio tamen, utrumne in talibus compoſitis *pak* magis in fine, quam principio addatur, ut in exemplis ab ipſo prolatis, *diebesback*, *Hurenback*, quo magis dicendi fuiſſent *Gaubacae*, quam *Bacaudae*. Aliam iterum viam eſt ingreſſus *Glareanus* ad *Eutrop.* IX. 20. qui maluit dici *Purengardas*, cum enim in altero *Euſebiani* Chronici Codice exſtet *Progaridarum*, vocem eſſe depravatam cenſet ex *Purengard*, eamque compoſitam ex *gard* collectio, & *puren* ruſtici. Denique, qui *Bagandas* fuiſſe dictos opinantur, repetunt a *banda* equitum turma, unde *bandum* vexillum militare, de qua voce vid. *Voſſius* de Vit. Sermon. II. 3. & *Kilianus* in Lexic. V. *Bande.* ex *banda* enim coniiciunt formatum eſſe *Bachanda*, Gallorum more *ch* inſerentium, & inde manaſſe *Babanda.* ita *Nicol. Loenſis* Miſcell. Epiphyll. IX. 3. quem ſecutus videtur *Brouwer*. Annal. Trevir. III. p. 191. ſed parum hoc vocis interpretationi, a veteribus proditae, conſentaneum videtur; ſcribit enim *Paeanius* in Paraphr. IX. 20. ὄνομα δὲ ἔστι τοῦτο τυράννους δηλοῦν ἐπιχωρίους. Illic τυράννοι ſunt *rebelles*, de quo uſu vide *Marcil.* ad *Sueton.* Veſpaſ. 1. unde ſuſpicor *Bacaudas*, & *Bagaudas* fuiſ-

runt, ipſamque ruinarum eius magnitudinem immortalibus liberalitatis ſuae monumentis dignam iudicaverunt, ut tanto eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum, quanto
2 ipſa moles reſtitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum, ſi res poſcat, aerarium non templis modo ac locis publicis reficiundis, ſed etiam privatis domibus

fuiſſe dictos, a *bac*, ſive *bag*, quod latronem deſignaſſe oſtendit *Schilterus* Gloſſar. Teuton. in V. eo igitur nomine indicarint homines latrociniis regionem vaſtantes, quos *Landlopers* diceremus; terminatio enim *auda* videtur ducta ex *auwe*, & *gouwe*, quod notat regionem, pagum, rus, *Kiliano* interprete; fieri inde potuit Latina terminatio *auda*, aut varia dialectus *auwe* dedit, & *aude*, ut ex *gouwe*, *goude*, quod ſupereſt in urbis *Goudae* nomine, ex *oie*, *ode*, de quo *Huydecoper* ad *Aemilii Stokei* Chronic. T. III. p. 435. & *Cannegieter* in Epiſt. ad Comitem *Lyndenum* p. 54. Hoc autem nomen ab incolis acceperunt, teſte *Aurelio Victore* Caeſ. 39. 17. idem ſentit *Oroſius* VII. 25. *quos Vacaudas vocabant.* in alia iviſſe cenſent *Eutropium* IX. 20. tamquam ipſi ſibi hoc nomen tribuerint; cuius, ut videtur, auctoritate motus idem quoque ſcribit *Cellarius* ad *Eumen.* Grat. act. 4. 2. *Ditmarus* ad *Teſchenmak.* Annal. Cliv. Part. I. p. 78. & dubitanter *Voſſius* de Vit. Serm. II. 3. erraſſe autem *Eutropium* ſtatuit *Heumannus* in Epiſt. ad *Grunerum*, ſupra memorata. Non placet utrumque; ita enim *Eutropius*; *& factioni ſuae Bagaudarum nomen inponerent;* hoc interpretor, effecerunt, ut inponeretur, qua ratione quis ſaepe dicitur id feciſſe, cui facto ſuo cauſſam dedit, ut ab aliis fieret. Dixi in Specim. Obſerv. cap. 1. Denique addo, ex hoc agreſtium motu, *Bagaudam* pro quovis latrone, & perduelle ſequenti fuiſſe tempore adhibitum. Conf. *Scaliger* ad *Euſeb.* Chronic. p. 243. *Rittershuſ.* ad *Salvian.* p. 50. *Boxhorn.* Orig. Gallic. p. 22. *Rupertus* ad *Beſold.* p. 356. *Du Cange* Gloſſar. in V.

Romani Principis] Nempe Claudii Aug. huius nominis ſecundi, cuius opem Aedui, a Bagaudis obſeſſi, imploraverunt. At is, Gotthico bello intentus, ſuppetias eis venire cum non potuiſſet, ipſi poſt ſeptem menſium obſidionem urbem ſuam Bagaudis, eorumque Duci, cui Tetrico nomen, aperire neceſſe habent. Ex quo loco colligo, Bagaudas non Maximiani primum tempore adverſus Romanos coniuraſſe. BAVNE. Conf. *Eumenium* Grat. act. Conſtantino 4. 2.

Irrogantem] *Irrogaret*, Vet. *Bertin. Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. De Bagaudis iſtis divina multa produxit divinus ille noſter *Ioſephus Scaliger*, Animadverſionibus in Chronologica *Euſebii.* At illud *irrogaret*, cum haereret conſtanter in MSS., editionibusque omnibus, revocandum putavi, eiecto *irrogantem:* idem notare videtur, quod *erogare* apud *Tertullianum.* Nam ſi dubitaretur de ſtatu eius, minimo negotio transformari poſſet in *invocaret*, aut adeo *imploraret*, quod ultimum libri ſui margini adlevit, diſciplinarum harum curioſiſſimus, *Bongarſius.* GRVTERVS. Malim *invocaret*, aut *imploraret*, ut ad libri ſui oram notat Vir doctiſſimus, *Bongarſius.* BAVNE. & CELLARIVS. *Irrogaret*, quamvis etiam ſit in *Guelferb.*, ſanum non arbitror; utrum Latine dicatur *irrogare auxilium*, alii videant; ſaltem non congruit cum eo, *irrogare poenam*, & ſimilia, apud *Eumenium* Conſtantin. 10. in fin. *Quinctil.* I. O. VI. 4. p. 573. *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. I. 38. verumne igitur? *rogaret*, ut *ir* manaverit ex ultima vocis praecedentis ſyllaba *is.* non definio; neſcio tamen, qui ſim proclivior in *inploraret*, quia hoc verbum, & in eadem quidem hiſtoria adhibuit *Eumenius* Grat. act. 4. 3. *inplorantibus vobis ſubvenire potuiſſet;* idque magis cum voce *ſollicitare* congruit, quod ibid. n. 2. Aeduis tribuitur.

Caſum] Lege, *caſuum.* ACIDALIVS. *Caſum*, quod hic emendat *Acidalius*, vitium typographi in Edit. *Henr. Stephani* videtur.

Liberalitatis] *Guelferb. libertatis.*

Iudicaverunt] MS. *Moerl.* vitioſe, *vindicaverunt.* IAEGERVS.

Inmanior] Id eſt, magis miranda, ut erudite exponit *Burman.* ad *Ovid.* Triſt. II. 335.

2. *Itaque maximas*] *Guelferb. itaque cum maximas.*

3. *Artifices transmarinos*] Extrema laudatione in Conſtantium Caeſarem: *Quin etiam illa, cuius nomine mihi peculiariter gratulandum, devotiſſima vobis Aeduorum civitas* (Auguſtodunum ſignificat) *ex hac Britannicae facultate victoriae plurimos, quibus illae provinciae redundabant, accepit artifices*, &c. LIVINEIVS. *Lipſius* ibidem loci vult artifices illos transmiſſos e Graecia, quoniam in Britannia non elegantiarum eiusmodi copia. Aſtruit tamen hoc de Britannia locus Panegyrici, vulgo Maximiano, ex noſtra mente Conſtantio dicti, ad ipſum finem: *devotiſſima vobis civitas Aeduorum ex hac Britannicae facultate victoriae plurimos, quibus illae provinciae redundabant, accepit artifi-*

bus indulgent: nec pecunias modo, ſed etiam artifices transmarinos, & ex ampliſ- 3
ſimis provinciarum ordinibus incolas novos, & devotiſſimarum hiberna legio-
num, quarum invicta robora, ne in his quidem, quae nunc cum maxime gerunt,
bellis, requirunt, ut commodis noſtris ſtudio gratiae hoſpitalis operentur, & reſi-
des

tifices, & nunc exſtructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum inſtauratione conſurgit. ACIDALIVS. & BAVNE. Cum poſt Britanniam a Conſtantio devictam haec ſit Oratio habita, *artifices transmarini* non alii ſunt, quam Britanni, inde tranſlati, & ad opera publica adhibiti. *Lactantius* M. P. 7. 8. *non minor provinciarum exactio in exhibendis operariis, & artificibus.*

Provinciarum ordinibus] *Ordinibus provinciarum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.*

Incolas novos] Pro Flavienſibus ad Conſtantinum: *Divus Pater tuus civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere, perditamque recreare, non ſolum pecuniis ad calendaria largiendis, & lavacris, quae corruerant, exſtruendis, ſed & metoecis undique transferendis*, &c. LIVINEIVS. & CELLARIVS.

Devotiſſimarum] Imperatores in Aeduis aliquot legiones reliquerant, ut aquaeductus repararent, novosque alveos ad commodum civitatis facerent. CELLARIVS. Id eſt, non tantum addictiſſimarum, ut in Indice *Baunius*, ſed ſacramento Imperatori devotarum, interprete *Burmanno* ad *Nemeſian.* Cyneg. 83. talis videtur eſſe *devota cohors* apud *Mamertin.* Iulian. 25. 1.

In his] *In* abeſt a *Bertin.* LIVINEIVS. *Guelferb.*, *in iis.*

Nunc cum maxime] Sic lego hunc locum, *quarum invicta robora, ne in his quidem, quae nunc maxime gerunt, bellis* &c. PVTEANVS. Vide Paneg. I. cap. 2. n. 1. CELLARIVS. *Puteani* confirmatur coniectura ex *Guelferb.* in quo *cum* abeſt, & ita edidit *Patarolus*, forte ex Cod. *Veneto*, quo fuit uſus. Nihil tamen mutavi ob ea, quae dixi ad *Mamertin.* Paneg. 2. n. 1.

Egent bellis] Vet. *gerum*, forte *gerunt.* PVTEANVS. *Gerunt* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Requirunt* ſcilicet Principes. *Egent* forte rectum, ut aliquid ſubintelligatur. Tamen malim *vigent.* ACIDALIVS. *Cuſpin.* & *Livineius*, cum *Rh. St. egent. Acidalius* malit *vigent.* IAEGERVS. *Gerunt* repoſuit *Gruterus*, quod ſequentes, praeter *Rivinum*, retinuerunt. Confirmat quoque *Guelferb.* Si adſtipularentur Codices, *egent*, iuncto caſu quarto *quae*, poſſet retineri, antiquis *egere aliquid* non contemnentibus; ita *Plautus* Menaechm. I. 2. 12. ubi *multa egere* ex *Catone* apud *Gellium* XIII. 22. adhibuit *Taubmannus*, & apud *Salluſtium* Iugurth. 102. in Cod. eſt, *pauca munimenta egebat*, quod in Indice probat *Waſſeus.* Expreſſi tamen *gerunt*, tum propter Codices, tum quia in *egent* quid incommodi deprehendes, ſi verborum ordinem conſideraveris.

Requirunt] Sine ullo ſenſu. Repone, *ne in his q. quae n. c. m. ger. requierunt, ut comm. n. ſt. gr. h. operentur, nec reſides aquas, ſed novos amnes*, &c. aut, *& recentes aquas, & n. a.* VONCK. Specim. Crit. p. 128. Loco τȣ *requirunt*, quod ad Imperatores Caeſaresque referendum, Cod. *Moerl. requiruntur.* IAEGERVS. Recte iam, praecedenti obſervatione, *requirunt* ad Principes retulit *Acidalius; Vonckii* coniectura Oratoris menti adverſatur; milites enim, quibus in bellis indigebant, inſtaurandis potius Scholis adhibebant, quam ut eorum opera, in re militari, uterentur, hoc enim indicat *requirere*, ut *requirere auxilia* apud *Phaedrum* I. 31. 2. *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 201. quibusdam omiſſis citat, *hiberna legionum adhibent, ut reſides* &c.

Operentur] *Seneca* de Benef. VII. cap. 14. *At hic diebus noctibusque ſe laſſavit, & omnibus aliis renuntiavit officiis; huic uni imminens & operatus, ne quâ ſe fugeret occaſio. Muretus* temere reſcripſit, *imminens & opperiens*, contra omnem vetuſtam lectionem. *Tacitus* Annal. III. *nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis ibi operatam*, &c. Auctor in Conſtantium Caeſarem: *ille vagus, ille praedator exercitio ſqualidus operatur.* LIVINEIVS. *Pacatus* Paneg. 3. 1. *divinis rebus operantes.* —— In *Guelferb.* eſt, *commodis veſtris*, male; ſupr. n. 1. *in nos benevolentiae.* & recta eſt *Baunii* interpretatio: *ut nobis commodent pro eo, quo ſuſceptae ſunt a nobis, hoſpitio.*

Reſides] Forte, *reduces.* LIVINEIVS. Si quid emendandum, hoc mallem, quam *Vonckii* in obſervatione praecedenti *recentes.* Vulgatae inhaereſco, ſunt enim *aquae reſides*, quae currere deſierant, ut apud *Varron.* de R. R. III. 17. 8. Sed hac Imperatorum liberalitate erant redditae. Sunt itaque eaedem, atque aquae *recentes*, a quibus *novos amnes* diſtinguit; eſt enim *recens*, quod nuper, *novum*, quod nunc primum habemus. Conf. *Cortium*

des aquas, & novos amnes veluti aridis feſſae urbis viſceribus refundant.

Cap. V. Ex quo manifeſtum eſt, eos, qui coloniam iſtam tot tantisque opibus totius imperii erigere, atque animare ſtatuerunt, vel praecipue ſedem illam liberalium litterarum velle reparari, cui peculiarem frequentiam honeſtiſſimae iu-
2 ventutis, illuſtrato ſtudiorum honore, providerint. Cui enim umquam veterum Principum tantae fuit curae, ut doctrinae atque eloquentiae ſtudia florerent,
3 quantae his optimis & indulgentiſſimis dominis generis humani? quos ego, quod ad

tium ad *Salluſt.* Catil. 54. 4. Praeterea *Guelferb.* *ut reſides*, quod propter ingratam repetitionem minus placet.

Infundant] Cod. *Moerl.* & *Gud.* *refundant.* IAEGERVS. Et hoc reſtitui; aquae enim reſides, quae currere deſierant, magis *refundebantur.*

1. *Coloniam*] Referam ad incolas novos, de quibus praeceſſit. Nam alioqui coloniam Auguſtodunum non reperio. LIVINEIVS. & CELLARIVS.

Operibus] Vet. *opibus.* PVTEANVS. *Opibus* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. Vide, ne mutandum *opibus*, aut, illo retento, etiam hoc poſt ipſum inſerendum. ACIDALIVS. *Opibus*; ita placuit cum tribus exemplaribus, antea erat *operibus*, quod heic minus appoſitum. Id vocis iterum reduxi, totidem Codicibus antiquis ſuadentibus, cap. 7. ubi erat: *quia mutuis operibus, & praemiis iuvari, ornarique.* GRVTERVS. *Opibus* primus exhibuit *Gruterus*, quem, praeter *Rivinum*, ſecuti ſunt reliqui; confirmat etiam *Guelferb.* Conf. ad *Mamertin.* Genethliac. 6. 5.

Et praecipue] *Vel praecipue* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* *Rhen.* LIVINEIVS. Et *Guelferb.* Omnes iam, praeter *Paullum Stephanum*, & *Livineium* ediderunt *vel*, de cuius uſu vide ad *Eumenium* Conſtantio 1. 3.

Liberalium litterarum] Cod. *Moerl.* habet, *liberalium artium*, ſed margini adſcripta eſt vox *literarum*, cui haud facile alias additum invenitur epitheton *liberal.* cum *literarum* nomine ſolo omne fere genus artium liberalium comprehendatur. Vid. *Erneſti* Cl. *Cic.* V. *Literae.* IAEGERVS. *Liberalium artium*, quod eſt in *Moerl.*, citat *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 201. Videtur illud *litterarum* tranſtuliſſe ex *liberalibus ſtudiis*, quibus Galliarum ſubolem Auguſtoduni operatam tradit *Tacitus* Annal. III. 43. *liberalia ſtudia* etiam Conſtantinus in L. 6. C. de Profeſſ. & Medic. *diſciplinae liberales* ſunt apud *Symmach.* Epiſt. I. 21.

Reparare] *Reparari*, Vet. *Cuſpin.* *Rhenan.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & *reparare* tantum ediderunt *Paull.* *Stephanus*, & *Livineius.*

Cum peculiarem] Vet. *peculiarem.* PVTEANVS. *Cui peculiarem freq.* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* *Rhenan.* LIVINEIVS. *Peculiare* interiectiuncula talis eſt, quales in *Valerio* aliquot notavimus, & *Tacito.* Separetur ergo ab aliis parentheſis nota. ACIDALIVS. Quidam, etiam *de la Baune*, tollunt epitheton *peculiarem.* CELLARIVS. Τὸ *peculiarem*, quod in textu *Livineii*, & *Baunii* deeſt, tuentur Codex membranaceus *Livineii*, ipſo teſte, itemque apographum *Bertinienſe*, vetus liber *Puteani*, editio *Cuſpiniani*, *B. Rhenani*, *Stephani*, *Grut.* quibus accedit auctoritas Codicis *Moerl.* *Acidalius* legit *peculiare*; &, *interiectiuncula talis eſt*, inquit, *quales.* —— Quod haud facile cuiquam probabitur. IAEGERVS. *Cui peculiarem* eſt quoque in *Guelferb.* Variant autem in hoc loco Editores; antiquiſſima lectio eſt, *cum peculiarem*, quam dedit *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Balduinus*, & in ſecunda *Rivinus*; *cum peculiare*, *Henr.* *Stephanus*, & in prima *Rivinus*, porro *ut frequentiam*, omiſſa voce *peculiare*, *Livineius*, & *Paull.* *Stephanus*; *cui peculiarem frequentiam*, *Gruterus*, *Patarolus*, & *Iaegerus*; *cui frequentiam*, *Baunius*, cuius auctoritate motus *Cellarius* uncis *peculiarem* incluſit. Vera eſt lectio, quam cum *Grutero*, aliisque exhibui, ut *peculiaris frequentia* ſit ſpecialis, & huic ſedi velut propria, qualia ſunt *peculiaria officia* apud *Iuſtinum* XXII. 2. 5. *peculiare ſecretum*, *Auſonius* Grat. act. 4. in fin. ſi *peculiare* eſſet ex *Acidalii* opinione capiendum, potius *peculiariter* ſcripſiſſet, ut ſupr. 2. 2. Paneg. Conſtantio 21. 2. Grat. action. 9. 3.

2. *Doctrinae*] *Guelferb.* *doctrina*, alter caſus rectior, ut *ſtudia doctrinae* ſunt apud *Ciceron.* de Senect. 14. de Legib. III. 6. Orator. 10.

Dominis] Diocletiano & Maximiano Augg. BAVNE. Intelligit, puto, Maximianum Herculeum, & Conſtantium Chlorum. PATAROL. Poſteriorem ſententiam probo.

3. *Quantum ad*] Sic P. & B. *quos ego quod ad votum.* PVTEANVS. *Quod ad votum*, Vet Infra:

ad votum pietatemque pertinet, liberorum noſtrorum parentes appellare non
dubito: qui nobiliſſimam iſtam indolem Galliarum ſuarum, interitu ſui doctoris
orbatam, reſpicere dignati, ſuo potiſſimum iudicio praeceptorem ei moderato-
remque tribuerunt, & inter illas Imperatorias diſpoſitiones, longe maioribus ſum-
mis reipublicae gubernandae proviſionibus occupatas, litterarum quoque habue-
re delectum: neque aliter quam ſi equeſtri turmae, vel cohorti Praetoriae con- 4
ſulendum foret, quem potiſſimum praeficerent, ſui arbitrii eſſe duxerunt; ne ii,
quos

fra: *Hoc ego ſalarium, quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio*, &c. Rurſum: *Quamobrem, ut dixi, ſexcena illa, quantum ad honorem ſpectat, accipi oportere cenſeo*, &c. Alterum tamen haud damnem. Sic enim *Mamertinus* in Maximianum A *Sit licet hic illi urbi natalis dies, quod pertineat ad originem Pop. R.* &c. *Votum* vero, id eſt, benignam voluntatem & ſtudium, infra: *Habes, V. P., ſtudii ac voti mei profeſſionem.* LIVINEIVS. & BAVNE. *Livineius* in exemplari ſuo membranaceo invenit, *quos ego quod ad votum*, cui proxime accedit ſcriptura *Moerl.* & *Gud. quos ego quo ad votum.* IAEGERVS. Repoſui *quod ad*, ita iubentibus Codd.

Indolem Galliarum ſuarum] Ideo *ſuarum*, quod plurima ibi confecerint bella, victoriasque retulerint, & quod plurimum ibidem perſtiterint. PATAROL. Legamne *ſubolem?* id eſt Auguſtodunenſium iuventutem, ut *Tacitus* Annal. III. 43. Auguſtoduno tribuit *nobiliſſimam Galliarum ſubolem, liberalibus ſtudiis ibi operatam*, & ita *iuventutem Galliarum* dixit infr. cap. 6. init. an vero hanc vocem repetiit ex Imperatorum litteris de Schola inſtauranda? ita enim cap. 14. 1. *Merentur —— & ipſi adoleſcentes, —— ut eorum indoli conſulere cupiamus*, ſed ibi alia eſt vocis ratio. Potius tamen nil mutem, & *indolem* pro adoleſcentibus & ſubole accipiam, ut apud *Salvianum* Epiſt. 4. p. 176. *veſtri ſanguinis indoles*; & p. 178. *parvas ante ſubſellia auditorum indoles ſuas in conſeſſu iudicum produxit*; & Epiſt. 8. p. 183. *ut indoles ſanctae aeque doctrina ac vita inluſtrarentur*, ubi *Rittershuſius.* De iuventute eximiae indolis vocem accepit *Wopkenſius* apud *Florum* I. 6. 1. invito tamen *Burmanno.* Conf. Obſerv. Miſcell. T. VIII. p. 57. & 386. T. IX. p. 267.

Interitus ſummi doctoris] Alii *interitu.* RHENANVS. Vet. *interitu.* PVTEANVS. MS. *Moerl.* & *Gud. interitu ſui.* IAEGERVS. Vsque ad *Paullum Stephanum* edebatur *interitus*, quod in prima Edit. retinuit *Rivinus*, nullo ſenſu, & vocis ſequentis littera adhaeſiſſe videtur; *interitu* confirmant Codd. & *Schonhovii* excerpta. *Sui* ex Codd. *Iaegeri* reſtitui, Conf. ſupr. ad *Mamertin.* Genethliac. 11. 5.

Praeceptorem ei] Pronomen ignorat *Guelferb.*

Inter Imperatorias] *Inter illas Imp.* Vet PVTEANVS. *Illas* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte *illas* recepit *Gruterus*, & deinde omnes, praeter *Rivinum.* Probat etiam *Guelferb.* niſi quod in eo ſit *Imperatoris. Diſpoſitiones* notant formam conſtituendae, regundaeque rei publicae. Conf. *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. cap. 18.

Diſpoſitiones ſummis] *Diſpoſitiones longe maioribus, Bertinienſ. Cuſpin. Summa* Vet. *Bertin.* Forte, *ſummae.* LIVINEIVS. *Rhenani*, & *Livineii* editionem ſequor; in aliis eſt, *longe maioribus ſummis.* BAVNE. *Longe maioribus*, quas voces *Rhenanus*, *Livineius*, *Stephanus*, *Baunius*, *Patarol* omittunt, praefert MS. *Bertinienſ*, editio *Cuſpiniani*, Cod. *Moerlianus.* Pro *ſummis*, quod vulgo habetur, *Livineius* in *Bertinienſi.* apographo, & veteri Codice ſuo invenit *ſumma*, unde pronum ipſi fuit coniicere *ſummae*, quam vocem, adductus auctoritate *Gronovii* ad *Liv.* XXVI. 10., recipiendam duxi. IAEGERVS. Omnes fere, *diſpoſitiones ſummis rei publicae.* Ex Codicibus additum eſt *longe maioribus*, quod etiam habent *Schonhovii* excerpta. Ad horum itaque fidem, in primis *Cellarius* dedit, *longe maioribus ſummis*, ſed abhorret ab aurium adprobatione haec lectio, & quid ſunt *longe maiores ſummae proviſiones? Livineium*, emendantem *longe maioribus ſummae Reip. gubernandae*, ſecutus eſt in textu exprimendo *Iaegerus*, auctoritate *Gronovii*, cuius emendatio vitioſe in Edit. *Drakenborchiana* exhibetur. Ipſe mihi tantum ſumere non audeo, ut coniecturam, quamvis elegantem, in textum recipiam, quem adeo ſecundum *Cellarium* dedi, donec meliora proferant Codd. Mihi *ſummis* delendum videtur; eſt enim, ni fallor, Gloſſa τῶν *longe maioribus.* ita enim *longe*, comparativo additum, eumdem intendit. *Mamertin.* Paneg. 3. 3. *longe illa maiora ſunt. Nazarius* Paneg. 21. 2. *longe operoſior. Lactantius* de Ira cap. 11. n. 12. *longe antiquior.*

Dilectum] Felix Reſpublica, in qua Principes
non

quos ad ſpem omnium tribunalium, aut interdum ad ſtipendia cognitionum ſacrarum, aut fortaſſe ad ipſa palatii magiſteria provehi oporteret, veluti repentino nubilo in mediis adoleſcentiae fluctibus deprehenſi, incerta dicendi ſigna ſequerentur.

CAP. VI. In quo ego, V. P., nihil laudi meae tribuo, ſed domini noſtri Con-

non minus litterarum, & eruditorum, quam militum curam agunt, & litterarios dilectus habent. CELLARIVS. Revocavi ex *Guelferb.*, & antiquioribus Edd. *delectum.* Conf. Not. ad *Aurel. Victor.* 47. 2. *Drakenb.* ad *Livium* XXVII. 52. 4. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Caeſ. 79. *Duker.* ad *Flor.* IV. 2. 5. quamvis diſſentiat *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 36. 3.

4. *Ad ſpem*] Qui nimirum ſtudiis legum, & civilibus cauſis coram iudice tractandis velint ſe addicere. PATAROL. Malim *ad aciem omn. tr.* totus enim eſt in metaphora a re militari. Sic c. 2. *aciem fori* dixit. VONCKIVS. Specim. Crit. p. 128. De *acie fori* plura dixi ad cap. 2. n. 3. Sed nihil muto.

Cognitionum Sacrarum] *Cognitores ſacri*, ſeu *iudices ſacrarum cognitionum* dicebantur iudices aulici, ſive in ſuis tribunalibus, ſive in conſiſtorio Principis, quales erant Praefectus Praetorio, eius Vicarius, Magiſter officiorum, Quaeſtor, Comes ſacrarum largitionum, Comes rerum privatarum, & una cum Principe controverſias imperii dirimerent. BAVNE. Innuit iudices ſacrarum cognitionum, qui nimirum iudicabant cauſas maioris momenti, & propiores gradu erant Imperatoribus. Ideo cognitiones illae *ſacrae* dictae, ſicut & plures alias dignitates, magis intimas Palatii, *Sacras* appellatas fuiſſe licet obſervare. PATAROL. Conf. *Gutherium* de Offic. Dom. Aug. I. 25.

Palatii magiſteria] *Stipendii* Vet. Plura invenio, Officiorum, Scriniorum Memoriae, Epiſtolarum, Libellorum, deque iis *Eumenium* loqui exiſtimo. Sunt & alia, ſed quae minorum, ut ſic dixerim, gentium. *Stipendii* vero *magiſterium*, opinor, nullum, valdeque dormitaverit ſcriba, cum *ſtipendii* exſcripſit pro *Palatii*, inhaerente memoriae e verſu proximo *ſtipendii* voce. LIVINEIVS. Magiſtri ſcriniorum, Libellorum, Admiſſionum, Epiſtolarum, Officiorum, & alii omnes, quibus in Imperatoris aula munus erat aliquod, *Magiſtri* vocabantur. *Auſonius* de Tiberii Victoris Burdegalenſis Schola:

> *Mille foro dedit haec iuvenes: bis mille Senatus*
> *Adiecit numero, purpureisque togis.*
> *Me quoque* &c.

BAVNE. Quae plurima, neque hic opus referre. Vide Notitiam dignitatum utriusque Imperii, & in eam Commentaria luculentiſſima *Guidi Panciroli.* PATAROL. Vid. *Guther.* de Offic. Dom. Aug. L. II. c. 20. 21. IAEGERVS. Haec *Magiſteria Palatina* adpellat *Sidonius* Epiſt. I. 3. ubi *Sirmondus.* In *Guelferb.* eſt, *ut fortaſſe.*

Deprehenſi] An *deprenſi?* ut *mari deprenſus* apud *Virgilium* Aeneid. V. 52. late dixi ad *Arator.* II. 683. Similis metaphora apud *Pacatum* Paneg. 7. 4. *diu tamen vitiorum turbo iactavit, & naufragos atque fluitantes ab illis, quibus merſabantur, erroribus aegre aetas recepit.* alii hanc *lubricam aetatem*, *lubricum adoleſcentiae* adpellant, de quo *Buneman.* ad *Lactant.* Epit. 63. 7.

1. *In quo ego*] Revocavi omiſſam a *Baunio* vocem *ego*, quam in editis omnibus, & in MS. *Moerl.* inveni. IAEGERVS. Abeſt tamen a *Guelferb.* ſed iure revocata. infr. 17. 5. *quod quidem ego meum* —— *ſtudium non confiterer.* Eamdem opem feram *Quinctiliano* Declam. I. cap. 2. *neque graviſſimum patrem ſuprema ſua iuveni iactaſſe crediderim.* in MS. meo eſt, *neque ergo*, unde conieci, *neque ego*, iam video ita in ſua Edit. dediſſe *Obrechtum*, male a *Burmanno* neglectum. Apud *Salluſt.* Catil. 52. 24. *Daventrienſis* cum quibusdam aliis; *ſed ego haec omitto;* confer *Cortium;* Idem Cod. in Iugurth. 4. 5. *nam ſaepe ego audivi. Ciceronis* locum de Orat. II. 90. eodem modo ſanavi ad *Sedulium* Epiſt. ad Maced. p. 14.

Conſtantii] *Conſtantini*, *Bertin.* Falſo *Conſtantini.* Patet de Epiſtola, quam mox inſeret. Et profecto erant tum Conſtantius & Armentarius, non etiam Conſtantinus, ſub Auguſtis Diocletiano & Maximiano Caeſares. Eaque dignitas, poſteriori ſeculo, in locum ſucceſſit Principum Iuventutis, qui ſub Octaviano Auguſto, ac Republ. florente. Quo reſpexit Auctor, cum ait, *vere Principis iuventutis.* Quamquam & videri poteſt, ſenſiſſe, ob tam ſollicitam erudiendae iuventutis curam *Principis iuventutis* appellationem meruiſſe Conſtantium. LIVINEIVS. Non *Conſtantini*, ut male aliqui legunt. BAVNE. In *Guelferb.* etiam eſt *Conſtantini;* haec nomina ſaepe permutata, prae-

Conſtantii, vere Principis iuventutis, incredibilem erga iuventutem Galliarum ſuarum ſollicitudinem, atque indulgentiam mirari ſatis nequeo: qui honorem 2
litterarum hac quoque dignatione cumulavit, ut me, filio potius meo ad priſtina mea ſtudia aditum molientem, ipſum iuſſerit diſciplinas artis oratoriae retractare, & hoc ipſi palatio Parentis ſui munus invexerit, ut mediocrem quidem

praeſertim in Legum inſcriptionibus, & quibusdam locis inferius.

Principis] Sic Vet. *Conſtantii vere Principis iuventutis.* PVTEANVS. *Vere Principis*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Provectior aetate Conſtantius erat, quam ut in iuvenibus cenſeri poſſet. Ita autem dicebantur Caeſares, quia Auguſtis inſtar filiorum erant. Hoc loco ſuavis adluſio, eum vere *Principem iuventutis* dici, qui iuventutis inſtituendae curam habeat. CELLARIVS. Poſterius illud de iuventutis cura modo iam *Livineio* placuit, & *Gothofredo* ad L. 1. Cod. *Theodoſ.* de Medic. & Profeſſ. *Cuſpiniani vere*, ab aliis omiſſum, revocavit *Gruterus*, & recte, praeter *Rivinum*, retinuerunt ſequentes, conſentientibus etiam Codd. ut *vere Deus* apud *Plinium* Paneg. 36. 1. adde Patrem meum ibid. 80. 3. *veram virtutem*, *verum genus* inluſtravit *Withof* Diſſert. II. de *Catone* p. 568.

Inventis] Pro *Conſtantii Principis inventis* emendavi, *Principis iuventutis.* Sic & *Onufrius* laudat veterem nummum, in quo legitur haec inſcriptio: M. VALER. SEV. NOB. CAES. PRINCIP. IVVENTVT. Hic vero Severus factus eſt Caeſar, cum Conſtantius factus eſt Auguſtus. Indicat autem ea inſcriptio, eo ſeculo Caeſares plerumque etiam dictos eſſe *Principes Iuventutis.* Siculi, & duo illi antiqui lapides, Valentiae in Hiſpania reperti, in quibus Herennius Decius, & Hoſtilianus inſcribuntur, *Nobiliſſimi Caeſares & Principes Iuventutis.* Sed & proferuntur antiquiores Inſcriptiones, in quibus Caeſares C. & L. dicuntur *Conſules deſignati & Principes Iuventutis.* Dico Caeſares C. & L., hoc eſt, *Caium* & *Lucium*, natos ex M. Agrippa, & Iulia Auguſti filia, adoptatos deinde ab Auguſto, ſicuti & *Corn. Tacitus* teſtis eſt, Tiberium, vivente Auguſto, *Principem Iuventutis* appellatum eſſe. Sed eo tunc titulo donabantur adoleſcentes Caeſares, qui praefuerant ludicro illi certamini armatae iuventutis, quod *Troianum* vocabant. Poſtea vero hic titulus videtur abs illa ludicra ad ſeriam militiam translatus, ut, quemadmodum Duces olim poſt inſignem aliquam victoriam dicebantur *Imperatores*, ſic & Caeſares dicerentur *Principes iuventutis.* BALDVINVS. Quid illud *inventis?* an *Principis iuvenis?* aut potius, *Principis iuventutis.* De *Principe iuventutis Lipſ.* in Electis. ACIDALIVS. Nullam poteſtatem hac appellatione indicari, nemini opinor non notum, ſed dignitatem tantum quandam, qua Imperatorum filii, aut eorum, qui ad ſpem educarentur imperii, adoleſcentia cohoneſtabantur. A Caio & Lucio, Agrippae filiis, quos Auguſtus adoptatos Conſules deſignarat, nomen illud ad alios tranſlatum eſt. Sic Tiberius, Auguſto vivente, ſic ſexcenti alii *Caeſares* dicti ſunt, & *Principes Iuventutis.* Hoc ſenſu Conſtantius Caeſar *Princeps Iuventutis* dicitur, praeterea &, quod praecipuam educandae iuventutis curam gereret. BAVNE. De hoc tit. vide obſerv. praecedenti, & *Menard.* ad *Ciceron.* act. I. in Verr. 54. Recte poſt *Stephanum* deletum fuit *inventis*, excepto *Rivino*; alterum confirmant Codd. & Vet. *Puteani* praeced. obſervat.

Indulgentiam mirari] In *Guelferb.* eſt *imitari.* Recte *indulgentia*, curae paternae propria, qua adoleſcentes artibus moribusque formandos proſequebantur Principes. *Iuſtinus* X. 1. 3. *per indulgentiam pater regem vivus fecit.* ubi *pater* contra *Schefferum* recte tuetur *Wopkenſius* Obſerv. Miſcell. Nov. Vol. ult. *Cicero* de Orat. II. 40. *qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus.* ubi male *Traiectinus*, *diligentia.* *Auſonius* Gratiar. act. 15. 7. de Gratiano Imp. *indulgentia pater.*

2. *Me potius*] *Me*, *filio potius* Vet. *Bertin. Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Filio* etiam omiſit *Paull. Stephanus*, quamvis *Henricus Stephanus* iam revocaſſet.

Ad priſtina] *Potius meo ad*, Vet. *Bertin. Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Qui *filio* ignorant, illud *meo* quoque neglexerunt. Aliter Codd. & *Guelferb.* niſi quod *priſtinum* habeat, ut mox Vet. *Puteani.* forte, *filio meo priſtinum in mea ſtudia.* Sed praeſtat vulgata.

Studia molientem] Sic Vet. *meo quoque priſtinum mea ſtudia aditum molientem.* *Vatic.* *meo ad priſt. m. ſtud. ad. mol.* PVTEANVS. *Aditum*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Sive *moliente.* Sed illud relinquo. ACIDALIVS. *Aditum* recte recepit *Gruterus*, a *Rivino* iterum neglectum in prima Edit.

Iniunxerat] Vet. & *Vat. invexerat.* PVTEANVS.

dem pro ingenio meo naturaque vocem, caeleſtia tamen verba, & divina
ſenſa Principum prolocutam, ab arcanis ſacrorum penetralium ad privata Mu-
3 ſarum adyta tranſtulerit; non utique quia mihi, quem (quod ſine invidia
dixerim) tanta dignatione reſpicit, quanta pro ſummis honoribus debet ſuffi-
cere ſapienti, vellet aliquid, impoſita iſta profeſſione, detrahere; ſed ut pro-
4 feſſioni ipſi, ex eo honore, quem geſſi, adderet dignitatem. Cui igitur eſt
du-

NVS. P. C. *ut me filio potius meo ad priſtinum mea ſtudia aditum molientem, ipſum iuſſerit diſciplinas artis oratoriae retractare, & hoc ipſo parentis munus iniunxerat.* B. & F. & *Vat. invexerat.* IDEM. Bone Navi, quo tantum diverſus abis? ecce enim conſenſu qua editi, qua ſcripti Codices, *& hoc ipſi palatio parentis ſui munus invexerat*, repraeſentant. *Invexerat*, inquam, nam *iniunxerat*, quod *Cuſpin. Rhenan.* pro *invexerat* habent, ineptum ad ſententiam. Sed ignoſco vero haud gravate, ſi mentem non vidiſti, qui non optime videre ſoles, poſtquam ne illa ipſa quidem lectio prorſus conſtituta. Stabiliam ego, &, immiſſa *qui* vocula, atque altera *ut* expuncta, locum hunc omnem ſic exſcribam, *& qui hoc ipſi pal. par. ſui mun. inv. mediocrem* &c. *Parentis ſui* expone Maximiani A., qui Conſtantium (nam de eo ſermo) Caeſarem crearat. Itaque infra *Caeſar Herculius* vocatur. *Hoc munus*, id eſt, me Oratoriam profeſſum. Planus iam, ni fallor, & perſpicuus ſenſus, quem ultra non perſequor. LIVINEIVS. Forte *iniunxerit.* ACIDALIVS. *Hoc mihi munus iniunxerit.* Retinui lectionem a *Baunio* receptam, licet haud ſanam eſſe facile intelligi poſſit: nam τὸ *iniunxerit*, & *ut tranſtulerit*, male cohaerent. Tolli fortaſſe poſſit quadam tenus difficultas, ſi legas, *hoc mihi munus iniunxerit, & mediocrem*, cet. Verum & ſic valde frigent verba, *hoc mihi munus iniunxerit*, & prorſus ſupervacanea ſunt. *Cuſpinianus* habet, *& hoc ipſi Palatio parentis ſui munus iniunxerat, ut mediocrem* &c. Eadem exhibet *Rhenanus*, & *Stephanus*. *Livineii* textus praefert, *& hoc mihi munus iniunxerat.* Edit. *Paris.* A. 1643. *& hoc ipſi Palatio par. ſui m. invexerat, ut m.* & hanc ſequitur *Cellarius*, ac *Patarol.* MS. *Moerl.* & *Gud.* *& hoc ipſo parentis ſui munus invexerit.* IAEGERVS. Quam *Cuſpinianus* dedit lectionem, eadem iam fuit *Puteolani*, idemque praeter *Henricum Stephanum* exhibuit quoque *Rivinus*. *Livineium* ſecutus eſt *Paullus Stephanus*; *Balduinus* vero edidit, *huic in Palatio parentis ſui munus iniunxerit.* *Gruteri* lectionem revocavi, utpote Codd. proximam, *& hoc ipſi palatio parentis ſui munus invexerit.* Poſterius pro *Gruteri*, aliorumque *invexerat* ſcripſi ex *Moerl.* & *Guelf.* haec autem ita accipe: Erat *Eumenius* ſacrae Memoriae Magiſter in aula Conſtantii Chlori, id eſt, in *Palatio parentis* ipſius, Maximiani Auguſti. Magiſtri illius erat, adnotationes, id eſt, Imperatorum reſcripta dictare, quod mox dicit, *caeleſtia verba, & divina ſenſa proloqui*; preces praeterea privatorum tractare, quae *arcana ſacrorum penetralium* adpellat. Conf. infr. cap. 11. 2. Inde autem eum hortatus eſt Conſtantius, ut profeſſionem oratoriam in Schola Auguſtodunenſium inſtaurata ſuſciperet, ſalva tamen Magiſterii in Palatio dignitate, vid. cap. 14 n. 4. inde Paneg. Conſtantino 22. 1. ſuam memorat *vocem, diverſis otii* (id eſt in Schola) *& palatii officiis exercitam.* *Hoc* itaque *munus ipſi palatio parentis ſui invexit* Conſtantius, ut *vocem*. qua reſcripta Imperatoris in Palatio dictare ſolebat *Eumenius*, *ad privata Muſarum adyta*, id eſt Scholas Auguſtodunenſium, *transferret*, quae *ſecreta ſtudiorum exercitia* dixit cap. 2. 3. Tota itaque periodo nihil aliud ſignificat, quam Conſtantium hoc munus invexiſſe, ut in aula iam eſſet Magiſter Memoriae, qui idem in Schola Rhetor. Quomodo autem haec mihi videantur ex rei geſtae ſerie intelligenda, dicam ad ſeq. Paneg. init.

Prolocuturam] *Prolocutam*, Vet. *Bertinienſ.* περίφρασις Magiſterii Sacrae Memoriae, quod officium geſſerat, ut infra referet, cuius eſt *annotationes omnes dictare, & emittere, ac precibus reſpondere*, ait Auctor dignitatum omnium, & adminiſtrationum Romanarum per Orientem. Bene ergo *prolocutam*, non *prolocuturam.* *Rutilius* Gallus Itinerario priore, de Rufio ſuo:

Huius facundae commiſſa Palatia linguae,
Primaevus meruit Principis ore loqui.

LIVINEIVS. Imo *proloquutam.* ACIDALIVS. Magiſtrum Memoriae deſcribit, cuius munus erat, adnotationes omnes dictare, & emittere, & precibus reſpondere. Vid. *Guther.* de Off. Dom. Aug. III. 3. *Eumenium* autem hoc honore functum eſſe, ipſe prodit cap. 11. infra, & Paneg. ſeq. cap. 1.

CEL-

dubium, quin divina illa mens Caeſaris, quae tanto ſtudio praeceptorem huic conventui iuventutis elegit, etiam locum exercitiis illius dedicatum inſtaurari, atque exornari velit, cum omnes omnium rerum ſectatores atque fautores parum ſe ſatisfacere voto, & conſcientiae ſuae credant, ſi non ipſarum, quas appetunt, gloriarum templa conſtituant.

Cap. VII. Inde eſt, quod Athenienſis humanitas aram Miſericordiae con-

CELLARIVS. *Prolocutam* recte recepit *Gruterus*, & confirmat *Guelferb.* quamvis in prima Edit *prolocuturam* retinuerit *Rivinus.* Quae hic ſunt *ſacra penetralia*, id *Auſonio* Grat. action. init. eſt *ſacrarium imperialis oraculi*, & *adyta Palatii*, *Eumenio* Conſtantio 1. 1.

Privatarum] *Privata* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Recte illud *privata* recepit *Gruterus*, quod etiam eſt in *Guelferb.* Retinuit tamen *privatarum Rivinus.*

Aditus] *Adyta* Vet. *Bertinienſ. Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Aditus* tantum dedit *Livineius.*

3. *Adderet dignitatem*] Sic infra in Epiſtola Conſtantini: *Nec putes hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, cum honeſta profesſio ornet potius hominem, quam deſtruat dignitatem.* quo honore fungeretur, vide cap. 15. *Palatini honoris privilegium oratoriae profeſſioni ſalvum & incolume ſervantes.* PVTEANVS.

4. *Igitur dubium*] *Eſt dubium* Vet. PVTEANVS. *Eſt dubium* Vet. *Cuſpin. dubium eſt*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Gud.* & MS. *Moerl. Cui igitur eſt dubium.* IAEGERVS. Codd. ſecutus, primus *eſt* inſerui ante *dubium.* Cod. *Bertinienſ.* lectionem, *dubium eſt*, dedit *Balduinus.*

Exercitiis] *Moerl.* vitioſe, *exercitatio illi*; *Gud. exercitio.* IAEGERVS.

Inſtaurari] *Moerl. reſtaurari*: denique poſt *conſcientiae* omittit *ſuae.* IDEM.

Gloriarum] Vox priſcis bonae Latinitatis temporibus aut numquam, aut raro in numero multitudinis uſurpata, ſed apud poſterioris aevi Scriptores haud infrequens. Sic *glorias*, *pacibus*, *ſpebus* &c. legas paſſim in Panegyricis. BAVNE. Ex *Plauto* tamen, *Cicerone*, *Tacito*, & *Gellio* exempla dedit *Voſſius* de Analog. I. 11. ſed inter *Gellii* idiotiſmos retulit *Noltenius* Lexic. Antib. p. 896. *Gloriarum gradus* Incert. Conſtantino 25. 1. *glorias vindicare*, *Eumenius* Conſtantino 15. 5. *factorum gloriae*, *Mamertinus* Iulian. 8. 1. *gloriae triumphales*, *Nazarius* Paneg 36. 3.

1. *Inde eſt Athenienſis*] *Inde eſt*, *quod.* RHENANVS. *Quod* Vet. PVTEANVS. Hanc aram Miſericordiae, quam pietas, &, ut Graece loquar, φιλανθρωπεια Athenienſium dedicavit, arbitror id aſylum fuiſſe, quod ex Athenienſium conſenſu poſtea Heraclidae dedicarunt, qui adverſum habentes, Patris culpa, omne mortale genus ob impotentiam Herculis, poſt eius obitum, dedicaverunt, nepotes videlicet Herculanei, Miſericordiae aram, ut eo pacto ſe defenderent, qui viribus inaequales non poterant ſe tutari. De hac ara *Claudianus* meminit. Scribit tamen *Plutarchus* in Theſeo, Medorum bello conſultantibus Athenienſibus ab Apolline reſponſum redditum, oſſa Theſei in urbem deferrent, quae cum reperta fuerint in inſula Scyro, ſi memoria fideli utor, pompatice deportata ſunt in urbem: locus, ubi depoſita fuerunt, Miſericordiae conſecratus, ad quem miſeri, ſervi, & ſuperiorem timentes confugere poſſent, hunc honorem Theſei oſſibus habentes, qui neque ſepultus deſineret popularibus ſuis auxiliari. De hac ara Miſericordiae *Statius* ſic:

Huc victi bellis, patriaque e ſede fugati,
Regnorumque inopes, ſcelerumque errore nocentes
Conveniunt, pacemque rogant, mox hoſpita ſedes
Vicit, & Oedipodae furias, & funus Olynthi
Texit, & a miſero matrem ſummovit Oreſte.

PIVS. Adnot. Poſter. Syll. III. cap. 47. Tom. I. Fac. *Gruter.* p. 457. *Eſt*, *quod* Vet. *Bertin. Cuſpin. Claudianus* de Bel. Gildonico:

Si flentibus aram
Et proprium miſeris Numen ſtatuiſtis Athenae.

Statius Thebaid. XII.

Vrbe fuit media, nulli conceſſa potentum,
Ara Deum. Mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram.

Vide & *Pauſaniam* Atticis. LIVINEIVS. *Pauſaniae* Attic. cap. 17. pr. eſt Ἐλέου βωμός. Fuit me-

conſtituit; quod Romani ducis animi magnitudo templum Virtutis & Ho-
2 noris. Quarum enim artium, ſive animi adfectionum magnis homini-
bus ingeneratus ardor fuerit, earum etiam conſecrata exſiſtere ad poſteros
mo-

media urbe, ut *Statius* refert Theb. XII. 482. in qua

Mitis poſuit Clementia ſedem.

& *Claudianus* B. Gild. v. 404.

Si flentibus aram,
Et proprium miſeris nomen ſtatuiſtis, Athenae.

CELLARIVS. Erat haec Athenis in foro, teſte *Pauſania* lib. I. Primi enim Athenienſes Miſericordiam adorare coeperunt, ſi *Diodoro* fides lib. XIII. immo, iuxta citatum *Pauſaniam*, ſoli inter Graecos Miſericordiam coluere. De ara illa pluribus veteres; at inter recentiores fuſe *Io. Meurs.* Ceram. gem. c. 16. PATAROL. *Quod* tuentur Codd. & *Schonhovii* excerpta; omiſerant illud *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*; contra *ut* —— *inſtituerit* dederunt *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, meliorem lectionem cum *Grutero* ſecuti ſunt reliqui. Eamdem aram memorat *Theophilus* ad §. 1. l. de I. N. & G. & cum *portu quietis* iungit *Apuleius* Metam. XI. p. 376. hanc per excellentiam τὸν βωμὸν adpellat *Lyſias* in Corinth. Soc. p. 35. ubi, qui de hac ara erudite exponit, *Taylor* hanc lectionem contra Codd., τῶν βωμῶν exhibentes, recte tuetur. Neque minus acute apud *Iuvenalis* Scholiaſten MS., pro *templum mire collocarunt*, emendavit *templum Miſericordiae Waſſeus* ad *Salluſt.* Iugurth. 88. adde V. D. ad *Terent.* Heaut. V. 2. 22. *Barthium* ad *Statium* Thebaid. XII 481. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. IV. 6. hinc de aſylo templi Ἐλέϰ βωμὸς in Conſtitutione Theodoſii, Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 393. ſimili inſtituto Romae fuit *ara Clementiae*, de qua *Barthius* ad *Claudian.* B. G. 404. *Alberti* ad Epiſt. ad Hebraeos 4. 16.

Inſtituit] Cod. *Gud.* & *Moerl.* habet *conſtituit*, ſine dubio ex proxime antecedentibus repetitum. IAEGERVS. Qui poſt *eſt* inſeruerant *ut*, *Paullus Stephanus*, & *Livineius*, repoſuerunt *inſtituerit*, & ita citat *Barthius* ad *Claudian.* p. 422. quamvis *quod* habeat. *Aram inſtituere* eſt apud *Valer. Flacc.* III. 426.

Circum humiles aras, ignotaque nomina Divum
Inſtituit.

ſed forte illic magis ad *nomina* pertinet, quam *aras*, ut *inſtituere ludos* apud *Ovidium* Metam. I. 446. *Virgilii* haec ſunt Aeneid. VI. 69.

Tum Phoebo & Triviae ſolido de marmore templum
Inſtituam.

ubi tamen *conſtituam* habet *Servius* ad III. Aeneid. 274. alterum exquiſitius *Heynio* videtur, eique confirmando adtulit *Burmannus Valer. Flacc.* I. 15.

Ille tibi cultusque Deum, delubraque genti
Inſtituet.

ubi Cod. etiam *conſtituet*, quod diſplicet *Burmanno*, quia *inſtituere* magis proprium videtur arae templove primum exſtructo, quae ratio ad loci noſtri lectionem etiam poſſet eſſe adcommodata; dubito tamen, an ſit ſatis vera; de ara enim Maxima, certe primum exſtructa, *Ovidius* Faſt. I. 581.

Conſtituitque ſibi, quae Maxima dicitur, aram.

adde Miſcellan. mea cap. 2. in ſin. Codd. itaque apud *Iaegerum* ſecutus, dedi *conſtituit*; quod enim in ſine praeced. capitis idem verbum occurrit, me non movet, id ſi auribus ſit inſuave, aeque offendet *inſtituit*. Hinc etiam *Ovidius* V. Faſt. 130.

Aram conſtitui, ſignaque parva Deum.

Et Romani] *Inſtituit*, *quod*, *Rhenan.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Illud & debetur *Livineio*, & *Paullo Stephano*; hi enim cum in prioribus dediſſent, *ut Athenienſis*, neceſſario hic & adripere debuerunt, ne quid periodo deeſſet. Altera lectio eſt ex Codd.

Ducis] Marcelli. *Valer. Maximus* I. cap. 1. *Cicero* Verrina VI. *Marcellus, qui ſi Syracuſas cepiſſet, duo templa ſe Romae dedicaturum voverat, id quod erat aedificaturus iis rebus ornare, quas ceperat, noluit; Verres, qui non Honori, neque Virtuti, ut ille, ſed Veneri, & Cupidini vota deberet, is Minervae templum ſpoliare conatus eſt.* LIVINEIVS. Dele vocem *ducis*, quae totam ſen-
ten-

monumenta voluerunt. Aedem Herculis Muſarum in Circo Flaminio Ful- 3
vius ille Nobilior ex pecunia Cenſoria fecit, non id modo ſecutus, quod ipſe litteris, & ſummi Poetae amicitia duceretur; ſed quod in

tentiam obnubilat. Non de unius cuiuſpiam magnitudine animi loquitur, ſed de Romana univerſim, plane ut *Athenienſem humanitatem* dicit. ACIDALIVS. *Acidalius* inducit vocem *ducis*, ut latior ſit ſententia, & ad omnes Romanos aeque pertineat. Quid ſi tamen retineatur? Alludet ad Marcellum, de quo *Valer. Max.* c. 1. & *Tullius* II. de Nat. Deor. n. 61. *Vides Virtutis templum, vides Honoris, a M. Marcello revocatum*, &c. BAVNE. & PATAROL.

Virtutis & Honoris] *Honoris & Virtutis* Vet. LIVINEIVS. Sed alter ordo, quo praecedat *Virtus*, ſervatur in Codd. & in locis, modo a *Livineio*, & *Baunio* citatis, in Galbae tamen numo, quem dedit *Patarolus*, eſt HONOS ET VIRTVS.

2. *Ardor fuerit*] *Fuit* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Reſtat in aliquot libris, *ardor fuit.* Mallem, utraque vocula excluſa, *ingeneratus ardor, earum* &c. GRVTERVS. Lege, *fuerat.* ACIDALIVS. Ex *Livineii* Cod. *fuit* primus recepit *Iaegerus.* alterum eſt in *Guelf.* ſive *Gudiano*, idque reddidi ob elegantiam. —— In ſecunda Edit. *Rivinus* dedit *nominibus*, quod neque in Codd. neque Editis deprehendi.

Earum] Poſt *earum* MS. *Moerl.* & *Patarol* inſerit *etiam.* IAEGERVS. *Etiam* non inſeruit *Patarolus* primum, ſed eſt in omnibus Codd. & editis, in ſola *Bauniana* typographi vitio neglectum videtur, quam ſecutus eſt *Iaegerus.*

3. *Herculis Muſarum*] Lege, *Herculis & Muſarum.* ACIDALIVS. Non *Herculis & Muſarum*, ut *Acidalio* placet. Hanc enim connexionem expunctam eſſe in emendatis Codicibus notavit *Laevinus Torrentius* in *Sueton.* & vero ſublata eſt apud *Macrob.* lib. I. Saturn. cap. 12. *Nam Fulvius*, inquit, *Nobilior in Faſtis, quos in aede Herculis Muſarum poſuit, Romulum dicit*, &c. *Ovid.* de Arte lib. III. 169. de hoc templo:

Herculis ante oculos, virgineumque chorum.

Hercules, cui templum illud dicatum fuit, dictus eſt *Muſagetes*, hoc eſt, Muſarum inductor. BAVNE. *Io. Petrus Bellorius* Veſtig. vet. Romae Tab. II. inſcriptionem profert, AEDIS. HERCVLIS. MVSAR. & *Plutarchus* Quaeſtion. Rom. 59. *Διατὶ κοινὸν ἐστὶ βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν, quare commune templum fuit Herculis & Muſarum?* CELLARIVS. *Et* inſeruerat *Balduinus*; male, pendet genitivus a ſuppreſſa voce *ductor*, isque eſt Hercules Muſicorum, id eſt, eruditorum hominum fautor, interprete Socero meo in Poſtum. cap. 17. adde Not. ad *Sueton.* Auguſt. 29. ubi in quibusdam *&* quoque inſeritur.

Fulvius] Nunc dicitur Romae eſſe S. Luciae in Apothecis obſcuris. *Ovidius* lib. III. de Arte huius templi meminit, cum ait:

Herculis ante oculos, virgineumque chorum.

& lib. VI. Faſtorum:

Dicite, Pierides, qui Vos addixerit iſti,
Cui dedit invitas victa noverca manus.

BALDVINVS. Anno V. C. DLXVI. de Aetolis triumphavit, & triennio poſt ex Cenſoria pecunia aedem Herculi dedicavit, in qua Muſarum ſigna, quae ex capta Ambracia Romam attulerat, ſub tutela Herculis conſecravit. Haec paſſim habent hiſtoriae Romanae Scriptores. Quod autem *Suetonius* in Aug. c. 20. aedem Herculis Muſarum a Marcio Philippo extructam eſſe ait, ſicut & quod *Ovidius* Faſt. VI. 797.

Dicite, Pierides, quis vos adduxerit iſthuc,
Cui dedit invictas victa noverca manus:
Sic ego, ſic Clio: clari monumenta Philippi
Aſpicit, unde trahit Marcia caſta genus.

intellige de Marcio Philippo, Auguſti vitrico, a quo non conditum quidem, ſed inſtauratum eſt illud templum. BAVNE. Victor Aetolico bello, unde Muſarum imagines, Ambraciae repertas, Romam tranſtulit, & poſtea Cenſor, condita aede Herculis Muſarum, dedicavit. *Plinius* XXXV. 10. CELLARIVS. & PATAROL. *Cicero* pro Archia 11. *Ille, qui cum Aetolis, Ennio comite, bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Muſis conſecrare.* Hoc templum non inſtauraſſe Philippum, quod *Baunio*, aliisque viſum eſt, docet, qui de eodem copioſe expoſuit, Cl. *de Rhoer* Otio Daventr. p. 136. *Philippi monumenta* memorat *Ovidius*, quia is porticum adiunxit.

Summa Poetae amicitia] *Summi*, *Bertinienſ.*

LI-

in Graecia, cum eſſet imperator, acceperat, Herculem Muſageten eſſe, id eſt, comitem, ducemque Muſarum: idemque primus novem ſigna, hoc eſt, omnium Camenarum, ex Ambracienſi oppido tranſlata, ſub tutela fortiſſimi Numinis conſecravit; ut res eſt, quia mutuis opibus & praemiis iuvari, ornarique deberent: & Muſarum quies defenſione Herculis; & virtus Herculis voce Muſarum.

Cap. VIII. Credo igitur, tali Caeſar Herculeus & avi Herculis, & Herculei patris inſtinctu tanto ſtudium litterarum favore proſequitur, ut non minus

LIVINEIVS. MS. unus, *ſummi*, quod & huic loco videbatur aptius *Bongarſio*. Suſpicatus ſum aliquando, repetitionem eiusdem vocis nocuiſſe ſententiae, ac ſcriptum primitus, *& ſumma ſummi Poetae amicitia duceretur.* idque veroſimile videtur. Nec obſtat locus *Symmachi* libro I. Epiſtolarum: *Haud ignoramus Magnum illum, cui ſupra votum fortuna fluxit, Stagiritae ſuo nihilum commodaſſe. Quinto Ennio ex Aetolicis manubiis captiva chlamys tantum muneri data Fulvium decolorat. Enimvero neque Panaetio Africanorum ſecundus, neque Oppio Rutilius, vel Cyneae Pyrrhus, aut Metrodoro ſuo Mithridates Ponticus liberalium diſciplinarum pretia ſolverunt.* Haec enim Poetice magis dicta, quam Hiſtorice: & alioqui optime educata ingenia ſaepius contenta eſſe Principis ſui iudicio, quam praemio, ſatis ſirmavi in Diatribis ad *Tacitum*, ubi Nero ita Senecam adloquitur: *Etenim rubori mihi eſt, quod praecipuus caritate nondum omnes fortuna ſuperas*, lib. XIV. cap. 55. fin. GRVTERVS. Ennii, quem habuerat expeditionis illius comitem, ut teſtatur *Tullius* pro Archia Poeta n. 27. *Iam vero ille, qui cum Aetolis, Ennio comite, bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Muſis conſecrare.* Crediderim autem potius, templum illud a Fulvio non Herculi tantum, ſed & Muſis dedicatum, partim ut ſibi, partim ut amico Ennio, quod *Eumenius* ait hoc loco, Muſarum alumno, gratificaretur. Fortaſſe etiam, quia Hercules olim, ut *Plutarchus* ait in Quaeſtionibus Romanis, Evandrum literas docuerat. BAVNE. *Summi* ex ingenio iam reſtituit *Merula* Vita *Ennii* p. κθ. & ad XV. Annal. p. 555. recte id primus in textum admiſit *Gruterus*, a quo in prima Edit. non debuiſſet recedere *Rivinus*, eſt quoque in *Guelferb.* in quo tamen *&* deeſt.

In Graecia] De huius in Graecia bellis videndus *Livius* lib XXXVIII. PATAROL.

Herculem Muſageten] *Heraclen* Vet. LIVINEIVS. Alteram praeterea cauſam affert, cur aedem illam voluerit Herculi, & Muſis eſſe communem. BAVNE. Hercules, qui magna geſſit, materiam praebuit Camenis concinendi, harumque comes habitus eſt, unde *Muſagetes* appellatus. Verba ſunt *Pomponii Laeti* in Dioclet. PATAROL.

Eſſe comitem] *Eſſe, id eſt, comitem*, Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Id eſt* inſerit quoque *Guelferb.* ita iam *Henr. Stephanus*, & poſt *Gruterum*, more in vocum Graecarum interpretatione vulgato.

Ambracienſi oppido] Quod adiicit de Camenarum ſignis, ex Ambracienſi oppido tranſlatis, confirmatur a *Plinio*, qui lib. XXXV. cap. 10. ait, Fulvium Nobiliorem ex Ambracia Muſas Romam tranſtuliſſe. *Livius* lib. XXXVIII. late deſcribit Fulvii huius Conſulis bellum adverſus Aetolos, & Ambracienſes, & quidem narrat, Fulvium ab iis accuſatum eſſe, quod templa eorum ſpoliaſſet, & ſimulacra omnia advexiſſet, ſed Senatum reſpondisſe, de his ad Collegium Pontificum referendum eſſe. BALDVINVS.

Numinis] Vet. *Numinis ſui.* PVTEANVS.

Mutuis operibus] *Opibus* Vet *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *opibus* exhibet *Cuſpin. Livineii* textus, *Stephanus*, *operibus*, quod tamen voci receptae nequaquam praeferendum. IAEGERVS. Recte *opibus* recepit *Gruterus*, iam ipſi ex Codd. probatum ſupr. ad cap. 5 1. confirmat quoque *Guelferb.* Vid. ad Genethl. 6. 5. retinuit tamen *operibus Rivinus.* —— De locutione, *ut res eſt*, vide ad *Mamertin.* Geneth. 9. 2. infr. ad *Eumen.* Conſtantio princip.

Et Muſarum] Inſerui *&* ex *Guelferb.* maioris elegantiae in hac repetitione.

Et virtus] *Et* abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS. Sic *Claudian.* lib. III. de Laud. Stilic.

Gaudet enim virtus teſtes ſibi iungere Muſas.

PATAROL. *Claudiano* paria habet *Cicero* pro Arch. 10.

1. *Caeſar Herculeus*] Id eſt, Conſtantius, qui, a Maximiano Herculio Caeſar factus, eius nomine dictus

nus ad providentiam Numinis ſui exiſtimet pertinere bene dicendi, quam re-
cte faciendi diſciplinas : & pro divina intelligentia mentis aeternae ſentiat, 2
litteras omnium fundamenta eſſe virtutum, utpote continentiae, modeſtiae,
vigilantiae, patientiae magiſtras: quae univerſa cum in conſuetudinem tenera
aetate venerunt, ad omnia deinceps officia vitae, & ipſa, quae diverſiſſima vi-
dentur, militiae atque caſtrorum munia convaleſcunt. Ideoque his, omnis in- 3
duſtriae atque omnis laudis nutricibus, aut, ut verius loquar, matribus,
cum praeceptorem Caeſar Herculeus declarare dignatus ſit, neceſſe eſt etiam,
ſe-

dictus eſt quoque *Herculius*. Quod confirmat *Triſtanus* ex numo vetere in Commentariis Hiſtoricis. BAVNE. & CELLARIVS. *Guelferb.* tranſponit, *Caeſar tali.*

Avi Herculis] *Avus*, progenitor, eſt Hercules Deus, communi aede cum Muſis cultus: *pater* eſt Maximianus Herculeus, qui Caeſarem & filium Conſtantium cooptaverat. CELLARIVS. Praeſertim id nomen inde repete, quod Caeſares erant filiorum loco, &, qui eos adſciſcebant, tamquam patres. Conf. *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. I. p. 98. *Et Herculii* non eſt in *Guelferb.*

Studium] In *Guelferb.* eſt *ſtudio:* hoc eſt ex conſueto ſcripturae in Codd. genere, unde non pauca Scriptorum loca leguntur adhuc corrupta. Exempla dederunt *Salmaſius* ad Ius Attic. p. 175. *Cannegieter* ad Fragment. Vet. Iuriſpr. p. 142. & ipſe Specim. Obſerv. cap. ult. addam hac occaſione quaedam alia. *Aurelius Vict.* O. G. 13. 2. *Suſpenſo certamine, per colloquium inquiſito, qui eſſent, quidve peterent.* emendant quidam *inquiſiviſſe*, quidam ablativi abſoluti uſum vulgatae explicandae adripiunt, quod fieri poſſe negat *Grunerus;* plana erunt omnia, ſi ſcribas *inquiſitum*, ſuppreſſo *eſt.* Porro apud *Lactantium* de M. P. 51. in fin. eſt, *ita illis pudicitia & conditio exitio fuit.* haec non tentarem, niſi in Cod. *Colbertino*, ex quo ſolo hic libellus eſt editus, legeretur *conditioni*, quod recte vitioſum pronunciat *Bunemannus*, ſed ultima ſyllaba male videtur lecta, & magis exſtitiſſe *conditio in*, ut ſcripſerit *Lactantius*, *conditio in exitium fuit*, locutione eidem admodum familiari, ut *eſſe in uſum*, *in auxilium*, & ſimilia ex eo contulerunt *Cellarius*, & *Bunemannus* ad eumd. I. 18. 18. Adiungo *Rutilium Lupum* de Figur. Sentent. I. p. 83. *rurſus eum reverſurum officio*, ſcribe *in officium.* Denique in L. 2. §. 2. ff. Naut. caupon. *Eodem modo tenentur caupones & ſtabularii, quo exercentes negotium ſuum recipiunt; ceterum ſi extra negotium receperint, non tenebuntur.* legit illic *Accurſius*, *quod exercentes*, *Haloander*, *ſi quod;* *Beſtius* de rat. emend. leg. cap. 1. §. 12. n. 5. *quando;* in *Florentino* fuit etiam *quo*, ſed poſtea mutatum in *qui*, teſte *Brenckmanno*, neque hoc damnat *Beſtius*, & tantum probat *Wieling.* Lect. iur. II. 10. n. 6. lego *quum exercentes*, quod opportune opponitur ſequentibus, *ſi extra negotium.* Contrarii vitii exemplum praebet *Aurel. Vict.* Epit. 41. 2. ubi Cod. *Guelferb.* habet, *ad patrem in Britanniam ſitum pervenit.* illud *ſitum* in omnibus Edd. eſt neglectum, ex quo effingebat *Grunerus*, *confeſtim;* tu ſcribe, *cito.*

Numinis exiſtimet] *Numinis ſui*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Sui* confirmant Codd. & recte recepit *Gruterus*, quamvis iterum neglexerit *Rivinus.* *Mamertinus* Paneg. Maximian. 7. 5. *Iovis ſui more.* & 13. in fin. *inter officia eſt Numinis tui.*

Diſciplinam] *Diſciplinas* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & id dedi, tum quia *diſciplinas artis oratoriae* dixit ſupr. 6. 2. tum ob duplicem ſpeciem, *bene dicendi*, & *recte faciendi.*

2. *Venerunt omnia*] *Venerunt*, *ad* Vet. PVTEANVS. Forte *ad omnia.* LIVINEIVS. Lego, *venerunt*, *ad omnia.* ACIDALIVS. Secutus ſum hoc loco lectionem Cod. *Moerl.*, quam *Livineius*, atque *Acidalius* coniectura ſunt adſecuti, & quae etiam in vet. Cod. *Puteani*, & *Gud.* reperitur, excepto, quod *ad* ante *ipſa* deeſt. *Baunius*, *Cellarius*, *Patarol* τὸ *ad* ante *omnia*, & ante *ipſa* non habent. *Cuſpinianus* vero, *Livineius*, *Rhen. Stephanus* illud ante *ipſa* poſitum habent, & ante *omnia* omittunt. IAEGERVS. *Cuſpinianum* ſecutus eſt quoque *Balduinus*, & prima Ed. *Rivinus*, in altera utroque loco *ad* omiſit. Codd. obtemperans ſecundum *Iaegerum* contextum expreſſi.

Ad ipſa] *Et* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ante *Gruterum* legebatur, *ad ipſa*, quod etiam in prima Edit. habet *Rivinus.* *Iaegerus* dedit, *& ad ipſa*, ſed lectionem *Gruterianam*, quam reliqui ſunt ſecuti, deleto *ad*, revocavi, quia in eam conſpirant Cod. vet *Livineii*, & *Guelferb.*

Munimina convaleſcunt] Melius *munia.* RHENANVS. Vet. *munia.* PVTEANVS. *Munia* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenanus* recte *munia.*

ſedem propriam cupiat reformari, ut, cum ad antiquam firmitatem, cultumque re-
parata ſit, multo hoc iuſtius & verius nuncupetur aedes Herculis atque Muſarum.

Cap. IX. Et ſane, V. P., intereſt etiam gloriae, quam tanti Principes tot vi-
ctoriis ac triumphis merentur, ut ingenia, quae canendis eorum virtutibus excolun-
tur, non intra privatos parietes, ſed in publica oſtentatione, & in ipſo urbis
2 iſtius ore vegetentur. Quid autem magis in facie, vultuque iſtius civitatis ſi-
tum eſt, quam haec eadem Maeniana, in ipſo tranſitu advenientium huc invi-
ctiſſimorum Principum conſtituta? qui, cum ſe occurſu laetae iuventutis adfici,
non

nia. ACIDALIVS. Recte *munia* recepit *Gruterus*, & eſt quoque in *Guelferb.*, & *Schonhovii* excerptis. Propter *teneram aetatem*, *convaleſcere* hic deſignabit creſcere, potentia augeſcere; ſic *convaluit* apud *Iuſtinum* III. 4. recte contra *Cruſium* Prob. Crit. p. 12. tuetur *de Rhoer* Fer. Daventr. p. 237. ſed ob vocem *diverſiſſima* ſuſpicor, utrum ſcripſerit *coaleſcunt*, verbo rebus antea diviſis, iam coniunctis, proprio. Incerti Epithal. Maximian. 2. 2. *Romana res, diverſis regentium moribus fatisque iactata, tandem perpetuis domus veſtrae radicibus coaleſcat.* ut tuetur *Livineius* pro *convaleſcat*, quamvis hoc ſervent Codd. conf. Notas, & ad *Eumenium* Conſtantino 3. 3. *Pacatus* Paneg. 36. in fin. *ſub uno capite diverſa Reip. membra coaleſcunt. Tacitus* Hiſtor. II. 37. *exercitus linguis moribusque diſſonos in hunc conſenſum potuiſſe coaleſcere*; ſimiliter *coaleſcere in unius populi corpus*, *Livius* I. 8. 1. & 11. adde eumd. II. 48. 1. *Velleium Paterc.* II. 90. 1. Auctor. de Rep. ordinanda Epiſt. II. cap. 7. §. 2. & *coaleſcunt* pro *convaleſcunt* emendat *Balduinus* infr. 18. 4. Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Cat. 6. 2.

3. *Sedem*] Id eſt, Scholas Menianas. BAVNE.

Multo hic] *Pulm. multo hoc.* Forte, *multo haec.* PVTEANVS. Quam Romae Fulviana. LIVINEIVS. Lege potius *huc*, ut emendat *Acidalius.* BAVNE. Editi, quos inſpexi, omnes habent, *multo hic iuſtius*: & in margine Edit. *Livineii* legitur haec explicatio; *ſcilicet quam Romae Fulviana.* Sed *Acidalius*, teſtante & probante *Baunio*, iam ſubſtituit τὸ *hoc*, quod in Cod. *Moerl.* & *Gud.* quoque invenitur. IAEGERVS. Vbi ita emendaverit *Acidalius*, me latet: praeterea in ea, qua utor, *Baunii* editione ipſi tribuitur *huc. Iaegerum*, & Codd. ſecutus, *hoc* expreſſi, id eſt, ob hoc, ob cultum, & firmitatem.

Atque Muſarum] Miror, quare hic praetermiſerit *Livineius* praeclaram emendationem *Merulae*, quam is in ſuo *Ennio* protulit, *aedes Herculis Muſarum*, expuncto *atque*, quod a mala manu eſt. *Muſarum*, ſcil. ductoris, Ἡρακλέους Μουσηγέτου. RITTERSHVSIVS. Haec *Merulae* coniectura legitur in ipſius Notis ad *Ennium* XV. Annal. p. 555. cui favent notata ſupr. ad cap. 7. 3. puto tamen *atque* retinendum eſſe, quia ſupra de vera aede Herculis Muſarum agit, hic de Scholis Maenianis, quas duplici commendat ſpecie, tamquam aedem Herculis, ob easdem a Conſtantio Herculio inſtauratas, & tamquam aedem Muſarum, ob humanitatis ſtudia illic tractanda.

1. *Vir Praeſtantiſſime*] Aliis *perfectiſſime.* RHENANVS. Vet. *V. P.* PVTEANVS. Valet procul dubio, *Vir Perfectiſſime*, ut ante ſemper. Quin dignitas ipſa tum *Perfectiſſimatus* dicebatur. Lege, quae *Franc. Balduino* hic notata, cuius ſunt in Orationem hanc notae, ac ſine libris diligens, & accurata opera. Inepte ergo in *Cuſpin. Rhenan.* editum ad longum, *Vir Praeſtantiſſime.* LIVINEIVS. *Cuſpinianus*, & *Stephanus* habent, *Praeſtantiſſime*, quod iure reprobat *Livineius.* IAEGERVS. *Perfectiſſime* etiam *Schonhovii* excerpta. Notas ſecundum Cod. *Puteani*, & *Guelferb.* expreſſi, quibus etiam uſi ſunt quidam Editores. Confer ad Panegyrici init.

Principes tot victoriis] Sic habent, quos vidi, omnes, excepto Cod. *Moerl.* & *Gud.* qui praefert: *tanti Principis tot victoriae ac triumphi merentur.* Sed nihil mutandum. Nam, quae ſequuntur, verba *canendis eorum virtutibus* ad *triumphos* referri non poſſunt. IAEGERVS.

2. *Oſtendant*] *Balduinus* edidit, *oſtentant.* Quid hiſce ſignificet, praeſertim vero *laeto occurſu iuventutis*, dicam cap. 14. 2.

Reparatum videant] Lege *viderint.* Sed eo tempore & Panegyrico primo: *Hi, quum primum redeant ad te triumphantes, uno cupiunt invehi curru. Redeant*, id eſt, redierint. ACIDALIVS. & BAVNE. Praeſens aptius, ut indicet rem certo eventuram. Conf. *Graevium* ad *Ciceron.* in Verr. V. 49.

3. *Reddit*] *Guelferb. reddidit.*

Illuſtrius, cum] *Et cum* Vet. LIVINEIVS. Traductio eſt, & alia corruptio. Lege: *opus iſtud cum ipſorum Caeſarum, tum etiam omnium h. a.*
prom-

non ſolum liberalitate, quam ipſi tribuunt, ſed etiam litteris, quibus me ad inſtitutionem eius cohortantur, oſtendant, quanto plus capient voluptatis, cum reparatum videant ipſum conciliabulum iuventutis? Adhoc, V. P., opus iſtud 3
reddit illuſtrius, & cum ipſorum Caeſarum, tum etiam omnium hominum adſpectui promtius, quod praecipuo eſt loco poſitum, quaſi inter ipſos oculos civitatis, inter Apollinis templum atque Capitolium. Quo magis eſt etiam ſacro- 4
ſancta ſedes, utriusque lateris veneranda confinio, utriusque late Numinis inſtaurandà reſpectu, ne fana, longe omnium in hac urbe pulcerrima, labes media de-

promtum, *reddit*, vel *redditur*, *illuſtrius*, *quod praecipuo eſt loco poſitum.* ACIDALIVS. Cauſſam traiiciendi non video. Probat etiam *Guelferb.* *&*, recte iam inſertum a *Grutero*, cui in ſecunda Edit. etiam obſecutus eſt *Rivinus.*

Adſpectu] *Aſpectui* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *adſpectui Cuſpinianus*, *Livineius*, *Stephanus* habent, *aſpectu.* MS. *Moerl.* *reſpectui.* IAEGERVS. *Adſpectui* etiam *Guelferb.* Recte *Gruterus* hoc recepit, quamvis *aſpectu* retinuerint *Rivinus*, & *Cellarius.* Eſt autem *opus adſpectui promtius* magis in adſpectum hominum patens, oculis eorumdem magis expoſitum, quomodo *occulta* opponuntur *promtis* apud *Tacitum* Annal. II. 20. & contra *manifeſtum* cum *promto* coniungitur apud *Arnob.* adverſ. Gent. II. p. 57. ubi *Heraldus.* Dativum *adſpectui* tuetur *Livius* XXIII. 1. 10. *moenia*, *haud quaquam promta oppugnanti.* Quod vero in *Moerl.* eſt *reſpectu*, videtur ex ſequenti num. petitum, ubi alia res eſt.

Apollinis] Aeduenſes plurimum colebant Apollinem, ſed & Auguſtoduno, itidem ut multis aliis urbibus municipalibus, inſtar Romae, ſuum Capitolium, ſui aquaeductus, ſuus Circus erat, cuius exſtant hodieque veſtigia. BAVNE. Sitae Maenianae inter utrumque templum. Capitolium autem non ſolum Romae erat, ſed, ad exemplum eius, etiam in provinciis. *Sidonius* Sapphico, extremae Epiſtolae lib. IX. ſubnexo; Toloſatium *Capitolii* mentionem fecit; Antiocheni *Livius* XLI. 20. CELLARIVS. Plurimarum urbium Capitolia adcurate enumerat *Rycquius* de Capitol. cap. 47. *Demſter.* ad *Koſin.* I. 5. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 47. Ad hoc Apollinis templum reſpicit *Eumenius* Conſtantino 21. 7. ubi latius Eruditi.

4. *Vtriusque late numeris*] Opinor legendum, *utriusque lateris inſtauranda.* RHENANVS. Non dubito recte a noſtro *Delbenio* emendatum, *Numinis.* BALDVINVS. Vet. *Numinis.* PVTEANVS. *Numinis* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* Aperte verum eſt, *utriusque lateris inſtaur.*, quod & *B. Rhenanus* coniecerat, doctior mehercle, quam ut debuerit a Criticis quibusdam tam petulanter, & acerbe inceſſi. LIVINEIVS. *Late Numinis*; ſic aliquot MSS., & praeponendum duxi vulgato *numeris:* etſi tamen adhuc prurit calamus inducere voculam *late*, natam ex ſuperiore illo *lateris*, quod ſcriba temere coeperat exarare ob praecedens *utriusque*, neque etiam expunxit, ut debebat, ne deformaretur facies Codicis ſui lituris. GRVTERVS. *Rhen.* *Steph.* *Livin.* pro *numinis* habent *numeris.* Vocem importunam *late*, ex ſuperiore *lateris* ortam, auſus ſum eiicere. IAEGERVS. *Numinis* etiam habent *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, &, poſtquam receperit *Gruterus*, reliqui retinuerunt, praeter *Rivinum* in prima Edit. De voce *late* maior eſt dubitatio. *Balduinus*, & *Iaegerus* eiecerunt, &, quamvis ſpecioſa in id ſit *Gruteri* ratio, tamen contra Codd. tantum mihi non ſumſerim. Forte ſcripſit, *utriusque eo latere Numinis*, ut indicet ſedem utriusque Dei favore inſtaurandam; hoc enim ſenſu *reſpectus* videtur accipiendus, quo homines Dii faventes dicantur *reſpicere*, cum generatim deſignet actionem ſuperioris erga inferiorem, potentis verſus inopem, ut ſcribit *Bentleius* ad *Horat.* I. Epiſt. 1. 105. Conſ. *Barthium* ad *Eumen.* Conſtantino 1. 3. ut contra *Dii averſi*, apud *Ovidium* I. Triſt. 3. 45. ubi *Heinſ.* & *Burman.* ad III. ex Pont. 2. 18. quam vocem per *facie averſa* interpretatur *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. p. 658. quo modo *Petrus* Epiſt. I. cap. 3. 12. dicit πρόσωπον κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. Hoc tamen loco mihi viſum eſt veriſimilius *late* ad *inſtauranda* eſſe referendum, ut elegantiam ſumtusque deſignet, quibus illa ſedes inſtauraretur, de qua notione dixi ad *Arator.* I. 572. atque ita hoc opponeretur *labi mediae*, quam mox memorat, id eſt, Scholis collapſis, nullaque elegantia ſeſe commendantibus.

Labes] Aedificium deforme. BAVNE. Scholae illae exciſae, & collabentes, pulchrioribus delubris intermediae. PATAROL. Eodem ſenſu *populorum labem* dixit *Iuvencus* Hiſt. Euang. IV. 113. ubi *Omeis.*

5. *Mi-*

deformet; praeſertim cum mihi videatur ipſe ille, qui Maeniana haec primus exſtruxit, idcirco ea illic potiſſimum collocaſſe, ut veluti cognato vicinorum ſibi Numinum tenerentur amplexu, cum auguſtiſſima tecta, litteris dedicata, inde Athenarum conditrix Minerva conſpiceret, hinc Apollo, medius Camenarum.

Cap. X. Igitur ibi maxime & oportet, & fas eſt exercere iuventutis ingenia, ubi tam propinqua ſunt Numina amica doctrinae, ubi ex proximo iuvat mens divina ſapientiam, & carminum Deus vocem, & verecundiam Vir-
2 go perpetua, & providentiam praeſcius futurorum. Ibi adoleſcentes optimi diſcant, nobis quaſi ſollemne carmen praeſantibus, maximorum Principum facta

5. *Minerva*] Non aliud a Capitolio templum notatur. Minerva enim etiam ex Capitolinis Diis. *Sidonius* iam dicto Sapphico:

> *Qui Toloſatem tenuit cathedram,*
> *De gradu ſummo Capitoliorum*
> *Praecipitatum.*
> *Quem negatorem Iovis & Minervae,*
> *Et crucis Chriſti bona confitentem*
> *Vinxit ad tauri latus iniugati*
> *Plebs furibunda.*

Non autem Iovem, ſed ſolam *Minervam Eumenius* memorat, quia litterarum praeſides ipſi curae erant. Adde *Livium* XXXVIII. 51. in Scipionis oratiuncula: & *Ryckium* de Capitol. c. 47. CELLARIVS.

1. *Mens divina*] Περίφρασις Iovis. Incertus in Conſtantinum A. *Habes profecto aliquod cum ipſa mente divina, Conſtantine, ſecretum.* & quae ſequuntur. LIVINEIVS. & BAVNE. Minerva ipſa, quam e cerebro Iovis exiiſſe fabulati ſunt antiqui. *Apollodor.* lib. I. *Apollon.* Argon. lib. IV. *Lucian.* Opuſc. de Sacrif. nec aſſentior *Livineio*, qui hanc periphraſin arbitratur, Iovemque intelligit. PATAROL. Ita recte; Minervam, non Iovem, intelligi oſtendit chiasmus, *mens* enim *divina* pertinet ad ſequens *virgo perpetua*, ſed *carminum Deus* ad *praeſcius futurorum.* de hoc uſu dixi ad Genethl. 8. 1.

Virgo perpetua] Minerva, quae Vulcani nuptias conſtanter repudiaſſe, & virginitatem perpetuo illibatam ſervaſſe fertur. Vnde & peculiari epitheto apud Poetas *innupta* dicitur. Aeneid. lib. II. 32.

> *Pars ſtupet innuptae donum exitiale Minervae.*

BAVNE. *Intacta Pallas*, *Horat.* I. Od. 7. 5. *caſta*, III. 3. 23. de *innupta Barthius* ad *Claudian.* p. 29. & 548.

Providentiam praeſcius] Apollo namque fatidicus, cuius pluribus in locis Oracula, ut in inſula Delo, Delphis, Pataris, & alibi. PATAROL. MS. *Moerl. prudentiam.* IAEGERVS. Hinc *augur* dicitur apud *Virgilium* Aeneid. VIII. 336. *Horatium* I. Od. 2. 32. qui etiam tueri poſſet *prudentiam*, quod eſt in *Moerl.*, III. 29. 29.

> *Prudens futuri temporis exitum*
> *Caliginoſa nocte premit Deus.*

& *inprudens* de eo, qui calamitatem non praevidet, in L. 52. §. 3. ff. Pro Soc. Conf. ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. vs. 17. ſed cum *providentiam* frequenter adhibeant hi Scriptores, nihil mutandum puto. Conf. etiam *Buneman.* ad *Lactant.* III. 17. 18. & *Burman* ad *Sueton.* Aug. 10.

2. *Quam*] Abeſt in Vet. *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Pro *ubi Moerl.* cum *Gud.* MS. habet *ut;* non male. IAEGERVS. Atque hos Codd. ſum ſecutus, ut cauſſa exprimatur, qua uſus eloquentiae ſit melior.

Quodammodo ſuas] Hoc eſt, paene & propemodum: nam in proximo Capitolium, ut iam dixit. *Suas* etiam aperte rectum, non *ſuos*, quod *Cuſpin.* exhibet. LIVINEIVS.

Placata] Eſt conciliata Herculi, Herculiiſque. IAEGERVS.

3. *Satis verborum feciſſe*] *Satis me* Vet. PVTEANVS. *Me* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Cod. *Gud.* & *Moerl.* pro *feciſſe* habent *dixiſſe.* IAEGERVS. *Me* recte inſeruit *Gruterus*, & probant *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod non debuiſſet negligere *Rivinus.* *Dixiſſe* ex *Iaegeri* Codd. non probo, ne ingrata fiat in proximo *dicendum* repetitio.

Ad dicendum] Auctoritate *Guelferb.* delevi *ad.* Prius ſibi dicendum conſtituerat de Scholarum inſtaurandarum uſu, & officio, conf. cap. 3. n. 4.

Coniunctum] Cod. *Gud.* & *Moerl.* convinctum, de quarum vocum confuſione vid. quae dicta ſunt ad

ſta celebrare. Quis enim melior uſus eſt eloquentiae, quam ut, ante aras quo-
dammodo ſuas, Iovios Herculeosque audiant praedicari Iupiter pater, & Mi-
nerva ſocia, & Iuno placata? Satis me verborum feciſſe arbitror, V. P., de 3
eo, quod mihi dicendum prius conſtitueram, quam ſit ex uſu, atque officio, in-
ſtaurari opus illud, ſtudiis, quibus optimi Principes maxime favent, dedica-
tum, in ipſa civitatis fronte poſitum, celeberrimis templis utrimque coniun-
ſtum.

Cap. XI. Nunc, quod in ſecundum eumdemque locum diſtuli, quemadmodum
id ſine ſumtu publico, & cum laude ſacrae largitionis fieri poſſit, oſtendam. Sala- 2
rium

ad *Mamert.* Paneg. I. cap. 6. 3. IAEGERVS. Vtrum *celeberrima* ad famam, an ad frequentiam hominum pertineat, dubium videtur; poſterius mihi magis placet, quia cap. praeced. templa haec inter *oculos civitatis* ſita dixit, & ideo Scholas has *omnium hominum adſpectui promtiores.* hoc ſenſu *celebrare viam* occurrit, de quo *Bunemann.* ad *Lactant.* Inſtit. VI. 5. 7.

1. *Nunc in*] *Nunc quod in* Vet. PVTEANVS. *Quod* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lectio h. l. non ſatis certe conſtitui poteſt. *B. Rhenan.*, *Livineius* in contextu, *Stephanus*, manifeſto errore, omittunt τὸ *quod*, ſed iure optimo illud receperunt *Pariſienſes*, *Cellarius*, *Patarol*, cum & ſententiae ratio poſtulet, & exemplar. membr. *Livineii*, *Bertinienſe*, & *Cuſpiniani*, quibus & MS. *Moerl.* accedit, illud exhibeant. IAEGERVS. *Quod* etiam *Schonhovii* excerpta, ſed abeſt a *Guelferb.* Inſeruit primum *Gruterus*, poſt quem retinuerunt omnes, excepto in prima Edit. *Rivino.*

Secundum eumdemque locum] Deeſt quiddam; forte *potiorem.* LIVINEIVS. Videtur vocabulum *eundemque* ortum a priori voce *ſecundum.* Certe, ſi tolleretur, rediret Auctori ſuus ſenſus integer, qui nunc hiat. GRVTERVS. Mutilum & hoc. Sententia ſuggerit: *Nunc quod in ſecundum, eundemque ultimum locum diſtuli.* ACIDALIVS. Tranſit ad alteram Orationis partem, qua oſtendit, quomodo ſine ſumptu publico Scholae refici, atque inſtaurari poſſint. Sublata autem vocula, emendavi locum hunc, multos ea in re ſecutus Interpretes, quibus itidem, ut mihi, viſa eſt una dictio abundare; ſic erat in aliis: *in ſecundum eundemque locum diſtuli.* BAVNE. Poſt *ſecundum* omnes, excepto *Baunio*, & *Cellario*, inſerunt *eumdemque*, idque etiam in Cod. *Moerl.* legitur. IAEGERVS. In eiicienda voce *eumdemque Baunium* quoque ſecutus eſt in textu *Iaegerus*, quod exemplum ſequi non ſum auſus, propter Codd., etiam *Guelferb.*, in hac voce conſenſum. Solus edidit *Balduinus*, *nunc in ſecundum locum diſtuli, ut, quemadmodum* &c. Plerique ante *Gruterum*, ut dictum praeced. obſervatione, *quod* omiſerunt, ſed tum languet ſententia. Dedi textum ex Codd., quamvis corruptum; utrum ſcripſit? *Nunc, in ſecundum tandem quod locum diſtuli.*

2. *Salarium*] Proprie Tribunorum militarium, & Ducum annona, ſed & de ſtipendio ceterorum militum, atque adeo de quavis mercede dictum. Ita vero appellatum inquit *Plinius* lib. XXXI. c. 7. *quod ita neceſſarium ſit, ut homini ſal,* vel quod ſalaria percipientes inde ſe alerent. BAVNE. Vid. Not. ad *Plinium* IV. Epiſt. 12. 2. Salaria haec conſtabant in rebus annonae, frumento, vino, etiam veſtibus, ſimilibusque, hinc *ſalarium* in Gloſſis Nomicis exponitur, δαπάνη, δῶρον ἡμερήσιον; conf. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 214. T. V. p. 49. hinc etiam *annona* pro ſalario annuo. *Meurſius* Auctar. Philog. cap. 29. quibus data fuerint, exponunt eaedem Gloſſae: Σαλάρια τὰ διδόμενα ἀπὸ τοῦ δημοσίου ἄρχοντι, ἢ συνέδρῳ, ἢ ἰατρῷ, ἢ παιδευτῇ. Ita Athenis data fuiſſe Philoſophis, eademque Eloquentiae Profeſſoribus, & Philoſophiae Magiſtris adſignaſſe M. Antoninum, oſtendit *Valeſius* Emend. III. 9. de aliis *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 556. atque haec non Magiſtratuum arbitrio, ſed, *Eumenii* ſaltem tempore, ſolo Principis iuſſu tribuebantur, unde cum hoc ſibi ſumſiſſe videantur Magiſtratus, ſoli eſſe Imperatori relinquendum, ſanxit Conſtantius in L. 1. C. de Praebend. ſalar. adde *Gothofred.* d. l. T. IV. p. 556. quin Imp. Gratianus in L. 11. C. *Theod.* de Medic. per omnem Galliam ita definivit, ut Oratori XXIV. annonas, Grammatico Latino aut Graeco XII. praeſtari iuſſerit; hunc vero Treviris, tamquam clarae admodum civitati, honorem habuit, ut illic Rhetori XXX: Grammatico Latino XX. Graeco XII. darentur annonae. Differunt autem *ſalaria* a *ſolatiis*, id eſt, beneficiis, & lucris praeter ſalarium, de quibus *Gothofred.* ad Cod. *Theod.* T. II. p. 222. *Ritterhuſ.* ad *Corippum* III. 303. etiam a *ſportulis*; ita enim Gloſſae Nomicae:

rium me liberaliſſimi Principes, ex huius reipublicae viribus, in ſexcenis millibus

Σπόρτυλα. τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβασαῖς. σαλάρια δὲ τὰ διδόμενα τοῖς συνηγόροις. Conf. *Homberg.* ad Novell. 82. cap. 7.

Reipublicae viribus] Sic infr. in Epiſtola Conſtantii: *Denique etiam ſalarium te in ſexenis millibus nummum ex Reip. viribus conſequi volumus.* PVTEANVS. *Iuribus* Vet. LIVINEIVS. Non *iuribus*, ut aliqui legunt; extat enim Imp. Conſtantii, qui nepos huius noſtri Conſtantii fuit, L. 1. C. de Praebend. ſalar. *Nulli ſalarium tribuatur ex viribus Reip., niſi qui iubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus.* & vero mox n. 14. ſub finem literarum Conſtantii: *Denique etiam ſalarium te in ſexcentis millibus numum ex Reip. viribus conſequi volumus.* BAVNE. & IAEGERVS. Solus, quod ſciam, *iuribus* edidit *Balduinus*, & ex ingenio tentabat *Grotius* Flor. Sparſion. p. 420. de qua permutatione dixi ad *Arator.* I. 317. hoc tueri conantur auctoritate L. 1. C. de Praeb. ſalar. ubi in quibusdam eſt *iuribus Reip.*, ſed ex L. 1. C. *Theod.* de Salar. non praebend., ex qua hanc in Cod. *Iuſtinianeum* tranſtulit *Tribonianus*, etiam *viribus* emendandum eſſe, iam monuit *Gothofred.* in Notis, & *Gronovius* Obſerv. IV. 24. & probant exempla, quae contulit *Gothofred.* ad L. 26. C. *Theod.* de Oper. publ. qui inde etiam hoc loco *viribus* probum eſſe, quod etiam ſervat *Guelferb.*, oſtendit T. IV. p. 556. ſimiliter *Salmaſius* ad *Lampridium* p. 115. *Barthius* ad *Statium* Thebaid. II. 109. contra *Petitum* Miſcell. IV. 1. Sunt autem *vires Reip.* reditus, vectigalia, canones, & penſiones, quas ſingulae habebant civitates, partim operibus publicis reficiendis, partim aliis neceſſitatibus deſtinatas, etiam Profeſſorum ſalariis, quarumque adminiſtratores erant Decuriones, quos tamen ſalaria ſuo non potuiſſe arbitrio conſtituere, ſed in id Principis iuſſu opus fuiſſe, ſupra monui, adde *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 556.

Sexcenis millibus] Eſt ſumma noſtratium aureorum XV. millium. Excederet certe hoc omnem fidem, ſi annuam hanc pecuniam accepiſſe eum crederemus. Atqui non *ſexcenta millia*, ſed *in ſexcenis millibus* ſibi conſtitutum ſtipendium ſcribit, quo loquendi modo arbitror intellexiſſe eum, ſibi praeſtitum reditum & foenus, quod ex tali ſumma Reſp. percipere potuiſſet, L. Si bene ff. de Vſur. Foenerabant autem Reſpublicae civitatum duodenis aſſibus, ut inquit quadam Epiſtola ad Traianum *Plinius*, quae in iure noſtro *centeſima uſura* dicitur, id eſt, XII. annua in centum, qua computatione accepiſſet *Eumenius* mille & octingentos aureos annuos. Quod ſi civilioribus uſuris, quales Iuſtinianus conſtituit, L. Eos C. de Vſur. L. 3. §. fin. Ad Leg. Falcid. eam pecuniam collocari fingamus, iam minor erit eius honorarii quantitas. Sane modus ille loquendi, *accipere in ſexcenis*, apud auctores non ſat frequens eſt, videturque non eſſe ei abſimilis, quo *Vlpianus* utitur L. Si quis ſtipul. de Solut. *Si quis ſtipulatus fuerit X. in mille.* qua tamen in re amplius deliberandum eſt. ALCIATVS. Parerg. iur. VI. 27. Quis credat, ſalarium tam amplum ulli Rhetori fuiſſe? neque nos primos offendit ea ſumma. Sed nos ex collatione Graeci Scriptoris, qui teſtatur annua ſtipendia Profeſſorum ſub Imperatoribus fuiſſe aureorum ſexcentorum, putamus in hac Oratione ſemper *ſexagenis*, & *tricena* ſcribendum, non autem *ſexcentenis*, & *tercena.* *Sexagena Seſtertium millia*, ſive *ſexagena Seſtertia* ſunt aurei ſexcenteni, quod fuiſſe ſalarium Profeſſorum diximus. *Tatianus* in Oratione Apologetica, Philoſophorum increpans avaritiam, *Veſtri*, inquit, *Philoſophi tantum a contemtu opum abſunt*, *ὥςε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτησίους χρυσοὺς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσι.* & nota, ſis, vocem *τινάς.* nam ex ea intelligimus, celeberrimis tantum Doctoribus id datum ſalarium, quod facit valde ad deſtruendam illam immenſam ſummam, quam falſa ſcriptura apud *Eumenium* ingerit. Quae adverſus hanc emendationem eruditiſſime doctiſſimi Viri diſputarunt, non adducunt me, ut ſententiam mutem, maxime cum *Eumenii* illa verba cogito, *ex huius Reip. viribus.* Quis credat, Rhetores, qui in Vrbe docebant, annua centena habuiſſe ex inſtituto Veſpaſiani; hunc vero, qui in provincia, & quidem in urbe non admodum potente, ut ipſe teſtatur, annua ſexcentena, hoc eſt, ad coronatos hodiernos, decies mille & quingentos? Mihi iſtud mirum videtur, atque *ἀπίθανον.* CASAVBONVS. ad *Sueton.* Othon. cap. 4. Id eſt, totidem Seſtertiis. Nam explorate idem *Seſtertium*, quod *mille nummum*, & clare *trecena Seſtertia* Auctori ſunt trecena millia nummum, hoc eſt, ſuperioris ſummae dimidium: ita enim capio, quod ait, *addita pari ſorte.* Ea liquido ſena millia aureorum conficit; aureorum, inquam, quales ſinguli nummis centum mutabantur, ut perſpicue e *Tranquillo*, *Tacito*, *Dione*, *Zonara* conſtat. Noſtrates, qui harum rerum periti, XV. millibus coronatorum aeſtimant. Sed pax, *Eumeni*,

libus nummum accipere iuſſerunt: non quoniam non amplius tribuere commodis

ni, tantum de Oratoria profeſſione quaeſiſſe! Falſum id, & incredibile viſum *Iſ. Caſaubono* ad *Suetonium* Othone cap. 4. itaque *ſexagenis*, ac mox *tricena* e *Tatiani*, veteris, & eruditi Scriptoris, Apologetico reponit, cui diſerte ſexceni aurei ſalarium Philoſophicum. Sane *ſexagena Seſtertia* exacte aurei ſunt ſexceni ad valorem, quem dixi, ſed hoc primum Veſpaſianus e fiſco (verba ſunt *Suetonii* cap. 18.) *Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena conſtituit*, id eſt, paene totum alterum tantum. Neque id veriſimile mihi citeriore ſaeculo imminutum, ſed, quae ambitio fuit Principum, auctum. Deinde autem cogita, ſis, mihi, Lector, *Eumenium* non e multis. Cui cum a ſacrae Memoriae Magiſterio ad privatum digreſſo ſalvum fuerit honoris Palatini privilegium, quid mirum, ſi eopſe reſpectu largius quoque ſalarium conſecutus, praeſertim in tam effuſa Conſtantii Caeſaris liberalitate, quam Hiſtoriae loquuntur? Itaque iam nulla cauſſa eſt, cur lectionem noſtram, in tanta Codicum, qua ſcriptorum, qua editorum, conſpiratione, ex Auctore Graeco damnemus, dubiis numerorum notis, & magnam partem corruptis. LIVINEIVS. Nulla cauſa eſt, cur aliqui corrigerent, *in ſexagenis milibus numum.* Cauſam dicunt, quod *ſexcena* illa *numum millia* pro captu Rhetorica profitentis nimia ſint. *Sexcena* enim *milia numum* eſſe noſtratium aureorum millia quaſi XV. at *ſexagena millia* eſſe aureos quaſi MD., quae mediocris munificentia. Atqui ſi cauſa inſpiciatur, ob quam datum eiusmodi ſalarium, pateſcet, nihil in eo nimium, aut ſupra fidem eſſe. Nam adſignatum *Eumenio* eſt, non ſolum ut Rhetori, verum etiam ut Magiſtro Memoriae, ſive ut merita eius compenſarentur, & revocatio eius ex curſu honorum illo quaſi honore honeſtaretur. Quin autem ſalarium illud grande fuerit, dubitare non poteſt cogitans, ſatis fuiſſe illud tantae Scholarum aedificationi. Illa iam puerilis exerratio eſt putantis, recte apud *Eumenium* legi *ſexcentis*, aut *ſexcentenis* pro *ſexcenis*. Ineptiae vero illae diſtinguentis *tercena*, & *tricena*, cum differant *triceni*, & *trigeni*, ut apud *Agraetium*. MARCILIVS. ad *Sueton.* Veſpas. cap. 18. *Sexcena millia nummum*, ac *ſexcenta Seſtertia* non differunt. *Seſtertius* enim, & *nummus* idem fuit apud Romanos, & ad noſtratem monetam ſi revocetur, X. denarios conficit. *Seſtertium* vero in neutro mille Seſtertiis numis valebat, ideoque monetae noſtrae XLIII. libris Francicis, & XV. ſolidis reſpondebat. Igitur, ſubductis calculis, ſexcenta Seſtertia 26250. libris Francis valebunt. Quod ſalarium ita amplum nonnullis viſum eſt, ut *Alciatus* in Parergis ſuis *accipere in ſexcenis* dicat eſſe, accipere annuum reditum, qui confici poſſet ex ea ſumma, ſi foenori daretur, & *Caſaubonus* in *Suetonii* Othone c. 4. pro *ſexcentis* legat *ſexagenis*, id eſt, 2625. libris Francicis. At meminerint illi, *Eumenium* haud vulgarem Magiſtrum fuiſſe, ſed ſumptum, ut ipſe ait, ex Palatio, ubi Magiſter ſacrae Memoriae fuiſſet, pro quo officio media huius ſummae pars ipſi penderetur. An vero cuiquam veriſimile ſit, hominem, in ea dignitate conſtitutum, triginta tantum ſeſtertia pro ſalario accepiſſe? Quid quod Editiones omnes habent *ſexcenis* pro *ſexagenis*. BAVNE. & CELLARIVS. *Sexcena Seſtertia* ſummam conſtituunt quindecim mille Philippaeorum, ut adnotat *Lipſius* lib. IV. c. 10. de Magnit. Rom. Viſa haec ſumma nonnullis modum excedere, ut *Caſaubono*, ac *Balduino*, quibus in mentem venit lectionem mutare: at cum libri omnes conſentiant, non eſt, cur mutemus. Nec miremur, tantum ſalarii *Eumenio* collatum, *ſingulari doctori*, ut ait *Lipſius* idem, *& qui Palatii Magiſter fuiſſet. Credent mecum, qui veteres opes & animos ſatis ſciunt.* PATAROL. & IAEGERVS. Quae hic de *Balduino* memorant Eruditi, vide infr. ad cap. 14. 5. *Sexcentis* editum eſt ante *Gruterum*, poſt quem dedit quoque *Rivinus*. Codd. alterum tuentur, unde in *Schonhovii* excerptis adſcriptum legitur: *Sexenis, poſtea bis tamen idem exemplar legit ſexentis.* lectionem hanc contra *Caſaubonum*, aliosque tueor, cum *Gronovio* Pec. Vet. IV. p. 330. Hi ſummam illam Rhetori nimis grandem fuiſſe contendunt, ſed non cogitarunt *Eumenio*, tamquam Rhetori, tantum *trecena Seſtertia* fuiſſe data, alia enim *trecena* dudum ante acceperat ex ſacrae Memoriae Magiſterio, ita ut ſalarium ipſi tantum fuerit duplicatum, ut ipſe mox adſirmat. Iam *trecena* illa ſummam non adeo grandem fuiſſe docent exempla apud *Lipſium* de Magnit. Rom. IV. 10. & Monit. Polit. Opp. T. IV. p. 321. Accedit, ſummam *Caſauboni* vix ſumtibus in Scholas reficiendas parem videri, cui negotio eam adhibendam voluit *Eumenius.* Sexcena igitur non faciunt ſalarium profeſſionis. Voluit enim Conſtantius, ut, oblata profeſſione oratoria, ſalvum tamen maneret dignitatis, id eſt, Magiſterii Memoriae privilegium, cap. 14. n. 4. cum dignitate ſalvum itaque manſit etiam ſalarium trecenorum, quod ex hoc

dis meis vellent, in quem multo maiora & prius & poſtea praemia contulerunt; ſed ut trecena illa ſeſtertia, quae ſacrae Memoriae Magiſter acceperam, in honore

hoc munere ſe cepiſſe mox dicit, & profeſſionis nomine tantum alia trecena cepit, totum vero ſalarium ad Scholas reſtituendas deſtinavit. Hoc modo ſi res intelligatur, & certe ita intelligenda eſt, multum ex obmotis difficultatibus erit ſublatum. Ceterum *in ſexcenis millibus* eſt ſexcentorum millium, interprete *Buchnero* ad *Plinium* X. Epiſt. 3. 2. neque auctoritate ſua niti mihi videtur *Alciati* diſtinctio.

Multo maiora] *Cuſpinianus* habet *multa*, non male. IAEGERVS.

Prius quod poſtea] Vet. *& poſtea.* PVTEANVS. Voculae *quod poſtea* alienae videntur. ACIDALIVS. *Rhenanus*, & *Stephanus* corrupte, *prius quod poſtea*, unde *Acidalius* voculas *quod poſtea* alienas iudicat. Sed ſi pro *quod* legamus *&*, uti eſt in MS. *Moerl.* Cod. *Puteani*, Edd. *Cuſpin. Livin. Baun. Cell. Patar.* ſenſus ſatis conſtat. Pro *praemia Gud. munera.* IAEGERVS. *Balduinus* dedit, *quam poſtea; Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*, & *Henr. Stephanus:* reliqui omnes *Livineium.*

Tercena] Vet. *trecena.* PVTEANVS. *Trecena*, *Bertin.* LIVINEIVS. Cod. *Bertinienſ. Putean. Gud. Moerl.* habent *trecena*, quos ſequor. IAEGERVS. Recte *trecena* primus reſtituit *Iaegerus.* Conf. *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 8. 13. ceſſet itaque iam huius loci auctoritas, qua *terceni* tuitus eſt *Falſterus* in Supplem. *Fabr.* p 343. neque eadem amplius petatur ex *Feſto* Breviar. cap. 6. ubi pro *tercena millia* iam emendatius legitur *quaterna millia.*

Memoriae Magiſter] *Sacrae Memoriae Magiſtri*, qui & *Memoriales* dicebantur, praeerant libellis, & epiſtolis, & peragendis, implendis, ſignandisque reſcriptis, & reſponſis ſacris, id eſt, Principalibus. Patet ex L. 11. C. *Theod.* de Extraord. ſive ſordidis mun. & in Epiſt. 55. Dioſcorus ad Auguſtinum: *Zenobius Magiſter Memoriae factus eſt.* Memini etiam me legere apud *Marcellinum* lib. XXVII. de quodam Ruſtico Iuliano, qui cum Magiſter Memoriae eſſet, a Gallis ad imperium depoſcebatur, decumbente Valentiniano. BAVNE. Haec olim e dignitatibus Palatinis. Hac praeditus Adnotationes dictabat, & emittebat, precibusque reſpondebat, ut tradit Notitia Imp. Orient. Erant autem Adnotationes ſcripturae quaedam, continentes ea, quae a Principe ſtatuebantur, vel confirmabantur. Alia dignitatis huiusce munera quaere ex *Paneirol.* in eandem Notit. c. 94. PATAROL. Adde *Gutherium* de Offic. Dom. Aug. III. 3. *Meurſium* Auctar. Philog. cap. 29. *Balduinum* ſupr. ad *Eumenium* p. 173.

Pari ſorte] Deeſt vox prior in *Guelferb.* eſt tamen neceſſaria, ut intelligatur, quantum ex Imp. liberalitate ſalario Magiſterii Memoriae adceſſerit.

3. *Adoratum accipio*] Vox iſta *adoratum* mihi ſuſpecta eſt. Mallem *oblatum*, quod mavult noſter *Delbenius*, vel, ſi propius accedendum eſt ad veterem lectionem, videamus, num potius *adaeratum* ſcribi debeat, ut poſtea *numeratam pecuniam* vocat *Eumenius.* Plerumque ſalaria erant annonaria. *Adaerari* autem dicebantur, cum pro iis pecunia numerabatur. Sic lex Honorii iubet annonas, quae Miniſterianis militantibus in ſacris ſcriniis, & univerſis officiis dignitatum debentur, *adaerari* exemplo militum, quibus aerariae praebentur annonae, L. Annonas C. de Erogat. milit. ann. BALDVINVS. Bene *adoratum*, non *oblatum*, ut *Delbenius*, aut *adaeratum*, ut *Balduinus* coniecit. *Eumenius* in Conſtantium Caeſarem: *Adoratae ſunt igitur mihi Sarmaticae expeditiones*, *quibus illa gens paene omnis exſtincta eſt.* LIVINEIVS. Bene pugnat pro illo *adoratum Livineius*, quod & memini me reſtituere *Floro* lib. II. cap. 6. *Itaque fugit, & ceſſit, & in ultimum ſe Italiae recepit ſinum, cum urbem tantum non adoratam reliquiſſet.* ubi tamen ea dictio duplicis intellectus: eius nempe, quo *Plinii* iſthaec lib. Nat. Hiſt. lib. XXIII. Prooemio: *nec curvo adoranda aratro, nec cura laboranda:* item cuius *Papiniana* lib. VI. Thebaidos vs. 664.

Conceſſit cetera pubes
Sponte, & adorato redit illa ingloria diſco.

ibi enim *adoratur* diſcus non ſimpliciter, ſed primum ei oculos propius admovent aemuli, & examinant, an viribus ipſorum conveniat: deinde nutu oris, & flexu corporis teſtantur ſeſe illi impares: atque ita diſcum quaſi *adorant.* Verum non haec huius loci: & diximus de eo verbo infinita in Suſpicionum libellis, brevitati illi minime admiſcenda. GRVTERVS. Cum olim militibus ſtipendia, aut aliis ſalaria de publico ſolvebantur, denique cum Principalis largitio ſuſcipiebatur, hic mos invaluit, Imperatorum recentiorum maxime temporibus, ut oblatam pecuniam non ante ſuſciperent, quam

re privati huius magiſterii, addita pari ſorte, geminarent. Hoc ego ſalarium, 3
quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio, & in accepti ratione praeſcribo:

quam adorationis, aut venerationis quadam ſpecie uterentur. Nam cum antiquitas illa Imperatores aut Principes, veluti praeſentia Numina, coleret, ita etiam ſigna eorum, ſeu imagines pari venerationis cultu proſequebatur. Indeque *ſacros* Principum *vultus* tam ſaepe legimus, & *adorationis* verbum eo ſenſu. Cumque nummi vultus Principum referrent, veriſimile eſt etiam a'ſuſcipientibus adoratos fuiſſe. Cuius antiquitatis apertiſſimum eſt veſtigium in illa *Eumenii* Oratione de Scholis inſtaurandis, qui locus mihi videtur integer, & obſervationis non vulgaris index, neque facile *adoratum* in *adaeratum* commutarem: cur enim *adaeratum ſuum ſalarium* diceret *Eumenius*, cum ei in pecunia numerata fuerit conſtitutum? ita ut adaeratione opus non fuerit, idque ex Conſtantii Imp. epiſtola, Orationi inſerta, ſit manifeſtum. Annonae *adaerari* poterant, ſalaria non item; *ſalaria* enim ſeparantur ab *annonis* in *Lampridii* Alexandro. Praeterea an abſurdius eſt, *adorari* ſacros vultus in pecunia numerata, quam in militaribus ſignis? namque id fieri ſolitum, atque in veteri militia uſitatum ſexcentis locis probare poſſem; ſed unus aut alter ſuffecerit. Ait *Vegetius* de prima cohorte legionis, quae milliaria dicebatur: *Haec imagines Imperatorum, hoc eſt, divina & praeſentia ſigna veneratur.* Item *Tertullianus* in Apologetico: *Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, omnibus Diis praeponit, omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes monilia crucis ſunt; ſuppara illa vexillorum, & labarorum ſtolae crucium ſunt*, &c. Item Cl. Iulianus, Coſ. Vrbis Romae, in Epiſtola ad Pupienum & Balbinum, a *Iul. Capitolino* relata: *Denique legionibus ipſis* (gratulatus tum ſcilicet) *& auxiliis, quae ubique terrarum iam veſtros vultus adorant*, &c. in ſumma, Principum vultus, ſive aereos ſive marmoreos, adoratos fuiſſe, D. *Ambroſius*, qui mihi eſt multorum inſtar, teſtis erit optimus; ait enim: *Sola aere fuſa capita, & ducti vultus de aere, vel marmore, ab hominibus adorantur.* CHIFFLETIVS. de Antiq. Numiſm. cap. 15. Non *adaeratum*, ut *Balduino* placet, non *oblatum*, ut vult *Delbenius*. Malim *adoratum*, id eſt, ut mox ait, venerabundus accipio. Illud ipſum dicit c. 16. ſed paulo clarius: *Sexcena illa, quantum ad honorem ſpectat, accipi oportere cenſeo, atque uſum delego patriae, & ipſi potiſſimum operi, in quo opera noſtra celebranda ſunt.* BAVNE. Grato animo, & cum veneratione, *mit unthertanigſten danck.* Sic idem Paneg. Conſtantii cap. 5. *Adoratae ſunt mihi Sarmaticae expeditiones*, id eſt, honori habendae, plurimi faciendae. Sunt, qui lectionem ſollicitent, quam tuentur *Livineius*, & *Gruterus*. CELLARIVS. *Adaeratum* probat etiam *Scaliger* de Emend. temp. V. p. 424. de qua voce expoſuit *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 256. & 320. & Gloſſar. Nomic. C. *Theod.* in V. *Gutherius* de Offic. Dom. Auguſt. II. 9. Sed huic coniecturae omnem vim adimit ratio, a *Chiffletio* prolata, de ſalario, iam inde ab initio in pecunia numerata conceſſo. *Adoratum* probant conſtanter Codd., neque aliter ſcripſit *Eumenius*, ſed verum locutionis ſenſum non perſpexerunt, qui a pecunia venerabunde accepta, aut adorato Principum vultu notionem repetunt, ut *Chiffletius*, *Baunius*, & *Cellarius.* Propius vero acceſſit *Gruterus*, quamvis mentem non ſatis aperte explicuerit. Mihi ſimplicius ex adorationis ritu videtur ſignificationis ducenda ratio; ut enim adoraturus, manu ad os admota, ſeſe convertebat ad breve tantum tempus ſtatuam adſpiciens, ita ſignificare voluit *Eumenius*, ſeſe accepturum quidem ſalarium, ſed ad breve tempus; ſtatim enim in uſum Scholarum publicum illud eſſe converſurum. Simili ſenſu *Florum* II. 6. 46. interpretatus eſt *Graevius.* Neque locum *Eumenii* Conſtantio 5. 1. percepit *Cellarius*; illic enim *adoratae expeditiones* non ſunt honori habendae, aut veneratione aeſtimatae, ſed quas tantum adtingit, non explicat, quibus non eſt inmoraturus, ut ipſe profitetur ibid. cap. 4. in fin.

Ratione] Forte *rationes.* LIVINEIVS. Haec mutatio non neceſſaria. IAEGERVS.

Perſcribo] *Praeſcribo* Vet. *Bertinienſ.* Non placet. LIVINEIVS. Loco τῦ *perſcribo* Cod. membr. *Livineii*, itemque *Gud.* & *Bertinienſ praeſcribo*, Cod. *Moerl. in accepti nunc preſcribo*, omiſſo vocabulo *ratione*; vitioſe. IAEGERVS. Ex Codd. dedi *praeſcribo.* Etenim *perſcribere* huc non pertinet; notat enim de argentarii menſa ſolvere. Vid. *Graevius* ad *Ciceron.* Verrin. V. 19. & *Erneſti* in Clavi; niſi tueri velis ex iis, quae notat *Harleſius* ad *Ciceron.* de Orator. I. 58. alia etiam eſt *perſcripta ſumma* apud *Sueton.* Galb. 5. *praeſcribere* interpretor, priori loco, ante alia omnia in ratione ſcribere.

bo: ſed expenſum referre patriae meae cupio, & ad reſtitutionem huius operis, quoad uſus popoſcerit, deſtinare. Cuius voluntatis meae ratio etſi adſerenda non eſt, tamen ſub hac tua humanitate, & circumſtantium exſpectatione, qua me audiri ſentio, aliquatenus proſequenda eſt.

Cap. XII. Nam primum omnium, in hoc ego maximos eſſe fructus praemiorum puto, ut digni, quibus tribuantur, habeamur: ſiquidem ipſe uſus pecuniae, bonis maliſve artibus partae, promiſcuus & vilis eſt: honeſtis vero rationibus
2 nibus poſſe adquirere, ſummum, etiamſi quaeſtum remiſeris, lucrum eſt. Neque enim Syrus mercator, aut Deliacus, aut Indicus ad uberrima iſta compendia laudis

Patriae cupio] *Patriae meae* Vet. PVTEANVS. *Meae* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Meae* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod inde a *Grutero*, praeter *Rivinum* in prima Edit., fuit receptum: dixi ad cap. 3. 4.

Popoſcerit] MS. *Moerl. repoſcerit*; non male; praeſertim, ſi conſideres ea, quae dixi ad *Mamertin.* Paneg. I. cap. 11. 3. IAEGERVS.

1. *Nam primum*] Pro *nam* reſcribo *iam.* IAEGERVS. Mihi vulgata eſt potior, quia progreditur ad voluntatis ſuae *rationem*, ut dixit praeced. cap. n. 4. cui reddendae haec vocula eſt aptior; quamvis ſaepe Librarios ita aberraſſe certum ſit. Conf. me ad *Arator.* I. 618. & 924. 988. *Klotz.* Miſcell. Crit. p. 67. *Van Dorp* Obſervat. p. 98. apud *Iuvencum* Hiſt. Euang. I. 791. in optimo *Cantabrig.*, cuius variantes poſſideo, eſt *iam tecta ſubire.* ſimiliter apud *Priſcian.* Perieg. 1085. lego:

Iam pelagi partes percurri carmine vaſtas.

ob *Dionyſii* Perieg. vs. 1184. ἤδη γὰρ.

Ego maximos] In Cod. *Moerl.* & *Gud.* haec ita leguntur: *in hoc ego arbitror, maximos eſſe fructus praemiorum, ut digni, quibus tribuant, habeantur.* IAEGERVS. In hac utriusque Cod. lectione diſplicet *tribuant*, nihil enim praeceſſit, quo hoc referas; ſin legas *tribuantur*, offendet ſequens *habeantur.* Vulgatae igitur inhaereſco.

Ipſe] Abeſt in *Cuſpin.* LIVINEIVS.

Honeſtis] In eodem *Moerl.* vocabula *honeſtis*, & *lucrum eſt* a Librario omiſſa. IAEGERVS. In *Guelferb.* tota periodus ad num. ſeq. deeſt.

2. *Syrus mercator*] Syri populi ſerviles, lucri, & quaeſtus avidi, ac mercaturae nati. Hi autem ad mare mediterraneum incolunt. BAVNE. Conf. *Savaro* ad *Sidonium* Epiſt. I. 8.

Deliacus] *Delicitus* Vet. corrupte. Lege, quae *Ioſ. Scaligero* ad *Varronem* notata de Re Ruſt. III. cap. 9. LIVINEIVS. Corrigo, *aut Niliacus, aut Indicus.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Celebris in inſula Delo mercatus fuit. *Cicero* pro Leg. Manil. c. 18. *Delos in mari Aegaeo poſita, quo omnes undique cum mercibus, atque oneribus commeabant.* & *Plinius* XXXIV. 2. *mercatus in Delo concelebrante toto orbe.* CELLARIVS. Ex Delo, inſula maris Aegaei, de qua infra c. 18. Mercatura haec, & divitiis celebris olim fuit. *Cicero* Orat. pro Cornel. *Neque vero ornamenta iſta villarum* &c. *ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potuiſſe ſuperari.* De eadem inſula tradit *Strabo* lib. XIV. emporium magnum, & pecunioſum habuiſſe. Memorat & *Columella* lib. VIII. Ex recentioribus mercatores Deliacos laudat *Turneb.* lib. XIX. c. 7. PATAROL. Quid *Meurſium* moverit ad emendandum, non video. Mercatu erat celebris Delus, praeſertim cum poſt everſam Corinthum eam, navigantibus in Aſiam maxime ſitu opportunam, frequentarent mercatores, unde *Graeciae emporium* dicebatur. Conf. *Spanhem.* ad *Callimach.* in Del. 16. & 316

Rarae] Nam lucri bonus eſt odor ex re qualibet, inquit *Iuvenal.* Sat. XIV. ideo D. *Ambroſ.* Apol. 1. David. c. 4. *claruit, auri cupiditatem materiam eſſe perfidiae, & avaritiae ſtudio ſacrilegia ſolere generari.* PATAROL.

Inter pauciſſimas] *Cuſpinianus, Livineius, Stephanus*, *Patarol* habent *inter pauciſſimos*, non prorſus incommode IAEGERVS. Codd. tamen vulgatum ſervant, idque voci *rarae* videtur convenientius.

Induſtriae ad] *Induſtriae ſit* Vet. PVTEANVS. *Sit* Vet. LIVINEIVS. *Sit* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, & a *Grutero* primum fuit recte inſertum, a ſolo deinde *Rivino* neglectum.

Adſumendi] Vocem partiar, ac deiungam, *ad ſumendi.* LIVINEIVS. Alii una voce legunt *adſumendi.* Ego vero *Livineii* emendationem ſequor. BAVNE. Ita Codd. & recte recepit *Baunius*, & ſequentes.

Prae-

dis adſpirat; ſed rarae, atque inter pauciſſimas opes ſunt contentae meritis conſcientiae. Quippe hoc ipſo praemii gloria continetur, ne id cupiditate quaerendi adfectaſſe videamur. Quod hoc uno adſequi poſſumus, ſi pro accepto ducamus oblatum: ut induſtriae ſit ad ſumendi copiam pervenire potuiſſe; continentiae, praeteriiſſe.

CAP. XIII. An, ſi fortiſſimi viri in ſacris certaminibus, ſummo labore, atque etiam vitae periculo, ſolam vocem praeconis & coronae teſtimonium petunt, ego verba illa divina, caeleſteſque litteras, quibus mihi tanti Principes inſtituendam iuventutem commendare dignati ſunt, non ultra omnium vocum potentiam venerabundus accipiam? non ultra omnes laureas colam? Quas ego, V. P.

Praevenire] *Pervenire*, *Cuſpin.* Emendate *pervenire.* LIVINEIVS. Vide, hoc ſatis capias, &, ut capias, diſtingue: *oblatum ut induſtriae, aſſumendi copiam praevenire potuiſſe. continentiae* (forte *ut continentiae*) *praeteriiſſe.* id eſt, oblatum ducamus pro accepto, atque oblatum quidem tamquam induſtriae, quia copiam aſſumendi praevenerimus; vel etiam tamquam continentiae, quia praeterierimus. ACIDALIVS. *Pervenire* Codd. & recte recepit *Gruterus*, quamvis adhuc *praevenire* ſervaverit *Rivinus.* Satis difficilis eſt *Acidalii* interpretatio. Plana eſt Oratoris ſententia: Summa percipitur ex oblato praemio voluptas, ſi quis id accipiat, quia ex meritis dignus habetur. Hoc quamvis accipere nolit, id tamen inde lucri accedit, ut laudem meritorum, & induſtriae reportet. *Induſtria* enim ipſius fuit, quod pervenire potuerit ad ſumendi, ſive accipiendi praemii copiam, cum offerretur, ſed cum laude meritorum ſuorum, offerenti adprobatorum, ſit contentus, hoc eſt *continentiae*, ut oblatum praemium praetereat, id eſt recuſet, ſatis contentus, hunc ſibi honorem fuiſſe habitum, ut potuerit offerri, atque in eo is, qui laudis ſtudio & honeſta aemulatione ducitur, a mercatoribus differt, non contentis, niſi re ipſa lucrum perceperint, cum contra hic ſatis lucri accepiſſe ſe arbitretur, ſi eodem dignus fuerit habitus, quamvis illud retinere noluerit. Hinc etiam malim *continentiae*, quam, quod eſt in *Guelferb. continentia*, quamvis ferri poſſet. *Praeterire* autem adhibuit tamquam oppoſitum τῷ *pervenire*, unde repetendum *copiam ſumendi.*

1. *Certaminibus*] Ludis Olympicis, Iſthmicis, ceteris, qui *ſacri* agones ſunt, quia ſinguli in Dei cuiusdam honorem inſtituti fuerunt. CELLARIVS. Intelligo de ludis Olympicis, ideo *ſacris*, quod in Iovis honorem quinto quoque anno celebrabantur Aurigationibus, Curſu, Lucta, &c. Vide fuſam horum deſcriptionem apud *Pauſaniam* lib. V. PATAROL. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 3. 7.

Vitae periculo] Nam inter ceteros aurigantes valde periclitabantur, ſi in metam impegiſſent, quare dictum *Horat.* Carm. 1. Od. 1.

. Metaque fervidis
Evitata rotis

& apud *Sophoclem* Elect. deſcribitur lapſus e curru Pſeudoreſtis, & eiusdem, actis in fugam equis, dilaceratio. PATAROL.

Praeconis] Qui victorem publice enunciabat. PATAROL. *Praeconiis* male *Rhenanus*, & *Rivinus.* ſed *praeconii Balduinus*; ſi Codd. probarent, non male, ut *coniugium* pro coniuge, & ſimilia, de quibus vide infr. ad Noſtr. Conſtantio 8. 4. ſed vulgatum habent omnes Codd. & *Schonhovii* excerpta; praeconis autem fuiſſe ἀνακηρύξαι ἀγωνιςὴν late oſtendit *Dempſter.* ad *Roſin.* V. 5. in fin.

Coronae teſtimonium petunt] Quae in Olympicis ex oleaſtro, ut ex citato *Pauſaniae* libro cap. 15. vide plura apud *Cael. Rhodig.* lib. XIII. c. 17. PATAROL. In hac periodo voces *petunt*, & *inſtituendam* deſunt in Cod. *Moerl.* IAEGERVS.

Potentiam] Vox *potentiam* ſuſpecta. Quod ſi fuerit *praeconium?* praecedentia ſuadent. ACIDALIVS. Facile adducar, ut cum *Acidalio* legam *vocum praeconium.* BAVNE. Vox *potentiam* ſuſpecta eſt *Acidalio*, eique, probante quidem *Baunio*, ſed praeter neceſſitatem, ſubſtituit *praeconium.* IAEGERVS. Vocis in praecone *potentia* erat, ut per eam quis victor renunciaretur; ante enim victoriae, ſaltem praemii & laudis, non erat compos.

Colam? Leges ergo] Sic Vet. *colam? quas ego*, *V. P. tamen etſi.* PVTEANVS. Itidem & in *Rhenan.* vulgatum, ſed vereor, ut a correctorum manu. Nam primum in melioribus libris Vet. *Bertin. Cuſpin.* invenio conſtanter, *quas ego*, *V. P. Tametſi*, &c. Deinde, quo correctio pertinet *tametſi?* quae in hac noſtra ἀποσιωπήσει non eſt obſcura. LIVINEIVS. Mutilus ſenſus, ſed ex arte, ut

2 V. P. Tamenetſi hanc quoque mihi veniam tribuas, oportet. Neque enim fas, ipſius epiſtolae ſacrae commemorationem ſolam ſine obſequio recitationis inducere; ut, ea perlecta, magis eluceat, quantum me ſtudium par ſit im-

ut puto, lepida ſcilicet, atque appoſita reticentia, qualis eſt *Virgiliana* illa Aeneid. lib. I. Neptuni ad ventos:

Quos ego. &c.

PATAROL. Lectionem hanc trium Codicum, quos indicat *Livineius*, tuetur etiam Cod. *Puteani*, & *Moerl.* IAEGERVS. Ante *Gruterum* nullo fuit ſenſu editum, *colam? leges ergo*, *Vir Perfectiſſime. Tametſi.* hoc deinde adhuc retinuit *Rivinus.* Altera lectio, ſane elegantior, eſt quoque in *Guelferb.* & confirmat apud *Virgilium*, a *Patarolo* adhibitum, vulgatum *quos*, pro quo Clariſſ. *Schraderus* maluit *Vos ego*; invito *Ruhnkenio* ad *Aquilam Rom.* de Fig. Sentent. n. 5. adde *Schrader.* Obſerv. in Praef.

2. *Tametſi*] Cod. apud *Puteanum* praeced. obſervatione, & *Guelferb. tamen etſi.* hoc reddidi, quia alterum videtur eſſe a Librario, utpote vulgatius; ita *Gronovius*, aliique probant apud *Ciceronem* de Orator. II. 52. *tamenetſi ea non ſit iniqua merces.* ubi *Traiectinus* quoque Cod. *tametſi.* diſſident tamen a *Gronovio Erneſtius*, & *Harleſius.* Conf. *Cortium* ad *Salluſt.* Catil. 21. 1. Iugurth. 13. 3. *Graev.* ad *Ciceron.* pro Quinct. 21. coniunctim vero ſcribendum eſſe monet *Santenius* ad *Catull.* ad Manl. vs. 135.

Neque enim ipſius] *Neque enim fas* Vet. PVTEANVS. *Fas* Vet. *Bertin.*, *fas eſt*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Scilicet ante *Gruterum*, & in *Rivini* Edit. hic *fas* omittitur, & mox poſt *inducere* inferitur *fas eſt.* Res eodem redit, ſed praeſtat Codices ſequi, in quibus etiam eſt *Guelferb.*

Inducere fas eſt] *Fas eſt* Vet. delet. PVTEANVS. *Fas eſt* dele ex Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Et ex *Guelferb.*

Vt perlecta] *Vt ea perlecta* Vet. PVTEANVS. *Ea*, *Bertin.* LIVINEIVS. Habet quoque *Guelferb.* & inde a *Grutero* recte fuit inſertum, priſcam tamen ſcripturam ſecutus eſt *Rivinus.*

Etiam templis] *Guelferb. etiam & templis*, ita iam olim a *Puteolano*, *Rhenano*, *Balduino*, *Henr. Stephano*, fuit editum. Primus & omiſit *Livineius*, quem reliqui, praeter *Rivinum*, ſunt ſecuti. Priſcam ſcripturam reddidi.

Litterarum] Hic praeſcribitur titul. huic Epiſtolae in *Fubr.* Cod. *Exemplar Epiſtulae Conſtantii Auguſti*, & in *Pulm. Exemplar Epiſtulae.* PVTEANVS.

1. *Merentur*] Venio ad ſacras literas Conſtantii, de quibus potiſſimum hic agitur. Aſcribo eas Conſtantio Caeſari, tametſi non dubitem, prae ſe tuliſſe etiam nomen Imp. Diocletiani & Maximiani A. A. Eſt autem Reſcriptum, imprimis dignum, quod in Cod. *Theodoſianum*, vel *Iuſtinianeum* relatum fuiſſet, neque minus in eo beneficium Gallia ſenſit, quam cum Conſtantii pietatem in Diocletiani & Maximiani ſaevitia, adverſus Eccleſiam excitata, eludenda, & reprimenda ſenſit. Quomodo Conſtantius id in ſua Britannia, quod difficillimum erat, fecerit, indicat *Euſeb.* lib. I. de Vita Conſtantini. Idem eum feciſſe in ſua Gallia exiſtimo. Nam & apud *Optatum* lib. I. libellus Donatiſtarum Conſtantino oblatus, *Tuus*, inquit, *Pater inter caeteros Imperatores perſecutionem non exercuit*, & *ab hoc facinore immunis eſt Gallia.* BALDVINVS.

Quorum vitia] Mendoſe *vitia* pro *vita* ſcriptum erat. Nam & paulo poſt hic laudatur ſtudium vitae melioris. BALDVINVS. *Vitia* errore typographico tantum in *Rhenani* Edit. irrepſerat.

Auguſto Clivienſium] Quidam Codices excuſi anno MDXIII. Viennae, & editi a *Ioanne Cuſpiniano*, Viro antiquitatis omnis peritiſſimo, habent *Auguſto Divenſium.* Itaque in eo loco, ubi ipſe *Rhenanus* legit, *Auguſto Clivienſium*, ita legerim ex Epiſtola D. Conſtantii ibi recitata: *Merentur & Galli noſtri, ut eorum liberis, quorum vitia* (lege *vita*) *in Auguſtodunenſium oppido ingenuis artibus eruditur*, & *ipſi adoleſcentes*, *qui hilari conſenſu meum* (Conſtantii Caeſaris) *ex Italia revertentis ſuſcepere comitatum*, *ut eorum indoli conſulere cupiamus.* Ratio, cur ita legendum cenſeamus; ex praecedentibus verbis colligitur: *Qui civitatem iſtam*, & *olim fraterno Populi Romani nomine gloriatam*, & *tunc demum graviſſima clade perculſam*, *cum latrocinio Batavicae* (*Bagaudicae*) *rebellionis obſeſſa auxilium Romani Principis irrogaret.* Haeduos autem, quorum civitas fuit Auguſtodunum, ſeſe fratres, & conſanguineos Populi Romani iactaſſe, & ſocios ab antiquiſſimis temporibus, vel ex *Iulii Caeſaris* Commentariis notum eſt. Omitto, quod ea, quae nunc eſt Clivenſium ditio, tum Germaniae accenſa ſit, non Galliae: nec ſuffragatur *Rhenano Antoninus*, qui Clivium oppidum non in Gallia, ſed in itinerario provin-

impendere non ipſis modo litteris, ſed etiam & templis ac ſedibus litterarum.

Cap. XIV. *Merentur & Galli noſtri, ut eorum liberis, quorum vita in Auguſtodu-*

vinciarum Britannicarum recenſet. Vt aliud longe fuerit ab eo, quod nunc in Ducatu Clevenſi, ditione Illuſtriſſimi Principis Guillielmi, ſitum eſt, quod recentius eſſe, nec unquam tantae dignationis fuiſſe, quam eſt Auguſtodunum, omnibus in confeſſo eſt. Adde, quod Auguſtodunum hic colonia Romana cenſetur, nimirum ab Auguſto Octavio Caeſare deducta in medio Galliarum, cum, ut diximus, Clevum, quod nunc eſt, in Germania tum fuerit ſitum. Sed omnem nodum tollet locus, quem hic ex praecedenti *Claudii Mamertini* Oratione ad Maximianum adducemus: *Quin etiam*, inquit, *illa, cuius nomine mihi peculiariter gratulandum*, &c. IACOB. NICOL. LOENSIS. Miſcell. Epiphyll. V. 24. Quod *Clivienſium* ſcriptum eſt, etſi *oppidi Cliverum* ſcio veteres meminiſſe, & nunc quoque non ignobile nomen eius eſt, tamen dixerim potius ſcribendum eſſe *Flavienſium*. Hic enim agitur de Auguſto oppido, id eſt, de Auguſtoduno Heduorum. Heduos autem vocatos eſſe *Flavienſes*, ut Auguſtodunum appellarunt *Flaviam* a Fl. Conſtantino, alter *Eumenii* Panegyricus teſtis eſt. Sed, quia id factum videtur poſt tempora Conſtantii, ſuſpicor, cum hic ſcriptum ſimpliciter eſſet *Auguſto oppido*, quendam in margine addidiſſe *Flavienſium*, quod deinde in contextu irrepſerit mendoſe *Clivienſium*. De Auguſtoduno addo, quod *Tacitus* lib. III. ſcribit, etiam olim nobiliſſimam ſobolem Galliarum illic operam dediſſe ſtudiis liberalibus. BALDVINVS. Sic fere Vet *quorum vita in Auguſtodunenſium oppido*. Vrbs Aeduorum vocata eſt Auguſtodunum. *Cornel. Tacit.* lib. III. 163. *Auguſtodunum caput Gentis Aeduorum.* PVTEANVS. Lege *Auguſtodunenſium*, ut recte *Lipſius* ad *Tacit.* Sic & *Palm.* & *B.* De Schola autem Heduorum ſic *Tacitus* lib. III. *Apud Heduos maior moles exorta Auguſtodunum, caput gentis, armatis cohortibus Sacrovir occupaverat, nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis ibi operatam.* IDEM. *Auguſtodunenſium* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* Adi curas *Lipſii* ſecundas ad *Taciti* Annalem III. LIVINEIVS. ACIDALIVS. & BAVNE. Auguſtodunum, nunc *Autun* Gallis, urbs fuit Galliae Celticae, caput gentis Aeduorum, teſte *Tacito* Annal. lib. III. modo Burgundici Ducatus pars illa, quae ab eadem incolis dicitur *L'Autunois.* Scholarum frequentia floruit, etiam ante *Taciti* tempora, ut colliges ex libr. citato, ſub A. V. DCCLXXIV. nec *Auguſtoclivienſium* legendum iam adnotavi initio. *Autun* intellexit etiam *Io. le Clerc* in ſua Bibliotheca T. III. PATAROL. Τὸ *Auguſtodunenſium* habet etiam Cod. *Moerl.* Vid. Vit. *Eumen.* De ludis Maenianis *Eumenii* vid. *Walchium*, V. C., in Commentat. de Eloquentia Lat. Vet. Germanor. p. 17. 18. n. c. d. Ex iis, qui putant, ludos illos Cliviae fuiſſe, citat idem Vir doctiſſimus *Lehmann.* Chron. Spir. lib. I. 25. pag. 36. Ed. *Francof.* A. 1711. *Conring.* Antiquitatt. Academ. pag. 19. & Supplem. XI. pag. 223. ed. *Heumanni*; *Hechtium* Germ. ſacrae & litterar. Part. II. l. 2. c. 3. & *Burckhard.* de Fatis Linguae Lat. in Germ. T. II. pag. 21. Ex iis vero, qui *Eumenium*, eosque ludos Auguſtodunenſium civitati vindicant, *Cellar.* Not Orb. ant. T. I. p. 214. *Fabric.* Biblioth. Lat. Vol. II. p. 770. & Hiſtoire Litteraire de la France T. I. Part. II. pag. 46. quibus adde *Lipſ.* Excurſ. H. in Lib III. Annal. *Tac.* IAEGERVS. *Auguſtodunenſium* etiam *Guelferb.* Vsque ad *Gruterum* fuit lectum *Auguſtoclivienſium*, poſt eum vero retinuit *Rivinus*: in eadem lectione, patriae amore ductus, *Rhenano* adſtipulatur *Pighius* Hercul. Prodic. p. 38. quem ſequitur *Rycquius* de Capitol. p. 450. Singulorum argumenta longa diſputatione ponderare huius non eſt loci, praeſertim, cum in iisdem ſedula aliorum opera iam fuerit verſata, ut *Rhenanum* explodit *Loenſis*, *Pighium* vero *Lipſius* ad *Tacit.* Annal. III. Excurſ. H. adde *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 201. fluctuat *Conringius*, dum Antiq. Acad. Diſſ. I. p. 16. Scholas modo *Auguſtoclivienſes*, modo *Auguſtodunenſes* adpellat. Pro *Auguſtodunenſibus* pugnat ignorata hac aetate *Cliviorum* mentio; fraternum Populi R. nomen, Aeduis, in quibus erat Auguſtodunum, proprium; civitas, a Bagaudis obſeſſa, & Romani Imp. auxilium invocans, cap. 4. 1. quod ad Aeduorum civitatem pertinere patet ex *Eumenio* Grat. act. 4. 2. & quae alia peti poſſunt ex *Ditmaro* ad *Teſchenmak.* Annal. Cliviae Part. I. p. 47. *Fabricio* Biblioth. Lat. T. II. p. 769. *Heſſelio* Adpend. Praefat. ad *Gudii* Inſcript. p. ſi numeres, 40. *Cannegieter* Britenb. p. 137. addo tamen argumentum, aliis neglectum, ex itinere Conſtantii ex Italia per Gallias, ut Carauſium coerceret, de quo dicam ſequenti obſervatione; id autem cum Cliviis nihil ha-

dunenſium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipſi adoleſcentes, qui hilari con-
ſenſu meum Conſtantii Caeſaris, ex Italia revertentis, ſuſcepere comitatum, ut eo-
2 *rum indoli conſulere cupiamus. Proinde quod aliud praemium his, quam illud con-*
3 *ferre debemus, quod nec dare poteſt, nec eripere Fortuna? Vnde auditorio huic,*
quod

habet commune. Altera enim opinio ſi eſſet vera, debuiſſent eum Clivienſium adoleſcentes fuiſſe comitati; quis autem crediderit, Conſtantium, ex Italia per Gallias Geſſoriacum verſus tendentem, Clivios tranſiiſſe? Melius itaque feciſſet *Hagenbuchius*, ſi a crambe recocta, in *Eumenio redivivo* adpoſita, abſtinuiſſet; nihil enim contulit, quod dudum non ſit refutatum. At ſtatuam tamen Eumenii, Cliviis adhuc conſpicuam, obmovent, ferulam, ut aiunt, dextra tenentis, qua iuventutis Praeceptorem agnoſcas. Statuae imaginem, eiusque titulum expreſſit *Balduinus* de Calceo 12. *Braunius* de Veſtit. Hebraeor. p. 390. *Teſchenmaker* Annal. Cliv. Part. I. p. 47. ſed ferulae formam viſi ſunt ſibi videre, qui Clivienſibus *Eumenium* vindicare mallent; mihi ſtatuam aliquando intuenti ea non adparuit, ſed eſto, ſit ferula; utrumne hoc inſigne, quod *Paedagogorum ſceptrum* adpellat *Martialis*, tribuas Rhetori, eidemque Sacrae Memoriae in aula Imperatoris Magiſtro? adde *Schwarzium* ſupr. vit. *Eumenii* p. 172. *Patarol.* ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. init. Cl. *Saxium* Onomaſt. T. I. p. 382. Neque me movet nova *Schwarzii* ſuſpicio ſupr. p. 172. *Niſi forte*, inquit, *credamus, Eumenium iam ante officium Palatinum Cliviis inſtituendae pubi vacaſſe, poſtea vero, quam conſpicua Magiſtri Memoriae dignitate functus fuerat, Auguſtoduni Profeſſoris munia obiiſſe.* Sed nullum huius rei in tota Oratione eſt veſtigium, neque umquam antea *Eumenium* artem Oratoriam publice profeſſum eſſe arbitror, ut mox dicam. —— Ceterum *Auguſtodunum* nomen accepit ab Auguſto; terminatio *dunum* indicat eam in altiori loco, aut ſub eodem eſſe ſitum, ut *Lugdunum*, quia condita erat ὑπὸ λόφῳ, quod tradit *Strabo* Geogr. IV. p. 292. *dun* enim, & *dunum* locum ſignificaſſe eminentem, quod in noſtro *duin* ſupereſt, demonſtrat *Boxhorn.* Orig. Gall. p. 39. & 48. inde *Auguſti mons* dicitur locis, a *Weſſelingio* collatis ad *Antonin.* Itiner. p. 360. ante Auguſtum *Bibracte* fuiſſe adpellatum, ſunt, qui credant, recte refutati a *Cellario* Geogr. II. 2. adde Notas infr. ad *Eumenii* Grat. action. in fin.

Meum Conſtantii Caeſaris] Lego, *meum comitatum. Rhenanus* antea excuderat, *meum Conſtantii Caeſaris ex Italia revertentis comitatum* Sed haec verba, *Conſtantii Caeſaris ex Italia revertentis*, videntur irrepſiſſe ex margine, cum quidam annotaſſet, quid ſibi vellet *meum comitatum.* Eſt enim Conſtantii hoc reſcriptum, tametſi communicetur etiam, ut tunc moris erat, ipſis Auguſtis, Diocletiano & Maximiano, quorum quidem ille Iovius, hic Herculius dicebatur, ut notum eſt. BALDVINVS. Quidam haec duo nomina, *Conſtantii Caeſaris*, expungunt tamquam gloſſema: ego retineo. Sic *Euſebius* Eccleſ. Hiſtor. lib. X. c. 5. ὁπότε ἐυτυχῶς ἐγὼ Κωνσταντῖνος ὁ Ἀυγοῦστος ἐν τῇ Μεδιολανῶν, &c. PVTEANVS. Deleam illa, *Conſtantii Caeſaris*, ut e Gloſſa inculcata. LIVINEIVS. Cum in antiquis libris legeretur *meum comitatum*, poſteriores editiones ita habent, *meum Conſtantii Caeſaris comitatum*, quaedam etiam, *meum Conſtantii Caeſaris ex Italia redeuntis comitatum*; quae voces quin e margine in contextum tranſlatae ſint, minime dubium. BAVNE. *Conſtantii Caeſ.* Verba haec *Balduinus* expungit, autumatque irrepſiſſe ex cuiuspiam adnotatione. Ego cum *Puteano*, aliisque retineo. PATAROL. Cod. *Moerl.* gloſſemate interpolatam lectionem, *meum Conſt. Caeſ. ex Italia revertentis ſuſc. comit.* exhibet. IAEGERVS. *Balduini* coniecturam in textu ſecuti ſunt *Baunius*, & *Iaegerus*; verba autem, *Conſtantii Caeſaris ex Italia revertentis*, ob gloſſae ſuſpicionem, uncis incluſit *Cellarius.* Omnes reliqui eadem ſervarunt; idque iubent Codices, in quibus etiam eſt *Guelferb.* unde eadem reſtitui, iudicium quoque ſecutus *Gothofredi* ad L. 10. C. *Theodoſ.* de Praetor. Tantum abeſt, ut pro Gloſſemate habeam, ut eadem potius inſerenda iuſſerit rei indoles. Recte enim cenſuit *Balduinus* hoc cap. princ. reſcripto huic non tantum Conſtantii, ſed etiam Impp. Diocletiani & Maximiani nomina fuisſe praefixa; confirmat illud locus ex cap. 4. 1. *divinae imperatorum, Caeſarumque noſtrorum providentiae, ſingularique in nos benevolentiae.* & cap. 15. 2. *in his Imperatorum & Caeſarum litteris.* cum vero praeſtiti in hoc reſcripto favoris ratio ſita eſſet in comitatu, ſoli Conſtantio facto, neceſſarium erat, ut illius nominatim fieret mentio; hoc enim omiſſo, *meum* nullius eſt efficaciae in reſcripto, & Imperatorum & Caeſarum nomina exhi-

*quod videtur interitu praeceptoris orbatum, te potiſſimum praeficere debuimus, cu-
ius eloquentiam, & gravitatem morum ex actus noſtri habemus adminiſtratione com-
pertam. Sălvo igitur privilegio dignitatis tuae, hortamur, ut profeſſionem orato-* 4
*riam repetas, atque in ſupradicta civitate, quam non ignoras nos ad priſtinam glo-
riam*

hibente. Comitatum autem hunc intelligo factum, cum a Maximiano Herculio Conſtantius eſſet in Italia Caeſar lectus A. CCXCII., quod Mediolani factum fuiſſe ſuſpicantur. Conf. *Baluzium* ad *Lactant.* p. 305. atque hic videtur fuiſſe *laetae iuventutis occurſus*, quem memorat cap. 9. 2. tum vero a ſocero ſuo Maximiano ad Carauſium debellandum miſſus eſt Conſtantius; iter igitur per Gallias fecit, unde *Eumenius* Paneg Conſtantio 6. 1. *Gallias tuas, Caeſar, veniendo feciſti.* Mediolano itaque per Lugdunum profectus eſt Auguſtodunum, atque illic comitati eum ſunt adoleſcentes, in cuius rei memoriam hoc Auguſtodunenſibus praeſtitit beneficium. Auguſtoduno autem per Galliam perrexit ad Sequanam, & Geſſoriacum verſus, *Eumen.* Conſtantio 6. 1. hunc itineris ordinem oſtendit *Antoninus* Itiner. p. 356.—363. Ceterum *meum revertentis* dicitur ex eleganti uſu genitivi, ut apud *Ciceron.* Philipp. II. 43. *tuum hominis ſimplicis pectus vidimus*, quosque citat *Van Dorp* Obſerv. cap. 5. p. 40.

3. *Te vel potiſſimum*] *Vel* abeſt a Vet. & *Bertin.* LIVINEIVS. Voculam *vel*, quam a veteri ſuo exemplari, & *Bertinienſi* abeſſe teſtatur *Livineius*, quamque Cod. *Moerl.* & *Gud.* etiam omittit, ut incommodam, delevi. IAEGERVS. Abeſt quoque a *Guelferb.* ideoque *Iaegerum* ſecutus ſum. Pro *praeficere* male *Puteolanus* perficere.

Ex actis noſtri] Aliis, *ex actus noſtri.* RHENANVS. *Ex actus* Vet. PVTEANVS. *Ex actus noſtri* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Egregie *ex actus noſtri*, id eſt, Magiſterio Sacrae Memoriae, ut ego quidem ceperim. LIVINEIVS. *Ex actus noſtri*; ſic legendum, non, ut vulgo, *& actis.* ACIDALIVS. Id eſt, ex adminiſtratione Magiſterii Sacrae Memoriae. Quid, ſi cum *Balduino* legas? *in actis noſtris, & adminiſtratione.* BAVNE. *Moerl.* pro, *ex actus noſtri hab. adminiſtratione comp.* praefert, *& actus noſtri habemus adminiſtrationem*; verum potior multo hic eſt lectio recepta, vid. cap. ſeq. ſect. 4. quam, non abnuente quidem *Baunio*, fruſtra tamen ſollicitat *Balduinus*, & legi iubet, *in actis noſtris, & adminiſtratione*, cui optimo iure contradicit *Acidalius*, & *Livineius*. *Ex actus noſtri adm.* i. e. ex adminiſtratione Magiſterii Sacrae Memoriae. Nititur haec lectio auctoritate Vet. Cod. *Livin. Bertin. Cuſpin. Putean.* IAEGERVS. Etiam auctoritate *Guelferb.* ceteroquin mire variant Editi. Praeter *Balduini* lectionem *Puteolanus* dedit *& actus noſtri*, ſed *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*, *& actis noſtri*, denique *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, *ex actis noſtris.* Vulgata tantum eſt vera. Ita *actum adminiſtrare* in L. 1. §. 7. D. Si is qui teſtam. notat enim vox quamcumque adminiſtrationem, unde *actus rationem reddere* in L. 41. D. de Liber. legat. hunc explicanda L. 6. §. 5. D. de Iniuſt. rupt. irrit. ubi quis dicitur ſe venum dediſſe *ad actum gerendum*, id eſt, res domini adminiſtrandas, quae locutio etiam eſt in L. 99. D. de V. S. L. ult. de Publican. ita recte hoc interpretatus eſt *Coſta* ad §. 4. I. de Iur. perſon. *Arnaudtius* de Iur. ſerv. p. 95. neque opus eſt interpretatione *Raevardi* in Coniectur. II. 8.

4. *Privilegio*] *Praemio dign.* Vet. LIVINEIVS.

Receptes] Vet *repetas.* PVTEANVS. *Repetas* Vet. *Bertin. Cuſpin.*, *receptes*, *Rhenan.* LIVINEIVS. Malim *receptes*, neque enim crediderim, *Eumenium*, ante acceptam hanc a Caeſare epiſtolam, profeſſionem oratoriam exercuiſſe. BAVNE. *Repetas*; pro hac voce, quae legitur in vet. exempl. *Livineii*, *Bertinienſi*, *Putean. Moerl.* & Edd. *Cuſp.* ac *Pat.* exhibet *Livineius* in textu *recipias*, *Rhenanus*, & *Stephanus*, *receptes*: & hoc *Baunius* praefert; neque enim crediderim, ait, *Eumenium*, ante acceptam hanc a Caeſare epiſtolam, profeſſionem Oratoriam exercuiſſe. Sed quare hoc nolit credere, non indicat. *Eumenius* c. 6. h. Panegyr. ſect. 2. dicit, *ſe diſciplinas artis oratoriae, priſtina ſua ſtudia, retractare.* IAEGERVS. Etiam *repetas Guelferb.* & in *Schonbovii* excerptis *Aldus.* primus hoc recepit *Gruterus*, quod tantum probo. *Livineii recipias* habet quoque *Paull. Stephanus*; *Rhenani receptes Balduinus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.* Recte autem cenſuit *Baunius*, *Eumenium* artem Oratoriam antea publice non fuiſſe profeſſum, neque hoc locus apud *Iaegerum* probat, quo ſeſe diſciplinas illius artis *retractare* dicit, id enim pertinet ad exercitia privata, quibus ipſe ſeſe exercuerit. Neque illud *repetere* h. l. ſuadet; morte enim prioris praeceptoris haec exercitia publica erant intermiſſa, ſupra cap. 5. 3. novo praeceptore lecto, is eadem repetebat, id eſt, id faciebat, quod intermiſſum erat, ac neglectum, quae τῷ *repetere* no-

riam reformare, ad vitae melioris ſtudium adoleſcentium excolas mentes: nec putes hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, cum honeſta profesſio ornet potius omnem, quam deſtruat, dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcenis millibus nummûm ex Reipublicae viribus conſequi volumus; ut intelligas, meritis tuis etiam noſtram conſuluiſſe clementiam. Vale, Eumeni, cariſſime nobis.

CAP.

notio eſt apud *Columell.* de R. R. XI. 2. 6. *repetebat profeſſionem* non a ſe geſtam antea, ſed alterius morte vacuam.

Reformare] Conf. de hoc verbo *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 53. 3.

Aliquid] *Aliquod* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Balduinus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*. In *Guelferb.* eſt *neque putes.*

Nomen] Loco τοῦ *nomen*, quod in Ed. *Baunii* inveni, neſcio unde contextui illatum *Cuſpinianus*, *Livineius*, *Stephanus*, Ed. *Pariſiens.* A. 1643. *Cellarius*, *Pat.* habent *omnem.* Cod. *Moerl. hominem*, quae facile inter ſe permutantur. IAEGERVS. In *Guelferb* eſt *hoim*, unde quis forte effingat, *hominum.* ſed praeſtat vulgata. Eodem modo Conſtantius in L. 12. C. *Theodoſ.* de Praetor. de Themiſtio Philoſopho: *cuius auget ſcientia dignitatem.* ubi *Gothofredus*, huius quoque loci non inmemor. *Nomen* in *Bauniana* videtur eſſe typographi vitium, cum in Indice hic locus ad V. *omnem* recenſeatur.

5. *In ſexcenis*] *In* abeſt a *Guelferb.* & Edd. *Puteolani*, *Rhenani*, *Balduini*, *Henr. Stephani*, & *Rivini*; ſed vide ſupr. cap. 11. 2. Idem Cod. & Edd. *ſexcentis.*

Viribus] Sic etiam paulo ante locutus eſt *Eumenius*, nec pro *viribus* ſuppono, ut quidam volunt, *iuribus.* Extat Imp. Conſtantii, qui nepos huius noſtri Conſtantii fuit, L. 1. C. de Praeb. ſalar. *Nulli ſalarium tribuatur ex viribus Reip.*, *niſi ei*, *qui iubentibus nobis ſpecialiter fuerit conſecutus.* Quae autem hic vocantur *ſexcenta millia nummûm*, paulo ante *Eumenius* dixit *tercena Seſtertia geminari*, & paulo poſt, *ſexcenta Seſtertia*, ut iam minus laborare *Budaeus* debeat, ut probet, & perſuadeat, *ſexcenta Seſtertia* eſſe ſexcenta millia numorum Seſtertiorum. Sed cum immenſa haec ſumma ſit, (aeſtimatur enim XII. millibus aureorum noſtrorum) tantum ſalarii datum eſſe *Eumenio* non temere mirari poſſumus. Ergo *Alciatus* noſter in ſuis Parergis interpretatur, *accipere in ſexcentis* eſſe, accipere annuum reditum, qui confici poterit ex ea ſumma, ſi fenori detur, ut centeſima uſura eius ſummae redderet quotannis mille & octingentos aureos. Atqui *Eumenius* dicit, ſibi deferri *ſexcenta*, ut antea *tercena.* Ergo annua intelligit. Sane Veſpaſianus, quantumvis avarus eſſet, tamen primus fuit, qui, ut ait *Suetonius*, a fiſco ſuo iuſſit Graecis Latiniſque Rhetoribus dari centena annua. Idem *Suetonius* in lib. de Clar. Gramm. ſcribit, temporibus Auguſti Verrium Flaccum Grammaticum accepiſſe in annum Seſtertia centena. Et, ut *Capitolinus* ſcribit, Imp. Antoninum Pium per omnes provincias Profeſſoribus annua ſtipendia dari voluiſſe, ſic *Lucianus* in Eunucho ait, eum cuiusvis ſectae primoribus, etiam Philoſophis, dediſſe annuas μυριὰς δραχμάς. Sed iam addo, ipſum Conſtantinum, Patris huius ſui exemplo commotum fuiſſe videri, cum ita ediceret: *Salaria Profeſſoribus reddi iubemus, quo facilius liberalibus ſtudiis multos inſtituant*, L. Medicos C. de Profeſſor. Obſervo autem ex ſubſcriptione, legem illam latam eſſe in Pannonia, proximo poſt victum Licinium anno: nam lata dicitur Sirmii, Criſpo & Conſtantino CC. Coſſ. Tanto autem magis neceſſe fuit tunc illam edi, quia Licinius ille, qui litterarum non minus quam religionis hoſtis fuit, ſtudia bona diſſipaverat; Conſtantinum autem nutriiſſe artes ſtudiaque litterarum, inquit *Aurelius Victor.* Sed tanto miror magis, & indigne fero, quod in Chronico *Euſebii* lego, Lactantium, qui & Criſpum, Conſtantini filium, erudierat, virum eloquentiſſimum, adeo pauperem fuiſſe, ut etiam neceſſariis, ſicuti ibi ſcriptum eſt, indiguerit, & cum Nicomediae literas doceret, ab auditoribus deſertum fuiſſe. Vt prima pars huius Orationis oſtendit, admirabilem fuiſſe Conſtantii liberalitatem ad ſtudia excitanda, ſic pars altera teſtatur, admirabiliorem etiam fuiſſe ipſius *Eumenii.* Valeat Gorgias ille Leontinus, qui ex quaeſtu profeſſionis ſuae Oratoriae ſtatuam auream, eamque ſolidam ſibi poſuit in templo Delphico; an non illa fuit illuſtrior, nobiliorque ſtatua, quam *Eumenius* inſtaurando, attollendoque eruditum auditorium non ſibi modo, ſed & patriae, & Reip., & poſteritati poſuit? BALDVINVS. *Iuribus* Vet. LIVINEIVS. Male Vir doctiſſimus *iuribus*; nam quam ille affert L. un. C. de Praebendo ſalar. *Nulli ſalarium tribuatur ex iuribus reipublicae*, *niſi ei*, *qui*, *iubentibus nobis*, *ſpecialiter fuerit conſecutus*; ibi omnino ex Cod. *Theodoſiano* ſcribendum eſt *viribus.* GRONOVIVS. Obſerv. IV. 24.

Vi-

CAP. XV. Ita non videtur tibi, V. P., hac tantorum Principum ex-
hortatione, non ſolum meus ex otio iacens ad priſtinas artes animus at-
tolli, verum etiam ipſi quodammodo veterum ſcholarum parietes & tecta
conſurgere? Quod enim tantum carmen Amphioni, quae tanta ple- 2
ctro, fidibusque dulcedo, quam ſecuta quondam ſaxa perhibentur, ut
du-

Vide ſupr. cap. II. 2.

Conſtituere clementiam] Aliquid deeſt poſt verbum *meritis tuis.* Quid ſi ſuppleas *praemium*, vel *pretium?* ita coniicit noſter *Delbennius*, adoleſcens eruditus. BALDVINVS. Vet. *conſuluiſſe.* PVTEANVS. Forte *conſtare.* LIVINEIVS, & ACIDALIVS. Pro voce *conſtituere*, nullius hic ſenſus, quae adhuc in omnibus, quos vidi, editis libris legebatur, *Livineius*, & *Acidalius* coniiciunt ſubſtituendum eſſe, *conſtare*; ſatis bene Sed cum Cod. vetus *Puteani*, itemque *Gud.* & *Moerlianus* habent, *conſuluiſſe*, commodam hanc lectionem MSS., ingenioſae quamvis, *Livineii* coniecturae anteponendam exiſtimavi. IAEGERVS. Solus edidit *Balduinus*, *etiam pretium noſtram.* *Pontanus* Origin. Francic. VI. 23. ſubſtituit *confluere.* Recte locum ſanavit *Iaegerus*; in principio reſcripti dixerat Conſtantius, ſeſe adoleſcentium *indoli conſulere*, dato ipſis Praeceptore; iam addit, ſeſe non minus illius Praeceptoris, ſive *Eumenii*, meritis *conſulere*, dato ſalario.

Eumeni clariſſime] Alii *chariſſime.* RHENANVS. Vet. *cariſſime.* Sic Conſtantinus in fin. Epiſtol. ad Anilinum: ἔῤῥωσο Ἀνιλῖνε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. PVTEANVS. *Cariſſime* iam recepit *Livineius*, a quo poſtea ſolus receſſit *Rivinus.* Alterum probat *Guelferb.* & *Schonbovii* excerpta; erat enim *cariſſimi* titulus iis proprius, qui honoribus fungebantur, Praefectura Praetorio, Vrbi, quique Magiſtri officiorum fuerant, aliisque, quos enumerat meus *Cannegieterus* ad Fragment. Vet. Iuriſprud. p. 16. recte igitur tribuatur *Eumenio*, Sacrae Memoriae Magiſtro. Apud *Magnonem* p. 75. *K* exponitur *Kariſſime*, & in Not. Iurid. p. 185. *KME.* Vix dubitem, quin & ita ſcripſerit Conſtantius.

1. *Tibi*] Omiſit *Balduinus.*

Meus et otio] Vet. *ex.* PVTEANVS. *Ex otio* Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* LIVINEIVS. Τὸ *meus* deeſt in Codd. *Gud.* & *Moerl.* IAEGERVS. *Balduinus* edidit *meus etiam otio.* Reliqui ad *Gruterum* usque, *meus & otio*, & poſtea in prima Edit. *Rivinus.* niſi quod *Paullus Stephanus* dederit *mens & otio*, ut *mentem* & *animum* iunxit *Cicero* Nat. Deor. I. 15. ſed Codd. etiam *Guelferb.* & *Schonbovii* excerpta in vocula *ex* ſecutus ſum.

Iacens] Hoc eſt torpens, & bonarum artium mala exiſtimatione torpidus, atque adflictus. *Iulius Caeſar* de Terentio apud *Donatum*, in vita Comici:

> *Vt aequato virtus polleret honore*
> *Cum Graecis, nec in hac deſpectus parte iaceres.*

Propertius:

> *Me ſine, quem ſemper voluit Fortuna iacere.*

Latinus Pacatus: Sibi humilitatem, & tenebras ſuas inputet iacens virtus. *Petronius:*

> *Rebus in adverſis quae iacuere, iuvant.*

Claudianus primo de Raptu Proſerpinae:

> *An forte iacentes*
> *Ignavosque putas, quod non Cyclopea tela*
> *Stringimus, aut varias tonitru deludimus auras.*

BARTHIVS. Adverſ. LVI. 10. Dixi ad *Sedul.* II. 227. Cum *Barthio* tamen hoc non retulerim ad animum, mala bonarum artium exiſtimatione torpidum, ſed quia priſtinas exercere non potuerat *Eumenius*, ſacrae Memoriae Magiſterio occupatus.

Verum & veterum ipſi] Sic Vet. *verum etiam ipſi quodammodo veterum ſcholarum.* PVTEANVS. *Verum etiam ipſi quodammodo* Vet. & *Bertin.* LIVINEIVS. Quod dedi, eſt ex Codd. & recte primum *Gruterus.* Antea, etiam a *Rivino*, edebatur, *verum & veterum ipſi quodammodo ſcholarum*, pro & autem *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, *etiam.* Imitatus videtur *Ciceron.* pro Marcell. 3. aut *Mamertinum* Genethl. 11. 3. *tecta ipſa ſe, ut audio, pene commoverunt*, ubi Not.

2. *Amphioni*] Amphion, Iovis & Antiopes filius, citharae, quam a Mercurio acceperat, pulſandae adeo peritus, ut Thebarum muros hac arte dicatur condidiſſe. *Horat.* Poet. 394.

> *Dictus & Amphion, Thebanae conditor urbis,*
> *Sa-*

ducentibus ſubvecta modulis, & ad intervalla carminum reſiſtentia, ſponte murum, velut arte, conſtruerent, quanta in his Imperatorum & Caeſarum litteris ineſt; qui domini, animorum impetus, effectusque rerum ciendo, ſuis atque
3 etiam permovendo conſiliis, per quod iubere poſſunt, ſuadere dignantur: &, cum vel tacitas eorum, ac vultu tenus ſignificatas voluntates ſummi patris ſequatur auctoritas, cuius nutum promiſſionemque firmantis totius mundi tremor ſentit; ipſi tamen ultro imperandi poteſtatem cohortandi humanitate conciliant. Quin

Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere, quo vellet.

Propert. lib. III. Eleg. I. 43.

Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.

BAVNE. & PATAROL. *Amphionis* edidit *Balduinus*, non neceſſe; ſignificavit autem mihi *Eldikius* noſter, ſibi ab hoc loco non alienum videri Epigramma apud *Murator.* p. 672. *Bonad.* Cl. V. p. 439. nonnihil quidem mendoſum, ſed quod ita corrigebat:

Ἀμφίων Μούσαις κιθάρης ἐστήσατο Θήβης
Τείχεα, νῦν δὲ τ' ἐμᾶς πατρίδος Ἰλλύριος,
Ἀδυλόγον μοῦσαν μεθέπων, τῷ καὶ δοκέουσι
Ἀκμητεί ῥ' ἕξειν πείρατα πάντα τέχνας.

Ducentibus] Conf. *Drakenb.* ad *Silium* XV. 461.

Conſtruerentur] Vet. *conſtruerent.* PVTEANVS. MS. *Moerl.* & *Gud. conſtituerent.* IAEGERVS. *Conſtruerentur* ſoli ediderunt *Rhenanus*, & *Rivinus*, in quo cum haereret ſententia, *Balduinus* inſerta praepoſitione dedit, *in murum velut arte conſtruerentur.* Praefero *conſtruerent* etiam illi lectioni, quam ex ſuis Codd. dedit *Iaegerus.*

Litteris ineſt] Mos fuit, leges & mandata, ſi plures uno imperarent, omnium ſimul nomine edere, ac promulgare, etiamſi ab uno proficiſcerentur, ut hoc a Conſtantio. *Imperatores* autem Auguſti erant Diocletianus & Maximianus Herculeus; *Caeſares* Conſtantius & Maximianus Galerius. CELLARIVS. Inſignis h. l. varietas ſcripturae eſt in Cod. *Moerl.* cuius in nullo alio apparet veſtigium. Legitur ita: *quanta in his Impp. & Caeſſ. lit. ineſt; qui domini animorum impetus effectusque rerum ciendo ſuis atque etiam promovendo conſiliis, per quod iubere poſſunt, ſuadere dignantur.* Ex quibus verbis, ſi lectio vulgata videretur mutanda, tranſpoſito τῷ *ſuis*, & poſt *atque etiam* collocato, & eiecto τῷ *per* ante *quod iubere*, vel in *id* mutato, ſenſum non ineptum poſſes elicere. *Gud.* praefert, *ineſt: qui deinde Imp.* &c. IAEGERVS. Antea conſtanter fuit editum, *quanta in his Imperatorum & Caeſarum litteris ineſt ad omnes animorum impetus, effectusque rerum ciendos vis atque permotio? qui, quod iubere poſſint, ſuadere dignantur.* ſenſu ſatis commodo, ita ut de vitio non ſuſpicarer, niſi ex Codd. apud *Iaegerum* monitus. Scilicet verae lectioni mutandae cauſſam dedit, quod non ſenſerint Librarii, poſt *ineſt* ex praecedentibus repetendum eſſe *dulcedo*, atque inde, cum ceteroquin haereret ſententia, ortum eſt illud *vis atque permotio*, & tamen neque ita omnia apte cohaerent, ad comparationem iuſte faciendam. Quid enim? ſecundum vulgatam Amphionis plectro inerat ad ſaxa movenda *dulcedo*, Imperatorum litteris *vis* ad animorum inpetus ciendos. Hoc tamen noluit *Eumenius*; dicit enim Impp. non iuſſiſſe, ſed *ſuaſiſſe*, cui neſcio, an *vis* ſatis conveniat; magis itaque cohaeret ſententia, ut ſua dulcedine ſaxa Amphion, ſic eadem dulcedine animos moverunt Imperatores. Ex Codd. itaque apud *Iaegerum* hunc locum, diſtinctione adiutum, ſic conſtitui, *quanta in his —— litteris ineſt*, (dulcedo) *qui domini, animorum inpetus effectusque rerum ciendo, ſuis atque etiam promovendo conſiliis, per quod iubere poſſunt, ſuadere dignantur.* Erant Imperatores *domini;* potuiſſent itaque per epiſtolam *Eumenium* iubere, profeſſionem Oratoriam repetere, ſed *per quod*, id eſt per quam epiſtolam, id iubere potuiſſent, ſuadere maluerunt; ſcripſerant enim, *hortamur, ut profeſſionem Oratoriam repetas. Animorum* autem *inpetus ciebant* honore dato, & liberalitate, *effectus rerum* Schola inſtauranda, *ſuis* denique *conſiliis promovebant* de adoleſcentium mentibus ad vitae melioris ſtudium excolendis vid. cap. praeced. n. 4. illud *atque etiam* a *Cicerone* quoque adhibitum, de Offic. I. 26. *Pacato* Paneg. 29. 2. & 4. adde Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 82. 4.

Iubere poſſint] Vet. *poſſunt.* PVTEANVS. *Poſſunt* Vet. LIVINEIVS. Dedi ſcripturam Codd. prae-

Quin etiam laudibus incitant, gravitatem morum, dicendi facultatem ſibi pro- 4
batam & cognitam praedicantes: Palatini honoris privilegium oratoriae profeſ-
ſioni ſalvum, & incolume ſervantes. Quibus ego divinae benignitatis illece- 5
bris, etiamſi omni ſenſu ante caruiſſem, ad quamvis profecto intelligentiam
moverer, & adducerer. Siquidem tantos Principes unum hominem tanta lau-
de decorare, non eſt oratorem admonere, ſed facere.

Cap. XVI. Quid igitur mihi cum numerata pecunia? imo quid cum ul-
lis

praecedenti obſervatione notatam.

4. *Summi patris*] Iovis. LIVINEIVS.

Firmantis] Vox nihili eſt, & incolumi ſenſu abeſſe poteſt. Sed nimirum uterque ſummus Poeta, ut ſupra notamus, non totius mundi tremorem omnino Iovis nutui, ſed unius caeli tribuit. Itaque *flammantis* ſurrogem, quod *mundi* appellationem conſtringat, & tamquam coerceat. Notum hemiſtichium vetus, *ſemperflammantis Olympi*. LIVINEIVS. Bene *firmantis*; nihil enim frequentius *Virgilio*, unde haec ipſa deſumta eſt, quam introducere Iovem, dicta ſua firmantem illo concuſſu capitis, quo totum tremefacit Olympum. Itaque ex ſupervacuo alii haec medicantur remediis non neceſſariis. GRVTERVS. Vid. *Virgil.* Aeneid. IX. 106. Pro *firmantis Livineius* vult *flammantis mundi*, i. e. Olympi, non probante *Grutero*. *Firmantis* eſt ſimpliciter confirmantis, ſeu pollicentis. IAEGERVS. *Ovidius* Metam. X. 430.

Promiſſaque numine firmat.

De *mundi tremore* confer *Livin.* ad *Mamertin.* Paneg. 7. 5. *Iaeger.* ad *Mamertin.* Iulian. 28. 5.

Conciliant] *Conciliant* non ſatis concoquo, & *condiunt* reponam. LIVINEIVS. Non audiendus eſt hic *Livineius*, ſi quidem τὸ *conciliare* idem eſt h. l. atque *condire*, i. e. gratum & acceptum reddere. Non deſunt exempla huius ſignificatus. *Caeſar.* B. G. VIII. 52. *T. Labienum Galliae togatae praefecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad conſulatus petitionem.* *Ovidius* Triſt. lib. III. Eleg. 11. vs. 41.

Quippe bovem Siculo fertur donaſſe tyranno,
Et dictis artes conciliaſſe ſuas.

IAEGERVS.

4. *Gravitatem*] In *Guelferb.* eſt *genuitatem*. male; reſpicit verba reſcripti 14. 3. *cuius eloquentiam, & gravitatem morum.*

Praedicantes] Vt in Epiſtola, verſus finem. PATAROL. *Guelferb. praedicantis.*

5. *Onerer, adducerer*] Opinor legendum, *monere*, aut *moneri*. RHENANVS. Vet. *moverer &.* PVTEANVS. *Intelligentiam onerer, adducerer* eſt in Vet. Belliſſime in *Cuſpin. intell. moverer ac ducerer.* inepte *Balduinus*, *intellig. oneris adducerer*. LIVINEIVS. *Rhenanus* hariolatur *monere*, aut *moneri*. Lege *monerer ac docerer*; id explicat iis, quae ſubiuncta: *Siquidem tantos Principes unum hominem tanta laude decorare, non eſt oratorem admonere, ſed facere.* ACIDALIVS. *Livineius* in contextu, omiſſo vitioſo *onerer*, quod *Rhen.* & *Stephan.* habent, itemque τῷ *moverer*, quod in *Cuſpin.* invenit, ſolum exhibet *adducerer* MS. *Moerl.* & *Gud. moverer & adducerer. Cuſpin.* ſequitur *Patar.* Haec *Moerl.* lectio, & ea, quam in Ed. *Cuſpiniani* reperimus, confirmata Cod. *Puteani*, ſine controverſia ceteris eſt praeferenda. Nec opus eſt, cum *Acidalio* τὸ *ducerer* mutare in *docerer*. Nam ad *intelligentiam duci*, vel *adduci*, idem certe eſt, ac doceri. IAEGERVS. Mira hic lectionum varietas. *Onerer, adducerer* nulla ſententia *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*. ex arbitrio *Balduinus*, *intelligentiam oneris adducerer*; paullo melius *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, *intelligentiam adducerer*; *Rivinus*, *intelligentiam onere adducerer*; *Gruterus*, *intelligentiam moveret ac duceret*; *Baunius*, *movere ac ducere*, *Cellarius*, *Patarolus*, & *Iaegerus*, *moverer ac ducerer*, quod etiam in *Schonbovii* excerptis eſt notatum. Pleraeque hae lectiones videntur ex Interpretum arbitrio confictae. Secundum Codd. *Moerl.* & *Guelferb.* locum expreſſi.

Vnum hominem] Forte *minimum hominem*. ACIDALIVS. Fruſtra, aut enim *unus* abundat, ut in exemplis apud *Burman.* ad *Ovid* Heroid. XV. 126. aut eſt aliquis, quidam, de quo Pater meus ad *Victor.* Caeſar. 3. 16.

1. *Cum ullis*] MS. *Moerl. cum illis.* IAEGERVS.

lis opibus aut Midae regis, aut Croeſi, aut ipſius, qui auro creditur fluxiſſe, Pactoli, cum divina haec teſtimonia omnibus divitiis, atque ipſis eorum
2 praemiis anteponam? Niſi forte Pythiados illius, excellentem Socratis ſapientiam vaticinatae, aut magnificentius carmen videtur, aut verius, quam quod Iovii Herculeique pronuntiant, quorum ne nutus quidem poſſunt, non mo-
3 do dicta, revocari. Quamobrem, ut dixi, V. P., ſexcena illa, quantum ad honorem ſpectat, accipi oportet, ea autem delego patriae, & ipſi potiſſimum
4 operi, in quo ſtudia noſtra celebranda ſunt. Videor enim mihi (id quod ſacris

Midae regis] Mida Gordii bubulci filius fuit, idemque Phrygiae rex locupletiſſimus, qui cum a Baccho, quem pro hoſpitio acceperat, beneficii loco obtinuiſſet, ut quidquid attingeret, porro in aurum verteretur: cum & ipſi, quos attingebat, cibi in aurum mutarentur, paulo quidem ſerius ſuae illum poenitere coepit imprudentiae. Quare iuſſus ab eodem Baccho in Pactolo fluvio ſe abluere, priſtino ſtatui reſtitutus eſt. Ceterum ex eo tempore Pactolus auro fluere coepit. De hac fabula *Ovidius* Metam. lib. XI. 86. BAVNE. Vnde *Statius* Sylv. lib. II. Carm. 2.

Vive Midae gazis, & Lydo ditior auro.

hoc eſt, Croeſi, de quo mox Noſter ipſe. PATAROL. Adde *Marckland.* ad *Statii* Silv. I. Carm. 3. 105.

Croeſi] Croeſus rex Lydorum fuit, omnium, quos memoria celebrat, ditiſſimus. Is Phrygibus, Myſienſibus, Thracibus, Caribus, ſexcentiſque aliis populis profligatis felici ſua fortuna, in primiſque immodicis opibus plus aequo inflatus, Cyro, Perſarum regi, bellum infert, a quo Sardis victus captusque, atque igni damnatus, cum Solonis identidem nomen appellaret, ſciſcitanti Cyro, quid is tandem hominis eſſet? Athenienſem fuiſſe ſapientem reſpondit, qui ſe olim admonuiſſet, mortalem ante obitum neminem dici beatum oportere, quae vox quam eſſet vera, nunc ſe demum intelligere. Quo audito, Cyrus non ſolum homini pepercit, ſed deinceps in pretio habuit. *Ovid.* IV. de Pont. Eleg. 3. 37.

Divitis audita eſt cui non opulentia Croeſi?

& cum immenſas opes ſignificare volumus, ſtatim *Croeſi divitias* dicimus. De eo vide apud *Herodotum* lib. I. 26. BAVNE.

Dicitur] Vet. *creditur.* PVTEANVS. Pro *dicitur Moerl.* & Vet. Cod. *Puteani* cum *Gud. creditur*; porro poſt *divina* deeſt τὸ *haec*. IAEGERVS. Ex Codd. vocem reddidi, ut recte factum infra apud *Eumen.* Conſtantio 2. 3. Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 21. 4.

Eorum praemiis] Diu eſt, quod litera addita volebam, *Deorum praemiis*, neque adhuc diſplicet. GRVTERVS. In *Guelferb.* eſt *rerum*, unde emendo *regum*, Midae & Croeſi, ut haec permutata eſſe oſtendit *Burman.* ad *Lucan.* VII. 584.

2. *Niſi forte Pythiados*] Mulieris fatidicae, ſic dictae ab Apolline Pythio, cuius celebrata oracula in urbe Phocidis Pytho, ſeu Pythone. Forte autem mulier haec Diotima illa Athenienſis fuit, quae Socratem in amatoria facultate inſtruxit, ut ipſe loquitur apud *Platonem* in Convivio. PATAROL. Lego, *Mihi forte Pyth. il. exc. Socr. ſ. v. haut magn. c. videtur, haut ver. Aut* & *haut* promiſcue ſcripta. V. ad *Anton.* Carmen, &, qui plura habet, Vir Doctus Vol. VI. Miſcell. Obſerv. p. 367. Sed & minori mutatione ſic poſſet corrigi: *Nihil forte Pyth. ill. exc. S. ſap. vat. aut m. c. videtur, aut v.* atque hanc quidem emendationem priori praetulerim. VONCKIVS. Obſerv. Miſcell. cap 34. Non debuiſſet illud *niſi forte* tentari, ita eleganter in principio poſitum, ut apud *Ciceron.* ad Attic. X. 3. de Fato 16. *Curtium* V. 8. 12. *Lactantium* Inſtit. I. 13. 1. ubi *Bunemann.* Intelligit autem Pythiae teſtimonium Chaerophonti datum, *ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος*, de quo *Diogenes Laertius* II. ſegm. 37. *Lactantius* Epit. Inſtit. 37. *videamus tamen, an ſapientiſſimus Socrates, ſicut Pythius praedicavit.* ſive *Socrates ſit, ut*, quod emendabat *Pfaffius*, & *Bondamius* noſter Var. Lect. II. p. 114.

Vaticinatae] Cod. *Moerl.* cum *Gud.* exhibet, *vaticinantis.* IAEGERVS.

Iovi Herculique] Lege, *Iovii Herculiique.* id verum, qui paullum verſatus in his Panegyricis, videbit. ACIDALIVS. Haec coniectura eſt in *Schonhovii* excerptis, & primum recepit *Gruterus*; antea edebatur, quod etiam eſt in *Guelferb.*, & in prima Edit. retinuit *Rivinus*, *Iovi Herculique.* Mihi placet vulgata, propter praecedens *divina teſti-*

cris litteris continetur, ut ſalvo honoris mei privilegio doceam) hoc manifeſtius atque illuſtrius retenturus, ut me dignum talibus aeternorum Principum iudiciis probem amore reipublicae. Equidem ipſos patriae Deos teſtor, tanto 5
me civitatis iſtius amore flagrare, ut, quocumque oculos circumtuli, ad reſtitutionem operum ſingulorum ita gaudio ferar, ut ſpiritum identidem meum pro illorum ſalute devoveam, quorum iuſſu, opibusque reparantur. Sed tamen hoc, 6
quod mihi ornandae profeſſionis meae cauſſa tributum eſt, huic me praecipue ſentio debere monumento.

CAP.

teſtimonia, id eſt, Imperatorum Iovii & Herculei.

Non modo dicta] De hac locutione, in qua deeſt *non*, V. *Perizon.* ad *Sanct.* Minerv. lib. IV. c. 7. n. 5. p. m 694. ſqq. *Vechner.* Hellenolex. I. 2. 5. p. m. 143. ſqq. *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* I. 1. 47. IAEGERVS.

3. *Sexcena*] *Guelferb.* & Edd antiquiores *ſexcenta.* Conf. 11. 2.

Oportere cenſeo, atque uſum] Sic Vet. *accipi oportet, ea autem delego.* PVTEANVS. *Acc. oportere autem, aut quae uſum*, lego explanate in Vet. in *Bertinienſ. acc. oport. autumo, atque uſum* &c. LIVINEIVS. Lege, *atqui uſum d. p.* RITTERSHVSIVS. Putabam aliquando, litera una tantum mutata, reſcribendum, *cenſeo: atqui uſum* &c. quomodo etiam video veniſſe in mentem optimo *Bongarſio*; ſed enim cum audiam abire ab hac ſcriptura exemplaria authentica, ſuſpicari licet fuiſſe, *ſpectat, accipio aperte, re autem atque uſu delego patriae*, ut ſubintelligatur *ſexcena Seſtertia:* niſi potius fuit, *accipi oportet: re autem atque uſu delego patriae.* quod ad ſententiam attinet, eandem expreſſit & ſupra cap. 11. GRVTERVS. Cod. vet. *Puteani*, & *Moerl.* cum *Gud. accipi oportet: ea autem delego patriae, & ipſi* &c. Lectio quantivis pretii, &, paene dixerim, unice vera. IAEGERVS. Miror eam non recepiſſe *Iaegerum*, quam Codd. obſecutus reddidi.

4. *Ita ſalvo*] Forte, *ut ſalvo.* LIVINEIVS. Forte, *id eſt, ſalvo hon.* niſi malimus cum *Livineio, ut ſalvo hon.* GRVTERVS. Videatur potius legendum *ut*; illud ipſum, ut doceat ſalvo dignitatis ſuae privilegio, quod Principalibus literis continebatur, ita ſibi videtur manifeſtius, & illuſtrius retinere poſſe, ſi dignum ſe illorum iudiciis probet Reip. amore. Ad verba Epiſtolae reſpicit: *Salvo igitur privilegio dignitatis tuae hortamur, ut profeſſionem Oratoriam receptes.* ACIDALIVS. Mihi temperare non potui, quin, iuxta *Livineii*, *Acidalii*, & *Gruteri* ſuſpicionem, textum hunc haud corruptum, duabus mutatis voculis, ederem: pro *ita ſalvo* reſtitui *ut ſalvo*, & mox pro *ut me* lego *ſi me*, ut poſt *Livineium* emendat *Gruterus.* BAVNE. *Baunium*, coniecturae *Livineii* locum dantem, in contextu ſecuti ſunt *Cellarius*, & *Iaegerus.* Hoc retinui, quia cum pro varia lectione nihil adnotaſſet *Cortius*, videtur etiam eſſe in *Guelferb.* Locum hunc ita conſtituebat meus *Eldikius: ita ſalvo honoris mei privilegio donum hoc* (caſu ſexto) *manifeſtius* —— *ſi me.* Obſcura conſtructio videtur orta ex interpunctione vitioſa, parentheſeos ope hoc modo adiuvanda; *Videor enim mibi (id quod ſacris litteris continetur, ut ſalvo honoris mei privilegio doceam) hoc manifeſtius* &c.

Vt me dignum] Exiſtimo legendum, *ſi me* &c. Infra: *Illum temporum ſtatum, quo Romana res plurimum terra & mari valuit, ita demum integrari putant, ſi non potentia, ſed etiam eloquentia Romana reviveſcat.* Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *ſiquidem ipſum imperium hoc fore pulchrius iudicabas, ſi id non hereditarium ex ſucceſſione creviſſes.* & quae ſequuntur. LIVINEIVS. Fuit fortaſſe, *ſi & me dignum*, quemadmodum pene item coniecit *Livineius.* GRVTERVS. *Si me* primus in contextum tacite admiſit *Iaegerus*; Codices tamen, etiam *Guelferb.*, ſervant *ut me*, contra quorum conſenſum non auſus ſui lectionem, ex ſola coniectura oriundam, ſubſtituere, praeſertim cum nulla ſit neceſſitas; poſterius enim cauſſa eſt effectus prioris, quare inluſtrius eſſet retenturus, ad quod *ut* ſatis eſt adcommodatum. Ceterum in *Guelferb.* eſt *illuſtrius.*

Aeternorum Principum] V. *Cellar.* ad *Eumen.* Grat. Act. Flavienſ. nomine c. 1. IAEGERVS.

5. *Operibusque*] Vet. *opibusque.* PVTEANVS. *Opibusque* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *opibusque.* ACIDALIVS. Vitioſe *Rhen. Stephan. Livin. operibusque.* IAEGERVS. *Opibusque* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod recte recepit *Gruterus*; inhaeſit tamen priſcae ſcripturae *Rivinus.* Conf. ſupr. 5. 1. & ad Genethl. 6. 5.

6. *Monumenta*] Vet. *monumento.* PVTEANVS. Le-

Cap. XVII. Etenim ſi bello parta Marti dicantur, ſi mari quaeſita Neptuno, ſi meſſes Cereri, ſi Mercurio lucra libantur, ſi item rerum omnium ad cultum referuntur auctorum; ubi fas eſt docendi praemia con-
2 ſecrare, niſi in ſede dicendi? Praeſertim cum mihi, ultra communem cum ceteris ſtudiorum religionem, etiam proprius quidam ſit erga Mae-
3 niana illa, ex maiorum meorum recordatione, delectus. Quamvis enim, an-

Lege *monimento*. ACIDALIVS. *Monumenta* vitioſe quoque eſt in *Guelferb.* editumque eſt usque ad *Gruterum*, & poſtea a *Rivino*.

1. *Bello parta*] Simillimus locus apud *Stat.* Sylv. lib. I. Carm. 4.

> *Si Cereri ſua dona, merumque Lyaeo*
> *Reddimus, & dives praedae tamen accipit omni*
> *Exuvias Diana tholo, captivaque tela*
> *Bellipotens* &c.

PATAROL. Conf. *Cerdam* ad *Virgil.* Eclog. VII. 29.

Item rerum omnium] Poſt *omnium* excidit quiddam, & fortaſſean *fructus.* infra: *quemadmodum cetera vitae noſtrae commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus*, &c. *Balduinus*, quod dicitur, levi brachio *res omnes* edidit. LIVINEIVS. Poſt *omnium* deeſſe videtur *primitiae*, vel quod ſimile nomen. RITTERSHVSIVS. Suſpicatus ſum olim, nocuiſſe huic loco compendium ſcripturae, ac fuiſſe initio expreſſum, *ſi primitiae rerum omnium* &c. alios vero deinde per notam numeri primarii indicare voluiſſe idem verbi, una alteraque adiecta littera, nunc ne hisce quidem: adeo lubricum omnino eſt, aliquid tentare ſine libris ducibus. GRVTERVS. Senſus quidem clarior fit, ſi cum *Balduino* legatur: *ſi item res omnes*, &c. vel ſi inferatur aliqua vocula, *ſi primitiae rerum omnium*, vel *ſi fructus rerum omnium.* Sed tamen, quia deeſt veterum Codicum auctoritas, nihil muto. BAVNE. Excidit aliquid, *fructus* forte, aut *primitiae.* CELLARIVS. Cod. *Moerl.* habet, *ſi item ad cultum omnium rerum referuntur auctorum.* Sed hanc ſcripturam vulgata deteriorem eſſe, & magis depravatam, facile intelligitur. IAEGERVS. Nullus dubito, quin *rerum* abſorpſerit *munerum*, vocisque huius prior adhaeſerit littera praecedentis *item* poſteriori. Lego itaque, *ſi item munera rerum omnium.* in id inducor per ſequens *auctorum;* parum enim placet *auctor primitiarum*, aut *fructuum*, ſed *muneris auctor* de Diis eſt frequentiſſimum, ut apud *Ovidium* Metam. XI. 125. XIII. 669. ſic *munera Cereris* apud *Valer. Flacc.* II. 69. *Liberi*, *Horatium* IV. Od. 15. 26. ipſe hanc confirmat coniecturam *Eumenius*, cum iisdem fere verbis, *commoda* dicens, quod hic *munera*, ſcribat infr. cap. 20. 1. *cetera vitae noſtrae commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus.* quibus fere ſimilia ſunt haec *Mamertini* Maximian. 11. 6. *omnia commoda, caelo terraque parta, licet diverſorum Numinum ope nobis provenire videantur, a ſummis tamen auctoribus manant.* addam duo adhuc loca, huic coniecturae ſuffragantia; alter eſt Noſtri Conſtantino 9. 2. *muneribus utrisque ſufficiat, & Cereris, & Liberi*; alter *Mamertini* Iuliano 23. 2. *quantula iſta ſunt, ſi Deum auctorem conſideres, munera.* mitto, *munera*, pari uſu, de floribus, ſimilibusque ab *Eumenio* adhiberi, Conſtantino 22. 6.

Sede dicendi] Legendum *docendi.* ACIDALIVS. Cod. *Moerl.* exhibet, *niſi ipſi ſcholae dicendi.* Minus commode. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* ſed gloſſema videtur eſſe τȢ *ſede. Dicendi* eſt aptius loco, quo artes tractarentur Oratoriae.

2. *Quidem*] Vet. *quidam.* PVTEANVS. *Quidam*, *Bertin.* LIVINEIVS. In locum τȢ *quidem*, quod non ſatis aptum, h. l. ſubſtitui, *quidam*, auctoritate Codd. *Bertinienſ. Putean. Moerl.* & exemplo *Pataroli.* IAEGERVS. Recte. contra apud *Iſidor.* Orig. II. 22. ex *Groningano* lege, *Hanc quidem primi Philoſophi*, quod ſequentia *non tamen* poſtulant.

Dilectus] *Guelferb. delectus*; hoc revocavi. conf. citatos ſupra 5. 3. eadem eſt notio, atque in *delectus rerum* apud *Ciceron.* in Verr. II. 50.

3. *Praetermiſſa*] Cod. *Moerl* & *Gud.* melius exhibet, *intermiſſa.* IAEGERVS. Egregie *intermiſſa;* docuerat enim illic *Eumenii* avus, quo facto doctrinae huius ſtudium non erat *praetermiſſum*, ſed poſt ipſius mortem magis *intermiſſum.*

Exercendi ſtudii] Forte *exercendis ſtudiis.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. Defendi poteſt lectio vulgata, ſi admittamus ellipſin vocis *gratia*, ſeu *cauſa*, ſeu *erga*, de qua V. *Heuſinger.* ad *Vechner.* Hellenolex. in Add. ad pag. 133. IAEGERVS. Vſus ille genitivi ſatis certus eſt, unde etiam

ante ingreſſum pueritiae meae, intermiſſa fuerit eorum exercendi ſtu-
dii frequentatio, tamen illic avum quondam meum docuiſſe audio, ho-
minem Athenis ortum, Romae diu celebrem, mox in iſta urbe perſpe-
ctum & probatum hominum amore, doctrinae atque huius ipſius ope-
ris veneratione detentum. Cuius ego locum, in quo, ut referunt, ma- 4
ior octogenario docuit, ſi ab iſto venerabili ſene (Te, Glauce, appello,
prae-

etiam interpretor *Ciceronem* ad Diverſ. XII. 14. *cuius rei tanto in timore fui.* Hoc loco eum admittere parum videtur neceſſe: *eorum* enim pertinet ad praecedens *maiorum*, ut ſit conſtructio, *frequentatio ſtudii eorum maiorum exercendi.*

Quondam meum] *Meum quondam* Vet. LIVINEIVS. An Glaucum, ut mox indicare videtur, *non civitate Atticum*, *ſed eloquio*, id eſt, non modo civitate Atticum, ſed eloquio. Hunc enim loquendi modum, inferiore aevo, frequentem eſſe oſtendam c. 19. ſenſus etiam eſſe poſſet, non tam civitate Atticum, quam eloquio. Si neutro illo ſenſu id accipiendum eſt, Glaucum illum alium ab eius avo fuiſſe oportet, quem civitate Atticum fuiſſe dixit. BAVNE. Cod. *Moerl.* elegantius, *avum quondam meum.* IAEGERVS. Elegantius illud reſtitui etiam ex *Guelferb* & Edd. ante *Gruterum*, qui forte *meum quondam* ex Vet. *Livineii* edidit, unde in ſequentibus eſt Edd. retentum. De *Eumenii* avo ex ſententia *Bauniana* mox vide.

Perſpecto & probato hominum] Vet. *Fabr.* & *Pulm. perſpectum probatumque.* Forte *perſpecto probatoque.* PVTEANVS. Forte, *perſpecta probitate hominum*, *amore doctrinae*, *atque huius ipſius.* ACIDALIVS. Alii *perſpectum probatumque.* Vtrumvis elige. BAVNE. *Rhenan.* & *Stephan* praefert, *perſpectum probato hominum amore.* Cod. *Put.* & *Gud. perſpectum probatumque.* ita etiam Cod. *Moerl.* qui hic periodum finit, & verba ſequentia *hominum amore doctrinae* usque ad *veneratione detentum*, aeque ac *Gud.*, omittit. IAEGERVS. Mira hic varietas. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Balduinus*, *Henr. Stephanus*, & in prima Edit. *Rivinus* ediderunt, *perſpectum probato hominum amore*, *doctrinae atque* &c. hic autem in ſec. Edit. *perfectum probato.* At vero *Livineius*, & *Paullus Stephanus perſpecto & probato*, quod retinuerunt omnes ſequentes, & in *Schonhovii* excerptis eſt notatum, ubi tamen & deeſt. Conſtanter *perſpectum & probatum* tuentur Codd. unde ſuſpicor rectum eſſe, *mox in iſta urbe perſpectum & probatum hominem amore doctrinae.* In repetito *hominem* eſt emphaſis. *Perſpectus homo* quis ſit, docet *Cicero* de Offic. I. 41. tranſiit *perſpectum* in *perſpecto* ex eo more, de quo dixi ſupr. 8. 1. Aut, ſi hoc diſpliceat, interpunge, *mox in iſta urbe perſpectum & probatum hominum amore*, *doctrinae atque huius ipſius.* hanc interpunctionem in contextu ſum ſecutus: iudicium Viri eruditi in Actis Lipſiens. A. 1761. p. 160. parum probans, quo interpunctionis mutandae conſilium ſevere damnat; cum enim eaedem a Codd. abſint, plurimae ſoli Editorum arbitrio, pro lege non habendo, debentur. Conf. *Beſtium* Rat. emend. leg. p. 8. Hoc loco id magis praetuli, quia in *Iaegerianae* Editionis interpunctione gravis eſt difficultas; legitur ibi: *mox in iſta urbe*, *perſpecto & probato hominum amore doctrinae*, *atque huius ipſius operis veneratione*, *detentum.* ita *detentum* refertur ad *iſta urbe*, id eſt Roma: qua ſi detentus fuerit, quo tunc Auguſtoduni in Maenianis docuit? Potius explico, eum Romae fuiſſe celebrem & maxime probatum, Auguſtoduni autem detentum & moratum, veneratione Scholarum Maenianarum, atque in iis octogenario maiorem etiam docuiſſe.

Hominum] Forte *omnium.* LIVINEIVS. Confer ad *Mamertin.* Genethl. 18. 4.

4. *In quo referunt*] *Vt referunt.* Vet. PVTEANVS. *Vt*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, & inde a *Paullo Stephano* recte fuit inſertum.

Glauce] *Lipſius* III. Annal. *Tacit.* hunc ipſum *Glaucum* accipit pro avo *Eumenii*, Athenis orto. At manifeſtum, hic alium quendam praeſentem, cui *Glauco* nomen, appellari, qui Athenienſis non ſit. ACIDALIVS. Hic Glaucus, neſcio quis, praeſens, alius eſt ab avo *Eumenii*, olim defuncto vita. CELLARIVS. Miror *Baunium* non alienum eſſe a ſententia *Lipſii.* Vt tollat difficultatem, ex verbis *non civitate Atticum* ortam, tribuit iis hunc ſenſum, *non modo civitate Atticum*, *ſed eloquio*, eumque confirmat illis, quae profert ad huius Orationis cap. 19. ſect. 4. Si cui haec interpretatio non arrideat, optionem facit alterius, *non tam civitate Atticum*, *quam eloquio.* Verum haec omnia nihi-

praeſentem quem videmus, non civitate Atticum, ſed eloquio) recoli, ornarique perfecero, ipſum mihi videbor ad vitam tali profeſſionis ſuae ſucceſſione revocaſſe. Quod quidem ego meum erga honorem domus ac familiae meae ſtudium non confiterer, V. P., niſi ipſis Imperatoribus Caeſaribusque noſtris gratum eſſe conſiderem, ut publicam eorum in reſtituendo orbe pietatem, pro ſuo quisque captu, in renovandis ſuorum veſtigiis aemuletur.

Cap. XVIII. Quis enim nunc ſit animo tam humili, tam abiecto, tam ab

nihili ſunt. Nihil apertius, & ex univerſa Orationis ſerie clarius, quam Glaucum alium eſſe ab avo *Eumenii*. Nam ſi hic ad vitam revocandus fuit, quo modo tum praeſens eſſe potuerit, nemo intelliget. IAEGERVS. *Bauniana* obſervatio legitur ſupra ad num. 3. Recte eum refutavit *Iaegerus*. Quid enim? ſi Glaucus fuerit idem atque avus, hic fuit praeſens, at quid tum ſignificabunt, *in quo, ut referunt, maior octogenario docuit?* non opus, ut in homine praeſenti teſtimonio eorum, qui *referrent*, uteretur; ipſum enim tunc certe adpellaſſet. In *Guelferb.* eſt, *Dante*.

Praeſentem] Interpungunt omnes Editi, *appello praeſentem, quem videmus, non* &c. ſed tum languent illa, *quem videmus*, utique, qui praeſens erat, eum videbant. Emendatius, ni fallor, interpunxi, *adpello, praeſentem quem videmus. Mamertinus* Paneg. 2. 1. *te praeſentem intuemur.*

Atticum] *Guelf. accitum.* In hoc itaque & Glaucus erat ab *Eumenii* avo diverſus, neque ulla eſt ratio, quare *Baunii* interpretationem, ſupra propoſitam, amplectamur.

Ipſum] Scilicet avum meum. LIVINEIVS.

Tali] Abeſt in *Bertin.* IDEM.

5. *Meum ego erga*] *Ego meum erga.* PVTEANVS. In aliis Edd. legitur, *quod quidem meum ego erga honorem*, quem inſuavem verborum poſitum duce MS. *Putean.* & *Moërl.* & *Pat.* mutavi. IAEGERVS. Recte. de efficacia in τῷ *ego* dixi ad cap. 6. 1.

Niſi ſi ipſis] Dele *ſi* ex *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Si* inde ab *Henr. Stephano* recte fuit deletum. *Niſi* abeſt in *Guelferb.*

Renovandis] *Revocandis* Vet. LIVINEIVS.

1. *Sic animo*] Vet. *ſit.* PVTEANVS.

Vt ſi &] *Vt non &* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Et* abeſt in *Guelferb.* in quo etiam *quantulacumque.*

Oriorum labe] Forſan *bellorum labe*, vel *ſuperiorum.* RHENANVS. Vet. *priorum.* PVTEANVS. Intelligit, opinor, decennium, quo Carauſius & Allectus Britannia per tyrannidem potiti. Suadent, quae ſequuntur. *Priorum* edidi ex Vet. *Bertin. Cuſpin.* In *Rhenan.* erat *oriorum*, unde *bellorum*, aut *ſuperiorum* legendum *Rhenanus* coniecerat. Vtrumque, ſi Diis placet, *Balduinus* in contextum recepit. Vide, quae ex quantula cauſa & origine labes. LIVINEIVS. *Melchior Goldaſtus ab Haiminsfeldt*, nobiliſſimi ac florentiſſimi ingenii adoleſcens, hunc locum putat mutilatum, & hoc modo reponendum; *quae temporum priorum labe conc.* adductus loco *Mamertini* Panegyr. Maximian. *Sed quum ad reſtituendam eam poſt priorum temporum labem*, &c. qui huic *Eumenii*, ſive, ut quibusdam video placere, *Eugenii* tantum non geminus germanus eſt. RITTERSHVSIVS. *Rhenan. bellorum*, vel *ſuperiorum.* Quid erat facilius, quam *priorum?* ACIDALIVS. Prope abfuit, ut *Balduinum* ſecutus *bellorum* adderem in contextum, aut *temporum:* hiare enim ſententia videtur, ſed deeſt boni Codicis auctoritas. BAVNE. *Priorum* ex ſuo Cod. recte edidit *Livineius*, & eſt in *Guelferb.* neque ulla eſt neceſſitas inferendi *bellorum*, aut alterius vocis, ut monui ad *Mamertin.* Paneg. 4. 2. ex ſequentibus enim *hac felicitate ſeculi*, cogitatione ſupplendum eſt *ſeculorum*, i. e. hominum ante viventium, de qua notione *Barthius* ad *Statium* Theb IX. 592. Not. ad *Livium* IX. 18. 10. ita *noſtrum ſeculum* eſt noſtrae aetatis, hominum nunc viventium. *Burman.* ad *Velleium* II. 53. 4 *ſuum ſeculum*, *Sueton.* Auguſt. 89. Talis ex praecedentibus, aut ſequentibus vox, tacite ſupplenda, decepit aliquando Interpretes. Apud *Lactantium* M. P. 24. *Namque ſaepius, cum iam diutius negare non poſſet, dedit illi ſigillum.* edidit *Dufreſnoius*, *diu necare*, alii poſt *ſaepius* inſerunt, *petitum*, *rogatum*, *petita venia*; melius *Bunemannus*, *nam quae ſaepius negarat.* ſed neque hoc opus eſt, legendum enim, *nam, quae ſaepius* (ſupple *negarat*) *cum iam diutius negare non poſſet.* Aliud eſt exemplum apud eumd. 31. 5. *quae, quamquam intolerabilia ſunt, cripi ab ore hominum cibos labore quaeſitos, tamen*

ab omni appetitione laudis alieno, ut non & quantulamcumque memoriam ſuorum excitare, & ſibi aliquid ſecundae opinionis cupiat adquirere? cum videat omnia, quae priorum labe conciderant, hac felicitate ſeculi reſurgentia; tot urbes, diu ſilvis obſitas atque habitatas feris, inſtaurari moenibus, incolis frequentari; quod in Aegaeo mari ſemel contigit, ut, quae operta fluctibus 2
vagabatur, repente inſula Delos exſiſteret, eius nunc ſimile, tot orientibus undique civitatibus, tot inſulis ad humanos cultus quaſi renaſcentibus, evenire. Niſi forte non gravior Britanniam ruina depreſſerat, quam ſi ſuperfuſo 3
te-

tamen ſuſtentabile aliquo modo vel ſpe futurorum; quid veſtis omnis generis? quid aurum? quid argentum? poſt *omnis generis*, quia hiulca eſt oratio, ſupplent *Bauldrius*, & *Heumannus*, *exigitur*, ſed *Bunemannus*, *comparanda;* tu ex praecedenti cogitatione ſupple, *eripitur*. Similiter in L. 63 §. 1. ff. de Condit. & demonſtr. *& ceteris omnibus nubere prohibetur, & Titio, cui inhoneſte nuptura ſit, cum nubere iubetur.* poſt *Titio* repete *nubere probibetur*, ſed hoc iam vidit *Putmannus* Interpr. 6. n. 2. idem poſſet conſtitui de *Ariſtotelis* loco Politic. VIII. 10. ὅτι δὲ πάντα ἀρχαῖα, σημεῖον τὰ περὶ Αἴγυπτόν ἐςι. οὗτοι γὰρ ἀρχαιότατοι μὲν δοκοῦσιν εἶναι, νόμων δὲ τετυχήκασι καὶ τάξεως πολιτικῆς. inſerit ante τετυχήκασι vocabulum ἀρχαιότατοι *Vaaſenius* Animadv. ad Faſtos I. 1. §. 2. ſed poteſt tacite ex prioribus repeti. Alia exempla dedit *Buneman.* ad *Lactant.* M. P. 5. 3. *Cannegieter* ad Fragm. Vet. Iuriſpr. p. 289. *van Dorp* Obſerv. p. 32. & 53. Ceterum h. l. per *priorum ſeculorum labem* motam a Carauſio ſeditionem intellexit *Livineius*; potius ad Bagaudas retulerim, quos eadem locutione ſignificat *Mamertinus* Maximian. 4. 2. *poſt priorum temporum labem.* ubi Not. hi enim Aeduorum regionem vaſtaverant, obſeſſa etiam urbe Auguſtoduno; vid. cap. 4. 1. & Gratiar. action. Conſtant. 4. 2.

2. *Semel*] Adi *Plinium* Natur. Hiſtor. II. cap. 87. meminere & Poetae paſſim. LIVINEIVS.

Opertis fluctibus] Vet. *opera*. Forte *operta*. PVTEANVS. Forte *operta*. LIVINEIVS. De mobilitate Deli ante Latonae partum *Ovidius* Metam. VI. vs. 333.

Quam vix erratica Delos
Orantem accepit tum cum levis inſula nabat.

adde fragmentum carminis *Petroniani*. De repentino emerſu *Plinius* IV. 12. cum *Ariſtotele*, *Delon appellatam*, *quoniam repente apparuerit enata*. CELLARIVS. Maris Aegaei inſula, inter Cycladas olim prima, nunc *Sdille* incolis. De hac finxere Poetae, quod inſtabilis eſſet, & ſub undis interdum deliteſceret; cum vero Latona paritura eſſet, iuſſam fuiſſe a Neptuno, ex imperio Iovis, aquis emergere, & conſiſtere, ut parturientem reciperet. Haec fere *Lucianus* Dial. Irid. & Neptun. De eadem inſula cecinit *Alphaeus Mitylenaeus:*

Latonae partus nutrix, quam Iupiter olim
In maris Aegaei ſiſtere iuſſit aquis.

Secundum hanc fabulam *inſtabilem* Delon dixit *Statius* Achill. lib. I.

Nec inſtabili fama ſuperabere Delo.

PATAROL. Pro *opertis*, quod adhuc in omnibus Edd. repertum, *Livineius* ſuſpicabatur legendum eſſe *operta*. Cod. *Puteani* habet *opera*, *Moerl* & *Gud.* expreſſe *operta*, quod adeo in contextum recipere non dubitavi. IAEGERVS. In variantibus *Puteani*, quas MSS. habeo, ex Cod. *Vaticano* notatum quoque eſt *operta;* egregie hoc reſtituit *Iaegerus*, & antea iam ediderat *Balduinus*; *fluctus* nequeunt dici *operti*. ſed locus quidem *fluctibus;* ſic de ſcopulo *Ovidius* Metam. IV. 731.

Operitur ab aequore moto.

& *campi oſſibus operti* apud *Eumenium* Conſtantin. 6. 3.

Vndique civitatibus] In *Guelferb.* eſt *non civitatibus*, utrum forte *nunc civitatibus*, ob priora *nunc ſimile*.

3. *Ruina*] Carauſii & Allecti tyrannidem notat, de quibus *Eutropius* IX. 13. & 14. CELLARIVS.

Perfuſo] *Superfuſo*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *ſi ſuperfuſo*. ACIDALIVS. In locum huius

 ius

tegeretur Oceano; quae, profundiſſimo poenarum gurgite liberata, ad conſpe-
ctum Romanae lucis emerſit: aut haec ipſa, quae modo deſinit eſſe barbaria, non
magis feritate Francorum velut hauſta deſiderat, quam ſi eam circumfuſa flumi-
4 na, & mare adluens operuiſſet. Nam quid ego alarum, & cohortium caſtra percen-
ſeam, toto Rheno, & Iſtro, & Euphrate limite reſtituta? Qua veris autumnive
clementia tot manu poſitae arbores convaleſcunt? quo calore ſolis tot depreſſae
imbribus ſegetes reſurgunt, quot ubique muri, vix repertis veterum fundamento-
5 rum veſtigiis, excitantur? Adeo, ut res eſt, aurea illa ſecula, quae non diu quon-
dam

ius vitioſae ſcripturae ex *Bertinienſi*, *ſuperfuſo*, & ex vet. Cod. *Livineii*, *tegeretur* repoſuerunt *Pariſienſes*, *Cellarius*, & *Patarol*; ſuffragante etiam Cod. *Putean.* & *Moerl.* IAEGERVS. Recte iam *Gruterus* recepit *ſuperfuſo*; priorem lectionem retinuit in prima Ed. *Rivinus.* Pari metaphora *Pacatus* Paneg. 3. 3. *barbaris nationibus Romano nomini velut quodam diluvio ſuperfuſis.*

Tegerent] Alii *tegeretur.* RHENANVS. Vet. *tegeretur.* PVTEANVS. *Tegeretur* Vet. LIVINEIVS. Etiam Codd. apud *Iaegerum* praeced. obſervatione, & in excerptis *Schonhovii Aldus.* recte hoc inde a *Grutero*, praeter *Rivinum*, placuit; altera lectio plane eſt vitioſa.

Poenorum gurgite] Vet. *poenarum.* PVTEANVS. *Poenarum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Sequor *poenarum*, id eſt, miſeriarum, & calamitatum, aut certe *P.* maiuſcula, *Poenarum*, hoc eſt, τῶν Ἐριννύων. *Picti*, quos *Balduinus* ſubſtituit, nihil ad rem, & hiſtoriam praeſentem. LIVINEIVS. Ita *Rhenanus. Pighius*, *Pictonum.* Forte *Pictorum* voluit. *Cuſpinianus*, & *Lipſius*, *poenarum.* Ego ne in hoc quidem acquieſco. Forte *praedonum*, nam *latrocinium* vocat id bellum *Mamertinus* Genethliac. Maxim. ACIDALIVS. Alii *praedonum*, quod mihi quidem non improbatur; bella enim eiuſmodi *latrocinia* plerumque vocat. Male vero *Balduinus* legit *Pictorum*, neque melius, qui *Poenorum* malunt. BAVNE. *Poenarum*, miſeriarum, calamitatum. Quidam *praedonum* legunt. CELLARIVS. *Poenarum*, quibus ipſam Carauſius & Allectus devexaverant. PATAROL. Praeter *Cuſpin.* etiam vetus liber *Livineii*, *Bertinienſ. Putean. Moerl.* habent *poenarum*; idem vocabulum *Schonhovius* quoque ad oram Edit. *Froben.* adſcripſit. IAEGERVS. *Pictonum* praetulit *Pighius* Hercul. Prodic. p. 54. ſed Pictones, aut Picti nihil ad hanc Carauſii ſeditionem. Dedi, quod eſt in Codd., *poenarum*; hoc probavit quoque *Lipſius* ad *Tacit.* Annal. III. Excurſ. H. quod accipiunt pro miſeriis, & calamitatibus, de qua notione vide *Schulting.* ad *Senecae* Controv. III. p. 231. ſed neque ita locum arbitror perſanatum. Nullum mihi eſt dubium, quin ſcripſerit *piratarum*, quae vox metaphorae, a *profundiſſimo* maris, in quo dominantur piratae, *gurgite* ſumtae maxime eſt conſentanea: intelligit enim Carauſium, mare & Britanniam infeſtantem, ipſumque etiam, Carauſio iam occiſo, Allectum; hinc *pirata*, & *archipirata* dicitur Carauſius in Paneg. Conſtantio 12. 1. & 2. *piratica factio*, ibid. 6. *bella piratica*, *Mamertinus* Genethl. 7. 2. ut itaque hic Britanniam *profundiſſimo piratarum gurgite liberatam* adfirmat, ita eamdem Conſtantii victoria *ſervitute liberatam*, Paneg. Conſtantio 18. 4. praeterea ſicut hic fertur Britannia *ad conſpectum Romanae lucis emerſiſſe*, ita Britanni *vera imperii luce*, poſt victoriam de piratis, *recreati*, ibid. 19. 2. Coniecturam confirmat ſimilis *Nazarii* locus Paneg. 6. 1. *quae* (Roma) *demerſa quondam tyrannidis impiae malis.*

Haec ipſa] Gallia, quam Maximianus a Bagaudis liberaverat. PATAROL. Petiit ex hoc loco argumentum *Pighius* Hercul. Prodic. p. 55. pro Scholis Clivienſibus, quia Auguſtodunum mare non adluit. Sed utrum igitur adluit Clivios? potiusne integram intellexit Galliam *Eumenius*, a Bagaudis, aliisque hac aetate oppreſſam?

Non magis] Ex communi repetendum *niſi forte*, ſine quo ſenſus *non minus* poſtularet. CELLARIVS.

Veritate] Vet. *feritate.* PVTEANVS. Et excerpta *Schonhovii*; alterum in antiqua Ed. videtur fuiſſe errore typographico. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 9. 3.

Deſiderat] A *deſido.* RHENANVS. Forte *deſederat.* LIVINEIVS. & BAVNE. MS. *Moerl. deciderat.* Male. *Livineius* coniicit *deſederat*; ſed nec hoc melius, ſiquidem, iudice *Burmanno* ad *Petron.* c. 96. & *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* V. 6. praeteritum verbi *ſido*, & compoſitorum ex eo, rectius tertia vocali ſcribitur. Nihil itaque mutandum.

dam Saturno rege viguerunt, nunc aeternis auſpiciis Iovis & Herculis renaſcuntur.

CAP. XIX. Sed enim, V. P., inter omnia, quae virtute Principum ac felicitate recreantur, ſint licet fortaſſe alia magnitudine atque utilitate potiora, nihil eſt tamen admirabilius hac liberalitate, quam fovendis honorandisve litterarum ſtudiis impartiunt. Quippe, ut initio dixi, nulli umquam antehac Princi- 2
pes pari cura belli munia, & huiusmodi pacis ornamenta coluerunt. Diverſiſſi- 3
mus enim ad utramque ſectam deflexus, & diſpar natura mentium, & diſcrepans in electione iudicium, ipſorum denique utrisque artibus praeſidentium Numinum dis-

dum. IAEGERVS. *Guelf. deſideat:* in margine Edit. ſuae coniecerat quoque *Cortius*, *deſederat*; Pater meus *deſideret*. Praefero *deſiderat*. Eſt tamen nulla varietas apud Incertum Maximian. 10. 3. *ac pene conſedit.* ubi *Iaegerus* in *Livio deſederat* habet. adde *Heinſium* ad *Virgil.* Eclog. VII. 1. eſt autem *deſidere* verbum ſollemne de locis aqua ſubmerſis. vid. *Stewech.* ad *Arnob.* adv. Gent. V. p. 125. *Heinſium* ad *Virgil.* Aeneid. III. 565. *Drakenb.* ad *Livium* XLII. 15. 5. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 3. 8. Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 16. 1. Not. infr. ad Incertum Maxim. 10. 3. & 11. 1. & 12. 8. —— Ceterum *velut hauſta* ſimile eſt his *Plinii* in Paneg. 43. fin. *cum privatis facultatibus velut hauſta.*

4. *Toto Rheni*] Quis *Rheni limes* ſit, non video; ipſe Rhenus erat imperii limes. Elegans eſt lectio in *Guelf.* quam reſtitui, & *Iaegerum* neglexiſſe miror, *toto Rheno*, *& Iſtro*, *& Euphrate limite*, id eſt, in limite. *Mamertinus* Maximian. 7. 3. *Rhenum antea videbatur ipſa ſic natura duxiſſe, ut eo limite Romanae provinciae vindicarentur.* ubi Not. *Eumenius* Conſtantin. 2. 6. *Rhenum tu quidem, toto limite diſpoſitis exercitibus, tutum reliqueras.* Conſ. plura ad Genethl. 3. 9.

Convaleſcunt] *Balduinus*, *coaleſcunt.* Conf. ad cap. 8. 2. Supra in *Guelferb.* eſt *autumnique.* De eleganti vocis *clementia* uſu vide ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. 12. 5.

5. *Saturno Rege*] Ita legendum eſt, quod moneo, quoniam referat editio poſtrema, *Saturno rere*, ſphalmate procul dubio typographorum, ſed quo tamen valde remoretur Lector, cui tantum ad manum illa unica Editio. GRVTERVS. *Ovid.* Metam. lib. I. 89.

Aurea prima ſata eſt aetas, &c.

BAVNE.

Nunc aeternis auſpiciis] *Non* Vet. error a compendio ſcribendi. LIVINEIVS. Iovii Diocletiani & Maximiani Herculei. nam & in nummo apud Illuſtr. *Spanhemium* de eisdem Imperatoribus: IOVI ET HERCVLI AVGG. CELLARIVS. Id eſt, auſpiciis Imperatorum, aeternitate dignorum. V. *Cellar.* ad *Eumen.* Gratiar. act. Flavienſ. nomine c. 1. IAEGERVS.

1. *Honorandiſque*] Scripſi *honorandiſve* ex *Guelferb.* Ed. *Puteolani*, & *Rhenani.* Primus *honorandiſque* dedit *Balduinus*, quem omnes, praeter *Rivinum*, ſunt ſecuti. Sequens *inpartiunt* recte eſſe, docebunt notata a *Cortio* ad *Plinium*, VI Epiſt. 23. 3.

2. *Belli munera*] *Munia* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. MS. *Moerl.* & *Gud. nulli umquam antehac Principes curas belli, muniaque, & huiusmodi pacis ornamenta coluerunt.* Sed vulgata ſine dubio melior eſt. IAEGERVS. *Munia* rectum eſt. vide ſupra 8. 2. omiſſum *pari* in Codd. apud *Iaegerum*, omnino ſervandum eſt; id poſtulat locus, ad quem per verba, *ut initio dixi*, provocat; eſt is cap. 5. 2. *cui enim umquam veterum Principum tantae fuit curae*, &c. Vocabulum *tantae* indicat curam eos quidem habuiſſe, ſed non his Imperatoribus parem.

3. *Sectam*] Quo enim plus ad pacis, hoc eſt, ad literarum artes te conferes, eo te avertes magis a bellicis. BAVNE. Quid *ſecta* ſit, docebunt notata a Patre meo ad *Plinii* Paneg. 85. 7. qua notione *variae ſectae* apud *Sedulium* I. 310.

Deflexus eſt, diſpar] Vividae enim, ac fervidae mentes magis ad bellum, placidae ac mitiores ad ſtudia feruntur. PATAROL. In *Guelferb.* pro *eſt* legitur *&*; videtur ſcripſiſſe, *eſt*, *& diſpar.* inſerendum eſſe *&*, videtur ſuadere ſequens, *& diſcrepans.*

Nominum] *Numinum*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Nihil verius eſt ſcriptura *Viennenſis* editionis, *praeſidentium Numinum*, quamvis non item comprobent Membranae; nam pacis utique bellique diverſiſſima Numina & rebus, & ſermone, & habitu. Et ſic forte legendum ad marginem

4 diſſoni ſonitus, habitusque diſſimiles. Quo magis horum nova & incredibilis eſt virtus, & humanitas, qui, inter tanta opera bellorum, ad haec quoque litterarum exercitia reſpiciunt, atque illum temporum ſtatum, quo, ut legimus, Romana res plurimum terra & mari valuit, ita demum integrari putant, ſi non potentia, ſed etiam eloquentia Romana revireſcat.

Cap. XX. Detur ergo, V. P., illa mihi ab optimis virtutum omnium dominis tributa largitio huic operi, doctrinae atque eloquentiae dedicata, ut, quemad-

nem libri ſui adſcripſerat *Petrus* ille *Daniel.* GRVTERVS. Lege, *Numinum.* ACIDALIVS. Mars, & Bellona feroci voce ad caedes, & pugnas hortantur: Muſae ad vitae tranquillitatem ſuaviter invitant. CELLARIVS. Praeter *Viennenſem Cuſpin.* Edit., quam merito ſequuntur *Pariſienſes*, & *Cellar.* & *Patar.* omnes in corrupta lectione *nominum* conſpirare deprehendi. IAEGERVS. *Numinum* confirmat *Guelferb.*, & ex ingenio iam reſtituit *Stewech.* ad *Arnob.* adv. Gent. III. p. 91. Conf. ad *Mamertini* Paneg. 3. 1. Genethl. 2. 4. Intelligit autem Martem, & Muſas.

Diſſoni monitus] Non fero illud *monitus*, Diis fatidicis proprium, de quibus hic ſermo nullus. *Virgilius* Aeneid. VIII. 335.

> *Carmentis Nymphae monita, & Deus augur Apollo.*

hinc *divinitatis veſtrae monitus* apud *Eumenium* Conſtantio 15. 2. Conf. *Brouckhus.* ad *Tibull.* I. 7. 56. *Drakenb.* ad *Silium* V. 117. *Stewechio* ad *Arnob.* adv. Gent. III. p. 91. legendum videbatur *motus*, ſed reſtitui egregiam in *Guelferb.* lectionem, a *Iaegero* omiſſam, *ſonitus*, quae vox utrique Numini, Marti & Muſis, eſt conſentanea. De Muſis adhibuit *Ovidius* Metam. V. 297. de bellis, adeoque Marte, Idem Triſt. II. 529. & *ſonus & ſtrepitus armorum* ſupr. 2. 5. ſubſtantivo huic magis quoque congruum eſt epitheton *diſſoni*, & ſequens *habitus.*

4. *Qui inter*] *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Balduinus*, & *Rivinus* ediderunt, *quae inter.* vitioſe; ſignificat enim Imperatores Numinibus oppoſitos. —— De *bellorum operibus* conf. *Schwarzium* ad *Mamertin.* Paneg. 6. 2.

Temporum] Tangit beata Pompeii tempora, cum Romana Reſp. terra marique victorias reportabat. BAVNE. Quorumnam temporum? Nunquam fortaſſe Romana res terra marique plus valuit, quam ſub finem libertatis; nam tunc plurimae, & maximae utrobique victoriae partae, ac celeberrimi Imperatores multi: utinam civilibus odiis, ac cladibus peperciſſent! Tunc maxime ipſa eloquentia viguit; nam floruere iis temporibus Cicero, Hortenſius, I. Caeſar, & alii. PATAROL.

Vt non] *Si non* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Id eſt, non potentia tantum, ſed etiam eloquentia Romana. Ita *Plinius* Paneg. 8. *Nec iudicium hominum, ſed Deorum etiam in conſilium aſſumſit.* & Iuliani Paneg. qui undecimus eſt, n. 10. *non privatas aedes, ſed publica tecta*, pro non privatas modo aedes. ſed & infra 19. *nec viros quidem, ſed mulierculas.* id eſt, non viros modo. BAVNE. MS. *Moerl.* habet, *ſi non ſolum potentia*, ſine dubio a manu interpolatoris. V. quos laudavi ad hunc Paneg. c. 16. 2. & ad *Mamert.* Paneg. Iulian. 10. 1. IAEGERVS. Conf. copioſe ſupr. ad Genethl. 4. 1. Si *Perizonii* ſententia, illic memorata, ſit vera, praeferenda hic foret *Moerl.* ſcriptura. *Guelferb.* tamen habet vulgatum. Ceterum *ut non* dederunt *Livineius*, & *Paull. Stephanus.*

Roma] *Romana* Vet. LIVINEIVS. *Romana* iam dedit *Balduinus*, & poſt *Gruterum* eſt receptum, praeterquam a *Rivino* in prima Edit. Antiquiores itaque *potentia*, & *eloquentia* caſu ſexto ceperunt, ſed alteram lectionem habent Codd. —— Praeterea in *Guelferb.* eſt *revirebat.*

1. *Ergo*] Hoc neglexit *Balduinus;* in *Guelferb.* eſt *igitur.*

Dedicata] Lege, *dedicato.* Senſus: largitio illa, mihi a Principibus tributa, detur huic operi eloquentiae dicato. ACIDALIVS. Non *dedicata*, ut vult *Balduinus*, id eſt, pecunia mihi ab Imperatoribus conceſſa, impendatur huic operi inſtaurando, id eſt, reſarciendis Scholis, quae doctrinae, & eloquentiae dedicatae ſunt. BAVNE. In Ed. *Cuſp. Rhen. Steph.* & MS. *Moerl.* & *Gud.* vitioſe legitur, *dedicata*; in Edit. *Livineii*, reliquisque recte *dedicato*, uti *Acidalius* legendum eſſe monuit. IAEGERVS. *Dedicata* conſtanter eſt in Codd. neque debetur *Balduino*, quod putabat *Baunius*,

admodum cetera vitae noſtrae commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, ita ſingularem eorumdem erga litteras dignationem in antiqua litterarum ſede celebremus. Videat praeterea in illis porticibus iuventus, & quotidie 2
ſpectet omnes terras, & cuncta maria, & quidquid invictiſſimi Principes urbium, gentium, nationum aut pietate reſtituunt, aut virtute conficiunt, aut terrore devinciunt. Siquidem illic, ut ipſe vidiſti, credo, inſtruendae pueritiae caus- 3
ſa, quo manifeſtius oculis diſcerentur, quae difficilius percipiuntur auditu, omnium

nius, ſed eſt quoque in antiquiſſima *Puteolani*, quam *Rhenanus*, *Balduinus*, & *Stephanus* ſunt ſecuti. *Acidalii* coniecturam recepit *Gruterus*, & in ſecunda Edit. *Rivinus*, poſtea omnes reliqui, ut pertineat ad *operi*, quo modo cap. 9. in fin. *tecta litteris dedicata*, & 10. 3. *opus ſtudiis dedicatum.* Codices ſequi mihi eſt religio potior, unde *dedicata* revocavi. *Largitio dedicata doctrinae* eſt pecunia in uſus doctrinae publicos data, quam in privatos ſeſe non retenturum ſignificat. De hac vocis *dedicare* notione conf *Caſaubon.* ad *Sueton.* Neron. 31. *Buchner.* ad *Plinii* Epiſt. I. 117.

2. *Videat*] Tam antiquus uſus Geographicarum tabularum eſt! quod ſtudium, tamquam lucem hiſtoriarum, nobiliori iuventuti commendat CELLARIVS. De antiquo harum tabularum uſu vide ad num. 3. Porticus, quam memorat *Eumenius*, reliquias deinde inventas fuiſſe, ex Memoriis Trevultinis tradit *Fabricius* Biblioth. Latin. T. II. p 770.

Nationum aut virtute] Sic Vet. *nationum aut pietate reſtituunt, aut virtute concipiunt, aut terrore devinciunt.* PVTEANVS. *Nationum, aut pietate reſtituunt, aut, Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhen. Livin., nationum aut virtute devinc. aut terrore*, omiſſis vocibus *pietate reſtituunt.*, *Cuſpinian. Paris. Cellar. Patar. nationum aut pietate reſtituunt, aut virtute devincunt aut terrore.* Voces *pietate reſtituunt* leguntur etiam in Cod. *Bertinienſi*, & a *Schonbovio* orae Ed. *Rhen.* adſcriptae ſunt. Cod. *Puteani*, *aut pietate reſtituunt, aut virtute concipiunt, aut terrore devinciunt.* MS. *Moerl. aut piet. reſt. aut virtute conficiunt, aut terrore devinciunt.* Sic & *Gud.*, excepto, quod *devincunt* praefert. Hanc lectionem *Moerl.* omnium optimam eſſe nemini, opinor, obſcurum erit. Quid aptius, quam & voci *terrore* verbum ſuum adiungi, ſicut *pietate*, & *virtute* addita ſibi habent? τὸ *conficiunt*, i. e. debellant, firmatur ſcriptura *Puteani* Cod. vitioſa, *concipiunt*, & *devinciunt* eiusdem Cod. ſcriptura, *devinicunt.* *Rhen.* & *Stephanus* quidem, uti etiam vet. Cod. *Livineii*, *Bertinienſ.* & *Cuſpin.* habent *devincunt*; ſed hoc vocabulum non ſatis differt ſignificatu a voce *conficiunt.* *Devincire* eſt h. l. aliquem eo redigere, ut nocere non poſſit, vel non audeat, idque *terrori* apprime convenit. Sic *Cicero* Orat. in L. Piſon. c. 13. de Cn. Pompeio: *qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat.* IAEGERVS. *Puteolanum*, & *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*. Egregie veram ſcripturam adſeruit *Iaegerus*. *Conficere* eſt prorſus debellare. *Florus* III. 5. 23. & 12. 6. *Lucanus* VI. 131. hinc iungitur cum *conſumere*. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 4. 2. ſimilis locus eſt infr. in Paneg. Conſtantio 20. 3. *aut metu quietum eſt*, *aut armis domitum*, *aut pietate devinctum.* poſterius per *devinctos venia* expreſſit *Eumenius* Conſtantino 10. 4.

3. *Inſtruendae*] Cod. *Moerl.* *inſtituendae puer.* IAEGERVS. Alterum tuetur *Ovidius* Heroid. XVI. 364. Triſt. II. 318.

Auditu] *Horatius*:

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Nazarius in Conſtantinum: *ad animum languidius accedunt, quae aurium via manant, quam quae oculis hauriuntur.* LIVINEIVS. Nota Geographicas tabulas non *Eumenii* primum tempore proſtitiſſe; iam enim Alexandri aetate eiusmodi tabulas extitiſſe refert *Aelianus* lib. III. Var. c. 28. & *Varro* lib. de Re Ruſtica, *offendi*, inquit, *Fundanium ſocerum meum, & C. Agrium Equitem Romanum Socraticum, & P. Agraſium publicanum, ſpectantes in pariete pictam Italiam.* apud *Propertium* IV. Eleg. 3. 39.

Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos.

L. Annaeus Florus initio Hiſtoriae ſuae: *Faciam*, inquit, *quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella hiſtoriae imaginem amplectar.*

omnium cum nominibus ſuis locorum ſitus, ſpatia, intervalla deſcripta ſunt, quidquid ubique fluminum oritur, & conditur, quacumque ſe littorum ſinus flectunt, qua vel ambitu cingit orbem, vel impetu irrumpit Oceanus.

CAP. XXI. Ibi fortiſſimorum Imperatorum pulcerrimae res geſtae per diverſa re-

ctar. BAVNE. *Auſonius* Gratiar. act. 4. 3. *qui terrarum orbem unius tabulae ambitu circumſcribunt.* adde *Cellar.* Geogr. antiq. I. 1. in Scholis tales tabulas, pictasque fuiſſe imagines, quibus puerorum animos ad ſtudia excitarent, docet *Cannegieter* in Poſtum. cap. 17. Tabulis eiusmodi nonnumquam uſi quoque fuerunt ad locorum ſitus deſcribendos, ſed eo etiam in errores lapſi, parum adtendentes, alium loci fuiſſe ſitum tempore tabulae confectae, alium ſua aetate, qua ſcribebant, quod exemplis oſtendit *Pontanus* Hiſt. Danic. p. 650. Ceterum haec *Eumenii* verba contulerunt *Cuiacius*, & *Otto* cum ſimilibus *Iuſtiniani* §. 9. I. de Gradib. cognat. *cum magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigatur.* Plura *Alciatus* Parerg. iur. VI. 8. *Rittershuſ.* ad *Oppiani* Cyneg. III. 46. & ſimilia habet *Mamertinus* Iuliano 30. 1. *neque enim auribus expetuntur, quae fuerunt uſurpata luminibus.*

Quidquid ubique] Conf. *Wopkens.* ad *Pacat.* Paneg pag. 5.

Quove ambitu] Sic Vet. *qua vel amb. cing. orb. vel impetu irrumpit.* PVTEANVS. *Quo vel* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſp. Rhen. Steph. Livin.* in textu *quove*; Vet. Cod. *Livin.* & *Bertin.* quos ſequuntur *Pariſienſ. Cellar. Patar. quo vel*; Cod. *Put.* & *Moerl.* cum *Gud. qua vel.* quod praefero. IAEGERVS. Recte *qua*, id eſt, qua parte. Obſerv. Miſcell. VIII. p. 61. *Boltius* Silv. Crit. p. 93. Not. ad *Sedul.* I. 137.

Vel irrumpit] *Vel impetu irrumpit*, *Bertin.* LIVINEIVS. Τὸ *impetu*, quod *Livineius* in *Bertinienſ.* invenit (in Ed. *Cuſp. Rhen. Steph.* & contextu *Livineii* deeſt) habet itidem Cod. *Put.* & *Moerl.* IAEGERVS. Etiam habet *Guelferb.* & recte iam a *Grutero* fuit inſertum, quamvis iterum in prima *Rivini* editione neglectum.

1. *Ibi*] Vet. *ubi*, malo tamen *ibi.* PVTEANVS.

Recolantur] Vet. *recoluntur.* IDEM. *Recolantur Vet. Cuſp. Rhenan.* LIVINEIVS. *Recoluntur* eſt quoque in *Guelf.* & antea iam ediderant *Livineius*, & *Paull. Stephanus.* hoc revocavi, quia magis convenit τῷ *deſcripta ſunt*, quod eſt in fine proximi capitis. De rebus geſtis vide *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. p. 146.

Calentibus] Prae celeritate atque anxietate. PATAROL.

Venientibus] Forte *novis.* LIVINEIVS. Videtur indicare nuntiorum ſeſe ſubſequentium numerum, ut *Mamertin.* Paneg. 3. 4. *accipere innumerabiles undique nuntios. Eumenius* Conſtantio 5. 2. *nuntiis iam iamque venientibus.*

Reviſuntur perfida flumina] *Reviſuntur gemina Perſidos flumina* Vet. PVTEANVS. *Gemina Perſidos flumina* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Tigris & Euphrates, de quibus ſupra Genethliac. Maxim. cap. 6. 7. BAVNE. *Perſidos* nomine non tam Περσὶς, *Perſis* propria, quam totum regnum Perſarum, quod in Meſopotamiam usque recedebat, intelligitur. Flumina ſunt Euphrates & Tigris, citra fines Perſidis propriae decurrentes. CELLARIVS. Haec eſt lectio vet. Cod. *Livineii*, *Bertinienſ. Cuſpin. Put.* & *Moerl. Pariſ. Cellar. Pat. Livineius* in contextu corrupte, *perfida flum. Rhenan.* & *Stephan. Perſidos flum.* omiſſo vocabulo *gemina.* IAEGERVS. *Perfida* eſt in antiquiſſima *Puteolani*, unde hoc expreſſit *Livineius*, & *Paull. Stephanus.* Sed *gemina* primus recepit *Gruterus*, iterum neglexit *Rivinus*; reliqui recte retinuerunt: quod edidi cum aliis confirmat quoque *Guelferb. Gemina flumina* ſunt duo diverſa, Tigris & Euphrates, adeoque alio ſenſu, quam de quo dixi ad *Mamertin.* Geneth. 6. 6. Conf. *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. p. 141.

Sitientia] Quinquegentanas nationes intelligit, ita dictas a quinque civitatibus, Cyrenis, Ptolemaide, Arſinoe, quae & Teuchira, Darnis, & Berenice, ſingulae enim in Libya. BAVNE. Prae ſole nimio; iacent enim ſub Zona torrida. PATAROL. Λιβύης διψάδα γαῖαν dixit *Oppianus* Cyneg. IV. 320. ubi *Rittershus.* Ita *ſitientes Afri*, apud *Virgilium* Eclog. I. 65. *Indi*, Georgic. IV. 425. *ſitire* & *ſitis* de terra arida. *Ovidius* XV. Metam. 269. *Statius* ad *Tibull.* II. 1. p. 328.

Connexa] Vet. *convexa.* PVTEANVS. *Convexa*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Connexa* eſt in Ed. *Rhen. Livin. Steph. Pariſ. Cellar. Pat.* Sed qua ratione *cornua* Rheni ſint *connexa*, difficile eſt explicatu. Potior itaque eſt ſcriptura Cod. *Bertin.* & *Cuſp.* quam *Schonhovius* quoque in marg. Ed. *Rhen.* notavit, & quam exhibet Cod. *Pu-*

regionum argumenta recoluntur, dum calentibus, ſemperque venientibus victoriarum nuntiis reviſuntur gemina Perſidos flumina, & Libyae arva ſitientia, & connexa Rheni cornua, & Nili ora multifida; dumque ſibi ad haec ſingu- 2
la intuentium animus adſingit aut ſub tua, Diocletiane Auguſte, clementia Aegy-

Puteani, & *Moerl. convexa*, h. e. ſinuata in arcum. IAEGERVS. Nollem, illud *convexa* in textum recepiſſet *Iaegerus*, veteremque ſcripturam revocavi. *Convexum*, interprete *Feſto*, eſt *ex omni parte declinatum*, *qualis eſt natura caeli*, *ex omni parte ad terram verſus declinatum*. Conf. *Barthium* ad *Claudian*. B. Gildon. 2. per curvum, inclinatum interpretatur quoque *Servius* ad *Virgil.* Eclog. IV. 50. Aeneid. I. 310. adde *Davieſ.* ad *Ciceron*. N. D. II. 43. *Koenig.* ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. III. 322. qui vero hoc ad flumen adcommodetur, non video. Rhenus olim dictus *bicornis* propter duo oſtia. *Virgilius* Aeneid. VIII. 726.

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis.

Eumenius Conſtantino 11. 5. *greges flumine bicorni merſantur*. & 13. 2. *in ſua cornua geſtit excedere*. adde mox *Puteanum*, *Freherum* ad *Auſonii* Moſell. p. 430. *Matthaeum* de Nobilit. II. 4. in fin. *Cannegiet.* in Poſtum. cap. 7. eſt tamen *bicornis* alio ſenſu apud *Virgilium*, alio apud *Eumenium*, quod diſcrimen adtigit *Alting.* Notit. German. infer. Part. I. p. 113. *Cluverius* de Rheni alveis cap. 9. adde Marchionem *de S. Simone* Hiſt. Bell. Batav. & Rom. in Praefat. p. 24. duo cornua deinde fuerunt *connexa*, unde Rhenus Batavorum inſulam *divortio ſui* dicitur *complecti* apud *Eumenium* Conſtantio 8. princ. & Conſtantino 6. in fin. Cum autem hic res a Conſtantio per Bataviam geſtas intelligat, *connexa cornua* inſulam illam ſignificant, quam complectebatur Rhenus, ſupra in duo cornua diviſus, quae in inferiori inſulae parte deinde ſunt connexa: eo modo, quo copula, *in diverſum tendentia nexu ſuo tenere* dicitur apud *Nazarium* Paneg. 10. 1.

Cornua] *Virgil.* IX. Aeneid.

Rhenusque bicornis.

ubi vide *Servium* MS. *Danielis*. *Claudian.* de Laud. Stilicon. lib. I.

Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis.

& in Conſul. Honorii:

Tempus erit, cum te trans Rheni cornua victor.

Sic infra in Panegyr. Conſtantino: *arat clam terribilem aliquando ripam inermis agricola: toto noſtri flumine bicorni merſantur*. PVTEANVS.

Ora multifida] Quae iuxta nonnullos auctores novem, iuxta pleroſque ſeptem ſunt, quare *Virgil.* Aeneid. lib. VI.

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

& *Statius* Silvar. lib. III. Carm. 5.

Aut ſeptemgemini caput haud penetrabile Nili.

PATAROL. Conf. *Rittershuſ.* ad *Oppiani* Cyneg. II. 85.

2. *Adfingit*] Lege, *animus effingit*, id eſt, effigurat. ACIDALIVS. Hanc coniecturam in contextum admiſit in prima Edit. *Rivinus*. In *Guelferb.* eſt *afficit*, quod etiam in *Moerl.* ſe inveniſſe teſtatur mox *Iaegerus*, ſed damnat. Vt non vere orbem terrarum in tabulis conſpiciebant, ſed tantum cogitatione, & velut fictione quadam, complectebantur, ita locis illis res geſtas *adfingebant*, fere eo ſenſu, quo *Livius* XXIV. 3. *miracula aliqua adfinguntur plerumque tam inſignibus locis*. & quo civitas dicitur ſibi praeſentiam Impp. *fingere* a *Mamertino* Paneg. Maxim. 13. 4.

Aegyptum, furore poſito] Vide *Euſeb.* in *Chronic. Zonar.* lib. II. PVTEANVS. Interfecto Alexandriae Achilleo. Atqui victoria acerbe uſus eſt, totam Aegyptum gravibus proſcriptionibus, caedibusque foedavit. *Eutropius* IX. LIVINEIVS. MS. *Moerl.* & *Gud. orbem*, *egypto in furore poſito*, *quieſc.* Perperam; ſicuti & ſupra *afficit*, pro *adfingit*. IAEGERVS. Si admittenda foret *Moerl.* & *Gud.* ſcriptura, legi poſſet, *orbem*, *Aegypto in furore poſita*, *quieſcentem*. ut indicaret terrarum orbem pacatum, excepta Aegypto, adhuc in furore poſita propter Achilleum, nondum devictum.

Sed

gyptum, furore poſito, quieſcentem; aut te, Maximiane invicte, perculſa Maurorum agmina fulminantem; aut ſub dextera tua, domine Conſtanti, Bataviam, Britanniamque ſqualidum caput ſilvis & fluctibus exſerentem; aut te, Maximiane Caeſar, Perſicos arcus, pharetraſque calcan-
3 tem. Nunc enim, nunc demum iuvat orbem ſpectare depictum, cum in

Sed cum mox memoret *Perſicos arcus* a Galerio Maximiano *calcatos*, videtur oratio habita, Achilleo iam devicto, & pacata Aegypto; praeſtat itaque vulgata, praeſertim etiam, quia non *orbis*, ſed ſpeciatim *Aegyptus* Diocletiano tribuenda videtur, ut mox ſingulae regiones ſuis victoribus. Confer ſupr. ad Princip. In *Guelferb.* deeſt *Auguſte*.

Maurorum] Incertus Auctor Panegyr. Maxim. & Conſtantino: *Tu ferociſſimos Mauritaniae populos inacceſſis montium iugis expugnaſti.* Forte ad hoc ſpectat, quod Maximianus Quinquegentianos, qui Africam infeſtabant, debellavit. Vid. *Eutrop.* lib. IX. *Euſeb.* in Chronico, *Zonar.* lib. II. & alios. PVTEANVS. De hac contra Quinquegentianos victoria videantur *Oroſius* VII. 25. *Eutropius* IX. 23. & *Scaliger* ad *Euſebium* p. 243. iudice *Baunio* in Vit. Dioclet referenda ad A. CCXCVI. ſed confer de Mauris illis, & utrum Quinquegentiani intelligantur, infra ad Incertum Maxim. 8. 6.

Bataviam] Vnde Conſtantius Francos expulerat. BAVNE.

Britanniamque] Quam idem Conſtantius decimo tandem anno recuperaverat. IDEM. Hinc etiam adparet anno CCXCVII. aut ſequenti, hanc orationem eſſe habitam. Conf. ad init. & de Britannia ad ſeq. Paneg.

Exercentem] Malim *exerentem.* RHENANVS. Vet. *exerentem.* PVTEANVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* vitioſe *exercentem.* IAEGERVS. *Exſerentem* recte admiſit *Livineius*, & poſt *Gruterum* omnes, neque deteriorem lectionem deinde debuiſſet retinere *Rivinus*, cum alteram habeant Codd. etiam *Guelferb. Squalidum caput* eleganter vertit *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 226. *den bemoſten kruin.*

Maximiane] Scil. Galeri. Vide *Zonar.* lib. II. *Eutrop. Oroſ. Paull. Diac. Ruffin.* PVTEANVS. Galerius Maximianus eſt, quem vero, *Maximiane invicte*, modo adloquebatur, eſt Herculeus. Hiſtoriam tradit *Eutropius* IX. 15. CELLARIVS. Armentarium intelligit, qui Orienti maxime praefuit, Perſaſque domuit. Videndi *Eutrop.* lib. X. *Sext. Aur. Vict. Oroſ.* lib. VII. c. 25. PATAROL.

Perſicos arcus] Rege Narſeo in Armenia maiore victo. *Flav. Vopiſcus* Caro: *Licet plane, ac licebit per ſacratiſſimum Caeſarem Maximianum Perſas vincere, atque ultra eos progredi, & futurum reor, ſi a noſtris non deſeratur promiſſis Numinum favor.* Idem Carino: *Diocletianum & Maximianum Principes Dii dederunt, iungentes talibus viris Galerium atque Conſtantium, quorum alter natus eſt, qui acceptam ignominiam Valeriani captivitate deleret, alter, qui Gallias Romanis legibus redderet.* LIVINEIVS. Achilleum nempe in Aegypto coerciturus Diocletianus Galerium iuſſit in Meſopotamiam progredi, qui Perſas debellaret, ſed is anno CCXCVI. infeliciſſime pugnavit, Callinicum inter & Carras pulſus, & ideo turpiter a Diocletiano exceptus, ita ut eum, quamvis purpuratum, gregarii militis inſtar ante carpentum ſuum currere iuſſerit. Conf. ad *Mamertin.* Paneg. 2. 6. *Caſaubon.* ad *Vopiſc.* Carin. p. 253. Sed, quod ad annum ſequentem pertinere videtur, collecto iterum exercitu, Perſas profligavit Galerius, quod male *Hermannus Contractus* in Chronico, & alii referunt ad annum CCC. Conf. *Victorem* Caeſ. 39. 34. *Oroſium* VII. 25. *Eutropium* IX. 25. *Lactantium* M. P. 9. 6. *Baſnage* Annal. T. I. p. 460. & 463. hinc iterum adparet, Orationem hanc demum A. CCXCVII. aut ſequenti, habitam fuiſſe, poſt eamdem victoriam, ceteroquin enim non *Perſicos arcus*, a Maximiano *calcatos*, memorare auſus fuiſſet *Eumenius*, praeſertim cum is ob cladem, praecedenti anno adceptam, ea fuiſſet turpitudine a Diocletiano adfectus.

3. *Nunc demum*] In Cod. *Moerl.* deeſt vox *demum.* IAEGERVS.

In illo] Omnia enim parent Romanis armis. PATAROL. *In* abeſt a *Guelferb.*

Videmus] In Cod *Moerl.* legitur *videamus*, quod tamen vulgatae ſcripturae haud anteponendum. V. *Voſſ.* de Conſtruct. c. 67. IAEGERVS.

4. *Studii*] Abeſt a *Guelferb.*

Cupientium] In *Guelferb.* eſt *capientium*, quod minus convenit proximo *voluntas.* Idem Cod. inverſo ordine, *eorum voluntas.*

Perferatur] Si quis quaerat de ſucceſſu, & exi-

in illo nihil videmus alienum. Habes, V. P., ſtudii ac voti mei profes- 4
ſionem. Abs te peto, ut eam litteris tuis apud ſacras aures proſequi non graveris. Siquidem maximus, ac pene ſolus fructus eſt recta cupientium, ut voluntas eorum ad divinam tantorum Principum ſcientiam perſeratur.

exitu actionis *Eumenianae*, equidem vix audeo iactare, tam diu & ſtetiſſe, & floruiſſe Menianum illud auditorium, quam vellem, cum lego *Eumenii* ipſius ad Conſtantinum Panegyricum, nomine Flavienſium editum, hoc eſt, Auguſtodunenſium Heduorum. Ex quo facile coniicio, novas tunc ruinas & calamitates illius Vrbis prope deſertae. Memini etiam, quod *Marcellinus* lib. XVI. ſcribit, Imp. Iulianum vidiſſe Auguſtoduni, civitatis antiquae, muros ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis invalidos, Barbarorum repentino impetu inſeſſos. Sed tamen Gallia propterea non deſiit alias habere frequentes, & bene cultas eo ſeculo Scholas. Teſtis eſt *Auſonii* libellus de Profeſſoribus Burdegalenſibus, Tholoſanis, Narbonenſibus: ubi & de Tiberii Victoris Minervii cathedra Burdegalenſi lego illud:

Mille foro dedit hic iuvenes, bis mille Senatus
Adiecit numero, purpureisque togis;
Me quoque.

Ergo & *Auſonii* diſcipulus, Imp. Gratianus, primis ſui imperii annis edixit ad Antonium P. P. Galliarum, ut in ſingulis Galliae Metropolibus praeficiantur egregii Profeſſores erudiendae iuventuti, quibus & annonarum emolumenta liberaliter praebeantur, L. Per omnem C. *Theod.* de Profeſſor. Necdum tamen audeo affirmare, Eumenii Scholam tali conſtitutione rurſus inſtauratam, atque reſtitutam fuiſſe. Et memini, quid *Auſonius* in Panegyrico ad Gratianum ſignificet de Municipali, ut vocat, Schola Viſuntionenſi, atque Lugdunenſi. Equidem anno ſuperiori, cum Sequanos, & in itinere Heduos inviſerem, cum Auguſtodunenſium ruinarum vetera rudera, quae in via, ſpectabam, fecere, ut de hac *Eumenii* Oratione cogitarem, deque fatis, & conditione civilium ſtudiorum, tum vero Viſuntio Sequanorum fecit, facitque, ut magis atque magis ſentiam, quidnam hoc ſit. Equidem cum ibi eſſem, docebam rerum ſuarum imperitos, quod memineram ante annos quadringentos ita decreviſſe Imp. Fridericum Aenobarbum, &, cum ex Curia Sequanorum in Italiam veniſſet, edixiſſe, quod ibi conceperat, dico non modo ſuas de Feudis leges novas, & Conſtitutionem de pace publica, cuius portio quaedam eſt lex de Sacramentis puberum, quae poſtea inſerta eſt Codici; ſed etiam nobiliſſimam illam, quam ipſe in Codicem referri iuſſit, Conſtitutionem de Scholis iuris, & earum privilegiis, hoc eſt, Authentic. Habita C. Ne fil. pro patr. quam quidem iuvabat cum Conſtantii literis *Eumenianis* coniungere. Sed redeat cum Friderico Conſtantius, ut rurſus ſua decreta ſanciant! Quid dicam, quod *Marcellinus* lib. XXX. ſcripſit, paulo poſt tempora Conſtantii in Oriente iuris ſcientiam profeſſos fuiſſe, veluti umbras mutas? Tolerabilius id tamen fortaſſe fuit, quam quod adiicit, fuiſſe & larvas ita rudes, ut nunquam ſe Codices habuiſſe meminerint, &, ſi auctoris veteris nomen incidiſſet, piſcis, aut edulii peregrinum eſſe vocabulum arbitrarentur. Quid ſi vel Conſtantius, vel *Eumenius* in ſuis Menianis, vel in maiori Galliae Metropoli tales vidiſſet? an eorum profeſſione paſſus fuiſſet Iurisprudentiam infamari? an, iis eiectis, doctos non revocaſſet? an illos poena, hos praemio non affeciſſet? Hic ego pro coronide inſtituebam ad leges de Profeſſoribus iuſtum Commentarium pertexere. Sed horum Scholiorum tenuitas eum non capit. Et vero quid eas leges nunc fruſtra appellem, ubi inanis earum vox, nullusque vindex eſt? Iacent ergo illae, ſi non mutae, at certe contemptae in pulvere Auditoriorum, ut & iam pridem deſiit honos artes alere. Imo hanc iniuriam Iurisprudentiae faciunt, quos minime omnium oportebat. Scio quandam eſſe quorundam indigniſſimorum hominum, qui Profeſſores iuris dici volunt, ſed quos tanquam Moriones ipſa ſubſellia derident, ipſique parietes averſantur, faecem & colluvionem, quae indigniſſima ſit ullo vel honore, vel honorario, & ſit eo contemptu, in quo iacet, digniſſima. Sed cur non abigitur? cur impune interea ſuis ſordibus contaminat, ſuaque infamia inquinat Scholas iuris? cur &, qui eſſe, & quo loco eſſe non debeant, tolerantur adverſus leges? cur aliis interea, in quorum fraudem id fit, fit iniuria? Conquererer bonis eripi praemia, quae leges deferunt, ſed ſcio, quod *Sidonius Apollinaris* Gallus lib. III. Epiſt., loquens de mi-

miſeria Galliae ſui temporis, olim ſcripſit: *Reſpublica*, inquit, *in extrema haec miſeriarum defluxit, ut ſtudioſos ſui non remuneretur.* Miratur quidem *Sidonius*, cum deſint praemia recte factorum, non deeſſe tamen in Gallia facta praeclara, & eſſe ſemper quosdam, qui nihilominus bene mereantur de ingrata Rep., quae, ut loquitur, moratur beneficia, quae illi merentur. Sed tales, neque multos, neque, ſi qui ſint, diu futuros eſſe exiſtimo. BALDVINVS. In *Guelferb.* eſt *finis Quint.* alium tamen ordinem notavi ad princip.

IACOBI

IACOBI DE LA BAVNE VITA FL. VAL. CONSTANTII CHLORI.

Anno V. C. 1003. *Chriſti* 250. *Decii Aug.* 2.

Flavius Valerius Conſtantius, quem *Aur. Victor Iulium* etiam appellat, cognomento *Chlorus*, a voce Graeca χλωρὸς *flavus*, ſeu quod vultu flavo eſſet, ſeu quod huius coloris veſtem puer gerere ſoleret, a Flavio Veſpaſiano Auguſto genus duxit, a quo *Flaviae* gentis nomen, & inſignia conſecutus dicitur apud *Trebellium Pollionem*, ſi tamen ei fides haberi poteſt, qui Conſtantino eius nepoti, cuius tempore hiſtoriam ſcripſit, ea in re fortaſſe adulari voluit. Ortus eſt patre Flavio Eutropio, nobili inter Dardanos genere, matre vero Claudia, Claudii Auguſti, vel potius Criſpi eius fratris filia. Natus eſt in Illyrico, ut tradit *Aur. Victor* 3. Kal. Mart., ut videre eſt ex Kalendario Conſtantini, hoc anno Chriſti 250., ut ex eius obitus tempore apparet.

Anno V. C. 1025. *Chriſti* 272. *Aureliani Aug.* 3. *Conſtantii aetatis* 22.

Conſtantius *in primo aetatis flore*, inquit *Eumenius* Pan. VI. c. 4. Conſtantinum genuit, quod ad annum hunc Chriſti 272. referendum eſſe, liquet ex Conſtantini obitu. Helenam Conſtantini matrem fuiſſe tradunt Hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores omnes, & *Iuſtinian.* 2. Nov. conſtit. aliique. Eandem autem veram Conſtantii coniugem fuiſſe, contra *Zoſimum*, Ethnicoſque ſcriptores Graecos, pro ſuo erga Romanos, imprimiſque Chriſtianos Imperatores odio utriusque pudori obtrectantes, probat locus Panegyrici V. c. 4. Vbi eius auctor, quisquis eſt, inſtituta Conſtantium inter & Conſtantinum comparatione, *Neque enim*, inquit, *forma tantum in te patris, Conſtantine, ſed etiam continentia, fortitudo, iuſtitia, prudentia ſeſe votis gentium praeſentant. Quo enim magis continentiam patris aequare potuiſti, quam quod te ab ipſo fine pueritiae illico matrimonii legibus tradidiſti, ut primo ingreſſu adoleſcentiae formares animum maritalem, nihil*

hil

hil de conceſſis aetati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres: novum jam tum miraculum, iuvenis uxorius? Quae autem ratio illa fuiſſet laudandi Conſtantini, ſi, cum is ex Helena non legitimo matrimonio genitum ſe a Conſtantio probe noſſet, continentiam patris aequare diceretur? Id ipſum confirmant *Victor*, & *Eutropius*, dum aiunt Conſtantium, ut cum Caeſaris nomine Theodoram, Maximiani privignam, in coniugem acciperet, priorem coniugem (nempe Helenam) repudiare coactum. Atqui *repudiari* non dicitur, niſi quae uxor eſt.

Vtrum vero illa natione Bithyna fuerit, ut poſt *Nicephorum* probat *Lipſius*, an Drepani, aut Tarſi, aut Edeſſae, aut Naiſſi nata; an Treverenſis, ut ex *Conſtantio Porphyrogenito*, vetere manuſcripto, *Marquardi Freheri* ſtudio e Palatina Bibliotheca eruto, ex *Berengoſio* lib. III. de Invent. cruc. c. 2. aliiſque probant *Chriſt. Browerus*, & *Iacob. Maſenius* in Annalibus Treverenſibus, & *Triſtanus* in Comment. hiſtoricis; an demum Britanna fuerit, ut fuſe ad an. 306. probat *Baronius*, difficile ſit ſtatuere. Certe hanc poſtremam opinionem *Michael Alfordus* noſtrae Societatis, in eo libro, quem de Lucii, Helenae, & Conſtantini patria, & fide ſcripſit, ſcriptorum tum Italorum, tum Hiſpanorum & Belgarum, tum Germanorum, ſeu veterum, ſeu recentiorum omnino ſeptuaginta auctoritate confirmat. Quae ſi valuerit opinio, cui profecto favere videntur Panegyrici, ubi tam crebra, tamque honorifica Britanniarum mentio eſt, contra vero tanta Graecae levitatis exprobratio, dicendum Helenam, Coelli, Britanniarum regis, filiam, anno Chriſti 247. natam fuiſſe: eius nuptias in Britanniis anno Chriſti 271. celebratas, cum ad pacandam hanc provinciam ab Aureliano miſſus eſt Conſtantius: vixiſſe in ſumma integritatis, pietatis, & modeſtiae, atque omni Chriſtianae virtutis laude: Nicaenae Synodi tempore, hoc eſt an. Chriſti 325., in Palaeſtinam profectam, ac, reperta ſequenti anno Hieroſolymis Chriſti cruce, poſt relicta ibi pietatis ſuae monumenta multa, Romam rediviſſe, tandemque anno Chriſti 327., inter filii ac, nepotum complexus, XV. Kal. Sept. octogenariam obiiſſe. Eam a filio in Baſilica SS. Martyrum Marcellini, & Petri via Lavicana magnifice ſepultam refert *Euſeb.* lib. III. de vita Conſt. c. 46. 47. & 60. Eius virtutes ab Hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptoribus plurimum commendantur.

Anno V. C. 1037. *Chriſti* 284. *Carini Aug.* 1.
Conſtant. aetatis 34.

Conſtantius *Praetor primum, exin Tribunus, poſtea Praeſes Dalmatiarum fuit*, inquit *Valeſii* Anonymus. Quo tempore duo priora munera geſſerit, incertum eſt. Poſtremo certe tanta cum laude ſub Carino functus eſt, ut Imperator, quantumvis natura ferox, de eo ſibi ſubrogando cogitaret: quod nemo, inquit *Vopiſcus* in Carino, tunc vir melior ipſi videretur.

Anno V. C. 1044. *Chriſti* 291. *Dioclet. imp.* 8. *Maxim. imp.* 7. *Conſtant. aetat.* 41.

Neque minore in pretio apud Diocletianum & Maximianum fuit Conſtantii vir-

virtus. Hi enim, poſtquam inter ſe Mediolani deliberaſſent, quemnam in toto imperio gerendorum bellorum, undequaque imminentium, ſocium adſciſcerent, Conſtantium, ad id omnium maxime viſum idoneum, Caeſarem faciunt Kal. Martiis. Pan. IV. c. 3. Quem ut Maximianus arctiori ſibi vinculo coniunctum haberet, Theodoram, privignam ſuam, coniugem accipere coegit, repudiata priori uxore Helena. Suſcepit autem ex Theodora, ſi *Euſebio* fides eſt, Conſtantium, qui Galli Caeſaris, & Iuliani Apoſtatae pater fuit; Dalmatium, Dalmatii Iunioris Caeſaris patrem; Annibalianum; quibus addunt aliqui alium Conſtantium: filias vero Conſtantiam, quae poſtea Licinio Auguſto nupſit; Eutropiam, Nepotiani coniugem; &, ut putant aliqui, Anaſtaſiam. Itaque Conſtantius iam Caeſar a ſocero ſuo Maximiano in Britannias adverſus Carauſium miſſus, *tanta celeritate in Gallias primum pervenit, ut omnes adventus ſui nuncios praeverterit*, Pan. IV. c. 6. Eodem anno, ut indicare videntur Panegyrici, Geſoriacum, (Bononiam hodie dicimus) urbem terra marique a Carauſii militibus validiſſime defenſam, obſidet. Ac ne obſeſſis auxilio venire poſſet Carauſianorum claſſis, collocata non longe a Bononienſi portu, huius aditum congeſtis arborum molibus, & ingenti ſaxorum ſtrue occludit, donec illi, auxilii ſpe amiſſa, Conſtantio ſe dedunt: *ac potuiſſet illo virtutis & felicitatis impetu totum peragi continuo bellum, niſi aedificandis navibus dari tempus rei neceſſitudo ſuaſiſſet.* Pan. IV. c. 7. Igitur converſis armis in eos, *quos adiri continens terra permittebat*, Francos e Friſia & Batavia, quas depopulabantur, expulit; atque inde captivos multos ad Lingonum, Rhemorum, Tricaſſinorum, & Ambianorum agros excolendos transmiſit, c. 8. & 9.

Anno V. C. 1045. *Chriſti* 292. *Dioclet. imp.* 9. *Maxim. imp.* 8. *Conſt. aetat.* 42.

Poſt has in Gallia & Batavia relatas victorias, Conſtantius Tribunitia ab Imperatoribus poteſtate donatus, Britannicam expeditionem inchoaturus mari ſe committit, cum certa, ut ei omnibusque videbatur, ſpe victoriae. Sed *maris inclementia*, tum forte coorta, Conſtantini *victoriam fatali quadam neceſſitate diſtulit*, & Romanos *in re maritima novos*, in continentem Galliam, re infecta, redire compulit. Quare pacem cum Carauſio iniri neceſſe fuit, ipſique remitti inſulae imperium. *Eutrop.*, *Victor.*

Anno V. C. 1046. *Chriſti* 293. *Dioclet. imp.* 10. *Maxim. imp.* 9. *Conſt. aetat.* 43.

Conſtantius expectabat, donec melior oppugnandi Carauſii ſeſe offerret occaſio: cum ecce nunciatur Carauſium, ſeptimo ineunte tyrannidis ſuae anno, Allecti, familiaris ſui, dolo interemptum, ut is ſeſe in eius locum, uti fecit, intruderet. Tum primum Conſtantio nova ſpes affulſit recuperandae Britanniae. Itaque *Aſclepiodotum*, inquit *A. Victor.*, *qui Praetorianis praefectus erat*, *cum parte claſſis*, *& legionum* adverſus novum tyrannum *praemittit*, cum reliquis copiis ipſe

ſubſecuturus. Aſclepiodotus, beneficio ſpiſſioris nebulae inimica claſſe, quae apud Vectam inſulam in ſpeculis & inſidiis collocata erat, caute evitata, feliciter in Britanniam appellit. *Simul univerſis navibus ignes iniicit, ut, nullo fugae ſuae praeſidio reſervato, in ſola victoria ſpem ponerent.* Pan. IV. c. 15. Allectus, audito nuncio adventus Conſtantii, *ab eo litore* (fortaſſe Rutupino) *abſcedens, claſſem portumque deſeruit*, ſed mari Conſtantium *fugiens*, terra *in Aſclepiodotum incidit*, a quo victus interfectuſque eſt, *& cultu illo, quem vivus aſſumpſerat, ſponte depoſito*, inter caeſorum hoſtium acervos, *vix unius velaminis repertus indicio.* Barbari complures, in primiſque Franci, ex praelio Londinum ſeſe recipiunt; fugiſſentque direpta urbe copioſiſſima, niſi a Conſtantii militibus oppreſſi cecidiſſent. Conſtantio in litus egredienti Britanni, cum plauſu & acclamatione, ſeſe cum coniugibus & liberis offerunt, ac libertatis ſuae vindici gratulantur. Hac victoria non recuperatae modo poſt decem annos Britanniae, ſed Galliae, Hiſpaniae, Italiae, atque Africae a piratarum incurſionibus liberatae. Miſſi inde artifices ad Galliarum urbes; in primis ad Aeduenſem urbem, Bagaudarum graſſationibus afflictam, reficiendam. Conſtantius *Francicus*, & *Germanicus* appellatur, ut obſervat *Onufrius Panvinius* lib. II. Faſtorum. Dictum etiam eſſe *Herculium* a Maximiani ſoceri ſui nomine, notat *Triſtanus* ex veteri numo.

Anno V. C. 1047. *Chriſti* 294. *Dioclet. imp.* 11. *Maxim.* 10.
Conſt. aetat. 44.

Hoc anno Conſtantius fit Conſul. Galerio Maximiano Armentario collega.

Anno V. C. 1049. *Chriſti* 296. *Dioclet. imp.* 13. *Maxim.* 12.
Conſt. aetat. 46.

Britannico bello confecto, ac Britanniis Allecti nece, Galliiſque in diuturna pace, ut quidem videbatur, conſtitutis, Franci, nondum tot acceptis cladibus fracti, iterum Rheno, qui tum glacie conſtrictus erat, trajecto, Bataviam inſulam occupant. Itaque hos Conſtantius, hoc anno ſecundum Conſul, repente adortus ad deditionem compulit. Interim Alamanni in Rhaetiam, Helvetiam, Rauracos, Noricum, Vindelicos, Sequanos, cum regibus ſuis, Aſcarico & Regaiſo, incurſionem facientes ad Lingonas usque penetrant. Actum erat de tota Gallia, niſi Conſtantius, hoc nuncio excitatus, cum parte exercitus accurriſſet. At is die una, inquit *Eutropius*, adverſam & ſecundam fortunam expertus eſt. Nam cum repente barbaris ingruentibus, intra civitatem Vindonenſem, aut Lingonenſem recipere ſe vellet, ſedulo clauſis, ne hoſtes irrumperent, urbis portis, demiſſis funibus in murum efferri neceſſe habuit. Conſtantius rei diſcrimine, ac vulnere accepto nihil deterritus, poſt quinque horas redintegrata pugna, *Alamannorum*, poſt victoriam ſuam nihil tale metuentium, *LX. fere millia cecidit.* Tum quae ad praeſidia diſpoſita erant Rheni, Iſtri, & Euphratis reſtituit, aliis etiam adiectis. Spiram condit, cui urbi nomen ab Imperatoria cohorte datum. Tandem Claudiam, Conſtantii matrem, magnificentiſſimis exequiis ſepelit.

An-

Anno V. C. 1053. *Chriſti* 300. *Dioclet. imp.* 17. *Maxim. imp.* 16. *Conſtant. aetat.* 50.

Conſtantius Conſulatum tertium gerit, Galerio Maximiano collega.

Anno V. C. 1055. *Chriſti* 302. *Dioclet. imp.* 19. *Maxim. imp.* 18. *Conſt. aetat.* 52.

Fit Conſul quartum, eodem Galerio Maximiano collega.

Anno V. C. 1057. *Chriſti* 304. *Dioclet. imp.* 21. *Maxim. imp.* 20. *Conſt. aetat.* 54.

Diocletiano & Maximiano ſeſe ultro imperii adminiſtratione abdicantibus, *Conſtantius*, eodem die, nempe Kal. Aprilis, *cum Galerio* ex Caeſare *Auguſtus creatus eſt*, *diviſusque inter eos Romanus orbis*, *ut Galliam*, *Italiam*, *Africam Conſtantius; Illyricum*, *Aſiam*, *&* *Orientem Galerius obtineret*, *ſumptis duobus Caeſaribus. Conſtantius tamen*, *contentus dignitate Auguſti*, *Italiae*, *atque Africae adminiſtrandae ſolicitudinem recuſavit. Vir egregius*, *& praeſtantiſſimae civilitatis*, &c. *Eutropius.* Eodem tempore tradit *Victoris* Epitome, *Conſtantinum* quoque *Caeſarem effectum eſſe.* Haud dubie a Conſtantio patre, cuius in locum videtur Severus eſſe intruſus.

Anno V. C. 1058. *Chriſti* 301. *Conſt. imp.* 1. *aetat.* 55.

Conſtantius V. Conſul adverſus Caledonios, Pictosque parat exercitum.

Anno V. C. 1059. *Chriſti* 306. *Conſt. imp.* 2. *aetat.* 56.

Conſtantio vela in Britanniam faciente, repente Conſtantinus, qui obſes a Galerio in Italia detinebatur, ad patrem accurrit. Picti, Caledoniique vincuntur. At non multo poſt Eboraci in febrim incidit Conſtantius. *Cui quidem & ob ceterorum filiorum ineptam indolem moeſto*, *Zonaras* ait, *angelum aſtitiſſe*, *qui iuberet*, *ut Conſtantino relinqueret imperium.* Quod ſi verum eſſet, quomodo res tam ſingularis eſſet ab *Euſebio* praetermiſſa? Vt ut eſt, Conſtantius, liberis coram aſtantibus, Conſtantinum, qui reliquos aetate & virtutibus anteibat, haeredem imperii nominat, ac moritur VIII. Kal. Aug. atque ibi tumulatur. *Euſeb.* lib. I. c. 15. Hanc Conſtantini electionem univerſi exercitus ſuffragio comprobatam ait *Eumenius.* Chriſtianum fuiſſe Conſtantium non uno in loco indicat *Euſebius.* Chriſtianis certe admodum faviſſe, nemo neſcit. Anno aetatis LVI. obiiſſe tradit *Nicephorus;* ex quibus *Euſebius* XVI. imperii annos computat, videlicet ab eo tempore, quo Caeſaris nomen obtinuit. Cum autem *Victor Schotti* noſtri XIII. annos eius principatus numerat, intelligit tempus, quo Caeſar fuit.

Natione tantum, non ſpecie corporis, non ingenio, non moribus barbarus fuit, quem

quem ſua modeſtia, prudentia, frugalitas, temperantia, caſtitas, & fortitudo evexerunt ad imperium. Quae in eo virtutes hoc admirabiliores extiterunt, quod periculum eſſet, ne peſſimis Imperatoribus, quibus gratioſum eſſe eius fortunae intererat, ſua exprobrare vitia videretur. Opum contemptor, ac tanta in ſummo honorum faſtigio moderatione, ut cum in partitione imperii Gallia, Africa, Italia ipſi obtigiſſet, ſponte alteri, ut quidem ait *Eutropius*, Africa, & Italia ceſſerit. Poſtremum eo etiam magnus, quod Conſtantinum Magnum orbi dederit.

EVMENII
PANEGYRICVS
CONSTANTIO CAESARI RECEPTA BRITANNIA DICTVS.

CAP. I. Si mihi, Caeſar invicte, poſt diutinum ſilentium ſola eſſet vincenda trepidatio, qua rudimenta quaedam vocis meae rurſus experior; haud immerito me ul-

EVMENII] Imp. Caeſar Diocletianus Aug., qui ſe poſtea *Iovium* appellari voluit, Maximianum, cui *Herculei* cognomen additum eſt, imperii conſortem ſibi adiunxit, atque hunc in Gallias ſtatim ac Germanias miſit in officio retinendas, cum in Orientem ipſe proficiſceretur. Itaque Panegyricus hic Maximiano quidem dictus eſt, ſed ſic tamen, ut utrique laudentur. Ab his, ante quam abirent imperio, praeter Galerium Conſtantius quoque fuit aſcitus, Conſtantini Magni Pater, cuius in fine quoque fit mentio, ubi *Conſtantine* legebatur ante, cum eſſet legendum *Conſtanti. Caeſar* autem appellatur, cum Diocletianus & Maximianus eſſent Auguſti. Et hic videtur Panegyricus a Belga quopiam dictus, qui literas, ac Oratoriam aliquando docuerit, in aulam Imperialem poſtea aſcitus Libenter *Mamertino* tribuerim. RHENANVS. Inſcribi debet, & dictus fuit hic Panegyricus *Conſtantio Caeſari*, qui fuit Pater Conſtantini Magni, cuius praecipue laudes, & res geſtas exequitur, ac potiſſimum Britannicam victoriam. Diocletiani & Maximiani quoque Augg. laudes, & res geſtas obiter perſtringit. Debet ergo praeponi hic Panegyricus illis, qui ſunt dicti Conſtantino Magno. PVTEANVS. Ex quatuor illis Panegyricis, quas *Eumenii* eſſe indicat [*Lipſius*], duae dictae ſunt Conſtantio Chloro, Caeſari a Maximiano Herculeo adoptato, aliae duae Conſtantino Magno, eiuſdem filio. Prima, quae incipit *Si mihi Caeſar*, eſt gratulatoria de Britannica, Batavicaque Conſtantii victoria, quod bellum, Maximiani Imperatoris iuſſu & auſpiciis, poſt adoptionem confecerat, cuius etiam ipſe in ſuae Orationis fine meminit *Eumenius.* Hanc dixit Aeduus quidam Orator, qui in Palatio ab arcanis Principum aliquando fuerat, & poſt indultam quietem ad ruris ſtudium ſeceſſerat. Non igitur hic *Eumenius* fuit, qui in aula Conſtantii Caeſaris Magiſter Memoriae fuerat, &, eiuſdem deinde iuſſu, duplicato cum ſtipendio Scholis Clivienſibus eſt praefectus. Verum primae huius Orationis titulum eſſe falſum, miror *Beatum Rhenanum*, atque Belgam noſtrum non animadvertiſſe. Ex ipſa enim Oratione haud dubie palam fit, Conſtantio Caeſari, non Maximiano Aug. dictam eſſe. *Caeſarem* enim ſemper Principem, cum eum alloquitur, & in fine Orationis *Conſtantium* appellat, non *Imperatorem*, non *Auguſtum*, niſi uno in loco mendoſo, ubi legitur: *Quid faciam, Caeſar Auguſte? ignoſce, ſi moror.* & tollenda profecto ſuperflua vox *Aug.*, quae ſcribae librarii negligentia contextui irrepſit. Etenim, vivo adhuc Maximiano Auguſto dicta eſt haec Oratio, qui ex more ſibi titulum *Imperatoris*, & *Auguſti*, quoad cum Diocletiano ſe imperio abdicaret, reſervavit. Eſt & aliud argumentum, liquidum prorſus, Conſtantio dictam Orationem illam eſſe. Vbi enim Rhetor Aeduus per apoſtrophen flectit orationem ſuam ad abſen-

ultra, quam aetas, & quantulacumque ſtudii mei ferret opinio, perturbari con-

fi-

ſentem Maximianum Aug., declarat eum bello Britannico non interfuiſſe, ſed eum repente ex Italia in Gallias veniſſe dicit, & Rheni ripam obſervaſſe, ne quid novi motus ab imperii hoſtibus, Germanis, abſente exercitu, ibidem excitaretur, dum Conſtantius Caeſar Geſſoriacum capit, & Britanniam claſſibus invadit. Ex dictis igitur luce clarius fit, Conſtantio Caeſari hanc Orationem eſſe dictam poſt bellum confectum; ſed quonam in loco, vel qua in urbe ſit habita, nobis obſcurum eſt. Facile tamen adducor, ut credam, in Aeduis fuiſſe, cum eius civitatis urbes etiam, ut ubique per Gallias, Principum illorum iuſſu reſtaurarentur, quemadmodum in Orationis fine Rhetor Aeduus indicat. PIGHIVS. in Hercul. Prodic. p. 48. *Eumenio* & hunc tribui cum aliis nonnullis argumentis, quae ſparſim hic occurrunt, tum praecipue, quod initio ſtatim *quotidianae* ſuae inſtituenda iuventute *exercitationis* meminit, ac *Palatinam dignitatem* commemorat, quae, ut ſuſpicor, Magiſterium fuit Sacrae Memoriae. Quorum utrumque *Eumenium* hunc obiviſſe, clarum ex Oratione Pro reſtaur. Scholis. *Conſtantio* quoque *Caeſari* dictum Vet. confirmat, in quo explicate lego indice, qui primore pagina deſcriptus, *Panegyricus Conſtantio dictus.* Accedit praeter cetera, quod ait Auctor, *Patris ac Patrui tui*, qui profecto non alii, quam Maximianus & Diocletianus, quorum ille Conſtantium Caeſarem creavit, a qua notione *pater* ei quidem fuerit, hic Maximiano *frater*, imperii ſocietate; Genethliaco Maximiani: *Non fortuita in vobis eſt germanitas, ſed electa.* & mox; *certiſſimae fraternitatis eſt usque ad imperium ſimilitudo.* LIVINEIVS. *Maximiano Rhenanus* ait dictum. Mihi non videtur. Certe omnis oratio ad ipſum Conſtantium directa eſt, & de Maximiano tanquam abſente loquitur: etſi tamen alicubi ipſum alloquitur, ſed, ut ſolet in his, abſentem nihilominus. Atque eodem plane modo ad Diocletianum hic. Igitur *Conſtantio* ego inſcribam. Et Lector ſerius & ſobrius facile id neceſſum videbit. *Rhenanus* etiam ait Conſtantii in fine ſaltem fieri mentionem, ubi ipſe *Conſtanti* pro *Conſtantine* emendat. Miror, ubi oculos, & animum antea habuerit. Monuit de inſcriptione & *Livineius* in notis in eundem plane ſenſum. ACIDALIVS. Orationem hanc Treviris, aut alio loco, de eo enim mihi non conſtat, habitam eſſe anno CCXCVII., cum ex Britannia revertiſſet per Gallias Conſtantius, late oſtendi ad Paneg. Pro inſtaur. Schol. init. unde etiam cap. 5. *proximam* dicit Carporum ruinam, hi autem in Faſtis *Idatianis* ſeſe anno CCXCV. tradidiſſe dicuntur; adde *Euſebium* in Chronic. p. 178. quamvis aliter *Scaliger;* neque poſt annum CCXCVII. eſſe reiiciendam oſtendit de victoria Lingonica, brevi poſt reportata, ſilentium, de qua ad Paneg. Conſtantino dictum; praecedenti tamen habeo priorem. —— Hunc ἀνωνύμως ediderunt *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus; Incerto* tribuitur in excerptis Cod. *Puteani*, quae poſſideo; eſſe tamen *Eumenii* perſuadet ſtili ſimilitudo, & quae de inſtituenda iuventute, & officio Palatino commemorat. Conf. *Baunium* ſupr. in vit. *Eumenii* p. 170. & *Balduinum* ad Orat. pro inſtaur. Schol. init. Vide enim, quantum haec conveniant; cap. 1. 1. *rudimenta quaedam vocis meae rurſus experior;* cum his *rudimentis* congruit *ſerum tirocinium*, quod eſt Pro inſtaur. Schol. 1. 1. deinde mox cap. 1. 1. *quantulacumque ſtudii mei ferret opinio*, quae paria ſunt his Pro inſtaur. Schol. 1. 1. *quantulumcumque illud eſt, quod labore ac diligentia videor conſecutus.* porro cap. 1. 4. *ſed cum ex veteri illo curriculo me aut, inter adyta Palatii veſtri, alia quaedam ſermonis arcani ratio demoverit*, eadem ſunt, atque haec Pro inſtaur. Schol. 6. 2. *ab arcanis ſacrorum penetralium ad privata Muſarum adyta tranſtulerit.* praeterea, quod peculiariter ſibi gratulandum eſſe dicit nomine civitatis Aeduorum devotiſſimae, id eſt, Auguſtoduni, quae congruunt iis, de quibus paſſim Pro inſtaurandis Scholis praedicat; denique argumentum peto ex formula, *ut res eſt*, cap 6. 4. & 8. 3. *Eumenio* familiari, vide Pro inſtaur. Schol. 7. 3. & 18. 5. *Livineium* infr. ad cap. 6. 4. *Schwarzium* ad *Mamertin.* Geneth. 9. 2. Male igitur hunc Panegyricum *Mamertino* adſcribunt *Rhenanus*, & alii, quod non ſatis perſpecta temporum ratione fieri recte iam iudicavit *Pithoeus* Adverſar. ſubceſiv. II. 1. praecipuum quidem petunt argumentum, quod ſe Maximiano Orationem dixiſſe refert, & praeterea *poſt diutinum ſilentium trepidare*, infr. 1. 1. & n. 3. & 5. quod utrumque in *Eumenium* cadere negant, qui *diutinum* ſibi *ſilentium* tribuere non poſſet, cum nuper Pro inſtaurandis Scholis dixiſſet. Sed nodum hunc extricavi ad initium praeced. Panegyrici; iisque, quae ibi contuli, corruunt quoque, quae hic *Pighius*, qui tamen praecipue *Eumenio* non tribuiſſe videtur, quoniam in hac Oratione quaedam occurrebant, opinioni ſuae de

Eu-

fiterer ; praeſertim cum apud maieſtatem tuam divina virtutum veſtrarum miracula

Eumenio, Doctore Clivienſi, maxime contraria. —— Inſcripſi autem aliorum exemplo *Conſtantio Caeſari*, & ita Codd.; deterius *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*, *Maximiano Aug.*; peſſime *Paull. Stephanus*, *Conſtantino Caeſari Auguſto.* qui enim *Auguſtus* dici potuit, qui adhuc erat Caeſar? — Denique quod ordinem ſpectat, in *Guelferb.* eſt octavus; in Edd. *Puteolani*, *Rhenani*, utriusque *Stephani*, *Gruteri*, *Pariſienſium*, & *Rivini*, ſi ille *Plinii* una computetur, nonus, in Ed. *Livineii* decimus; primus poſt Panegyricum Pro inſtaur. Schol. inſeruit *Baunius*, ut ſit quartus, quem ſecuti ſunt *Cellarius*, & *Iaegerus*; hunc retinui ordinem, quamvis, ex temporis ſerie, hunc arbitrer illo Pro inſtaurandis Scholis priorem, ut ad illius init. dixi; retinui autem, ne in eumdem ſcopulum inpingerem, qui fraudi fuit *Patarolo*; hic enim cum in prima Edit., *Livineii* exemplo, decimum hunc conſtituiſſet, id in ſecunda Edit. mutare non fuit auſus, addita hac admonitione: *Panegyricus hic anteriorum uni aut alteri praeponendus eſſet, ut temporum ordo ſervaretur, quo Orationes hae dictae fuerunt. Sed cum ex incuria huic loco in prima Editione affixus fuerit, cumque per adnotationes non ſemel aliquot Orationum ipſarum loci citentur, eo expreſſo numero, quo in ipſa prima Editione gaudent, ideo etiam in hac altera priori loco relictus eſt, ne forte in citandis iterum Orationibus aliquis in numeris error obrepat. Ignoſce, Lector, & humanitate tua ſupple, quidquid defectus eſt, ac Panegyrico ipſo, cui ſuae ſedi reſtituto aequo animo utere.*

1. *Caeſar*] *Caeſar invicte* Vet PVTEANVS. *Caeſar invicte*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Invicte* inſerit *Bertin.* Accepto, quia ſaepiſſime ſic poſtea. RITTERSHVSIVS. *Invicte* inſerit Cod. *Bertinienſ.* & *Moerl* acceptatque *Rittershuſius* cum ceteris, quia ſaepiſſime ſic poſtea; in textu *Livin.* & *Cuſpin.* deeſt. IAEGERVS. Habet quoque *Guelferb.* & recte poſt *Gruterum* eſt inſertum, quamvis iterum neglexerit *Rivinus*, ita enim Conſtantium quoque adloquitur cap. 2. 2. cap. 5. 4. cap. 7. 3. cap. 9. 6. cap. 13. 4. cap. 14. 3. cap. 15. 5. cap. 17. init. & 3. & 4. cap. ult. 3. Conf *Rittershuſ.* ad *Eumen.* Conſtantino 12. 1. Similiter eſt apud *Mamertin.* Paneg. 1. 4. & 7. 6. & *invictiſſimi Principes* ibid. 11. init. hoc autem loco vocem admitto, Codd. magis auctoritate, quam rei neceſſitate, eſt enim ſimpliciter *Caeſar* infr. n. 5. cap. 4. 3. cap. 6. init. cap. 8. init. cap. 3. 5. cap. 16. 3. cap. 19. 3.

Diuturnum] Auctoritate *Guelferb.* ſcripſi *diutinum*, ut *diutinum otium* apud *Livium* XXVII. 24. 6. ubi *Drakenb.* quem de frequenti hac permutatione etiam conſule ad XXV. 11. 11. Not. ad *Valer. Max.* I. 8. 2. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Calig. 1. quam etiam deprehendi in Cod. apud *Apulei.* Metam, p. 5. Ed. *Colv.* —— Proximum *vocis* recte per dicendi facultatem explicuit *Schwarzius* ad *Mamert.* Genethl. 1. 1.

Vltra aetas] Hic locus non bene habet, & me valde torſit, ſic, ut puto, reſtituendus; *haud immerito me ultra, quam aetas e. q. ſt. m. f. o. perturbatum confiterer.* RHENANVS. *Vltra quam* Vet. PVTEANVS. *Vltra quam* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Rhenanus* recte, *ultra quam aetas*, & *perturbatum*, pro quo tamen facilius poſſit, *perturbari*, quod diſertim in *Venet.* editione. ACIDALIVS. *Quam* etiam *Guelferb.*, & *Schonbovii* excerpta, quod recte inſeruit *Gruterus*, neque iterum negligere in prima Ed. debuiſſet *Rivinus.*

Perturbat] Vet. *perturbari.* PVTEANVS. *Perturbari*, *Cuſpin. Livin.* ceterique. *Rhen.* & *Steph.* corrupte *perturbat*, pro quo ille coniicit *perturbatum.* IAEGERVS. Olim, quod in prima Ed. adhuc retinuit *Rivinus*, nullo fere ſenſu legebatur; *haud immerito me ultra aetas, & quantulacumque ſtudii mei ferret opinio, perturbat confiterer.* In *Schonbovii* excerptis adnotatum eſt; *Perturbatum confiterer* Rhenanus: *alii legunt perturbari, ut videatur deeſſe, debere; legatur, quomodo monet* Rhenanus. Recte *perturbari confiterer* primus dedit *Livineius*, quem omnes, praeter *Rivinum*, ſecuti, probante etiam *Acidalio* praeced. obſerv.

Miracula veſtrarum] *Veſtrarum miracula* Vet. B. *divinae virtutis tuae miracula.* Forte, *divina virtutis tuae miracula.* PVTEANVS. *Veſtrarum miracula*, *Bertin.* LIVINEIVS. Non tam enim Conſtantii, quam aliorum Imperatorum illius temporis laudes attigiſſe credendum. PATAROL. *Cuſp. Livin. virtutum miracula veſtrarum.* IAEGERVS. Olim id fuit editum, quod ex *Cuſpiniano* profert *Iaegerus*; transpoſitionem in contextum primus admiſit *Baunius*, quem ſecuti ſunt *Cellarius*, & *Iaegerus*, eamque probo propter Codd. etiam *Guelferb.* quamvis antiquam etiam lectionem dederit *Patarolus*, cuius interpretatio ſatis oſtendit, *Puteani* coniecturam minus eſſe neceſſariam.

Praedicarem] *Praedicarim* Vet. Vere. LIVI-

2 la praedicarem. Quo in genere orationis quanta eſſet cura, quantus labor, quam ſollicita veneratio, ſenſi etiam, cum in quotidiana il-
3 la inſtituendae iuventutis exercitatione verſarer. Quamvis enim pri-
ma

NEIVS. *Cuſpin. Livin.* ut & MS. *Gud.* & *Moerl. praedicarem;* Cod. *Livineii*, *praedicarim*, vere, ut ipſe iudicat. Secuti ſunt iudicium *Livineii Pariſiens.* cum *Cellario*, & *Patar.* IAEGERVS. Qui *praedicarim* quoque retinuit; ego, quod eſt in Codd. apud eumdem, & Edd. *Grutero* antiquioribus, ut etiam prima *Rivini*, *praedicarem* reſtitui. Alteram enim lectionem ſi ſequamur, alio debuit tempore Conſtantii laudes praedicaſſe; ſed Orationem pro inſtaurandis Scholis, qua id fecerit, hac arbitror eſſe poſteriorem, neque adeo intelligere potuit, quamvis contraria ſententia, in qua fuit *Livineius*, videatur fuiſſe cauſſa, quare *praedicarim* verum pronunciaverit; neque intelligere potuit Orationem, Maximiano dictam, quam mox memorat, eam enim ad Paneg. praeced. init. oſtendi eo fuiſſe tempore habitam, quo Conſtantii virtus nondum enituiſſet. Imperfecto *confiterer* etiam *praedicarem* eſt aptius.

2. *Cum quotidiana*] *Cum in quotidiana* Vet. PVTEANVS. *In quotidiana* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *quum in quotid.* ACIDALIVS. *In* quoque *Guelferb.* & primum a *Grutero* recte eſt inſertum, quem in ſecunda Edit. ſecutus quoque eſt *Rivinus*, & reliqui; abſorpta eſt praepoſitio a praecedenti littera *m*, cuius rei alia dedit exempla *Cannegieter* ad Fragm. Vet. Iuriſpr. p. 208. & ipſe ad *Arator.* I. 499. In memoriam redit *Quinctiliani* locus, ex hoc fonte emendandus, Declam. I. cap. 6. *Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur, & frigeſcunt inpetus mentium, quos non explicant miniſteria membrorum. Ad ſolum ſe adligant deſtituta moerorem.* loquitur de caecitate, hac ſententia, eam corporis calamitatem efficere, quo minus quis in patrando facinore ſit audax, cum in impetu faciendo neſciat, quo manus dirigat; quid itaque *moerorem?* Vere MS. meus, *ad ſolum ſe adligat deſtituta in errorem*, id eſt, temeritas hominis caeci frangitur, & adligat ſeſe ad ſolum, id eſt terram, viſu adeo deſtituta; ut facile errare queat, & ratio eſt, quae continuo ſequitur, *cogitat ſemper errare, & offendere, cogitat eundi, redeundique difficultatem.*

3. *Patris ac Patrui*] Vtriusque per adoptionem. Maximianus Herculeus Conſtantio Caeſari *pater* erat, quia Caeſarem cooptaverat; Diocletianus eidem Conſtantio *Patruus*, quia duo ſimul Auguſti *fratres* dicebantur. Vid. Epithalam. cap. 8. n. 5. CELLARIVS. & PATAROL. De Auguſtis *fratribus* vide ad *Mamertin.* Paneg. p. 11.

Licet aequare non poſſem] *Licet dicendo aequare* Vet. PVTEANVS. *Dicendo aequare*, *Bertin. Cuſpin.* Impeditam ſententiam, & obſcuram ante inſpectos Codices emendaram, *merita dicendo aequare non poſſem*, *poteram tamen*, &c. cuius me coniecturae nondum poenitet, & iuvat lectio, quam in *Bert. Cuſp.* poſt offendi. LIVINEIVS. Nullum ſententiae nexum video, ut nunc diſtinguitur; illud video, poſtrema haec, *ſed quum* &c. non a proximis pendere, ſed a ſuperioribus, atque ipſo adeo initio, *ſi mihi poſt diuturnum ſilentium*, &c. *perturbari confiterer. Sed cum* &c. Ea cohaerent recte, quamobrem interiecta reliqua ſic diſtinguenda, ut appareat haec inter ſe referri; ſed etiam in proximis iſtis inconcinna quaedam, quae non concinnes, ni cum praecedentibus committas, & ipſa leviter mutes, hunc potiſſimum in modum; *quo in genere orationis* &c. *exercitatione verſarer: & quamvis ſane prima tunc in r. R. p. a. p. tui merita dicendo aequare non poſſem, poſſem tamen percenſere numerando. Sed cum me ex curriculo illo vetere.* Sic enim & haec poſtrema emendo, non ut *Rhenan. quum me eſſe curriculo*, quod quid ſit, neſcio. ACIDALIVS. Locum hunc, haud dubie corruptum, ita emendavit *Livineius*, *merita dicendo aequare non poſſem*, *poteram tamen* &c. pro qua coniectura facit *Bertinienſis* Codex. Senſus erit: Olim quidem, vel cum in quotidiana inſtituendae iuventutis exercitatione, pro impoſito mihi a te munere, verſarer, ſentiebam, quam difficile eſſet hoc orationis genus. At quamvis tunc non poſſem dicendo aequare Patris, ac Patrui, id eſt, Maximiani & Diocletiani, in refloreſcentem Rempublicam merita, poteram utcunque ea recenſere numerando. Nunc cum me ex veteri illo eloquentiae curriculo demoverit aut Palatii officium, aut ruſticationis ſtudium, poſt datam mihi ceſſandi facultatem, & interim rerum a Vobis geſtarum ſeges creverit, haereo prorſus, & ſtupeo, & praeter tarditatem ingenii, quam ex otio contraxi, tanta rerum multitudine deterreor. BAVNE. Non immerito impeditam hanc ſententiam vocat *Livineius*, & pro poſteriori voce *poſſem* coniicit *poteram:* unde in interpretatione ſic ordinanda ſunt illa verba: Licet enim non poſ-
ſem

ma tunc in renaſcentem rempublicam Patris, ac Patrui tui merita, licet dicendo aequare non poſſem, poſſem tamen vel cenſere numerando. Sed cum me meo illo veteri curriculo aut, inter adyta palatii veſtri, 4
alia

ſem aequare dicendo merita Patris, ac Patrui tui, Maximiani & Diocletiani, in rem publicam renaſcentem, i. e. refloreſcentem, quamvis, i. e. quantumvis, tunc prima adhuc: poteram tamen ea recenſere numerando. Noſter Codex pro *poterat* vulgari modo habet *poſſet*, ſed pro *recenſere* exhibet *vel cenſere*, noſtra quidem ſententia ſatis commode, quaſi *Eumenius* dixerit: poteram tamen ea merita quaſi aeſtimare, & laudare ſola enumeratione. Verbum enim *cenſeo* pro aeſtimo, laudo, commendo alias uſurpatur, V. G. *Pacatus* cap. 4. *Campania cenſetur monte Gaurano. Plinius* Paneg. c. 15. *Quisquis paullo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur*, i. e. ex eo aeſtimatur, & magni fit, atque commendatur, quod te commilitone uſus eſt. Vulgaris lectio ταυτολογίαν quamdam infert. Sufficiſſet enim verbum *recenſere* ſine addito *numerando*. Noſtro Codici ſuffragatur uterque *Gudianus* liber, & Ed. *Cuſpin.* & *Steph.* SCHWARZIVS *Dicendo* recte inſeruit *Gruterus*, probante *Guelferb.*, etiam in ſecunda *Rivinus*. Non debuiſſet *poſſem* in *poteram* mutare *Livineius*, neque inpeditam eſſe ſententiam video, modo interpungas, ut verba vere ſunt interpungenda; *quamvis enim prima — patrui tui merita, licet dicendo aequare non poſſem, poſſem tamen vel cenſere numerando.* dixerat ſe ſenſiſſe, quam difficile eſſet illud orationis genus, qua Imperatorum laudes praedicentur, ſed addit modum, quod id fiat facilius, ut cum merita aequare dicendo non poſſet, poſſet tamen enumerare, eaque etiam enumeratione aeſtimare. Adumbratus videtur locus ex *Cicerone* pro Marcell. cap. 2. *Nullius tantum eſt flumen ingenii, nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis, tanta copia, quae non dicam exornare, ſed enarrare, C. Caeſar, res tuas geſtas poſſit.* eaque videntur obverſata *Nazario* Paneg. 19. 1. *ita omnia praetervolans cecidit oratio, ut victoriarum tuarum non ſummam evolveret, ſed ornamenta monſtraret.* Elegans eſt repetitio illius *poſſem*, ut in §. 3. I. de Suſpect. tutor. *avia poſſunt, poteſt & ſoror. Plinius* VIII. Epiſt. 8. 6. *publice praebent, praebent & hoſpitium.* Incertus Conſtantino 24. 3. *uni tibi cedunt, cedunt ex omni etiam memoria* &c. *Mamertinus* Maximian. 5. 4. *cuncti Chaibones, Erulique cuncti.* Ceterum miſcet hic omnia *Baunius*, *Eumenium* hic reſpexiſſe ſcribens ad inpoſitum ſibi a Conſtantio munus, id eſt, artis Oratoriae in Auguſtodunenſium Schola profitendae; licet enim ſtatueremus, id quod tamen mihi negandum videtur, hanc eſſe Orationem illa Pro inſtaurandis Scholis poſteriorem, non tamen video, qui Oratio, Maximiano habita, dici potuerit ex munere in *Eumenium* a Conſtantio Caeſare collato, qui tum nondum erat Caeſar. Aperte etiam falſum eſt, quod addit, ex illo munere ad Palatii officium eſſe admotum *Eumenium*, cum ex praeced. Oratione pateat, poſt depoſitum Palatii officium demum Noſtro hoc munus obtigiſſe. Adeo ſemper fui miratus, neglecta hiſtoriae ſerie, in his Panegyricis Interpretes fuiſſe verſatos. Meliora, ni fallor, docui ad init. praeced. Paneg. & *inſtituendae iuventutis exercitatio* hic non alia eſt, quam privata, qua iuventuti ante officium Palatinum proderat *Eumenius.*

Vel cenſere numerando] *Recenſere*, *Bertin.* LIVINEIVS. Cod. *Bertinienſis* ſcripturam recepit *Gruterus*, & reliqui omnes, praeter *Rivinum.* Veterem revocavi, cum etiam Codd. apud *Schwarzium* obſerv. praecedenti eam tueantur, & ipſe *Schwarzius* egregie explicet. *Vel* hic eſt etiam. *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 3. 1. *vel uno die*, & ibid. 5. 1. recte emendatum eſt, *vel praecipue*, de quo uſu ſatis eleganti *Drakenb.* ad *Livium* XXIV. 22. 7. *Burman. Secund.* ad Anthol. Latin. T. I p. 267. ad *Propertium* I. 12. 29. & geminus huic loco eſt alter *Eumenii* Conſtantino 7. 1. *ſi omnia Patris tui facta vel hac brevitate percurram.*

4. *Sed in eo curriculo*] Sic opinor legendum, *ſed cum me eſſe curriculo.* RHENANVS. Sic Vet. *ſed cum me meo illo vetere curriculo* PVTEANVS. Veterem ſcripturam non una cum fide proponam, ac tunc arbitrario locum hunc conſtituam. Igitur in Vet. lego, *ſed cum & in eo illo vet. curric. aut inter* &c. in *Bertin.*, *ſed & cum in meo curric. illo vet. aut inter* &c. in *Langii* Schedis, *ſed cum ex vet. illo curric. me aut inter* &c Corrigam indubie, *ſed cum & me ex illo vet. curric. aut inter* &c. ſequitur enim alterum *&*, *& vos interim nullum* &c. LIVINEIVS. *Sed cum ex veteri illo*; ita reſtitui ex *Langii* antiquo Codice; nam vulgati prius, *ſed cum in eo curriculo illo vetere, aut*, &c. quod tamen nec ſatisfaciebat *Petro Danieli*, itaque reformatum ierat, *ſed cum me ex veteri illo curric. aut* &c.

alia quaedam ſermonis arcani ratio demoverit, aut, poſt indultam a pietate veſtra quietem, ſtudium ruris abduxerit; & vos interim nullum ulciſcendae, augendaeque reipublicae vacuum tempus amiſeritis, cum tot poſtea virtute veſtra partae

GRVTERVS. Ex his, & paullo ante dictis *de inſtituendae iuventutis exercitatione* probatur, *Eumenium* Auguſtodunenſem & huius Orationis auctorem eſſe. Reſpice, quae ſupra Pro reſtaurandis Scholis Panegyrico dixerat. CELLARIVS. Notabilis h. l. eſt ſcripturae varietas. *Cuſpin.* habet, *ſed cum in eo curriculo illo vet. aut inter* &c. ita etiam *Rhen.*, &, qui eum ſequitur, *Steph.* At Cod. Vet. *Livin. ſed cum & in meo curr. illo vet.* MS. *Moerl.* & *Gud. Sed cum me in eo illo vet. curr.* in Schidis *Langianis Livineius* invenit, *ſed cum ex veteri illo curr. me aut inter* &c. In Cod. *Put.* eſt, *ſed cum me meo illo vet. curr. Rhenanus* legendum coniecit, *ſed quum me eſſe curriculo*, quo quid ſibi velit, difficile eſt intellectu. *Livineius* emendat, *ſed cum & me ex illo vet. curr.* ſequitur enim, inquit, alterum *&*, *& vos interim nullum.* Sed haec emendatio minus neceſſaria videtur. Optima ſine dubio eſt lectio Schid. *Lang.* & Cod. *Put.* & haec forte verior. IAEGERVS. *Cuſpinianum* quoque ſecutus eſt in prima Edit. *Rivinus*, eaque lectio eſt in Edd. usque ad *Gruterum*; poſtquam vero is ex *Langii* Schedis dediſſet, *ſed cum ex veteri illo curriculo me*, ſequentes eam retinuerunt, niſi quod in ſec. *Rivinus* omiſſo *me* verba transpoſuerit, *quum ex curriculo illo vetere.* Veram lectionem *Puteaneus* ſervavit, *ſed cum me meo illo veteri curriculo*, quam reſtitui. De elegantia in *me meo* dixi ad Paneg. Pro inſtaur. Schol. 1. 2. Eſt autem hic locus adumbratus ex *Ciceron.* pro Marcell. 1. *verſati me in noſtro veteri curriculo*, ubi *Abramus* neque huius inmemor.

Alia quaedam] *Alta Langii* Schedae. Egregie. LIVINEIVS. *Alta quaedam*; Codex noſter, item uterque *Gudianus* liber in margine, & Ed. *Cuſp.* pro *alta*, quod habent Sch. *Lang.*, exhibent *alia.* SCHWARZIVS. *Alia* omiſſum eſt in Ed. *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini.* Ex quo *alta* recepit *Gruterus*, omnes illud Editores ſervarunt. Sed quae eſt *alta ratio?* Aliud eſt apud *Pacatum* Paneg. 10. 3. *in altiorem provectus gradum.* & *altiſſimae dignitates* apud *Plinium* Paneg. 61. 2. Revocavi itaque ex Codd. apud *Schwarzium*, *alia*; ratio enim timoris in dicendo non erat, quia in *alto* erat munere poſitus, ſed *alio.* Cum in quotidiana inſtituendae iuventutis exercitatione dicendo eſſet adſuetus, ſentiebat tamen, quanta eſſet in hoc orationis genere cura, cum vero ex illo curriculo iam alia ſermonis ratio eum, Sacrae Memoriae Magiſtrum, demoviſſet, ideoque iam dicendo minus eſſet adſuetus, ideo maior erat trepidationis cauſſa. Aliquoties tamen ita peccarunt Librarii; apud *Boethium* Conſol. Philoſ. II. Metr. 2.

Altos pandit hiatus.

In Cod. ſuo invenit Pater meus, *alios*, idque probat ad *Plinii* Paneg. 14. in fin. adde *Drakenb.* ad *Livium* XXXVII. 16. 7.

Poſt indulgentam] Opinor legendum, *indultam.* RHENANVS. Vet. *indultam.* PVTEANVS. In MS. *Moerl.* poſt vocem *demoverit* deſunt verba, *aut poſt indultam a piet. veſtra quiet. ſtud. ruris abduxerit*; illique *demoverit* protinus adiungitur, *& vos nullum ulciſcendae* &c. IAEGERVS. *Schonhovii* excerpta, *poſt indulgentiam*, ſed neque hoc, neque vetus lectio, ullius pretii.

Vlciſcendae] Id eſt, vindicandae. PETR. FABER. *Gudian.* 2. *vindicandae*, ſed nihil eſt mutandum. SCHWARZIVS. In *Guelferb.* legitur, *& vos ullum ulciſcendae.*

Tot poſtea] In *Guelf.* eſt, *ut poſtea*; ſi hoc admittatur, ſententia eſt, tot gentes eſſe exciſas poſtquam victoriae eſſent partae; alterum tamen praetulerim.

Vndique] Potius *ubique*, niſi forte *funditus.* ACIDALIVS. Nil opus eſt. *Mamertinus* Genethl. 16. 1. *ut undique ſe barbarae nationes viciſſim lacerent, & excidant.* De *nationibus exciſis* conf. ad *Mamertini* Paneg. 17. 1.

Sunt Roma cultores] Vet. *ſint*; *Pith. tranſlati ſint rura in Romana cultores.* PVTEANVS. *In Roma* Vet. *in Romam*, *Bertin.* Non ſit mihi veriſimile, colonos Roma in barbarum ſolum deductos. Itaque ad veterem ſcripturam potius inclinem, ac fidenter reponam *in Romana*, hoc eſt, in Romanas nationes, maxime in Gallias. Auctor in Conſtantinum A. de hoc ipſo Conſtantio Caeſare: *terram Bataviam, a diverſis Francorum gentibus occupatam, omni hoſte purgavit, nec contentus viciſſe ipſas, in Romanas tranſtulit nationes.* LIVINEIVS. *Sint Romam*; ſic malui cum *Bertinienſibus* Membranis, quam ut erat antea *Roma.* GRVTERVS. Falſum illud *Roma* eſſe liquet mihi, non, qui emendandum. Neque enim *Ro-*

tae victoriae, tot exciſae undique barbarae nationes, tot tranſlati ſint rura in Romana cultores, prolati limites, tot provinciae reſtitutae; haereo prorſus, & ſtupeo, & praeter illam ex otio meo tarditatem tanta rerum mole deterreor, ut hoc uno

Roma cultores iſti transferebantur, ſed e devictis nationibus. Ex iis, quae ad finem huius Orationis, apparet. ACIDALIVS. Plerique libri *Roma*, quaſi Romani cives in barbaras gentes deducti fuisſent, quod pro illis temporibus minus eſt probabile. *Gruterus* ergo ex antiquo Codice *Romam* legit, quia nobiliores barbarorum ſaepe in civitatem fuerint adſcripti. CELLARIVS. Sunt, qui legant *in Romana*, alii *in rura Romana*, alii *Romam*. Ego retineo *Pariſienſem* lectionem. Verum quidem, gentes barbaras in Romanas provincias tranſlatas fuiſſe, ſed & verum, deductos Romanos in provincias barbaras, quas incolerent. PATAROL.. *Moerl.* & uterque *Gudianus* exhibet *rura in Romana*, ita etiam, notante *Baunio*, *Pithoeus*. IAEGERVS. *Tranſlati ſint*, aut *ſunt Roma cultores* olim conſtanter editum, donec *Gruteri* coniecturam primus in textum admiſerint *Cellarius*, & *Iaegerus*, quamvis antiquam ſervaverit *Patarolus:* quod autem de nobilioribus barbarorum, in civitatem receptis, eam explicet *Cellarius*, id hoc quidem loco plane eſt abſurdum. Non enim de civitate data loquitur, ſed de iis, qui agrum colerent, ſive *cultoribus.*. Pro *Romam* Pater meus coniiciebat *Romani*, quod proxime adcederet priſcae lectioni *Roma*, & *Pataroli* interpretationi, de Romanis in barbaras provincias deductis. Et tolerari poſſet *Roma*, ſi rei geſtae conveniret. At vero, in praedicanda Conſtantii per Bataviam victoria, tradunt hi Scriptores, Francorum captivos in aliorum, qui Romanis parebant, praeſertim Galliae, agros deſertos ſterileſque fuiſſe tranſlatos, ut illic opus facerent, eosque redderent fertiliores. Non itaque loquitur de Romanis in gentium victarum agros, ſed de victis in eosdem Romanorum tranſlatis, in quo ut *transferre* eſt verbum ſollemne, ita etiam *abducere*, & ſimilia, de quibus *Putean.* ad Incert. Maximian. 4. 2. Debuiſſent itaque locum dare Eruditi pulcerrimae lectioni Cod. *Pithoeani*, *Moerliani*, & *Gudii*, *rura in Romana*, quam exhibui, & cui proxime adcedit *Livineii* coniectura. Confirmat me *Eumenius* infr. cap. 8. in fin. *ad loca olim deſerta tranſirent, ut, quae fortaſſe ipſi quondam depraedando vaſtaverant, culta redderent ſerviendo.* ſimiliter cap. 9. princ. ubi captivos memorat diſtributos, *donec ad deſtinatos ſibi cultus ſolitudinum ducerentur*, id eſt, donec in rura Romana, & colendas illic ſolitudines transferrentur; hinc ibid. n. 3. *Arat nunc mihi Chamavus, & Friſius*, in rura nempe illa iam tranſlatus, & cap. 21. n. 1. *per victorias tuas, Conſtanti, Caeſar invicte, quidquid infrequens Ambiano, & Bellovaco, & Tricaſſino ſolo, Lingonicoque reſtabat, barbaro cultore revireſcit.* omnium autem clariſſime Paneg. Conſtantino 5. 3. *terram Bataviam —— omni hoſte purgavit, nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes*, id eſt, rura Romana, quae loca recte adhibuit *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 226. adde *Eumenium* ibid. 6. 2. ubi Francorum nationes a ſuis ſedibus avulſas dicit, *ut in deſertis Galliae regionibus collocatae, & pacem Romani imperii cultu iuvarent, & arma delectu.* iique ſunt *metoeci undique transferendi* apud eumd. Grat. act. 4. 4. Fuit autem is Romanorum mos, ut captivos in alia rura transferrent, primum ad ea colenda; deinde ad eorum virtutem, naturamque in ſeditiones pronam frangendam; porro, ut, abductis alio prioribus incolis, novos ſubſtituerent; praeterea ut frumenti maior fieret copia, & laxaretur annona; & denique ut contra Gentes interiores militarent. Vid. *Vopiſcus* in Probo cap. 15. *Pontanus* Origin. Franc. IV. 3. *Trotz* Iur. Agrar. Rom. p. 93. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 214.

Prolati] Forte & hic addendum, *tot prolati.* ACIDALIVS. Forte *tot* omiſſum, ut intelligantur limites prolati agris, per cultores, in eosdem miſſos, iam fertilioribus, aut ex ultima vocis praecedentis ſyllaba legendum, *& prolati.*

Deterior] Placet *deterreor*, non, quod Vet. repraeſentat, *deteror*. Tum lego, & diſtinguo, *deterreor. Vt hoc*, &c. LIVINEIVS. *Deterreor*, quod liquido *Veneta* Editio. ACIDALIVS. *Deterreor* recte iam antiquiores Edd. & Codd.

5. *Niſi hoc uno*] *Vt hoc uno* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Id eſt, niſi hac una ratione commoverer ad dicendum. BAVNE. Cod. noſter MS. & uterque *Gud.* item Cod. Vet. *Livineii*, & *Bertinienſ.* pro particula *niſi* habent *ut*. Nos ſuſpenſas habemus rationes, utram amplectamur particulam. SCHWARZIVS. *Vt* ex Codd., & *Livineium* praeced. obſervatione ſecutus, recepi, ſententia aperta.

Hortatu] Vocabulum *hortatu* ſuperfluum videri

uno nitar hortatu, quod ex quantacumque deſidia, quamvis maxime ora-
tioni imparem, parem facis, Caeſar, auditor; praeſertim cum, favente Nu-
mine tuo, ipſe ille iam pridem mihi, qui me in lucem primus edu-
6 xit, divinarum Patris tui aurium aditus evenerit. Quo facilius, maieſtatis
tuae recordatione confiſus, poſſim illa, quae tunc dicta ſunt, praeteri-
re,

ri queat. Certe, quamvis abiicias, ſua ſibi Aucto-ri conſtabit ſententia GRVTERVS.

Quamvis maxime] Cod. noſter, & uterque *Gudian*, pro *quamvis* haud incommode exhibent *quemvis*. SCHWARZIVS. Contra hanc lectionem parum commodam arbitrer; proximum enim *mihi* non de alio quocumque, ſed de ſe loqui *Eumenium* oſtendit.

Imparem facis] Locus hiulcus & ſine ſenſu, ſed quem a me rite ſanatum in omnes fortunas meas ſpondeam. Scribo in primis *facis*, non *facit*, quod perſpicue verum; ſequitur enim, *favente Numine tuo*. Deinde, inſerta vocula, ſententiam erigo, *quamvis orationi imparem*, *parem facis*, *Caeſar auditor*. Quid poteſt clarius? Et notum illud Poetae; *excitat auditor ſtudium*. LIVINEIVS. Lego, *orationi imparem*, *parem facit Caeſ. aud.* Sequentia evincunt. ACIDALIVS. Hanc vocem *parem*, quae, neſcio, quomodo eiecta obſcuritatem ſententiae afferebat, reſtitui poſt *Livineium*, & *Acidalium*. BAVNE. & CELLARIVS. Recepit etiam *Patarolus*, & *Iaegerus*, & cum ad oram Ed. *Cellarianae* nihil pro varia lectione adnotaverit *Cortius*, ſuſpicor etiam ita legi in *Guelferb.* quamvis de eo nihil monuerint *Schwarzius*, aut *Iaegerus*. Idem obtinet in *facis*, quod primum recepit *Cellarius*, & *Iaegerus*, alii omnes, etiam *Patarolus*, *facit*; totus periodi nexus ſecundam mihi perſonam poſtulare videtur; idem itaque *Eumenio* obverſabatur, quod ſcribit *Iulianus* Orat. I. p. 3. B. δεηθέντα τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέσθαι, οὐχὶ δὲ ἀκριβῆ καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν καταστῆναι. ubi neque Noſtri inmemor *Spanhemius*.

Qui in lucem] Vet. *qui me*. PVTEANVS. *Qui me* Vet. *Bertin. Cuſpin.*, *in lucem me* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. In Schedis *Lang.* legitur, *qui in lucem me pr. ed.* Cod. Vet. *Livin. Bertinienſ. Cuſpin. Putean.* cum Edd. habent, *qui me in lucem pr. ed.* Probe. Vocula *me* deeſt in Ed. *Rhen. Steph. Baunii*. IAEGERVS. *Me* etiam *Guelferb.* & primus recte inſeruit *Gruterus*, cui obſecuti ſunt ſequentes, praeter *Rivinum*, & *Baunium*.

Divitiarum Patris] Legendum videtur *divinarum*. RHENANVS. Mihi contigerit favore tuo, adloqui Herculeum. CELLARIVS. *Divinarum* ſecundum Codd. iam inde a *Livineio* editum.

6. *Poſſim*] Lege *poſſum*. ACIDALIVS. Mihi *poſſim* elegantius eſt, ex uſu praeſentis ſubiunctivi pro futuro indicativi, de quo dixi ad *Arator.* Eleg. ad Florian. vs. 24. & I. 1072.

Ab his] *Guelferb. ab iis.*

1. *Quamquam multa*] *Multa tamen* Vet. PVTEANVS.

Hoc in tempore] *Hoc* abeſt a *Guelferb.* Praepoſitionem quoque addit *Pacatus* Paneg. 1. 2. *hoc praecipue in tempore.* & 2. 1. *in ipſo dicendi tempore.* alia dedit exempla Pater meus ad *Plinii* Paneg. 6. 3. *Burman.* ad *Sueton.* Claud. 18.

Officio] Caſtra enim etiam aliquando ſecutus fuerat *Eumenius*. CELLARIVS. Non militiam indicat, ſed Sacrae Memoriae Magiſterium, quod mox *ſtipendia* adpellat, ubi vide.

Captus ſcilicet Rex] Francorum, aut Alamanorum, ut puto. Sed quae hae inſidiae, quisve hic Rex, ignoro; nudi hic enim, & deſtituti ab hiſtoria ſumus. LIVINEIVS. Vtrum haec ad Germanicam Maximiani victoriam ſpectant, cum is Chaibonas, & Erulos, ad mare Codanum degentes, profligavit? an ad Conſtantium, cum LX. Alamannorum millia ad Lingonas cecidit? BAVNE. Alamanorum credo, quia mox Danubii, & Alamaniae mentio. Ignota cetera, hiſtoria ſilente. CELLARIVS. Alamannorum, quorum innumeram vim cecidit Conſtantius, teſte *Eutrop.* lib. IX. & nos adnotavimus ad Paneg. *Eumenii* Conſtantino c. 6. PATAROL. In altero *Gudiano* libro annotatur, loco particulae, vox *Sam*, tamquam nomen proprium Regis Alemanniae tunc capti: in MS. noſtro Codice haec vox ambigue ſcripta eſt, ut vel *Sam*, vel *Scim* legi poſſit. Quae ſcriptura ſi vera eſſet, nobis hic proderetur nomen Regis Alemanniae, quod huc usque latuit; at vereor, ne iſta ſcriptura, ex compendio ſcribendi pro particula *ſcilicet*, ſit nata. SCHWARZIVS. Locum ad Maximiani de Alemannis victoriam eſſe referendam, oſtendi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. init.

A poteſtate Rheni] *A ponte Rheni* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Egregie reſtitutum *ponte* pro *poteſtate*, qui a compendiis error. Nam *pote* in veteribus libris

re, atque hunc ſermonem ab his, quae ſecuta ſunt, inchoare.

Cap. II. Quamquam multa mihi ex illis quoque, hoc in tempore, neceſſario tranſeunda ſunt, ac potiſſimum ea, quibus officio delati mihi a divinitate veſtra honoris interfui; captus ſcilicet Rex ferociſſimae nationis inter ipſas, quas moliebatur, inſidias, &, a ponte Rheni uſque ad Danubii tranſitum Guntienſem, deuſta

bris & *ponte*, & *poteſtate* valet. Itidem erratum & Paneg Conſtantin. ubi inepte eſt *poteſtati faucibus* pro *Ponti*. LIVINEIVS. *A ponte*; retinui iſtud, ſubnixum auctoritate tum veterum Editionum, tum aliquot etiam MSS. nam *Livineius* ob iecerat nobis, *& a poteſtate Rheni*. GRVTERVS. Hic erat fortaſſe in finibus Alemaniae, ſeu hodiernae Sueviae quae Rheno quidem ab occaſu terminatur. Continebat autem Alemania, de qua nunc ſermo, Rhaetiam quoque, unde & mox ſubditur, *ad Danubii tranſitum Contienſem*, ubi forte legendum, *Guntienſem*, quod intelligo non de *Guntzberg*, Rhaetiae urbe, ſed de *Guntz*, Rhaetiae pariter fluvio, qui in Danubium ſeſe exonerat. Vnde vides, a noſtro Alemaniam, tanquam Rheno Danubioque comprehenſam, deſcribi. PATAROL Pontem hunc Rheni fuiſſe in Triboccis ſuſpicatur mox *Cellarius*, ſed apud Moguntiacum collocat *Pontanus* Orig. Francic. II. 2 atque ex hoc loco patere putat, Alemannos non modo intra Moenum, & Rhenum, ſed ultra etiam ad Boream conſediſſe. Conf. quos excitavi ad *Mamertin* Genethl. 17. 1.

Tranſitum Continenſem] Aliis *continentem*. RHENANVS. Vet. *Contienſem deuſta*. *Rhenanus* in Rebus German. legit *Guntienſem*. PVTEANVS. *Contienſem* Vet *Bertin*. *continenter* Schedae *Langii*. Blanditur, neſcio quo modo, quod ex *Langii* Schedis notatur, *continenter*, ſed non hercle veriſimile mihi, in voce obvia & protrita Librarium erraſſe, ut *Continenſem*, aut *Contienſem* exſcriberet. Sane *Guntiam* urbem Rhaetiae ad Danubium invenio, ut *Guntienſem* placere poſſet, ſed non expedio, quis hic *tranſitus Guntienſis*. Deinde, quod geminum eſt huic loco, haud longe infra; *porrectis*, inquit, *usque ad Danubii caput Germaniae*, *Rhaetiaeque limitibus*. At Guntia procul a Danubii fontibus, ſi doctorum ſuſpicio vera, *Guntiam* eſſe, quae nunc *Guntzberg*. Tu vide, ſis, mi Lector, & nodum hunc diſſolve. LIVINEIVS. Videatur legendum, *continens devaſtata*, &c. id eſt, tota continenter devaſtata. Sed quid eſt *ad Danubii tranſitum?* legerim omnia; *& a fonte Rheni usque ad Danubii*, *tranſitu continente devaſtata atque exh*. *Ad Danubii* ſcilicet fontem, id eſt, caput, cui lectioni favet, quod poſt ſequitur; *porrectis usque Danubii caput Germaniae*, *Rhetiaeque limitibus*. ACIDALIVS. *Guntienſem*, alii *Continenſem* ſcribunt. *Guntia* oppidum eſt Rhaetiae, *Guntzberg*, ubi iunctus ponte Danubius, quem pontem ad ſua tempora duraſſe teſtatur *Beatus Rhenanus* in eo libro, quem ante centum annos de rebus Germanicis ſcripſit. BAVNE. Varie legitur; *Continenſis*, *Contienſis*, aliter. In re incerta coniectura valeat, eſſe ad Guntiae confluentes illum tranſitum. *Rheni pons* eſt ſuperioris, in Triboccis forſan, ubi Alemaniam praeterlabitur. CELLARIVS. MS. noſter *Contienſem*; ſic & *Puteanus* e vetuſto Codice adnotavit. *Gunz*, Rhaetiae fluvius, inter Vlmam & Auguſtam Vindelicorum, qui in Danubium ſeſe exonerat; hinc & oppidum Rhaetiae, quod adhuc hodie ſupereſt, Gunzenburga. In Codice noſtro forte *G* in *C* mutatum eſt; quamquam in Monachi Weingartenſis hiſtoria de Guelfis Principibus, quae T. I. Lectionum antiq. *Caniſii* exſtat, commemoratur etiam locus iuxta Licum fluvium, ultra Auguſtam, qui dicitur *Concio Legum*; quod nomen non nemo per *Gunzc Lech* interpretatus eſt. SCHWARZIVS. Vt in talibus nominibus fieri ſolet, mira hic eſt in Edd. varietas. *Continenſem* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Livineius*; ſed *Contienſem Gruterus*, *Rivinus*, *Patarol*; *continentem*, *Paull. Stephanus*, quod etiam habent *Schonhovii* excerpta. Primus, qui *Guntienſem* admiſit, eſt *Baunius*, quem ſecuti ſunt *Cellarius*, & *Iaegerus*; utrum ita in *Guelferb.* quoque fuerit, neſcio; ſaltem pro varia lectione nihil adſcripſerat *Cortius*. Vera eſt ſcriptura iam vulgata, & intelligendus eſt amnis Guntia, in Danubium influens, ubi tranſitum fuiſſe in urbem Guntzburgam, ſed aliam, quam quae ad amnis illius fontes erat ſita, arbitratur *Cellarius* Geogr. antiq. II. 7. neque video, quam moveat difficultatem a fonte Danubii *Livineius*; potuit enim ad Guntienſem tranſitum devaſtari Alemannia, & limites porrigi Germaniae ad Danubii caput. adde *Pontanum* Orig. Franc. II. 2.

Devaſtata] Cod. noſter *deuſta*. SCHWARZIVS. Etiam *Guelferb.* & in ſuo veteri quoque exſtare monet praeced. obſerv. *Puteanus*; hoc reſtitui, cum alterum, tamquam magis vulgatum, ex gloſſa videa-

uſta atque exhauſta penitus Alamania: nam & maiora ſunt, quam ut enarra-
ri inter alia poſſint, &, ne meis quoque ſtipendiis videar gloriari, ſufficit
2 conſcientiae meae, illa vidiſſe. Det igitur mihi, Caeſar invicte, hodiernae
gratulationis exordium divinus ille veſtrae maieſtatis ortus, ipſo, quo illu-
xit, auſpicio veris illuſtrior, cui dies ſerenus, atque, ut celebrantes ſenſi-
mus, ultra rationem temporis ſol aeſtivus incaluit, auguſtiore fulgens luminis
3 claritate, quam cum originem mundi naſcentis animavit. Siquidem tunc,
inter illa rerum tenera primordia, moderatus dicitur, ne noceret arden-
tior;

deatur profectum. Eodem modo *deuſtum montem Coelium*, id eſt, omnia, quae in eo erant, dicit *Tacitus* Annal. IV. 64. *vicos deuſtos*, *Livius* X. 4. 7. & *agros Ligurum deurere*, Idem. XXXIX. 2. 7. *Herodian.* Hiſt. VII. 2. 5. κώμας ἐμπιπρὰς. tales ſunt *vici igne conſumti*, apud *Eumenium* Conſtantino 12. 3. inde *exuſta moenia*, ex libro *Danielis*, poſſent defendi apud *Valer. Max.* V. 3. ext. 3. —— *Penitus*, quod additur, videtur mihi reddendum *Ampelio* lib. Memor. cap. 14. *Lyſander dux, qui dominantem toto mari claſſem Atticam, apud Aegeos primus oppreſſit*, ſubſtituo, apud *Aegos penitus*; quod enim ex *Perizonii* mente, *apud Aegospotamos*, maluit *Oudendorpius* ad *Frontin.* II. 1. 18. videtur Latinis infrequens, qui magis *Aegos flumen* ſcribunt, ut *Nepos* Lyſandr. 1. 4. Conon. 1. 2. *Plinius* Hiſt. Nat. II. 58. *Mela* II. 2. 75.

Enarrari] Codex noſter, *enumerari*. SCHWARZIVS.

Stipendiis] Meruiſſe hoc bello *Eumenium* hinc apparet. Non enim faciunt huc, opinor, ſtipendia, quae Sacrae Memoriae Magiſter accepit, de quibus pro Reſtaur. Schol. LIVINEIVS. *Eumenium* in bello meruiſſe putat ex hoc loco *Livineius*, ſed *ſtipendii* vox metaphorice hic ſumitur, ut Paneg. pro reſtaur. Schol. cap. 5. *quos ad cognitionum ſacrarum ſtipendia*, id eſt munia, *provexi.* BAVNE.

2. *De te igitur*] Lege *det igitur*. ACIDALIVS. Ita emendare viſum eſt cum *Acidalio*, pro *de te igitur*, ut in aliis editionibus: corrupte, ut mihi quidem videtur. BAVNE. *Det* eſt in *Guelferb.* quod primus recepit *Baunius*; ita ex coniectura *Freinsbem.* ad *Curtium* X. 9. 3. & probat *Wopkens* ad *Pacat.* 3. init. ubi olim legebatur; *De te igitur mihi ſermonis huius auſpicium erit ille felicitatis publicae auſpex dies.* rectius iam emendatum eſt, *det igitur.* hic vero ſi *de te* legatur, haerebit ſententia, quia verbum deeſt ſubſtantivum. In *Guelferb* pro *mihi* eſt *me*.

Ortus] Nam ex ante diem Kal. Mart. A. V. C. MXLII. a Maximiano Herculio Caeſar dictus eſt. Faſti *Goltzii*. Confer, quae notamus ad Incerti Paneg. Maximin. 4. LIVINEIVS. Nam Kal. Martiis, ut eſt infra cap. 3., Conſtantius dictus eſt Caeſar, nempe a Maximiano Herculio A. C. CCXCI. Obiter vero advertendum, *maieſtatis* nomen, quo nunc Reges compellamus, Conſtantii temporibus uſurpari coeptum, neque ante haec tempora facile apud Scriptores reperiatur. BAVNE. Non nativitas, ſed adoptio, & Caeſareae dignitatis auſpicium, quod in Kal. Martias incidebat, cap. 3. & *veſtrae* dicit, id eſt, utriusque Caeſaris, Conſtantii Galeriique. CELLARIVS. *Ortum* illum explicui ad *Mamertini* Paneg. 6. 2. alia quaedam ad h. l. habet *Freinsbem.* ad *Curtium* X. 9. 3. In *Guelferb.* eſt, *divinus ille ſerenus maieſtatis veſtrae*, ſed vocem inſertam Librarius parum adtentus ex ſequentibus repetiiſſe videtur, &, ne lituris Codicem macularet, ſuo quamvis non loco poſitam, ſervaſſe. Caeſarea illa Conſtantii, & Galerii Maximiani dignitas referenda eſt ad Kal. Mart. A. CCXCII. poſt inſtitutum Mediolanenſe colloquium; quare autem lecti fuerint, rationem dedi ad *Mamertini* Paneg. 4. 1. Conf. etiam *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. cap. 35.

Serenus: atque] Diſtinguendum, *ſerenus, atque.* ACIDALIVS.

Mundi naſcentis] Infra mox: *o tempus, quo merito quondam omnia nata eſſe credantur. Virgilius* Georgic. II.

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem
Crediderim. Ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.

LIVINEIVS. Conf. *Lipſ.* Phyſiolog. Stoic. lib. II. Differt. 9. IAEGERVS. De mundo vere nato vide *Cerd.* ad *Virgil.* Georg. II. 336. *Weitzium* ad Pervigil. Vener. vs. 2. *Simſon.* Chronic. in Paraſc. cap. 6. alii autumno adſcripſere, unde Aegyptios

tior; nunc certaſſe creditur, ne maieſtate veſtra videretur obſcurior.

Cap. III. O felix beatumque ver novo partu, iam non amoenitate florum, nec viriditate ſegetum, nec gemmis vitium, nec ipſis tantum Favoniis, & luce ſerenata laetum, atque venerabile, quantum ortu Caeſarum maximorum! O tempus, quo merito quondam omnia nata eſſe credantur, cum eodem nunc confirmata eſſe videamus! O Kalendae Martiae, ſicuti olim annorum volventium, ita nunc aeternorum auſpices Imperatorum! Quanta enim, invictiſſimi Principes, & vobis, & reipublicae ſecula propagatis, orbis veſtri participando

gyptios anni initium ducere a menſe, qui Septembri eſt aequalis, teſtatur *Lactantius* Inſtit. I. 6. conf. *Iunium* Animadv. I. 8. *Patarol.* ad cap. ſeq. n. 1.

3. *Moderatus*] Id eſt, ἰσχραὴς, ſubaudi ἄν. & *dicitur* expungam, quod ſententiam turbat. LIVINEIVS.

Certaſſe dicitur] *Creditur*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ingrata, imo inepta eiusdem vocis *dicitur* repetitio, alterutro loco quidem mutanda, ſed poſteriore potius, quo certe plane non convenit. Non enim id ex auditu loquitur, ſed ex ſenſu, quia ſupra: *ut celebrantes ſenſimus*, &c. Forte *ducitur.* ACIDALIVS. Etiam *Guelferb. creditur*, quod poſt *Gruterum* recte eſt receptum, praeterquam a *Rivino.* Conf. ſupr. Pro inſtaur. Schol. 16. 1.

1. *Nec gemmis*] *Guelferb. ne gemmis.*

Favoniis] Idem Cod. *factionis.*

Serena] *Serenata* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Serenata* inde ab *Henr. Stephano* eſt receptum. In *Guelferb.* eſt *ferata*, corrupte ex ſcripturae compendio.

Omnia nata] Idem credidit & *Virgil.* lib. II. Georgic. cum cecinit:

Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliumve habuiſſe tenorem
Crediderim, ver illud erat, &c.

Variant ſententiae tamen de tempore, quo mundus ſit conditus, non modo inter Hebraeos, Graecosque, ac nos Catholicos, ſed inter nos ipſos; alii ſiquidem verno tempore, alii autumnali creatum dicunt. *Tamen noſtrorum communior opinio eſt, Martium mundo dediſſe principium*, &c. inquit *Genebr.* Chronol. init. Vide *Rhodig.* lib. I. c. 9. maxime vero *Perer.* in Geneſ. cap. 1. PATAROL. Vide ad cap. 1. 2.

Confirmata eſſe] *Eſſe* abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS.

Volventium] *Ovid.* lib. I. & III. Faſtor. *Plutarch.* in Numa, *Solin.* in Polyhiſt. PVTEANVS. Παθητικῶς, quaſi volubilium, ut *Virgil.* Aeneid. lib. I. 238.

Certe hinc Romanos olim volventibus annis, &c.

Martis vero menſem initium anno dediſſe tradit *Ovidius* Faſt. I. 28.

Tempora digereret cum conditor Vrbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo....
Martis erat primus menſis, Venerisque ſecundus,
Haec generis princeps, ipſius ille pater. &c.

BAVNE. De *annis volventibus* conf. ad *Mamertini* Geneth. 2. 3.

2. *Reip. propagatio*] Vet *ſaecula propagatis.* PVTEANVS. In Vet. *Bertin. Cuſpin. propagati* eſt; curte, nam perſpicue integrum eſt, *propagatis.* Sed & *ſaecula* ex *Bertin. Cuſpin.* addendum, ut ſit, *Reip. ſaecula propagatis.* LIVINEIVS. *Secula propagatis*; ita reſtituere viſum eſt iuxta *Bertinienſem* Codicem, cum in aliis Editionibus ſit, *Reipublicae propagatio orbis veſtri*, male, meo quidem iudicio, & corrupte. BAVNE. *Secula propagatis*; haec lectio etiam in Cod. *Moerl.* invenitur. IAEGERVS. Eſt quoque in *Guelferb.* & recte primus reſtituit *Baunius*, deſumtam ex *Cicerone* Catil. II. 5. quo modo *propagare dies* apud *Eumen.* Grat. act. 8. 2. ubi vide; & *propagare optabilis boni ſeriem*, *Nazarium* Paneg. 2. 3. adde *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 12. 21. & infra ad Incertum Maximian. 2. 2. —— Quae addit, *orbis veſtri participando tutelam*, videntur ad id pertinere, quod, poſt Conſtantium Caeſarem lectum, ipſi commiſſa fuerit tota trans Alpes Gallia, Herculio autem Africa, & Italia, Galerio Illyrici ora ad Ponti fretum, cetera tutaretur Diocletianus. *Victor* Caeſar. 39. 30. unde Diocletianum in quatuor

do tutelam ? cuius licet eſſet, omni hoſte perdomito, certa ſecuritas, ni-
3 mios tamen in diverſa diſcurſus vel reviſenda poſcebat. Partho quippe ultra Tigrim redacto, Dacia reſtituta, porrectis uſque ad Danubii caput Germaniae Raetiaeque limitibus, deſtinata Bataviae Britanniaeque vindicta, gubernacula maiora quaerebat aucta, atque augenda reſpublica, &, qui Romanae potentiae terminos virtute protulerant, imperium filio pietate debebant.

Cap. IV. Et ſane, praeter uſum curamque reipublicae, etiam illa Iovis, & Herculis cognata maieſtas in Iovio Herculeoque Principibus, totius mundi, caeleſtium-

tuor partes orbem diviſiſſe dicit *Lactantius* M. P. 7. 2. De *tutela orbis*, & *generis humani* conf. *Buneman*. ad eumd. Inſtit. VII. 26. 11.

Licet omni] *Licet eſſet*, *Bertin*. *Cuſpin*. LIVINEIVS. In *Guelferb*. legitur, *licet eſſet*, *cum hoſte*.

3. *Partho*] Perſis, quos legimus victos a Diocletiano, qui etiam Narſis, ipſorum Regis, uxorem captivam in triumphum duxit. PATAROL. Recte *Perſis* explicat *Patarolus*, conf. ad *Mamertin*. Genethl. 5. 4. & de ipſa re ad *Eumen*. Pro inſtaur. Schol. 21. 2. Quae agnomina a triumphis hic memoratis acceperint, indicat *Spanhem*. ad *Iuliani* Orat. I. p. 61.

Dacia] Dacia Aureliani cis Danubium, quam Carpi, & Sarmatae invaſerant, cap. 5. CELLARIVS. Ea olim, ubi nunc fere Provinciae, Tranſylvania, Moldavia, & Valacchia. PATAROL.

Vſque ad] *Ad* omiſit *Rhenanus*, *Henr*. *Stephanus*, & *Rivinus*; non male. Conf. Patrem meum ad Victor. *Inluſt*. 34. 7. ſed Codd. praepoſitionem ſervant, etiam non ſine exemplis, quae dedi ad *Sedulium* I. 87.

Bataviae] Innuit tyrannidem a Carauſio occupatam, contra quem movit, iuſſu Maximiani Herculii, Conſtantius Chlorus. Diximus alibi. PATAROL. Conf. ad *Mamertini* Paneg. pag. 2. & cap. 2. 1. & mox cap. 6. init.

Republica] Lege *Reſpublica*. ACIDALIVS. Scilicet *republica* ediderant *Puteolanus*, & *Rhenanus*, & in prima Edit. *Rivinus*, qui *vindicta* recto videntur caſu accepiſſe; ſed iam veriorem lectionem dedit *Livineius*, probantibus Codd. & *Schonhovii* excerptis.

Filio] Ita dicitur Conſtantius, quod Theodoram, Maximiani filiam, duxiſſet. BAVNE. Habuerat in matrimonio Conſtantius Helenam; male enim ex *Oroſii* teſtimonio VII. 27. quidam hanc ipſius concubinam habuerunt, quorum errorem oſtendunt V. D. ad *Eutrop*. X. 2. ſed, eadem abiecta, Theodoram, Maximiani privignam, duxit. *Victor* Caeſar. 39. 2. *Oroſius* VII. 25. putat quidem *Hearn*. ad *Eutrop*. IX. 22. Theodoram Conſtantino fuiſſe nuptam, & utrumque *Conſtantii* & *Conſtantini* nomen, vulgato errore, a Scriptoribus fuiſſe confuſum, ſed illud a *Grunero* egregie refutatum eſſe docet *Verbeykius*.

1. *Maieſtas*] *Patar*. *poteſtas*; vertit tamen *Maeſta*. IAEGERVS.

Iovio] *In Iovio* Vet. PVTEANVS. *In Iovio* Vet. *Bertin*. LIVINEIVS. Diſtinguendum ad verum ſenſum, *Iovio Herculioque Principibus*, *totius mundi coeleſtiumque*. ACIDALIVS. *In* primum ſecundum Codd. recepit *Gruterus*, omiſſum a prioribus, etiam *Rivino* in prima Ed. Praeterea olim diſtinctio poſt *mundi* fuit poſita, ut iungeretur cum *Principibus*, quod *Gruterus*, & *Baunius* adhuc retinuerunt. Melior eſt illa, in qua *Cellarium*, & ſequentes ſecutus ſum duces. *Principes* ſunt Diocletianus, & Maximianus. Conf. *Schwarzium* Prolegom. ad *Mamertin*. Geneth. §. 4.

2. *Numero*] Hoc eſt, quaternione, duobus Auguſtis, Diocletiano & Maximiano Herculio, totidemque Caeſaribus, Conſtantio & Galerio Maximiano. Non eſt igitur, hoc quidem Panegyrico, Conſtantino locus. LIVINEIVS.

Anni tempora] Vet. *anni vices*. PVTEANVS. *Vices*, *Bertin*. *Cuſpin*. LIVINEIVS. *Vices* etiam *Guelferb*. & *Schonhovii* excerpta, idque poſt *Gruterum* fuit receptum, quamvis *tempora* retinuerit *Rivinus*, quod fieri poſſet, ſi Codd. paterentur.

Orbis quadrifariam] Id eſt, in orientalem, occidentalem, ſeptentrionalem, & meridionalem partem. Nam cum America non niſi ante CL. annos ab Americo Veſpucio reperta ſit, id de diviſione noſtra in Europam, Aſiam, Africam, & Americam intelligendum non eſt. Quod vero *Eumenius* addit de duplici Oceano, utrum de Oceano orientali, & occidentali, an de Oceano, & mari mediterraneo accipiendum eſt? BAVNE. In orientalem nempe, & occidentalem ab Oceano occidentali

leſtiumque rerum ſimilitudinem requirebat. Quippe iſto Numinis veſtri nu- 2
mero ſumma omnia nituntur, & gaudent; elementa quatuor, & totidem anni
vices, & orbis quadrifariam duplici diſcretus Oceano, & emenſo quater cae-
lo luſtra redeuntia, & quadrigae ſolis, & duobus caeli luminibus adiuncti Ve-
ſper & Lucifer. Sed neque ſol ipſe, neque cuncta ſidera humanas res tam per- 3
petuo lumine intuentur, quam vos tuemini, qui, ſine ullo fere diſcrimine dierum ac noctium, illuſtratis orbem, ſalutique gentium non his modo, quibus immortales vultus veſtri vigent, ſed multo magis illis divinarum mentium veſtrarum oculis providetis, nec ſolum qua dies oritur, & praeterit, & conditur, ſed

tali, ſeu Atlantico; a mari vero mediterraneo, quod a noſtro *Oceani* nomine, improprie tamen, dici pro certo teneo; in ſeptentrionalem, & meridionalem. Illuſtrat explicationem hanc *Lipſius* Phyſiol. Stoic lib. II. Diſſert. 17. PATAROL. Veteres plurimi cenſebant, terram cum mari rotundam eſſe, ſed ipſam duplici Oceano dividi, & velut decuſſari. Priorem eſſe ipſum verum, magnum, originalem Oceanum, qui terram ab ortu ad occaſum mediam dividit sub ipſa Zona torrida, id eſt Aequatore. Alterum, qui ab illo ortus eamdem terram, parte altera, mediam ſecat, ab Auſtro in Septemtriones. Itaque duplici hoc Oceano tota terra ſcinditur in partes quatuor, i. e. totidem inſulas, e quibus unam dumtaxat nos habitamus. Haec *Lipſius* uberius exſequitur; & teſtimoniis, in quibus clariſſimum eſt *Macrob.* in Somn. Scip. lib. II. c. 9., firmat, Phyſiolog. Stoicor. lib. II. Diſſert. 17. IAEGERVS. Vera eſt haec expoſitio, neque enim cum *Patarolo* hic *Oceanum* capio pro mari mediterraneo, quamvis ea notione adhibuerit *Florus* III. 5. in fin.

Et emenſo] *Remenſo*, *Bertin.* LIVINEIVS. Quadriennio exacto redibant luſtra, quare luſtra quinto quoque anno celebrabantur. BAVNE. Subintellige Solis annuo curriculo. PATAROL. Pro *remenſo* Cod. noſter. itemque *Gud.* & Ed. *Rhen.* & *Steph.* & *Cuſp.* habet *emenſo*. SCHWARSIVS. Codd. ſcripturam revocavi; primus videtur ex *Bertinienſi* dediſſe *remenſo Gruterus*, quem in ſecunda Edit. ſecutus eſt *Rivinus*, & ceteri; frequentem harum vocum permutationem probat Vir Clariſſ. in Obſerv. Miſcell. T. I. p. 203.

Quadrigae Solis] Equorum Solis nomina vide apud *Ovid.* Metam. lib. II. v. 154.

> *Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon,*
> *Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras*
> *Flammiferis implent.*

BAVNE.

Duobus] Soli & Lunae. LIVINEIVS.

Veſpera] Vet. *Veſper.* PVTEANVS. An Veſper, & Lucifer duae ſunt ſtellae? minime vero, ſed una eademque ſtella eſt, inquit *Tullius* II. de Nat. Deor. n. 54. *quae* φωσφόρος *Graece*, *Lucifer Latine dicitur*, *cum antegreditur Solem*, *cum ſubſequitur autem Heſperus.* Id autem a Pythagora primum animadverſum eſt. BAVNE. Ex vulgi opinione diſtinguit, qui unus planeta, una ſtella lucidiſſima. CELLARIVS. Hi quidem una & eadem ſtella, duplici tamen gaudent nomine, & tanquam pro duobus ſumuntur, ex diverſa apparitione, matutina ac veſpertina. PATAROL. *Veſpere*, *Rhenanus*; Codd. conſtanter *Veſper*, & *Schonhovii* excerpta. Vel vulgi ſententiae, vel doctrinae ſideralis ignorantiae hoc tribuendum, ut ex una duas faciat ſtellas, videtur *Davieſio* ad *Ciceron.* N. D. II. 20. Conf. de hac ſtella V. D. ad *Hygin.* Fab. 165.

3. *Cuncta ſidera*] In *Guelferb.* eſt, *ſed neque aurora humanas res tam perpetuo ſidere intuentur.* Huic ſi quid lectioni foret tribuendum, mallem priora *ſed neque ſol ipſe* abeſſe, ut haec ex margine intruſa videantur, cum *aurora* paſſim Solem deſignet. Vid. *Davieſ.* ad *Ciceron.* de N. D. I. 28. Potior tamen ſit vulgata, ad quam etiam nonnulla pertinent, notata ad *Mamertin.* Genethl. 3. 1. memorat enim *duo caeli lumina*, & mox *diſcrimen dierum ac noctium*; Lunam itaque etiam intellexit, eamque ſub *cunctis ſideribus* comprehendit.

His modo] In *Guelferb.* eſt, *iis modo.* Pro *quibus* in prima *Rivini* Edit. eſt *duobus*, tamquam *iis modo duobus*, *quibus.* —— De locutione *orbem inluſtrare* vide ad *Mamertin* Genethl. 4. 2.

Et praeteritur] Alludit, & tanquam digitum intendit in victorias Principum, quaternis orbis terrarum partibus. Galerius enim Maximianus Caeſar in Oriente proſpere adverſus Narſeum pugnavit; & Aegyptum, capto Alexandriae Achilleo, Diocletianus reſtituit; Mauros, ac Quinquegentianos in

ſed etiam ex illa Septemtrionali plaga, ſalutari beatis luce provincias; adeo, Caeſar, veſtra in orbem terrarum diſtributa beneficia prope plura ſunt, quam
4 Deorum. Quibus ego ſi omnibus immorari velim, neque hic dies mihi totus, neque proximus, neque porro ceteri ſat erunt: & habenda eſt ratio temporis, Caeſare ſtante, dum loquimur.

Cap. V. Adoratae ſint igitur mihi Sarmaticae expeditiones, quibus illa gens

in Africa Maximianus Herculius oppreſſit; Bataviam, & Britanniam Caeſar Conſtantius a Francis recepit; Quados, Carpos, Baſtarnas, Sarmatarum gentes, Diocletianus afflixit. Lege Pro reſtaur. Scholis ſub finem. LIVINEIVS. *Patar. praeterit;* recte. Qua dies, id eſt, Sol praeterit, eſt plaga meridiana. IAEGERVS. Omnes ediderunt *praeteritur.* Vtrum *praeterit* ex ſuis habuerit Codicibus, nihil monuit *Patarolus*, cum tacite in textum admiſerit, eumque ſit ſecutus *Iaegerus.* Et maxime hoc blanditur; ita enim *Eumenius* Conſtantino 9. 3. *ut Sol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi adpareat praeterire.* adde, quae notantur ibid. cap. 7. 2. unde & ego retinui, praeſertim cum in altera lectione nihil ſit, quod rite interpreteris, quamvis id in omnibus Codd., ab Interpretibus viſis, eſſe doceat horum ſilentium; habet quoque *Guelferb.* De locutione *condere dies* vide Not. ad *Plinii* Paneg. 80. in fin. adde ad *Mamertin.* Genethl. 6. 6.

Ex illa] Forte *ex ipſa.* LIVINEIVS.

Caeſar] *Caeſares*, *Cuſpin.* Praeferam *Caeſar*, non *Caeſares;* nam habita haec oratio, uno Conſtantio Caeſare praeſente, & (amplius) ſtante, ut mox dicet; Auguſtis, & altero Caeſare Galerio abſentibus. LIVINEIVS. & BAVNE. *Caeſares* habet *Schonhovius* in ora Ed. *Froben.* itemque *Cuſp.* Sed *Caeſar* merito praefert *Livineius*, nam haec Oratio habita eſt abſente Galerio, abſentibus item Augg., coram uno Caeſare Conſtantio. IAEGERVS. *Caeſares*, duce *Cuſpiniano*, dederunt *Paullus Stephanus*, *Gruterus*, ſecunda Ed. *Rivinus*, & *Patarolus;* & ſane favet, quod cap. 3. *Caeſares maximos*, & *invictiſſimos Principes* memoravit; praeterea hoc cap. omnium extollit beneficia, quo ſpectat quoque ſequens *veſtra;* & denique cap. ſeq. n. 3. demum ad Conſtantii geſta tranſit. Quod autem obmoverit *Livineius*, & alii, reliquos fuiſſe abſentes, parum habet ponderis, cum & plurali numero paſſim uſus fuerit ſupra *Mamertinus*, ſolum adloquens Maximianum. Cum tamen *Guelferb.*, & alii Codd. ſingularem habeant, iis potius obtemperare malui, & potuit ſolum adloqui Conſtantium, quamvis reliquorum res geſtas oratione complexus.

Diſtributa beneficia] *Beneficia diſtributa* Vet. LIVINEIVS. *In orbe*, *Guelferb.*

4. *Et habenda eſt ratio*] *Ratio eſt*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Malim *ſed habenda.* IAEGERVS. Servo vulgatum; *&* enim vim adverſativae habere docui ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 10. aut in initio ita fuit poſitum, ut in quibusdam apud *Paſſerat.* ad *Ciceron.* pro Quinct. 11.

Caeſares tanta] Vet. *Caeſare ſtante.* PVTEANVS. *Caeſare ſtante, dum loquimur* Vet. *Bertin.* Egregie. LIVINEIVS. Vitium hic aliquod. Neque enim ſenſus videtur plenus ſatis, & expreſſus. Et Caeſares non alloquitur, ſed unum Conſtantium, ad quem diximus haberi hunc Panegyricum. ACIDALIVS. Neſcierim ſane, cur ſtans Panegyricam hanc Orationem audierit Conſtantius. De Conſtantino Magno, ipſius filio, legimus quidem apud *Euſebium* lib. IV. de eiusdem vita, quod ſtans audire voluit Euſebium ipſum, de Servatoris noſtri ſepulcro dicentem, aſſerendo *nefas eſſe*, *ubi de Deo inſtituta ſit diſputatio*, *remiſſe*, *ac molliter auſcultare*, &c. *pium enim ac religioſum eſt*, inquit, *ut de rebus divinis ſtantes audiant.* PATAROL. *Cuſpin. Livin. Rhenan. Stephan.*, *Caeſares tanta dum loq.* Sed utique praeferenda eſt lectio Cod. Vet. *Livineii*, & *Bertinienſ.* & *Moerl.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* melioremque illam lectionem recte admiſit *Gruterus*, a ceteris retentam, praeterquam *Rivino.*

1. *Adoratae ſunt*] Lege *ſint.* ACIDALIVS. Laudatae, magni aeſtimatae, cum veneratione victoris. Vide Pro reſtaurand. Scholis cap. 11. n. 3. CELLARIVS. *Sunt* ante *Livineium* fuit editum, & eſt in *Guelferb.* ceteri, praeter *Rivinum* in prima Ed., *ſint*, idque ex ſententia praeſtat. Male *adoratae* explicat *Cellarius;* eſt enim leviter tactae, quas enumerando tantum perſtringit. Dixi ad Orat. praeced. 11. 3.

Sarmaticae] A Diocletiano & Maximiano factae. *Eutrop.* lib. IX. In huius victoriae memoriam cuſus eſt nummus, apud me argenteus, quem *Occo* aureum deſcribit, & quatuor figuras, quae in ipſo videntur, milites eſſe ait ſtantes ad aram accen-

gens prope omnis exſtincta eſt, & pene cum ſolo nomine relicta, quo ſer-
viat. Dent veniam tropaea Niliaca, ſub quibus Aethiops, & Indus intre- 2
muit. Contenta ſit voce gloriae ſuae etiam proxima illa ruina Carporum.
Reſervetur nuntiis iam iamque venientibus & Mauris immiſſa vaſtatio. Aliis 3
haec, permittente maieſtate veſtra, celebranda temporibus. Dii immortales!
vota ſuſcipio, ut ipſis, qui geſſere, praeſentibus. Illa vero, Caeſar in- 4
victe,

accenſam, ad oſtium caſtrorum, &c. Ego tamen non negaverim, duos illos, qui dextras iungunt, ipſos eſſe Imperatores, ſibi poſt victoriam occurrentes, pone quos ſunt utriusque Praefecti Praetorii: niſi etiam dicamus, figuras illas ipſos eſſe quatuor Imperatores. PATAROL.

Solo nomine] Hanc proverbii ſpeciem habet *Iuretus* ad *Symmach.* Epiſt. II. 52.

2. *Niliaca*] In Aegypto ſcilicet, adverſus praecipue Achilleum tyrannum, quem Diocletianus profligavit. *Eutropius* ibid. PATAROL. Conf. Pro inſtaur. Schol. 21. 2. Male *Guelferb. trophaei.* Vid. ad *Sedulium* V. 321.

Aethiops & Indus] Haud dubium enim, quin Achilleus auxiliares ex Aethiopia, & India copias evocarit. De Aethiopia Genethl. 17. BAVNE. De Indis in Africa vid. *Burman.* ad *Virgil.* Georg. IV. 293. IAEGERVS. Recte ad Indos in Africa hoc refert *Iaegerus*, ſive Libyae incolas, quod *tropaea Niliaca* ſatis oſtendunt, & quia veram Indiam numquam eſt ingreſſus Conſtantius, ut locum hunc eximie explicuit *Cuperus* Obſerv. IV. 7.

Gloriae ſuae] *Suae* abeſt in *Guelferb.*

Et proxima] Vet. *etiam proxima.* PVTEANVS. *Etiam*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *ſuae proxima illa ruina corporum: reſerv.* ACIDALIVS. Id teſtatur *Idatius.* Carpi autem populi erant Sarmatiae Europaeae, non procul a Viſtula. BAVNE. Carpi, Sarmatiae populus in Carpate monte, ut plures ſentiunt, qui poſtea in Moeſiam irrupere, cis Danubium ſedem captantes. CELLARIVS. Memorat citatus *Eutropius: Varia deinceps ſimul, & viritim bella geſſerunt, Carpis, & Baſtarnis ſubactis.* Fuere autem Carpi, ubi nunc fere Ruſſia nigra, Podolia, & Volhinia. PATAROL. In *Guelferb.* eſt corrupte *corporum*; intelligenda enim eſt victoria de Carpis, A. CCXCV. Coſſ. Tuſco & Anulino reportata, ad quos eam referunt Faſti *Idatiani*; ſed eſt ea diſtinguenda ab alia Carporum victoria, hanc Orationem ſecuta, qua illi in Romanorum agros ſunt tranſlati, quam recte diſtinguit *Scaliger* ad *Euſebium* p. 244. *Rupertus* ad *Beſold.* p. 359 de illa vide *Aurel. Victor.* Caeſar. 39. 43. *Oroſium* VII. 25. *Iornandem* I. p. 700. Conf. praeterea V. D. ad *Eutrop.* IX. 25.

Iam iamque] De ſimilibus vide ad *Mamertini* Genethl. 10. 5. indicat haec locutio tempus proxime futurum, ut infr. 15. 5. apud *Pacatum* Paneg. 44. 3. *Tibullum* I. 3. 78. *Ovidium* Triſt. I. 1. 20. & 22. Metam. XII. 588. cui idem recte reſtituit *Heinſius* IX. 388. *Rutilium* Itin. I. 35. ubi pro eo *Cruſius* Probab. Crit. p. 55. male ſubſtituebat *quanquam*; apud *Iuvenc.* Hiſt. Euang. II. init.

> *Iamque dies prono decedens lumine pontum*
> *Inciderat, furvamque ſuper nox caerula pallam*, &c.

ex optimo *Cantabrig.*, cuius habeo variantes, legendum, *furvam iam iam nox.*

Mauris] Tum Maximianus pugnabat in Mauritania contra Quinquegentanas gentes, expectabanturque de Maurorum clade nuncii. BAVNE. Per Maximianum Herculeum. Vid. Paneg. in Nupt. Conſtantini & Fauſtae cap. 8. n. 6. Victi tum Quinquegentiani, ut *Eutropius* IX. 15. & *Aurel. Victor.* vocant. CELLARIVS. *Guelferb.* habet, *& Mauris*, quod revocavi, in variarum victoriarum enumeratione non inelegans. Conf. ad Incert. Maximian. 8. 6. reliqui *&* omittunt.

3. *Celebrabo*] *Gud.* pro *celebrabo* habet *celebrando*, quod non male mutari poſſit in *celebranda.* IAEGERVS. Vera *Eumenii* manus eſt *celebranda*, quod egregie coniecit *Iaegerus*; hoc opponitur ſequentibus, *ſine dilatione dicenda ſunt.* Simili permutatione apud *Sulpic. Sever.* Dial. I. 21. *vel imitanda operatus eſt*, Cod. Bibl. *Traiectinae*, *imitando.*

Et ipſis] *Vt ipſis* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *temporibus*, *& (Dii immortales! vota ſuſcipio) ipſis, qui geſſere, praeſent.* ACIDALIVS. Id eſt, aliis id quidem celebrabo temporibus, ut id fiat iis, a quibus haec geſta ſunt, praeſentibus. Melius tamen alii, *& ipſis*, id eſt, aliis celebrabo temporibus, *&* quidem *ipſis* &c. quare obſerva, Diocletiano, Maximiano Augg, & Galerio Caeſare abſentibus hanc Orationem di-
ctam

victe, quae ductu, atque auſpicio Numinis tui geſta ſunt, quorum etiam ſpectaculo fruimur, ſub hac occaſione dignationis tuae, ſine dilatione dicenda ſunt; eo magis, quod, quamvis in communibus rei-

ctam eſſe. BAVNE. Hinc ſatis conſtat, uni Conſtantio praeſenti dictam hanc Orationem, aliis abſentibus, & *Conſtantio* quidem, non *Conſtantino*, ut in aliquibus perperam legitur. PATAROL. Τὸ *ut* deſiderat praecedens *vota ſuſcipio*, ſc. *ut haec celebrare mihi contingat ipſis q. g. p.* IAEGERVS. *Vt* primus recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, quod expleta ſententia recte tuetur *Iaegerus*.

4. *Ductu*] Non ipſe Conſtantius Allectum vicit in Britannia, delevitque. Id per Aſclepiodotum eius Praetorio Praefectum praeſtitum eſt: praecipuam tamen huius facti gloriam *Eumenius* ei tribuit in alio Panegyrico, quia id totum eius ductu, & auſpicio confectum fuerat. BAVNE. *Guelferb.* corrupte *dictu.* De ipſa re conf. ad init. cap. ſeq.

Quae priora] Vet. *quae propria.* PVTEANVS. Scopae diſſolutae, & non una in noſtris lectio, quam repraeſentabo cum fide. Igitur *gratulari* abeſt in Vet., & mox pro *gratulationi* ſcriptum *gratulari*, in quo equidem ſenſum non perſpicio. In *Bertinienſi* haud multo rectius, *neceſſe nob. quae priora nobis ſunt max. ſcilicet gratulari.* Iuvem ego, &, commutata una vocula, reſcribam, *nec nob. quae propiora nob ſunt maxime ſcil. gratulari.* Supra etiam verba invertam, & *in quamvis communibus* legam, hac ſententia, in Reip. bonis, quamlibet communibus, gaudendum eſſe iis maxime, quos propius contingant Itaque Gallis de Britannica, ac Batavica victoria (has enim ſentit) praecipue gratulandum, Franco hoſte depulſo, qui eorum fortunis proxime imminebat. *Propiora* repoſui pro *priora*, ut hac ipſa laudatione contra *propiore* corruptum pro *priore* obſervamus. Quod ſupereſt, *quae propiora ſunt gratulari*, ſic dictum, ut *Terentio*, *adventum gratulantur*, & infra iterum; *hoc ipſo in adminiſtratione providentiam veſtram impenſius gratulantur.* LIVINEIVS. Lege *propria.* ACIDALIVS. Malim, *quae propiora*, ut ſuſpicatur *Livineius.* Senſus eſt: oportet quidem, ut de communibus Reip. bonis gaudeamus, verum tamen par eſt, ut primum ea, quae nos propius contingunt. id eſt, ut nos Galli Batavicam. & Britannicam victoriam celebremus, qua Galliae a barbarorum, in primisque a Francorum incurſionibus, liberatae ſunt. BAVNE. Hunc locum, varie tentatum a Viris eruditis, nunc integrum proferre poſſumus e Cod. noſtro MS. & *Cud. eo magis, quod, quamvis in communibus rei publ. bonis, neceſſe eſt, quae propria nobis ſunt, maxime gratulari.* Hanc nimirum, ni fallor, ſententiam Panegyriſtes exprimere voluit: eo magis geſta tua, quorum ſpectaculo ipſi fruimur, nunc ſunt a nobis praedicanda quod, quam libet etiam in communibus rei publ. bonis & felicitatibus, maxime tamen decet de iis gaudium teſtari, & gratulationem facere, quae nobis propria ſunt prae ceteris populis, provinciisque; nempe victoria illa Batavica, & Britannica, qua Galliae noſtrae a barbarorum incurſionibus ſunt liberatae. SCHWARZIVS. *Patarol* vitioſe dedit. *propriora.* IAEGERVS. Hic locus usque ad *Cellarium* ita lectus eſt, *neceſſe nobis gratulari, quae priora nobis ſunt., maxime ſunt gratulationi.* *Livineii* coniecturam recepit *Cellarius*, *propriora Patarolus.* Veram *Eumenii* manum egregie dederunt Codd. apud *Schwarzium*, quam reſtitui; priorem enim *Cellario* ſcripturam retinuit *Iaegerus*, niſi quod pro *priora* ex *Puteaneo* repoſuerit *propria. Propria* ſunt, quae magis ad *Eumenium* pertinebant, & de quibus adeo latius erat dicturus, in Gallia geſta, & ab ipſo, homine Gallo, fere viſa, unde eorum *ſpectaculo* ſeſe *frui* dixerat. In his neceſſe erat, maxime & praecipue gratulari, quamvis bona etiam Reip. communia praedicari poſſent, id eſt, in aliis regionibus patrata. Parum diſtant haec Incerti Epithalam. Maxim 1. 2. *Cetera enim in Remp. beneficia veſtra poſſunt multis occaſionibus diverſorum temporum praedicari. huic voto propria nunc debetur oratio. Mamertin.* Iuliano 2. 6. *ad ea, quae propria ſunt, perveniat oratio.* Non tamen praetermittam, in meis ex *Gudiano*, ſive *Guelferb.* excerptis poſteriora ita notata eſſe, *maxime ſunt gratulari*, unde ſuſpicor in *ſunt* latere *ſcilicet*, quod ex *Bertinienſi* quoque protulit *Livineius*, ut adhuc legendum ſit, *maxime ſcilicet gratulari*, quae vox *Eumenio* eſt frequens, vid. cap. 2. 1. Paneg. Conſtantino 16. 11. Gratiar. act. 10. 3. Conf. Not ad *Phaedr.* V. 5. 30. *Gratulari* autem eſt gaudere, & Diis gratias agere, de quo *Wthof.* Specim. *Gunther.* p. 138. *Schoetgen.* ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. II. 10. —— Paullo ante, pro *quod quamvis*, Pater meus maluit *quo*, forte ob ſequentem in

reipublicae bonis neceſſe eſt, quae propria nobis ſunt, maxime gratulari.

Cap. VI. Statim itaque Gallias tuas, Caeſar, veniendo feciſti. Siquidem [illegible] illa

in altera lectione comparativum *priora*, ex iis, quae monuit ad *Plinii* Paneg. 21. 4.

1. *Veniendo viciſti*] *Feciſti*, *Bertin.* Egregie *feciſti*, idque ad *tuas* adiungam; non enim vincendae erant Galliae, ſed aſſerendae, atque ab advena hoſte purgandae. LIVINEIVS. Propulſis inde barbaris ibi graſſantibus. BAVNE. Sic *Cuſp. Steph. Livin.* & cum *Gud.* MS. *Moerl.* Verum recte *Livineius* ex apographo *Bertinienſi* tuetur *feciſti*, quod ad *tuas* referendum. IAEGERVS. *Viciſti* omnes ante *Gruterum*; ortum id videtur ex trito Caeſaris, *veni*, *vidi*, *vici*. Vulgata rectior eſt; ad barbaros opprimendos Caeſar lectus Conſtantius, Mediolano in Gallias profectus, eas non *vicit*, ſed ſuas *fecit*. Corrupta autem huius Panegyrici inſcriptione deceptus *Bertius* de Aggerib. cap. 12. totam hanc de Geſoriaco hiſtoriam ad Maximianum retulit, atque hoc loco citat *Maximiane Caeſar*, quod, ut in nulla Ed. inveni, ita aperte hiſtoriae adverſatur, cum *Auguſtus* hoc tempore eſſet Maximianus. Ceterum ad ea, quae ſequuntur, inluſtranda hiſtoriae ſeries breviter eſt contexenda, quod commodius ſuo fiet ordine, quam ſi ſingula ſparſim legantur, praeſertim ut & *Wagenaario* in quibusdam opem feram. Poſtquam igitur Maximiani partes deſeruiſſet Carauſius, ſumtoque etiam in Britannia imperio, Gallias redderet infeſtas, Conſtantio, Caeſari lecto, commiſſa fuiſſe omnia trans Alpes, dixi ad cap. 3. 2. in his itaque curandam accepit Galliam, quae Britanniam quoque fuit complexa. Conf. *Cannegieter* Neglig. *Trebell. Poll.* p. 181. In Gallias autem venientis Conſtantii prima fuit cura, ut Carauſii milites debellaret, Galliae Belgicae portum, & Morinorum navale praeſidio tenentes; hos ſtatim dicit *Geſoriacenſes muros*, de quibus illic vide. Geſoriacum navibus profectum eſſe tradit *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 224. ſed potius Mediolano terra iter feciſſe evincent, ni fallor, quae dixi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 14. 2. Hunc itaque Geſoriacenſem portum, ſive ipſius ſinum, fixis trabibus, ſaxisque ingeſtis, anno CCXCII., clauſit Conſtantius, in quod naves videtur minores adhibuiſſe, ab altera autem parte exercitu urbem cinxit, hinc *praeſidium* illud *terra marique* ſepſiſſe dicitur, Paneg. Conſtantino 5. 1. portum autem clauſit, ne ex praeſidio in Britanniam evaderent Carauſii milites, aut is ex Britannia, in qua iam imperium tenebat, ipſis opem ferret; Carauſio autem, quem per *piratam* intelligit infr. 7. 3., hoc facile fuiſſet, propter commodum ex Britannia in hunc portum traiectum, ut ex eodem in Britanniam ſolvit Claudius, teſte *Suetonio* in Claud. 17. adde *Cannegieter* Britenburg. p. 50. male autem *Patarolus* ad *Eumen.* Conſtantino 5. 2. Allectum intelligit, ut ex ſequentibus patet. Hoc autem modo praeſidium illud, & urbem vicit, quo ſenſu obſidionem illam *neceſſitas*, *& clementiae fides* dicitur *ſolviſſe*, infr. 7. 3. & exercitus *captus*, & *clementia conſervatus*, Paneg. Conſtantino 5. 3. obſidione autem ſoluta, demum clauſtrum illud maris inpetu fuit dirutum, & collapſum, infr. cap. 6. & 7. Paneg. Conſtantino 5. Parta hac victoria, de debellando in Britannia Carauſio cogitavit Conſtantius, ſed quo minus illud adhuc conficeret, fecit navium fabricandarum neceſſitas; interim itaque arma in continentem vertit, ut Francos, ſive Friſios, Batavorum inſulam depopulantes, coerceret, quos foedus rupiſſe, ab ipſorum Rege Genobaude cum Romanis ictum, ſuſpicatur *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 224. qui praeterea cenſet navibus in Bataviam profectum eſſe Conſtantium; mihi magis terra per Morinorum agros moviſſe videtur, propter iter brevius, & navium, qua laborabat, penuriam; hae enim adhuc interea erant aedificandae, cap. 7. in fin. praeterea illic dicit Conſtantium hoſtes aggreſſum, *quos adiri continens terra permiſit*, quod in iter maritimum non quadrat. Denique cap. 8. 3. tradit, exercendum fuiſſe militem ad navale certamen per paluſtria Bataviae, regionumque vicinarum loca, id eſt, eos ad expeditionem Britannicam fuiſſe exercendos, quod tum magis factum fuiſſet per iter illud maritimum, quam paludes, in quibus velut cum aquis certabant. Ceterum hos Francos vicit, pluresque captivos in colendos aliorum agros miſit, infr. cap. ult. Interim Carauſium in Britannia, anno CCXCIII., interficit Allectus, qui aliis *Alectus* teſte *Scaligero* ad *Euſebium* p. 244. unde ſatelles *archipiratam occidiſſe* dicitur, infr. 12. 2. maiori itaque debellandae Britanniae ſpe captus Conſtantius, claſſem anno CCXCIV. inſtruxit, evocato ad Rheni ripam Maximiano, ne quid novi ad eam gentes barbarae molirentur, infr. cap. 13. fabricatas autem naves, anno CCXCV., in duas diviſit claſſes, hinc *diverſas claſſes* memorat infr. 13. 4. alteri

illa celeritas, qua omnes motus, atque adventus tui nuntios praeverti-ſti,

alteri Praefectum Praetorio Asclepiodotum praefecit, per Sequanam in mare naves deducturum; ex Sequana enim tranſitus quoque erat in Britanniam, teſte *Strabone* IV. p. 305. alteram ſibi ſumſit, qua e portu Geſoriacenſi eſſet ſoluturus, infr. cap. 14. *Oroſius* Hiſtor. VII. 25. non itaque ex Batavorum inſula ſolvit, quod veriſimile videbatur *Wagenaario* Hiſt. Patr. T. I. p. 228. Statuunt vulgo Panegyricorum Interpretes, praemiſſum a Conſtantio fuiſſe Aſclepiodotum, Conſtantium vero ipſum demum ſolviſſe, nunciata victoria, quam in Britannia reportaverat Asclepiodotus. Vid. *Baunius* cap. praeced. n. 4. *Cellarius* cap. 14. n. 4. & praemiſſum fuiſſe Asclepiodotum teſtatur *Aurel. Victor.* Caeſ. 39. 42. ſed his adverſatur *Eumenius* cap. 14. Conſtantium *priorem* mare fuiſſe ingreſſum adfirmans, nunciumque ipſius iam navigantis tantum Aſclepiodoteae claſſi ardorem inieciſſe, ut ſigna navigationis ab Aſclepiodoto expoſcerent milites, ob caelum & mare turbidum, diem pluvium, ventumque obliquum adhuc cunctante, unde addit ibid. n. 5. *Quis enim ſe, quamlibet iniquo, mari non auderet credere, te navigante?* Sed, ni fallor, hic ultra veritatem rem extulit Orator. Vt enim mittam, diu ante Conſtantium adpuliſſe in Britannia Aſclepiodotum, quamvis id fieri potuisſet vento ipſi magis favente, tamen hoc urgeo, ſi navigationem diſtulit ob mare turbidum Aſclepiodotus, debuit illud aeque turbidum experiri Conſtantius, ſi brevi ante Aſclepiodotum id ſit ingresſus, & tamen *Eumenius* in Paneg. Conſtantino 5. 4. de Conſtantii navigatione, *ita quieto*, inquit, *mari navigavit*, (Conſtantius) *ut Oceanus ille, tanto vectore ſtupefactus, caruiſſe ſuis motibus videretur.* Turbidum itaque mare damus Aſclepiodoto, id perſuaſionibus militum ingreſſo, quod etiam confirmat ipſius in Britannia adventus, pacatum Conſtantio deinde demum navigante. Intellecta hac Conſtantii expeditione, claſſem in ſpeculis, & inſidiis ad inſulam Vectam conſtituit Allectus, quo minus ad littus illa hoſtium adpelleret, ſed tantae fuerunt nebulae, ut Aſclepiodotum non ſenſerit tranſeuntem, qui in littore exercitum, nemine inpediente, expoſuit; &, igne navibus ſuis iniecto, omne fugae praeſidium & ſpem ſuis militibus ademit, quo fortius pugnarent, infr. cap. 15. Tum demum mare ingreſſus videtur Conſtantius, quem cum advenientem vidit Allectus, littus reliquit, & ab incolis laetitia exceptus adpulit Conſtantius, cap. 19. continentem vero petens Allectus in Aſclepiodotum incidit, ſed ita territus, ut non omnes etiam copias in acie explicuerit, victus eſt; & occiſus, infr. cap. 16. *Oroſius* VII. 25. *Eutropius* IX. 22. qui vero ex ipſius militibus evaſerant, Londinum petierunt, ſpe, direpta urbe, aufugiendi, ſed Conſtantii milites, aere nebuloſo oberrantes, forte illuc quoque perveniunt, militesque incautos, & deprenſos oppreſſerunt, infr. cap. 17. atque ita, anno CCXCVI., liberata fuit Britannia ſervitute, ut tradit Incertus Epithalam. 4. 3. hinc explicandus *Eumenii* locus Pro inſtaur. Schol. 18. 3. Ceterum hoc cum Carauſio bellum deſcripſiſſe celebrem Poetam *Oſſianum* in carmine *The War of Caros* probavit *Iacob. Macpherſonus*, de quo Cl. *Saxe* Onomaſt. T. I. p. 587. Vellem, haec cum Carauſio geſta adcuratius diſtinxiſſet *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 225—228. quem in pleriſque in errorem duxiſſe videtur *Brouwerus* Annal. Trevir. III. p. 119. uti pleraque a Maximiano geſta ſuo loco non poſuit; ecce enim, ſcribit *Wagenaarius*, domitis in Batavia Francis, eorumque captivis per aliorum agros diſtributis, Conſtantium in Britanniam fuiſſe profectum, & cum Carauſio adeo infeliciter pugnaſſe, ut, facto foedere, Britanniam ei cedere debuerit. Miscentur hic omnia; quae enim de Carauſio tradit, ad primam expeditionem contra eumdem pertinent, poſtquam Romanorum partes perfide deſeruiſſet, non a Conſtantio, ſed Maximiano factam, de qua dixi ſupr. pag. 2. & 16. in qua claſſem quidem paravit Maximianus, ſed quae tempeſtate fuit diſiecta; haec itaque contigerunt diu ante obſidionem Geſoriacenſem, diu ante Francos in Batavia oppreſſos. Qui enim de Carauſii hiſtoria deſcripte agat, quatuor, oportet, tempora diſtinguat; primum, quo Romanos contra Bagaudas adiuvit, tum cum ab iis defecit, & expeditionem maritimam contra ipſum paravit Maximianus, de quibus egit *Mamertinus*; deinde, quo pax cum eo facta, ceſſaque Britannia; denique cum contra eum arma movit Conſtantius, de quo praeſertim *Eumenius*.

Omnes ortus] Vet. *omnes motus.* PVTEANVS. Supra, *veſtrae maieſtatis ortus*, &c. ibi vide. LIVINEIVS. Pro *ortus Moerl.* & alter *Gudianus* liber, itemque Cod. *Put.* habet *motus.* Pro *praevert.* Cod. *Moerl. praeveniſti.* Sed vulgata his melior, & exquiſitior. IAEGERVS. Cum non diu ante hanc expeditionem Caeſar lectus fuerit Conſtantius, forte de eo, ut fecit *Livineius*, posſet *ortus* exponi, ob illa, quae dixi ad *Mamertin.*

Pa-

ſti, cepit oppreſſam Geſoriacenſibus muris pertinacem tunc errore mi-

Paneg. *6.* 2. & favet *Eumenii* locus Conſtantino 5. 2. ubi de eadem hac re; *qui* (Conſtantius) *adſcitus imperio* (id hic *ortus* eſt) *primo adventu ſuo* &c. Praetuli tamen *motus*, quod ſequenti *adventus* eſt adcommodatius; tanta erat celeritas, ut nuncios de caſtris motis, deque Conſtantio adveniente praeverterit. Ita *movere* abſolute pro caſtra movere apud *Livium* XXXVIII. 40. 2. adde Not. ad *Ciceron.* ad Diverſ. III. 6. *Oudendorp.* ad *Caeſar.* B. G. I. 40. 14. —— *Omnis* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.* —— *Praevenisti* quoque eſt in *Guelferb.* ſed ex Gloſſa. *Mamertinus* Genethl. 8. 3. *ipſam, quae vos conata eſt praevenire famam, praevertistis. Eumenius* Conſtantino 18. 6. *ventorum flamina praeverterent. Symmachus* II. Epiſt. 5. *percontationem veſtram ſcriptione praevertimus.* ubi in *Pithoean.* etiam eſt *praevenimus. Drakenb.* ad *Livium* IX. 17. 9. qui frequentem harum vocum permutationem confirmat ibid. XXIV. 5. 6.

Geſorigiam cenſibus] Legendum arbitramur; *cepit oppreſſam Geſſoriacenſibus muris pertinacem tunc errore miſero manum piraticae factionis, atque illis olim mari fretis alluenti portus ademit.* Loquitur, ni fallor, de piratis, quos Carauſius ad vexandum Romanum imperium exciverat intra muros Bononienſis portus Gallicani, etiam nunc celebris, concluſis: hoc enim munierant trabibus, ſed fluctibus iis diſiectis, portu & piratis potitus eſt Conſtantius. *Geſſoriacum* igitur idem eſſe, quod *Bononiam*, praeterquam quod *Beatus Rhenanus* probare nititur charta militari, apud *Conradum Peutingerum* inventa, in qua depictum erat Geſſoriacum, & ſupraſcriptum *Bononia*, manifeſte convincitur ex alio alterius Panegyrici, ad Conſtantinum ſcripti, loco, cuius initium eſt, *Facerem, ſacratiſſime Imperator, quod paulo ante*, &c. in quo haec eadem hiſtoria de Conſtantio, & piratis memoratur, ibique, qui hic *Geſſoriacenſes muri* dicuntur, *Bononienſe oppidum* nominatur. Sed verba illius alterius Panegyriſtae hic advocanda ſunt; *Qui adſcitus imperio, primo adventu ſuo, innumerabili hoſtium claſſe ferventem excluſit Oceanum, exercitum, qui Bononienſis oppidi littus inſederat, terra pariter ac mari ſepſit, cum reciprocos curſus illius elementi, iactis inter undas vallis, diremiſſet, ut, quorum portus fluctu alluere t mare, quod tangerent, perdidiſſet;* plane eadem commemorans, quae prior Panegyriſtes. Jam cum ſubdit, *qui eodem exercitu virtute capto, clementia conſervato*, alludit ad id, quod *Eutropius* ſcribit; *cum Carauſio tamen* (qui ſedem belli habebat hanc Bononiam, ut idem ſupra commemorat) *cum bella fruſtra tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum, ad poſtremum pax convenit,* qua icta & ipſi, & piratis venia data eſt, receptis in fidem, id quod utrique Panegyriſtae hic pluribus exſequuntur. Ex his liquet, merito explodendos, qui Geſſoriacum *Caleſium*, aut *Gandanum*, aut *Brugas* cenſuerunt, reclamante etiam topographia Tabularum *Ptolomaei. Geſſoriacenſis* autem *pagi* nomen, cuius meminit *Plinius* lib. IV. cap. 17., commutatum eſt in *Geſtienſem terram*, etſi tum etiam omnem agrum Bononienſis Comitatus complecteretur. IAC. NICOL. LOENSIS. Miſcell. Epiphyll. V. 25. Locus mire depravatus, qui videtur ita legendus: *cepit oppreſſam Geſſoriacenſibus muris pertinacem tunc errore miſero manum piraticae factionis, atque illis olim mari fretis alluentem portas ademit Oceanum.* Sic fere Codex *Pulmanni.* PVTEANVS. Foeda labes, ac ſine libris inſanabilis. Praeit ad verum, quod *Langii* Scheda exhibet: *Geſſorigiacenſibus muris.* Emenda indubitato: *Geſoriacenſibus muris.* Clarum infra hoc ipſo Panegyrico. LIVINEIVS. Locus miſerrime fractus, nec totus ab ingenio ſolo reſtituendus; mutilus enim. In partibus aliquantum iuverim, ſed auxilio non magnae rei. Pro *Geſorigiam* neſcio, an *Geſoriacum.* Sequentia ſic videntur reſtituenda: *conſenſibus miris pertinacem*, & mox detracta, quae repetita, ſyllaba, *errore miſero manum pir. f.* ultima ſic, *atque illis olim mare fretis alluens portus ademit.* ACIDALIVS. *Geſoriacum*, quae poſtea *Bononia* dicta, in Morinis. Hoc oppidum, vel portus Carauſiano praeſidio tenebatur. Conſtantius ita obſedit, mole in mari ſtructa, ut praeſidiariis neque exitus pateret, neque ex Britannia, ubi Carauſius agebat, auxilium adferri poſſet, quo factum, ut deditione in poteſtatem Conſtantii veniret. CELLARIVS. Cod. *Gud.* alter pro *Geſorigiamcenſibus*, ut habet *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* exhibet *Gergoviamcenſibus*, & mox pro *errore miſero Romanum*, ut illi, bene *errore miſero manum.* Cod. *Moerl. Germaniam cenſibus muris tunc pertinacem errore miſero Romanum.* Lectionem optime conſtituit *Livineius*, & ſic etiam ad oram Ed. *Froben.* adſcripſit *Schonhovius.* IAEGERVS. *Guelferb.* habet, *Gergoviam auſibus. Puteolanus* dedit *Geſoriam cenſibus*, reliqui *Geſorigiam cenſibus*, donec *Geſoria-*

miſero manum piraticae factionis, atque illis, olim mari fretis, adluentem
2 portas ademit Oceanum. In quo divina providentia tua, & par conſilio ef-
fectus apparuit, qui omnem ſinum illum portus, quem ſtatis vicibus aeſtus
alternat, defixis in aditu trabibus, ingeſtisque ſaxis, invium navibus red-
didiſti, atque ipſam loci naturam admirabili ratione ſuperaſti; cum ma-
re fruſtra reciprocum prohibitis fuga quaſi illudere videretur, tamquam nul-
lo

riacenſibus receperit *Gruterus*; recte, a *Geſoriaco*, ut editum eſt apud *Sueton.* Claud. 17. ubi *Graev.* pro quo alii *Geſſoriacum*, quae urbs, ſaltem Conſtantini aevo, *Bononia* dicta, idemque videtur portus eſſe, qui Caeſari *Iccius*, ex quo facilis erat in Britanniam traiectus, unde *Geſoriacum Morinorum gentis littus* memorat *Plinius* Hiſt. Nat. IV. 16. Confer pluribus *Cluverium* Antiq. German. II. 28. *Scriverium* Batav. p. 181. *Bergier.* de Viis militar. II. ſect. 43. n. 2. & 3. *Cellarium* Geogr. antiq. T. I. p. 241. *Weſſeling.* ad *Antonini* Itiner. p. 363. *Cannegieter.* Britenb. p. 50. Ampliſſ. *van de Spiegel* Oorſpr. der Vad. recht. p. 12. *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 216. infr. ad *Eumen.* Conſtantino 5. 2. Ceterum ignoro, unde *Bertius* de Agger. cap. 12. hunc locum ita citaverit; *cepit oppreſſam Geſoriacum, cenſibus murisque pertinacem.* Duplex denique hic *Loenſis* notandus error; alter, quo portum trabibus clauſum tribuat piratis, iisque fluctibus diſiectis tum demum urbe potitum eſſe Conſtantium: opus enim illud fuit Conſtantii, & demum, urbe iam capta, a maris fluctibus disiectum eſt; vid. num. 2. alter, quo *Eutropii* locum de Carauſio huc refert; pax cum eo facta ad Maximianum pertinet, ut modo dixi.

Miſero Romano] *Romanum* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* *Romanum* aequo longius eſt, & primores litterae ab extremo praecedentis verbi adhaeſerunt. *Manum* reſcripſeram de ingenio, quod in *Langii* Schedis poſt repperi. *Piraticam factionem* appellat Carauſii partes, qui imperium in Britannis invaſerat. LIVINEIVS. *Miſero Romanum* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus*, quod eſt in quibusdam Codd. etiam *Guelferb.* ſed *Romano Livineius*, & *Paull. Stephanus*; utrumque nullo ſenſu. *Manum* recte nonnulli in praeced. obſerv. coniecerunt, iam confirmatum a Cod. *Gudii* apud *Iaegerum* in nota praeced. & ſuſpicor ita quoque fuiſſe in MS. *Pulmanni* apud *Puteanum* ibid illud iam recepit *Gruterus*, & reliqui: ſingularis eſt lectio, quam in hoc loco excitando habet *Bertius* de Aggerib. cap. 12. *errore miſero Romanorum piraticae factionis rebellem.*

Adluentem portas] Alii *portus.* RHENANVS. Vet. *portis adeunt Oceanum*, lege *ademit.* PVTEANVS. Ante *Gruterum* omiſſum fuit *Oceanum*, neglectum quoque in prima Ed. a *Rivino.* Hinc in praecedenti obſervatione *Loenſis* legit, *illis mari fretis alluenti portus ademit*, & ita citat *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 199. niſi quod habet *alluente*; at vero *Acidalius*, *illis olim mare fretis alluens portus ademit.* In priori coniectura diſplicet plurale *portus* de uno, quem tantum Geſoriaci fuiſſe indicant ſequentia, *ſinum illum portus*; in poſteriori vix video, quo *fretis* referatur: praeterea, quamvis *portus* ſit quoque in *Schonhovii* excerptis, tamen Codd. & *Guelferb. portas.* Vellem, *Bertius* de Agger. cap. 12. monuiſſet, ex ingenio, an Codd. locum hunc ita excitaverit, *illis olim fretum alluens portas ademit.* Sed ut haec mittam, egregie ex ſuis mox *Oceanum* protulit *Livineius*, a *Grutero*, & ſequentibus, ut dixi, receptum. Ipſe, ni fallor, *portus*, & *Oceanum* tuetur *Eumenius* Conſtantino 5. 2. de eadem hac re locutus; *ferventem excluſit Oceanum*, —— *& quorum portas fluctus adlueret.* & Gratiar. act. 7. 2. *flumina ipſas oppidorum portas adluentia. adluens mare* eſt pro Inſtaur. Schol. 18. 3. ita *terras aeſtu adluere*, *Valer. Flacc.* IV. 132. *terras adluit Oceanus*, *Curtius* IV. 14. 9. *Florus* IV. 12. 46. *tumulum adluere*, *Lucanus* VI. 810. hinc male infr. 17. in fin. in quibusdam, *mediterranei ſinus abluunt.* adde *Drakenb.* ad *Livium* XXVI. 44. 10. —— Pro *ademit* habet *Guelferb. adeunt.*

Ademit. In quo] *Ademit Oceanum* Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita dicitur *Oceanum excluſiſſe* apud *Eumen.* Conſtantino 5. 2.

2. *Sinum illum*] *Illum ſinum*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Portis* eſt in *Guelferb.*

Aeſtus alternat] Intelligit acceſſum, & receſſum aeſtus maris, de quo *Plinius* lib. II. cap. 97. *Mela* lib. III. c. 1. & *Ariſtotel.* II. *Meteorol.* infra vocat *mare reciprocum*, & Incertus Conſtantino, *reciprocos fluctus illius elementi*; & *Mamertinus*, *ſanguinem reciproci fluctus ſorbuerunt.* *Auſonius* Epigr. 3.

Quod

lo uſu iuvaret incluſos, quaſi redire deſiſſet. Quaenam umquam mirabi- 3
mur valla caſtrorum poſt hoc novum in mari vallum? Quid erit mirum, 4
ſi qua murorum aut arieti non ceſſerit firmitas, aut machinas deſpexerit altitudo? cum Oceanus ille, tanto libratus impetu, tanta mole conſurgens, ſive ulterioribus, ut ferunt, terris repulſus, ſive anhelitu, quo reſpirat, evectus, ſeu quacumque alia ratione motus, ne-

Quod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis.

PVTEANVS. Eleganter hoc deſcribit *Curtius* IX. 9. 20. *Reciprocare coepit mare magno tractu aquis in ſuum fretum recurrentibus, reddebatque terras paullo ante profundo ſalo merſas.* —— *Guelferb.* pro *ſtatis* habet *ſtatutis*, quod interpretis eſt.

Loci naturam] *Loci* mallet deleri *Cortius* in margine Ed ſuae, tamquam diceretur Conſtantius ipſam ſuperaſſe naturam, ne ſtatis ita vicibus amplius poſſet mare alternare, quae τὰ φύσει πεφυκότα dicit *Lyſias* in Corinth. Socios p. 46. Sed nulla eſt neceſſitas; *loci naturam* ſuperabat, prohibendo, ne in portu, more conſueto, mare alternaret, ut *naturam fluminis vincere* dixit Paneg. Conſtantino 18. 4.

Tamquam nullo uſu] Reſponſat meis auribus *tanquam*, & verum arbitror *iamque*. LIVINEIVS. Lego, *tamque nullo u. i. incluſos, quam ſi red. Quaſi* etiam pro *quamſi*. Sed non in his Auctoribus ei locus; apud *Plautum* hoc monſtravimus. ACIDALIVS. Coniecturam *Livineii* in textum recepit *Cellarius*: τὸ *tamquam* & in ceteris Edd. omnibus, & in Codd. *Gud.* & *Moerl.* legitur. Sed *iamque*, & *tamque* aptius eſſe patet. IAEGERVS. *Tamquam* tueor ſecundum Codd. Effecerat Conſtantii moles, ut maris aeſtus non rediret, quo ipſo urbis praeſidium fuga impediebatur; huic itaque praeſidio mare videbatur inludere, quaſi plane redire deſiiſſet, & ita incluſos iuvaret, ideo quod hi, nullum maris aeſtum videntes, facile in ſuſpicionem adducerentur, id ſuae ſaluti fore, cum ita, ſi mare non rediret, navibus in portum non poſſet adpellere Conſtantius. Videtur ingenio ſuo indulſiſſe *Bertius* de Agger. cap. 12. cum totum hunc locum ita excitarit: *mare fruſtra reciprocum prohibuiſti fuga. Quaenam umquam*, &c.

Quaſi redire] *Ad quos* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. Fortaſſe, *ad quos redire deſiiſſet*, ut *Livineius* ad oram Editionis ſuae obſervat ex *Langii* coniectura. BAVNIVS. *Livineius* ex Schidis *Langianis* adfert, *ad quos*, ſatis commode. IAEGERVS. Verbum *inludere* poſtulat *quaſi*. —— In antiquioribus Edd. eſt, *deſiiſſet*.

3. *Vmquam*] Forte *uſquam*. LIVINEIVS.

4. *Si quae*] *Si qua muror.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Qua* iam eſt in Ed. *Henr. Stephani*, & Cod. *Guelferb. Firmitatem murorum* memorat contra arietes, *altitudinem* contra turres, quod recte monuit *Lipſius* Poliorc. III. Dial. 5.

Liberatus impetu] Alii *libratus*. RHENANVS. Vetus *libratus* PVTEANVS. Forte *libratus*. LIVINEIVS. In aliis legitur *liberatus*, quod non ita placuit. BAVNE. Pro *liberatus*, quod eſt in *Cuſp. Rhen. Steph. Livin. Paris.* priore, & MS. *Moerl.* nullo ſenſu, *Livineius* ſuſpicatur legendum eſſe *libratus*. Quae lectio & Cod. *Put.* & *Gud.* confirmata, & in margine Ed. *Rhen.* adpoſita, receptaque a *Baunio*, *Cellario*, *Patarolo*, nobis quoque eſt ſervanda. IAEGERVS. Verum eſt *libratus*, ducta a machinis bellicis metaphora, teliſve, quae ſummis viribus efferuntur. Conf. *Barthium* ad *Stat.* Theb. VIII. 438.

Vlterioribus] In *Guelferb.* eſt, *uberioribus*, male.

Sive anhelitu] Maris aeſtus cauſae a Philoſophis variae afferuntur. Hic duas tangit: ſive, inquit, a ventis repellatur, iiſque ceſſantibus refluat: ſive, ut Pythagoraei, Platonici, & Stoici putabant, mare ingens eſſet animal, quod cum ſe contrahit, ut ſpiritum hauriat, animamque ducat, tum eſt receſſus, cum vero dilatat ſe, & eandem animam veluti a pulmonibus reſpirat, tum vero eſt acceſſus. Plura eam in rem videri poſſunt apud *Ariſtotelem* II. Meteor. *Plinium* II. cap. 97. *Melam* lib. III. cap. 1. BAVNE. *Pomp Mela* III. 1. 15. Ed. *Gronov. Neque adhuc ſatis cognitum eſt, anhelitune ſuo id mundus efficiat*, (de cauſſis aeſtus, & receſſus Oceani loquitur) *retractamque cum ſpiritu regerat undam undique, ſi (ut doctioribus placet) unum animal eſt*, &c. Conf. quos ad eum locum laudat *Schottus*. IAEGERVS.

Quo reſpirat] MS. *Moerl.* & *Gud.*, *quem reſpirat*. IDEM.

nequaquam tua, Caeſar, clauſtra perfregerit, neque omnino convellerit tot dierum, ac noctium receptu, recurſuque, cum tot interim, qua terras circumfluit, littora ſolveret, ripasque defringeret; uno illo, ut res eſt, loco aut potentia veſtrae maieſtatis inferior, aut pro debito vobis honore clementior.

Cap. VII. Xerxes, ut audio, Perſarum rex potentiſſimus, pedicas iecit au-

Numquam tua] Vet. *nequaquam.* PVTEANVS. Melius, mea quidem ſententia, *nequaquam tua Caeſar*, ut reſtituunt aliqui ex veteri Codice. Nam re ipſa moles illa diſſiluit poſt confectam expeditionem, quod mox addit. BAVNE. Pro *numquam* in Cod. *Put. Gud.* & *Moerl.* legitur *nequaquam*, quod melius eſſe iudicat *Baunius*, quia re ipſa moles illa diſſiluit poſt confectam expeditionem, ut mox addit. Si vulgatam ſervari placet, illud *numquam* non tam preſſe accipiendum eſt, ſed referendum ad tempus obſidionis. IAEGERVS. Vera eſt *Baunii* criſis, vocemque ex Codd. reddidi, quamvis, qui ante ita emendaverint, ſciam neminem.

Clauſtra] Sic dixit, ut *Virgilius* Georgic. II.

Quid memorem portus, Lucrinoque addita
clauſtra?

Auctor iterum: *cum ſtatim atque obſidionem neceſſitas, & clementiae veſtrae fides ſolverat, eadem clauſtra, qui primus inſiluit, aeſtus irruperit.* LIVINEIVS.

Receptu recurſuque] Aeſtum deſcribit, qui abitu, redituque confit. Egregie ergo *occurſuque* eſt in *Cuſpin.* nam *recurſus* quid eſt aliud, quam *receptus?* at diverſum *occurſus.* LIVINEIVS. Melius fortaſſe *excurſuque*, id eſt, abitu, redituque. BAVNIVS. Non nego, bonam eſſe ſcripturam *Cuſpin.* Sic etiam *Mela* l. c. *recedere, atque adventare* dicit Oceanum, quae verba ſatis congruunt cum *receptu*, & *occurſu.* Sed enim vero *recurſum* nihil aliud eſſe, quam *receptum*, i. e. abitum, id largiri *Livineio* non poſſumus. *Recurſus* ſaepe eſt reditus, V. C. apud *Ovid.* Heroid. VI. 59.

Dent modo fata recurſus.

adeoque *receptus*, & *recurſus* diverſa ſunt, & ſibi invicem oppoſita, nec unius Codicis, bona quamvis, ſcriptura, contra reliquorum conſenſum, praeter neceſſitatem eſt obtrudenda. IAEGERVS. Nihil verius. Mare cum abierit, aeſtu recurrit. Ita *fretum recedens*, & *recurrens* opponit *Seneca* Herc. furent. 321. *undam per alternos recurſus labentem* dixit *Ovidius* Ibid. 423. ceteroquin de mari recedente eſt apud *Curtium* IX. 9. 20. Not. ad *Valer. Max.* III. 2. 23.

Ripasque defringeret] Exilius mihi videtur *defringeret*, ac *diffringeret* malim. LIVINEIVS. Malim *refringeret.* ACIDALIVS. Neutrum melius vulgato, quod ſignificat h. l. vi & impetu deterere. IAEGERVS. Recte; unde vulgatum tuetur *Burman.* ad *Sueton.* Caeſ. 37. *ripas* potuit intelligere de iisdem ad fluminum oſtia, potius tamen de littoribus acceperim, iis praeſertim, quae rupibus ſunt obſita, ut *Pomponius Mela* III. 9. 25. *vaſtis praeciſa montibus, ripae potius ſunt, quam littora.* adde *Schraderum* ad *Muſaeum* vs. 189. pro littore vocem *Rutilio* Itin. I. 322. reddere conatus eſt *Burmannus*, quod etiam ſibi in mentem veniſſe ſignificabat meus *Eldikius*, ut legatur,

Nec ſinuoſa gravi ripa labore caret.

editur *cura*, ſi tamen verum ſit, *ripam* hac notione de recto magis littore adhiberi, quod obſervat *Pintianus* ad *Melam* II. 1. 32. parum idonea eſſet *ſinuoſa ripa*; forte praevaleat *Almeloveenianum*, *ſinuoſa terra*; cum tamen maius latere vulnus videatur, legerim, *gravi cornua mole carent*, ſive *molem* accipias, ut apud *Ovidium* Heroid. II. 131.

Eſt ſinus, adductos modice falcatus in arcus;
Vltima praerupta cornua mole rigent.

ſive pro ſumma difficultate, quae navigationi obſtabat, ut apud *Tacit.* Hiſtor. III. 84. Annal. XIII. 35. *Ovidium* ex Ponto II. 5. 28. *Senec.* Oedip. 829. ut *tantae molis* per *difficultatis* interpretatur *Servius* apud *Virgil.* Aeneid. I. 33. adde *Heinſ.* ad *Claudian.* in Eutrop. II. 100. *Drakenb.* ad *Silium* XII. 38. *Cornua* autem ſinui recte conveniunt, cui illa tribuit *Ovidius* d. l. & Metam. V. 409. Faſt. IV. 479. *Florus* IV. 11. 4. ubi de Graeco κέρας *Dukerus* n. 9.

Vt

aureas in profundum, Neptunum ſe dictitans adligare, quia fluctibus ferociret. Stulta ille iactantia, & ſacrilega vanitate. At enim tua, Caeſar, 2
divina providentia & efficaci eſt uſa conſilio, nec inſultavit elemento, ut non provocaret odium, ſed mereretur obſequium. Quid enim aliud 3
interpretemur, cum ſtatim atque obſidionem neceſſitas, & clementiae veſtrae fides ſolverat, eadem clauſtra, qui primus incubuit, aeſtus irru-

Vt res eſt] Infra: *ita, ut res eſt, ſubiacentibus innatat*, &c. in Conſtantinum A. *Nullis, ut res eſt, muneribus Fortunae explentur, quorum cupiditates ratio non terminat*, &c. *Arnobius* adverſ. Gent. V. *Nec quid ſceleris cuperet conturbatis per inſaniam mentibus, aut retractare poterat, aut pervidere, ſed, ut res eſt, ponderis, & maieſtatis oblitus ad furta illa flagitioſa correpens ibat*, &c. eiusdem operis VII. *Delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis.* adde, quae notamus ad *Mamertin.* Genethl. 9. LIVINEIVS. Conf. ſupra ad princip.

1. *Pedicas iecit aureas*] Vid. *Herodot.* VII. 35. IAEGERVS. Orta enim tempeſtate, Helleſponto trecentas iuſſit plagas infligi, & par compedum in pelagus mitti. De pedicis *aureis* nihil tradit *Herodotus*, qui tantum *πεδέων ζεῦγος* habet, VII. p. 526. & *πέδας*, VIII. p. 670. *Arrian.* Exped. Alexandr. VIII. p. 472. *Themiſtius* Orat. IX. p. 226. *vincula*, *Virgilius* Culic. vs. 30. *compedes*, *Valer. Max.* III. 2. ext. 3. *catenas*, *Seneca* Conſtant. Sap. 4. hoc autem Xerxis factum inter Graecorum commenta, duce *Stanleio*, refert *Valckenaer.* ad *Herodot.* VII. p. 526. forte deſumſerunt ex ſimili narratione, qualis eſt apud *Aeſchylum* Perſ. 747. ubi de hoc facto conqueritur Darius:

Ὅϛις Ἑλλησπόντον ἱρὸν, δῦλον ὥς, δεσμώσασιν
Ἤλπισε σχήσειν, ῥέοντα βόσπορον ῥόον θεῦ,
Καὶ πόρον μετερρύθμιζε, καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
Περιβαλὼν.

ubi *πέδαις σφυρηλάτοις* forte ad ancoras pertinet, quas memorat *Herodotus* VII. p. 526. adde etiam *Bertium* de Agger. cap. 3. indicat enim ea vox, quod *malleo* eſt *fabricatum*, *σφύραις ἐληλασμένον*, ut *Heſychius* in V. potuerunt autem talia comminiſci ex ſimilibus, quae ſcribit *Aeſchyli* Scholiaſtes l. l. *τὸν Ἑλλήσποντον δεσμοῖς σιδηροῖς περιβαλὼν, ἤτοι γέφυραν ἐν αὐτῷ διὰ σιδήρυ ἐργασάμενος. —— ᾤετο δὲ, καὶ ὑπελάμβανε —— κρατήσειν πάντων τῶν Θεῶν, καὶ τῦ Ποσειδῶνος αὐτῦ.* adde eumd. ad vs. 72.

Qui fluctibus] Vet. *quia fluctibus.* PVTEANVS. *Quia*, *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *quia Livin. Rhenan.* & *Steph.*, *qui*; *Put.* Cod. *qui a.* IAEGERVS. In meo variantium ex *Puteaneo* apographo non diviſim *qui a*, ſed coniunctim *quia* legitur, unde in Ed. *Pariſienſi*, cui hae variantes ſunt additae, de typographi vitio ſuſpicor; poſſet ceteroquin *a fluctibus* exponi propter fluctus, de quo uſu dixi ad *Arator.* Epiſt. ad Vigil. vs. 30. *Guelferb.* etiam *quia*, quod primus recepit *Gruterus*, & ceteri praeter *Rivinum.*

Ferociret] *Guelferb. ferociter*, idque edidit *Puteolanus.* *Eumenius* Conſtantino 10. fin. *ferocire non audeant.*

Ille iactantia] In *Guelferb.* eſt *illa*, male, quamvis etiam ita citaverit *Savaro* ad *Sidon.* Epiſt. VII. 7. quod tamen in editis non deprehendi.

Sacrilega vanitate] Vtpote in Numen admiſſa, Neptunum ſcilicet maris Deum, Ethnicis cultum. PATAROL. *Sacrilegus* ita ſubſtantivo iunctum confirmat *Savaro* d. l.

2. *Efficacia eſt*] Lege, *efficaci.* ACIDALIVS. *Cuſpin.* & Cod. *Moerl. d. providentia & efficacia eſt uſa conſilio.* IAEGERVS. *Efficaci* dedit iam *Livineius*, & *Paull. Stephanus*; reliqui ante *Gruterum*, *efficacia*; alterum habet *Guelferb.* in quo tamen eſt *uſus.*

3. *Statim atque*] Infra: *Statim atque illo infeſtum maieſtatis tuae fulmen intenderas*; iterum: *ſtatim atque Britanniae littus invaſerat*; rurſum; *ſtatim atque ad littus illud exoptatus olim vindex & liberator appuleras.* Obſerva & *illico atque* pro eodem. Auctor in Conſtantinum A. *illico enim atque ille terris fuerat exemptus.* LIVINEIVS. Etenim propter quam aliam cauſam, niſi quo mare tibi obſequeretur, dicamus contigiſſe, ut ſimul atque ſoluta obſidio eſt, moles illa, quae nullis ante fluctibus ſubrui poterat, poſtquam tibi eſſe neceſſaria deſiit, dilapſa ſit derepente, veluti ſigno dato, & ſtatione peracta. BAVNE. *Eumenius* Conſtantin. 5. 3. de eadem hac obſidione, *exercitu virtute capto, clementia conſervato.*

Inſiluit] Codd. *Gud.* & *Moerl. qui pr incubuit.* Satis probabiliter. IAEGERVS. *Inſiluit* eſt ex Gloſſa; alterum reſtitui, tempeſtati proprium, ut apud

irruperit, totaque illa, quoad uſus fuit, invicta fluctibus acies arborum, veluti ſigno dato, & peracta ſtatione, dilapſa ſit? ut nemo dubitaret, portum illum, qui piratae, ne ſuis opem ferret, occluſus fuiſſet, vobis ad victoriam ſponte patuiſſe. Potuiſſet enim, Caeſar invicte, illo virtutis, ac felicitatis tuae impetu totum peragi continuo bellum, niſi aedificandis navibus dari

apud *Virgil.* Georg. II. 310. *Sulpic. Sever.* Dial. III. cap. 7. n. 3. tranſlate *Lucanus* III. 94. *Lactantius* Inſtit. II. 1. 9.

Irruperit] Simplex aptius *ruperit.* ACIDALIVS. & BAVNE. Nil neceſſe. Supr. Pro inſtaur. Schol. 20. fin. *vel inpetu inrumpit Oceanus.* infr. 18. 3. *pervecti Oceanum, qua terras inrupit.*

Piratae] Carauſio. LIVINEIVS. Male igitur mox *Guelferb.* & Ed. *Puteolani*, *ferrent.*

Victoriam] Supple *alibi quaerendam*, nempe in Britannia, aut Batavia. BAVNE. Victoriam de praeſidio Geſoriacenſi intelligit.

Potuiſſet enim] Forte *enim vero, Caeſar.* LIVINEIVS. Ineptum hic *enim.* nec tamen ſat ſcio, an hic quoque mutandum ſane, ut initio huius Panegyrici. ACIDALIVS. Aut delendum illud *enim*, aut addito verbo legendum, *potuiſſet enim vero*, &c. BAVNE. Sequentia praecedentium cauſſam plane non continent, unde ſuſpicor legendum *etiam;* ad victoriam ita portus patebat, ut etiam totum continuo bellum potuiſſet peragi. Permutarunt haec item aliis locis Librarii. Vid. *van Dorp* Obſerv. p. 35. apud *Sulpic. Sever.* Vit. Martin. 22. 1. *Traiectinus*, quamvis male, *perſaepe enim;* rectius idem Dial. II. cap. 3. 1. *ſenſerat enim;* niſi forte *enim* pleonaſmum hoc loco ſapiat, ut in exemplis apud *Schulting.* ad *Senec.* Controv. I. p. 67.

Aedificandis] Eodem Panegyr. in Conſtantinum A. *dum aedificandis claſſibus Britanniae recuperatio comparatur*, &c. Locum perlege. Meminit & *Mamertinus* in Maximianum A. LIVINEIVS. *Mamertini* locus eſt in Paneg. 12. 3. is autem, ſi de ipſa re loquamur, huc non pertinet, quia ad Maximiani contra Carauſium expeditionem eſt referendus, hac Conſtantii longe priorem; de locutione *aedificare naves* ibid. vide.

Dari tempus] *Cuſpin. dare temp.* IAEGERVS. Mox pro *ſuaſiſſet* in *Guelferb.* eſt, *ſucceſſiſſet.* corrupte.

4. *Omni nunquam*] *Tamen omni tempore* Vet. PVTEANVS. Supple *tempore*, itaque eſt in veteri Codice. BAVNE. Legitur etiam in *Gud.* & *Moerl.* IAEGERVS. Ex Codd. inſerui, quamvis ceteroquin omitti potuiſſet propter praecedens *tempus;* ſed talis repetitio Scriptoribus non infrequens; vide ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1.

Quos adiri] *Adire*, *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Cuſp.* & *Rhenan.* cum *Stephano*, *quos adire.* Sic certe verbum *iubere* infinitivo activo recte iungi, docet *Erneſtius* ad *Tacit.* Hiſt. I. 38. IAEGERVS. *Adire* etiam *Henr. Stephanus*, & prima Ed. *Rivinus;* alterum ſervat *Guelferb.*

Terra] Abeſt in Vet. LIVINEIVS. Conſtantius arma in Francos, Friſiam, & Bataviam depopulantes, convertit. BAVNE. Conf. ad cap. 6. init.

1. *Illa regio*] Bataviam ſentit. Clarum ex iis, quae proxime citavi. *Zoſimus* III. Τῇ Βαταβίᾳ προσχόντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, & quae ſequuntur; *ad Bataviam appulſi, quam bipertitus Rhenus inſulam facit, quavis fluminea maiorem.* LIVINEIVS. Batavia, quam, permittente Carauſio, Francorum gentes invaſerant, Conſtantius, pulſis barbaris aut captis, vindicaret. CELLARIVS.

Vendicata] Vet. *vindicata.* PVTEANVS. Incerti Paneg. Maxim. cap. 4. ad Conſtantinum: *Multa ille* (Conſtantius) *Francorum millia, qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, abduxit.* & Incerti Conſtantino cap. 25. Conſtantius *purgavit Bataviam, advena hoſte depulſo*, &c. BAVNE. *Vendicare*, an *vindicare* rectum ſit, dixi ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. 7. 3. adde *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 4. 10. Conſtantii de Francis victoria in numis quoque celebratur. Vid. *Morelli* Specim. p. 85.

Callidus interfluit] Vet. *Scaldis.* PVTEANVS. *Calidis* Vet., *Caldis*, *Bertin* Emenda *Scaldis* ex *Langii* Schedis. LIVINEIVS. Ita graphice, & ad amuſſim Bataviae ſolum depinxit, ut nullus pictor melius, nullus Rhetor ornatius, magisve appoſite dicendo aſſequi queat: niſi quod ſubeſſe mendas ſuſpicio eſt, ita ut reſtituendam hunc in modum lectionem exiſtimem: *Quanquam illa regio divinis expeditionibus tuis, Caeſar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit*, &c. Nam, quod pro *callidis* repoſuerim *Scaldis*, non temere, nec ſine autore facio. Quid enim acervata bina epitheta, praeter Latinorum ferme autorum uſum, ſibi volunt? quid *callidi* ſignificatio, huic

dari tempus rei neceſſitudo ſuaſiſſet. Quo tamen omni tempore numquam 4 ab eorum hoſtium everſione ceſſatum eſt, quos adiri continens terra permiſit.

Cap. VIII. Quamquam illa regio divinis expeditionibus tuis, Caeſar, vindicata, atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quam-

loco aliena, huc facit? Atenim ego facilem fuiſſe lapſum in duobus verbis, non ita multum abſimilis ſoni, ignorante ſcriptore, quid *Scaldis* eſſet, contenderim: niſi quis pugnet legendum eſſe *Vabalis*, quod alterius cornu Rheni nomen fuit, vel *Cornelio Tacito* teſte, qui lib. II. ita ſcribit: *Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſu, qua Germaniam praevehitur, donec Oceano miſceatur, ad Gallicam ripam latior, & placidior adfluens, verſo cognomento Vabalem accolae dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Moſa fiumine, eiusque immenſo ore eundem in Oceanum effunditur* Quibus ex verbis facile liquet, alterum Rheni oſtium, quod Belgicae oram praevehitur, *Moſae* nomine hodie clarum, *Vabalim* ſuperioribus locis, ubi divortii initium eſt, dictum fuiſſe, fortaſſis ab arenae, qua tingitur, ſubruffo colore, quem *Valum* vocant, quo nomine equum, quo Beliſarius, fortiſſimus dux, invectus fuiſſe legitur in Gothorum exercitu, ſubruffi coloris deſignabant Gothi, iaculis ſolum illum appetentes, uti apud *Procopium* legitur. Quoniam autem Bataviae ſolum ita ad ingreſſum intremit, & preſſum ſidit, concutiturque, quod de hac inſula, ut elegantiſſime ita veriſſime dixit, hinc ego factum puto, ut *Hollandiae*, quae Bataviae pars eſt, nomen a cavitate creatum ſit, ſiquidem ad pedum pulſum concuti eam certum eſt, & procul etiam pondus videri ſentire, atque vacillare, velut aquis innatantem, rideat licet *Martinus Dorpius* hanc nominis rationem. Addit & ſuam coniecturam de inſulae huius nomine *Petrus Nannius* noſter in ſuis Symmictis; illum legat, ſi quem iuvat iſta cognitio. IVNIVS. Animadv. IV. 11. Non auſus ſum invehere amnem aliquem libris, quanquam ſuaderet *Langianus* Codex legendum *Scaldis*, videremque *Livineium* inclinare in eandem coniecturam, quod meminiſſem placuiſſe magis *Iunio Vabalis*, quod aeque accedit ad literas. atque illud alterum, & alioqui verius eſt GRVTERVS. *Vabalis*; ſic *Hadr. Iunius*, *Hadr. Valeſius*, *Val. Acidalius* legunt, pro quo *Scaldis* in vulgatis erat, qui extra Bataviam amnis eſt. CELLARIVS. Incolis *Schelde*, fluvius Belgii. Oritur in Piccardia, fluitque per provincias, Hannoniam, & Flandriam, quam a Brabantia primum, inde a Zelandia dirimit, labiturque in Oceanum duobus vaſtis oſtiis. D. *Le Clerc* Biblioth. T. III. legit hoc loco *Vabalis*. Ita & *Cellarius*, cum *Iunio*, *Valeſio*, & *Acidalio*, a quibus non diſſentio. PATAROL. Pro *Vabalis*, in *Cuſp. Rhen. Livin. Steph.* textu *callidis*, in Schidis *Langii*, & Codd. *Put.* & *Moerl. Scaldis*, quam lectionem, adnotatam quoque a *Schonhovio*, probant *Livineius*, & *Pariſienſes*, a quibus diſcedit *Gruterus*, & *Cellarius*, qui cum *Hadr. Iunio*, *Hadr. Valeſio*, *Clerico*, & *Acidalio* legit *Vabalis*, quia Scaldis extra Bataviam amnis eſt; probatur haec lectio etiam *Patarolo*, licet *Scaldis* in textu exhibeat, & *Schwarzio*, qui ab iſtis Viris nos vetat diſſentire. Et ſane, niſi Auctorem in nomine amnis erraſſe dicamus, quod equidem nolim, recipienda omnino eſt emendatio. IAEGERVS. *Cellarium*, in contextu *Vabalis* admittentem, ſecutus eſt *Iaegerus*, me quidem invito, & mirante, qui illud adeo Eruditis placere potuerit. Meliores enim Codd. in *Scaldis* conſentiunt, neque alio nos corrupta quorumdam ducit ſcriptura in *callidis*, *caldis*, & *calidis*. Plus dicam; ſi *Vabalis* admittatur, mihi *Eumenium* videri bis idem, ſine ulla neceſſitate, dixiſſe. Ecce enim, haec addit; *quamque divortio ſui Rhenus amplectitur*; eſt autem *divortium* proprie via in diverſum tendens. *Iſidorus* Origin. XV. 16. *Divortia ſunt flexus viarum, hoc eſt, viae in diverſa tendentes.* hinc de fluminibus dicitur, quae, cornu facto, aliorſum divergunt, & in mare exeunt, ut *flumina ſpargere in divortia Ponti*, *Lucanus* Pharſ. II. 404. adde *Freher.* ad *Auſonii* Moſell. vs. 432. via itaque regia, ex qua alia deflectit, non eſt *divortium*, ſed tantum alia illa, quae deflectit, & ab altera eſt ſeparata: ſimiliter illud flumen, quod *Rheni* nomen ſervat, eſt ipſe Rhenus, non *Rheni divortium*; at quod ex Rheno aliorſum deflectit, & ab eo ſeparatur, eſt ipſius *divortium*; is autem eſt ipſe Vabalis, per quem demum efficitur, ut inſulam Rhenus amplecti dicatur, ſollemni voce, qua etiam Euphrates Syriam *amplexu ſuo tegere* apud *Mamertin.* Paneg. 7. 5. neque aliter *Eumenius* Conſtantino 6. 3. *inſulam, quam divortio ſui idem amnis* (Rhenus) *amplectitur.* ubi conf. *Putean.* Pari ſenſu intelligen-

quamque divortio ſui Rhenus amplectitur, pene, ut cum verbi periculo loquar, ter-

gendus *Zoſimus* Hiſtor. III. 6. τὴν Βαταβίαν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ. vertitur male, *Bataviam bipartito Rhenus dividens;* utrum Rhenus Bataviam dividit? tu cape σχιζόμενος paſſive, *Rhenus in duas partes diviſus*, facto nempe divortio. Haec ſi vera ſint, & mihi quidem ex linguae analogia videntur, non ſine moleſta repetitione Noſter regionem deſcripſiſſet, quam *interfluit Vahalis, & quam Rhenus Vahali amplectitur.* Praeterea *regionem* omnes hic eſſe conſentiunt Batavorum inſulam; vellem autem, *Cellarius*, & reliqui docuiſſent, qui eam poſſit dici Vahalis *interfluere*, quam praeterfluit. Donec igitur adferantur meliora, *Scaldis* tueor, & ex hac quoque lectione argumentatus eſt *Altingius* Notit. German. infer. Part. I. p. 120. Videntur Interpretes in *Vabalis* facti procliviores, quod putaverint de una tantum regione, ſive ſola Batavia, *Eumenium* loqui, quem duas adtigiſſe cenſuerim, alteram, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, alteram, quam Rhenus & Vahalis amplectitur, ſive Batavorum inſulam; in quam ſententiam me duxit tum Viri Ampliſſimi *van de Spiegel* auctoritas, ita locum hunc capientis, in Origin. Iur. Patrii p. 16. tum vero etiam Hiſtoriae ſeries. Capta enim Geſoriaco, ad debellandos Francos, Bataviam, agroſque vicinos depopulantes profectus dicitur Conſtantius. Ad eos Geſoriaco progredi non potuit, niſi regionem, quam *interfluit Scaldis*, tranſierit, tum ut in Bataviam pergeret, tum vero etiam, ut Francos, ad Scaldim quoque dominantes, coerceret; hos enim eodem tempore regiones ad Scaldim quoque invaſiſſe didici ex Incerto Paneg. Maxim. & Conſtant. 4. 2. *Multa ille* (Conſtantius) *Francorum millia, qui Bataviam, aliaſque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit.* Habita videtur illa Oratio Treviris, in qua urbe, illo tempore, degebat Maximianus, coram quo praeſente dicta eſt; regiones itaque *cis Rhenum*, a Batavia diſtinctae, ſitae fuerunt a Batavia ultra ſiniſtram Vahalis ripam, itaque eaedem illae, quas interfluebat Scaldis, & forte intellexit Panegyriſta Scaldim inter & Moſam ſitas, noſtram Zeelandiam, regioneſque adiacentes complexas, ut ſuſpicatur idem illud Patriae noſtrae, doctrinaeque adcuratae ornamentum, *van de Spiegel* d. l. Reſtat, ut oſtendam, in illis regionibus, quas interfluit Scaldis, eamdem fuiſſe ſoli indolem, quam hic admodum eleganter, & ex naturae veritate depingit *Eumenius.* Geſoriaco profectus Conſtantius Morinorum agros tranſire debuit; his autem Toxandros, & Menapios, tamquam vicinos, addit *Plinius* Hiſt. Nat. IV. 17. & aperte *Strabo* Geogr. IV. p. 296. τοῖς Μεναπίοις εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορῖνοι. & p. 305. ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν. iam vero *Strabo* d. l. p. 296. Morinorum ſolum illi Menapiorum ſimile fuiſſe adfirmat, Menapiorum autem ita deſcribit: τῶν ἐκβολῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη, καὶ δρυμοὺς, οὐκ ὑψηλῆς, ἀλλὰ πυκνῆς ὕλης, καὶ ἀκανθώδους. eſtne hoc ſolum aeque paluſtre, atque illud *Eumenii*, &, propter mare frequenter exaeſtuans, mihi videtur ſimile fuiſſe illi Cauchorum, de quo ita *Plinius* Hiſt. Nat. XVI. 1. *effuſus in inmenſum agitur Oceanus, aeternam operiens rerum naturae controverſiam, dubiumque, terra ſit, an pars maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia ſtructa manibus ad experimenta altiſſimi aeſtus, caſis ita inpoſitis, navigantibus ſimiles, cum integant aquae circumdata, naufragis vero, cum receſſerint.* ita cum quibusdam legendum, non *dubiumque terrae ſit, an parte in maris.* idque vel hic *Eumenii* locus confirmat. Conſtantium vero propius mare ad Scaldim, & in Batavia res geſſiſſe, inde colligo, quia magis regiones mari vicinas invaſiſſe videntur Franci, tum Carauſii adiuvandi cauſſa, tum vero etiam piraticae, cui erant adſueti, exercendae. Vnde & mihi fit veriſimile, Francorum *Saliorum* nomen a *ſalo*, ſive mari, quod adcolebant, fluxiſſe; id iam vidit *Vredius* Hiſt. Comit. Flandr. p. 103. a quo nihil differt Ampliſſimi *van de Spiegel* Orig. iur. Patrii p. 16. derivatio a ζαλῆ, probata a *Cruiſſelbergenio* in Actis Societ. *Vliſſing* T. II. p. 16. & *Ceriſier* Hiſt. Foed. Belg. T. I. p. 67. Ed. Belg. neſcio tamen, utrum oppoſitum Francorum *Ripuariorum* nomen, ex Latino fonte ductum, quoque in *Saliis* non magis pro Latina, quam Graeca, ſtet derivatione. A *Spiegelio* diſſentit quidem *Barels* over het enkel verband p. 56. qui ab ipſa lege *Salica* hoc nomen deducit, quam ita adpellatam, quia de *Sala*, ſive bonis praeſertim ſanxit, & ſub Pharamundo, Francorum Rege, latam arbitratur. At Salios dudum ante ex conſuetudine hoc nomen habuiſſe teſtatur *Ammianus* XVII. 8. Conf. *Pontanum* Orig. Francic. II. 8. & ante Pharamundum latam eſſe legem, ſunt etiam, qui conſtituant, quia in eadem nulla Regum, quorum primus creditur Pharamundus, ſed Procerum Gentis mentio. Conf. *Heineccium* Opuſc. Varior. Syllog. III. p. 255. Sed haec non ſunt huius loci. Non tempero mihi, quin

terra non eſt. Ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non ſolum, qua manife-ſte

quin ultimum pro *Scaldi* argumentum addam ex iis, quae ſequuntur n. 4. *Sed neque illae fraudes locorum, nec, quae plura inerant, perfugia ſilvarum barbaros tegere potuerunt.* Id vero Morinis, & Menapiis uſitatum fuiſſe tradit *Strabo* Geogr. IV. p. 296. κατὰ δὲ τὰς πολεμικὰς ἐφόδους συμπλέκοντες τὰς τῶν θάμνων λόγους, βατώδεις ὄντας, ἀνέφραττον τὰς εἰσόδους. —— ἀυτοὶ δὲ κατέδυνον ἐις τὰ βάθη πανοίκιοι, νησίδια ἔχοντες ἐν τοῖς ἕλεσι, &c. idem de Menapiorum fuga in ſilvas, & paludes tradit *Caeſar* B. G. VI. 5.

Quamquam divortio] Vet. *quamque*. PVTEANVS. *Quamque*. ACIDALIVS. Si verba haec ſtricte accipiantur, intelligenda ſunt de Batavia inſula, *L'Isle de Betue*. BAVNE. *Quamque* confirmant Codd. Locutionem *divortio ſui* adſerui ad *Mamertin*. Paneg Maxim. 13. 4. Genethl. 2. 1. *Buneman*. ad *Lactant*. Inſtit. VII. 4. 11. de Ira 13. 1.

Cum verbi periculo] Egregie vertit Ampliſſimus *van de Spiegel* Orig. iur. Patr. p. 15. *om zo te ſpreken*. Indicat enim *periculum* audacem vocis tranſlationem, qua res ultra naturam fere deſcribatur, ſive, cum adhibeatur *mira ſublimitas*, *qua res audaci*, *& proxime periculum tranſlatione adtolluntur*, ut ſcribit *Quinctilianus* Inſtit. Orator. VIII. 6. ubi *Burman*. Eodem ſenſu videtur *Baunius* cepiſſe haec *Pacati* Paneg. 7. 6. *ſed ſine exempli periculo providebitur*; interpretatur enim, *absque eo*, *quod quisquam ſperare idem poſſet*; ſed meliora docuerunt *Schwarzius*, & Pater meus. —— Ex hac autem Batavi ſoli, quam deſcribit, indole ſunt, qui *Hollandiae* nomen repetant, quaſi dicas terram cavam, & paluſtrem, ut inter alios *Matthaeus* de Nobilitat. cap. 12. p. 50. a Danis repetit *Bertius* de Agger. cap. 13. parum id *Wagenaario* placet Hiſt. Patr. T. II. p. 173. quia primam *Hollandiae* mentionem ſibi viſam teſtatur in Diplomate Henrici IV. apud *Hedam* p. 129. Diderici V., Hollandiae Comitis, tempore, unde ſequi putat, ſi a Danis fuiſſet oriundum, nomen illud iam antea debuiſſe occurrere; ſed parum ea perſuadet ratio; quis enim dixerit, utrumne ſit lectum in antiquioribus Diplomatibus, aut adhuc latentibus, aut deperditis? & praeterea ſerius potuiſſet id nominis inponi, proximis Danorum, Normannorumque in Bataviam excurſionibus ſub Diderico III. Mihi videtur ex ſilvarum, arborumque copia nomen ductum, tamquam *Holtlandia*, neque tamen datum ei regioni, quam ita iam adpellamus, ſed Comitatui cuidam, quales olim in uno tractu fuerunt plures, & forte illi, qui prope Dordracum; haec enim antiquiſſima illius, quam nunc *Hollandiae* nomine ſignificamus, pars, poſtea a Diderico VII. Brabantiae feudum facta, vid. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. II. p. 293. univerſa enim regio, quam *Hollandiam* adpellamus, olim magis *Bataviae*, deinde *Friſiae* nomine continebatur, tum eo tempore, quo ad Scaldim Moſamque patuit Friſia, tum vero etiam illo, quo, Friſiis fere intra priſcos fines remotis, idem tamen manſit nomen, ut Traiectum, ſub Diderico IV., *urbs Friſiae* dicitur, & Vlaardinga, ſive Phladirtinga, per quam Dordracum intelligendum putant, apud *Herman. Contractum* in Chronic. T. III. Theſ. *Caniſiani* p. 268. & 269. conf. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. II. p. 165. ipſa Friſia *Flandriae* dicitur *contermina*, apud *Lambertum Schafnaburgenſem* ad A. 1072. Vid. *van de Spiegel* Origin. iur. Patr. p. 27. *Wiarda* de Comit. Friſic. p. 49. *Ceriſier* Hiſt. Foed. Belg. T. I. p. 77. & 84. Ed. Belg. Forte etiam derivationi a ſolo paluſtri hoc opponi poſſet, quod, quamvis antiquiſſimo tempore ea fuerit indoles, quam ex *Eumenii* mente etiam deſcribit *Pontanus* Hiſt. Gelr. T. I. p. 18. tamen illa aetate, qua ortum ſit *Hollandiae* nomen, videatur iam ita inmutata, ut a paluſtri indole non facile nomen repeteretur; per limum enim maris aggeſtum, aliasque cauſſas ſolum eſt factum altius, firmius, foecundiusque, quod exemplis arborum, ad pedes XV. e terra in portu Delfenſi, & Leidae praecedenti ſeculo effoſſarum, docet *Bertius* de Agger. cap. 13. cuiusmodi exempla aliae quoque in patria noſtra regiones aliquando praebent, & de quibus eleganter diſſeruit acutiſſimus, mihique, dum viveret, amiciſſimus apud Groninganos Collega, *Brugmanſius*, in Orat. Actis Societ. *Groninganae* Tom. I. adnexa.

2. *Vt non*] In Guelferb. eſt, *& non*, male.

Quae manifeſte] *Qua*, *Cuſpin. Rhenan*. LIVINEIVS. *Qua*; ſic libuit cum chalcographorum libris, etſi reſtet in ſcriptis *quae*. Ceterum quae faciunt ad loci huius explicationem uberrimam, iucundiſſimamque, petenda e Batavia *Hadriani Iunii* cap. 13. GRVTERVS. *Qua*. ACIDALIVS. Pro *qua Livineius* in textu *quae*, *Stephan*. *quam*, optime *Cuſp*. & MS. *Moerl qua*. IAEGERVS. *Livineium* quoque ſecutus eſt *Paull. Stephanus*. *Qua*, quod recte recepit *Gruterus*, eſt quoque in *Guelferb*. poſitum pro ea parte, qua. Dixi ad *Sedu-*

ſte paluſtris eſt, cedat ad niſum, & hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam, ubi paullo videtur firmior, pedum pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mo-
3 ta pondus teſtetur. Ita, ut res eſt, aquis ſubiacentibus innatat, & ſuſpenſa late vacillat, ut merito quis dixerit, exercendum fuiſſe tali ſolo militem ad navale
4 certamen. Sed neque illae fraudes locorum, nec, quae plura inerant, perfugia fil-

dulium I. 137. adde *Boltium* Silv. Crit. p. 94. —— Eſt autem haec ſoli Batavi deſcriptio ſimilis illi, quam de Claudii Civilis tempore dedit *Tacitus* Hiſt. V. 23. *crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis paluſtrem, humilemque inſulam in faciem ſtagni opplevit.* neque hoc tantum ab imbribus, ſed etiam a Rheni, Vahaliſque inundatione videtur derivandum. Quamvis enim aggerem contra dextrum Rheni cornu dicatur feciſſe Druſus, cuius ſitum deſcripſit *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 58. eum tamen ſuſtulit Civilis, ibid. p. 173. Videntur quidem & alii aggeres fuiſſe, poſtea facti, qui etiam viae militaris uſum praeſtiterunt, de quibus copioſe diſſeruit Socer meus in Monument. Dodenw. cap. 19. ſed veriſimile mihi ſit, per frequentes Francorum, aliorumque incurſiones eos ſaepe fuiſſe diſiectos, & flumini viam dediſſe. Aut poteſt terra illa paluſtris ad partem referri vicinam mari, eiusque aeſtui expoſitam; aggeres enim Oceano oppoſitos hac aetate ignorabant, & ignoraverunt ad Comitum tempora, ſi vera ſit opinio *Barelſii* over het enkel verband p. 27. atque tunc ad ſuperiorem partem, aggeribus munitam, poſſet *firmior* illa terra referri, quam memorat *Eumenius.*

Plauſtris] Vet. *paluſtris.* PVTEANVS. Illud *plauſtris* dedit *Rhenanus*, & *Henr. Stephanus*; retinuit, quamvis ex aliis meliora diſcere potuiſſet, *Rivinus.*

Ad nixum] Vet. *niſum.* PVTEANVS. *Niſum* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *nixum*, quod eſt in Ed. *Livin. Rhenan. Stephan. Patar. Cell.*, exhibet Vet. Cod. *Livin. Bertin. Put. Moerl. niſum.* Aſt prius hoc loco melius convenit, ſi non plane pro nihilo habendum videatur diſcrimen, quo *niſus* ad animum, *nixus* ad corpus refertur, quod tamen, ut pleraque huius generis, non eſſe perpetuum ſatis conſtat. IAEGERVS. In *Guelferb.* quoque eſt *niſum*, quod ex conſenſu aliorum Codd. reſtitui, ob ea, quae dicta ſunt ad *Mamertini* Paneg. 12. 7. *Terrae* autem ad *niſum cedenti* ſimile eſt *incertum vadum*, in quo ſine titubatione non conſiſtat miles, apud *Livium* VIII. 24. 11. ut locum expoſui ad *Arator.* II. 1075. contrarii ſunt *certi pedes* apud *Horatium* A. P. 58. *certos paſſus* vindicavit *Ovidio Burmannus*, Metam. III. 175. hinc apud *Quinctil.* Declam. I. cap. 6. in fin. emendo, *cuius humeris certior incumbet*, ut *veſtigia errantium incerta* ſunt apud eumd. Declam. II. cap. 16.

Hauriat] Id eſt, ut pedis inpoſiti veſtigium non ſuperſit, ſed illud ſtatim aqua inpleatur, & ſolum veluti ſugendo retineat, aut totum abſorpſiſſe veſtigium videatur, ut paludes dicuntur *feras haurire* apud *Lucan.* IV. 101. & *profundo limo merſos* memorat *Livius* XXXI. 37. 8. ubi Not. atque hoc ſenſu *ſtagna avidi ſoli* capio in difficili loco *Lucani* II. 71. a quo parum differt Viri Cl. interpretatio in Actis *Lipſiens.* 1742. p. 7. quamvis emendare ſit conatus *Burmannus*, *Oudendorpius*, & alii, inprimis etiam *Clercquius* Specim. in *Lucan.* I. p. 60.

Vbi] Corrupte *Guelferb. tibi.*

Quatiatur] *Guelferb. quatitur.* Huc pertinet *Ovidius* Heroid. XVI. 59.

Ecce pedum pulſu viſa eſt mihi terra moveri.

Homerus Iliad. B. 465.

Ἀυτὰρ ὑπὸ χθὼν
Σμερδάλεον κονάβιζε ποδῶν ἀυτῶν τε καὶ ἵππων.

quae forte *Floro* fuerunt obverſata, de exorto terrae tremore ita ſcribenti, II. 6. 14. *niſi illum horrorem ſoli equitum virorumque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt.* quamvis ob id recte eum damnaverint eruditi Interpretes. —— Statim *Guelferb.* ordine mutato, *pondus mota.*

3. *Res eſt, ſubiacentibus*] *Aquis ſubiacentibus* Vet. PVTEANVS. MS. *Gud.* & *Moerl.* addit *aquis.* IAEGERVS. Ob Codd. auctoritatem neglectam in omnibus Edd. vocem reſtitui. —— De locutione, *ut res eſt*, propria *Eumenio*, vide ad princip. & ſupr. 6. 4.

Duxerit] Vet. *dixerit.* PVTEANVS. Cod. *Moerl. Gud. Put. dixerit.* τὸ *dixerit* praeferam. IAEGERVS. Quem in recipienda hac voce ſum ſecutus, iudicium quoque Patris mei, ex ingenio, in Edit. ſuae margine, ita emendantis.

Fuiſſe tale] Vet. *tali.* PVTEANVS. *Capitolini* de Maximiano verba hic aſſcribam, quae mirifi-

ſilvarum barbaros tegere potuerunt, quo minus ditioni tuae divinitatis omnes ſeſe dedere cogerentur, & cum coniugiis, ac liberis, ceteroque examine neceſſitudinum, ac rerum ſuarum, ad loca olim deſerta tranſirent, ut, quae fortaſſe ipſi quondam depraedando vaſtaverant, culta redderent ſerviendo.

CAP. IX. Quis hoc umquam futurum, etiamſi coram voluiſſet adfari, Deus an-

rifice haec illuſtrant: *Denique quaſi navale quoddam praelium in palude fecit, plurimosque illic interemit.* Tu compara, ſis, mi Lector. Proxime *navale certamen* intellige, quod adverſus Carauſium parabatur. LIVINEIVS. Cod. *Moerl. exercendum eſſe.* IAEGERVS. *Eſſe* etiam eſt in *Guelferb.*

4. *Sed neque*] *Schonhovii* excerpta, *Tamen neque.* ſimiliter *fraudes locorum* ſunt apud *Tacitum* Annal. XII. 33. pertinent autem hic illae *fraudes* ad paludes, ut *perfugia* ad ſilvas refert, & ita Paneg. Conſtantino 12. 2. *perfugia ſilvarum ac paludium* memorat. ad inluſtrandum hunc locum facit *Strabo* Geogr. IV. p. 296. cuius verba ad n. 1. protuli.

Plura inerant] *Gud.* primus *inhaereant*, *Moerl.*, *inierant.* Pro *plura* malim *plurima.* IAEGERVS. *Inierant* etiam *Guelferb.* Poſſet hoc tueri *Strabo* Geogr. IV. p. 296. de his latebris; αὐτοὶ δὲ κατέδυνον εἰς τὰ βάθη, malim tamen vulgatum ſervare. Neque *plura* mutaverim, id enim ſaepe pro plurima poni docuit Pater meus ad *Aurel. Victor.* Inluſtr. 3. 2.

Seſe dedere] *Moerl.*, *ſecedere.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* praeterea *ditionis Puteolanus;* utrumque corrupte.

Coniugibus] Ποιητικώτερον *coniugiis*, quod in Vet. eſt diſerte. *Propertius* II. Eleg. 15.

Exemplo iunctae tibi ſint in amore columbae
Maſculus & tutum femina coniugium.

Claudianus de Eutropio, qui ſubinde heros mutaret:

Vetuſtum
Servitium, ſemperque novum.

& alia talia paſſim. LIVINEIVS. *Coniugiis* eſt in ſolo vet. exemplari *Livineii:* ipſe in textu ſuae Editionis, uti etiam *Cuſp. Rhen. Steph.* MSS. *Gud.* & *Moerl.* habent *coniugibus.* Locus quidem *Propertii* perperam eſt adſcriptus; in eo enim non legendum eſt *tutum coniugium*, quo ſignificetur fidelis coniux, ſed *totum coniugium*, ut omnes libri, nullo diſſentiente, exhibent, teſte *Brouckhuſio*, quem vide. Verum ut in citato *Claudiani* loco, & ſexcentis aliis, *ſervitium* pro ſervis, ut *matrimonia* pro uxoribus interdum, ſic etiam *coniugium* poni pro coniuge a Poetis certiſſimum eſt. *Iuvenalis* VIII. 218. ſq.

Electrae iugulo ſe polluit, aut Spartani
Sanguine coniugii.

ubi vid. *Grang.* Licet itaque τὸ *coniugiis* unius tantum Cod. ſuffragio nitatur, illud tamen, ex lege Critica, quae e duabus lectionibus minus uſitatam iubet praeferri, tuendum iudicavi, ſecutus *Pariſienſes*, *Patarolum*, & *Cellarium*, qui lectionem hanc, a *Livineio* commendatam, ſunt amplexi. IAEGERVS. *Coniugiis* primus dedit *Gruterus*, cui ſequentes praeter *Rivinum* ſunt adſtipulati, & in eo ſequor adcuratum *Iaegeri* iudicium, propter abſtracta, ut vocant, frequenter pro concretis poſita; ναυαγία *Aeſchylus* Perſ. 420. ſimilia, etiam in *coniugiis*, exempla dedi ad *Sedulium* I. 218. & 237. *Aratorem* Epiſt. ad Florian. 17. adde *Reineſium* Epiſt. p. 391. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 21. 4. & Mort. Perſec. 8. 4. *Rittershuſ.* ad *Corippum* III. 163. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 14. 1. & 24. 4.

Examine] Ita *Plinius* Paneg. cap. 26. *examina infantium* pro turba infantium, ubi plura ex *Horatio* ſumpta exempla attuli. BAVNE. *Gud. agmine.* IAEGERVS. *Agmine* eſt ex gloſſa. *Pacatus* Paneg. 32. 3. *tantis examinibus confluebant*, ubi plura meus Pater, & *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 10. 14.

Deſerta] Conſtantius captivos in Gallia ad agrum colendum, cultoribus deſtitutum, diſtribuit; vide mox cap. 9. CELLARIVS.

Depraedando] Corrupte *Guelferb. deprecando.*

1. *Etſi coram voluiſtis*] Opinor ſic legendum, *etiam ſi coram voluiſſet affari Deus.* RHENANVS. *Etiam ſi coram voluiſſet quis affari Deus*, fortaſſe. SCHONHOVIVS. Sic Vet. *etiam ſi coram voluiſſet affari.* PVTEANVS. *Voluiſſet affari* Sched. *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Alludit ad illud Aeneid. IX. 6.

Turne, quod optanti Divum promittere nemo
Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

BAV-

ante vos Principes perſuadere potuiſſet, quod nunc vidimus, & videmus, totis porticibus civitatum ſedere captiva agmina barbarorum, viros attonita feritate trepidantes, reſpicientes anus ignaviam filiorum, nuptas maritorum, copulatas vinculis, pueros ac puellas familiari murmure blandientes, at-

BAVNE. Vt edidi, eſt in *Guelferb.* & inde a *Grutero* eſt receptum, pro corrupta priorum lectione, quam adhuc retinuit *Rivinus*, *etſi coram voluiſtis & affari*, aut, quod habent *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, *etiamſi coram voluiſtis & affari*. Poſſet *Schonhovii* tolerari interpunctio, qua *Deus* ad *adfari*, non ad *perſuadere* referatur, ſed vulgata praeſtat, quia *Deum Principibus* opponit eodem modo, quo *Mamertin.* Paneg. 5. 1. *quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis adtuliſſet, niſi tu adfuiſſes.* parum diſtant haec *Ciceronis* pro Marcell. 7. *Quem Deum, ſi cupiat, opitulari poſſe Reip. credamus.* ubi *Abramus.*

Nunc vidi] Vet. *vidimus.* PVTEANVS. Lege, *quod tunc ibidem vidimus*, *totis* &c. ACIDALIVS. *Et videmus* deſunt in MS. *Moerl.* IAEGERVS. *Vidi* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*; ſed iam *Livineius* recte *vidimus*, quod probant *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta. Supereſt tamen forte quid vitii in parum apta repetitione, *nunc vidimus & videmus*; ſuffeciſſet enim, *nunc videmus*, aut *nunc vidimus*, niſi pertineat ad id, quod brevi ante, & nunc etiam videbat; poſſet igitur ex *Moerl.* poſterius omitti, malim tamen ex *Guelferb.* pro *&* ſcribi *ut*, ſed diſtinctione mutata, hoc pacto, *quod nunc vidimus. Vt videmus totis* &c. *Vt* valet qua ratione. *Eumenius* Conſtantino 13. 2. *pulcrum tibi videtur* —— *ut Rhenus ille calcetur.* & ita ſaepe eſt admirantis. Confer *Heinſium* ad *Claudian.* Stilicon. II. 327. *Duker.* ad *Florum* Prooem. 5. *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 31. 2. nihil tamen in textu mutavi, ne videar audacior.

Totis porticibus] Pro *totis*, i. e. omnibus, *porticibus civitatum ſedere* alter *Gud.* habet, *tot. port. civitatem inſidere.* IAEGERVS. *Civitatem inſidere* minus probo, cum praeſertim ſit eorum, qui locum capiunt, quo maneant, domiciliumque ſibi teneant. Conf. ad *Mamertin.* Paneg. 1. 2. *ſedere* magis eſt captivorum, ſive eorum, qui ſtupore velut adtoniti ſunt, conditionisque ſuae fata moerent. Ita de Romanis, cum Roma a Gallis caperetur, *Livius* V. 40. 2. *Veſtiti medio aedium eburneis ſellis ſedere.* & num. 8. *intuebantur in aedium veſtibulis ſedentes viros.* eſt itaque hoc verbum miſerorum, & fortunam lugentium adverſam. Apud *Quinctilian.* Declam. XVII. 4. *locus*, *in quem ſecedebam reus*, emenda ex meo Cod. *in quo ſedebam.* conf. ibi *Burmannum*, & *Alberti* Obſerv. Philol. p. 24. *Burmann. Secundum* ad *Propert.* IV. 4. 31.

Barbarorum] Francorum. LIVINEIVS. *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 199. in margine notat, alios hic legere *Francorum*, quod tamen in nullo deprehendi, & paſſim in his Panegyricis *barbari* ſunt Franci, ſimilesque.

Veritate] *Feritate*, vel *ſeveritate.* SCHONHOVIVS. Vet. *feritate.* PVTEANVS. Lege *feritate*, quod idem mendi *Eumenii* Rhet. Orat. *non magis veritate Francorum velut hauſta dedeſerat.* ACIDALIVS. Videtur illud *veritate* ex typographi errore ortum in *Rhenani* Edit. Alterum Francis, quos hic intelligit, tribuitur. Supr. Pro inſtaur. Schol. 18. 3. *feritate Francorum velut hauſta.* Paneg. Conſtantino 5. 3. de iisdem; *feritatem ponere cogerentur.*

Annuam ignaviam] *Anus ignaviam* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS.

Copulatas vinculis] Vet. *vinculis copulata.* PVTEANVS. In MS. lectionibus ex *Puteaneo*, quas habeo, non *copulata*, ſed *copulatas* legitur, ut adeo in eo Cod. non niſi verborum ordo fuerit inverſus, vulgatum tamen *Guelferb.* & alii habent. De verbo *copulare* vid. *Torren.* ad *Val. Max.* VII. 4. ext. 2.

Ac puellas] In *Guelferb.* eſt *atque.* Eleganter de pueris *murmur* addit, ut uſum loquelae nondum perfectum, ſed quamdam imitationem indicet: quomodo fere *murmura verborum* a clara voce diſtinguit *Ovidius* Metam. X. 382. XII. 49. reſtituere hoc ſenſu vocem *Priſciano* Perieges. vs. 1033. conatus eſt *Marcklandus* ad *Statii* Silv. IV. 5. 24. ut legatur:

Pſittacus hic viridis, decoratus torque rubenti,
Naſcitur, humanae ſimilat qui murmura linguae.

non *verbera linguae*; hoc tamen capi poſſet de clamore magno, & ingrato, quo aures *verberari* dicuntur, de quo *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. VIII. 583. quo etiam ſpectant de *ore verberato* notata a *Bondamio* noſtro, Var. Lection. I. p. 74. mi-

atque hos omnes provincialibus veſtris ad obſequium diſtributos , donec
ad deſtinatos ſibi cultus ſolitudinum ducerentur ? Inſultare hercule 2
communi Galliarum nomine libet , &, quod pace veſtra loquar , ipſis
triumphum adſignare provinciis. Arat ergo nunc mihi Chamavus , & 3
Fri-

mihi tamen non eſt dubium, quin ſcripſerit *Priſcianus* , *humanas ſimulat qui verbere linguas;* auctorem do *Solinum*, ex quo ſua *Priſcianum* hauſiſſe iam notavit *Papius* , Polyhiſt. cap. 52. p. 58. *Sola India mittit avem Pſittacum colore viridem, torque puniceo*, —— *ut ſi quando ad diſcendum plagis ſiet admonendus, nam ſtudet, ut quod homines adloquatur* (Salmaſius non male, *id loquatur*) *ferrea clavicula ſit verberandus.*

Provincialibus] Alii e captivis in publica cuſtodia erant , teſte *Eutropio* lib. II. alii a privatis etiam tenebantur, & hi quidem aut ab iisdem in praelio ſui iuris facti, aut ipſis ab Imperatoribus dono dati. PATAROL.

Deſtinatos ſibi] *Sibi* abeſt in *Guelferb.* De ratione huius inſtituti dixi ad cap. 1. 4.

2. *Inſultare*] Abſolute ſumitur , ut Aeneid. lib. X. 20.

Cernis, ut inſultent Rutuli, &c.

BAVNE. Galliis hic blanditur, quod eſſent provinciae Conſtantio maxime carae. PATAROL. De verbo *inſultare* conf. *Buneman.* ad *Lactant.* M. P. 1. 5.

Libet, *quod pace*] Forte, *& quod.* LIVINEIVS. Bene *Bongarſius*, & *Livineius*, *libet*, & *ipſis* &c. GRVTERVS. Lege, *libet*, *& (quod* &c. ACIDALIVS. *Et quod*; ita reſtitui poſt *Acidalium* , *Livineium* , & *Gruterum*, id eſt, eis gloriam triumphi attribuere : nam ſub duce Conſtantio barbaros a ſuis finibus pepulerant. Fortaſſe etiam eſt, eis attribuere fructum victoriae, quia eis ceterae Gentes in ſervitia tradebantur. De captivis , ad deſerta Galliarum excolenda miſſis, vide Maximiani vitam. BAVNE. Tò *&* omittit *Cuſpin.* & *Moerl.* IAEGERVS. Eſt tamen *&* in *Guelferb.* abſorptum in aliis Codd. a praecedenti ſyllaba. —— De locutione *pace veſtra* vide ad *Mamertin.* Paneg. 6. 4.

Adſignare] Gallias ipſas ad triumphi partem quodammodo vocare. PATAROL. *Moerl.* habet, *aſſignate*; in *Gud.* altero *triumphum* abeſt. Sed nihil mutandum. IAEGERVS. *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 198. citat *aſſignaſtis* , & in margine notat in aliis eſſe *aſſignare*, in quo coniicit *placuit*, aut ſimile quid deeſſe, unde illud *aſſignaſtis* habet, me latet.

3. *Arat*] Tale eſt illud in Probo *Vopiſci* cap. 15. *Omnes iam barbari vobis arant, vobis iam ſerunt, & contra interiores gentes militant*, &c. BAVNE. In *Guelferb.* eſt, voce tranſpoſita , *nunc ergo.*

Caunus] Nihili populus. *Chamus* eſt in Vet. in *Cuſpin. Camaus*, in *Bertinienſ. Chamaus.* Scribe ex *Langii* Schedis *Chamavus.* idem nomen reſtituimus & *Nazario* in Conſtantinum A. LIVINEIVS. *Chamavus;* qui intra Viſurgim & Amiſiam fluvios incolebant, ubi nunc Monaſterienſis, & Paderbornenſis dioeceſes. BAVNE. Hi ſunt illi barbari, a Carauſio in Bataviam admiſſi, quos Conſtantius partim expulit, ac delevit, partim captos per Galliam diſtribuit, ut ſervirent, ac agros colerent. Vid. cap. 21. CELLARIVS. De Chamavis vide dicta ad Paneg. *Nazarii* cap. 18. PATAROL. In *Guelferb.* eſt *Camaus.* Omnes ante *Gruterum Caunus* , quod etiam retinuit *Rivinus*, & videtur placuiſſe *Puteano* ad *Eumen.* Conſtantino 6. 4. *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 199. citat *Chaucus* , neſcio, unde habuerit. *Livineii* ſubſtituentis *Chamavus* coniecturam ſecuti ſunt poſt *Gruterum* omnes, & ex ingenio emendavit *Colerus* ad *Tacit.* M. G. 33. qui idem reddidit *Nazario* Paneg. 18. init. ubi vide. *Amavos* quoque dici probat *Cannegieter* Britenb. cap. 8. Recte hos *Friſiis* iungit. Videntur enim olim conſediſſe ad oſtia Rheni ſupra Bataviam, unde etiam eorum nomen cenſent deductum, tamquam *Cham-Auers*, ab *Hamlanden*, ſive eluvionibus, quibus eorum agri erant expoſiti. Deinde autem in Bructerorum, Flevum inter & Amiſiam habitantium, fines conceſſerunt, adeoque ad auſtrum Friſiis, ad boream Cauchis vicini. Conf. *Matthaeum* de Nobilit. I. 21. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 5. *Dithmar.* ad *Teſchenmak.* Annal. Cliv. Part. I. p. 14. *Van Hattum* Deſcript. Zwoll. T. I. p. 59. *Trotzium* Iur. Agrar. T. III. p. 94. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 227. nominis eorum veſtigium in oppido *Kamen* quaeſivit *Conringius* Dedicat. ad Antiquit. Academ. Neque tamen ita fuerunt deleti, quin poſtea a Saxonibus trans Rhenum ſint miſſi, qui Salios Batavia expellerent, atque tunc in Romano limite ſedes ſibi videntur poſuiſſe. Vid. *Valeſ.* ad *Ammian. Marcell.* XVII. 8.

Fri-

Friſius, & ille vagus, ille praedator exercitio ſqualidus operatur, & frequentat
4 nundinas meas pecore venali, & cultor barbarus laxat annonam. Quin etiam,
ſi ad dilectum vocetur, accurrit, & obſequiis teritur, & tergo coercetur, &
5 ſervire ſe militiae nomine gratulatur. Quid faciam, Caeſar? Ignoſce, ſi mororor,

Friſus] Vet. *Friſius.* PVTEANVS. Friſii ad Oceanum inter oſtia Rheni, & Viſurgis incolentes, alii *maiores*, alii *minores* appellantur. BAVNE. *Phriſius* eſt in *Guelferb.* Quod hic *Chamavis* iungantur, rationem inde repetit *Pontanus* Orig. Francor. II. 3. quia ipſi *Friſiorum* nomen poſt Clodium Albinum videtur deſiiſſe, univerſo *Francorum* nomine comprehenſorum. Dubito; ſuum manſit Friſiis nomen, ſed facile potuerunt cum aliis Bataviam invaſiſſe, & ita eorum captivi a Conſtantio abduci.

Et ille vagus] *Et* videtur ſupereſſe. RHENANVS. De Friſio, quo de proxime, accipio. Sed Vir doctiſſimus, *Car. Langius* in *ille vagus* populum aliquem Francorum ſuſpicione ſibi fingebat, quem in lucem equidem non extraho. LIVINEIVS. Suſpicionem *Langii* adiuvat *vagius*, quod eſt in *Guelferb.* Coniicio, *& Ambivarius*, qui populus Chamavis iungitur apud *Tacitum* M. G. 33. ubi ſaltem pro *Angrivarios* ſubſtituendum eſſe *Amſivarios* docet *Alting.* Notit. German Part. I. p. 7. quem etiam confer pag. 20. Sic *Iſidorus* Origin. IX. 2. *Samſi*, *Variquadi*, *Tungri Marcomanni*, *Bruteri*, *Camaſi*, ubi Cod. *Groninganus* egregie, *Amſivarii*, *Quadi*, *Tungri*, quod ex ingenio etiam vidit *Weſſelingius* Obſerv. I. 20. qui reliqua optime ſic effingebat, *Marcomanni*, *Bructeri*, *Chamavi.* *Amſivarios* a flumine *Amſer*, vel *Emſer* vocatos, quod accolebant, cenſet *Conringius* Dedicat. ad Antiq. Academ.

Exercitio ſqualidus] Poteſt haec lectio retineri, tamen, quae in Vet. Cod. inveni, adferam. in *Pulm. exercitia ſqalidi ruris operatur*; *B. exercitio ſquali rudis operatur.* uterque corrupte. Sic puto legendum, *exercitio ſqualidi ruris operatur.* PVTEANVS. *Exercitio* interpretor culturae, quae inſolens populabundo & latroni. Phraſin quoque illuſtravi ad *Eumen.* Pro reſtaur. Schol. 4. Quod deinde eſt *ſqualidus*, non habeo, cur ſuſpectem, etſi in Vet. *ſquali rudus*, in *Bertin.*, *ſquali rudis* inveni. Nam & *Iuvenalis* in re gemina, de damnato in metalla, dixit,

> *Quae nunc*
> *Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.*

LIVINEIVS. Id eſt, arandae telluri operam dat, totusque in opere ſqualet. Legendum forte, ut ſuſpicatur *Cl. Puteanus*, *exercitio ſqualidi ruris operatur.* BAVNE. Lectionem, quam *Puteanus* in ſuo Codice invenit, habet quoque *Moerl.* In *Gud.* altero eſt foeda lacuna, omiſſis verbis *exercit. ſqual.* & ſequentibus usque ad *venali*, quod ſtatim *τῷ praedator* adiicitur. IAEGERVS. Retinui cum *Iaegero exercitio ſqualidus*, quod tum ad totius corporis habitum referri poteſt, ut *ſqualidus ſenex* apud *Senecam* Hercul. fur. 765. tum ad veſtes, quales *atro pulvere ſqualentes* memorat *Lucanus* VIII. 57. recte autem *exercitium* de agri cultura interpretatur *Livineius*; *exercere agrum* ita explicuit *Cortius* ad *Plinii* Epiſt. VII. 18. 3.

Core venali] Forſan *corpore.* RHENANVS. Vet. *pecore.* PVTEANVS *Pecore* Vet *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS *Rhenanus*, *corpore.* *Venet.* editio *venali.* Ego cogitabam, *frequentat nundinas meas merce venali.* Sed maius ſubeſſe mendum videtur. Forte, *& frequentat novales meas*, *cultorque ſoli barbarus laxat annonam.* ACIDALIVS. *H. Stephanus* putat *corpore venali* legendum Sed quomodo? obſecro; de frumento heic ſermo. Arbitror nihil potius mutandum, &, cum Belga ſit, qui Panegyricum iſtum ſcripſerit, & de barbaris loquatur, videtur frumentum, quod venale afferrent, barbaro ſuo vocabulo, ita ut ipſi appellabant, hic poſuiſſe. Certe Germanicae omnes nationes, ſive ſuperiores, ſive inferiores. *Koren* nuncupant. *Auſonius* quoque in Phalaecio ad Latinum Pacatum, a *burra*, voce Aquitanica, non abſtinuit:

> *Burras*, *quisquilias ineptiasque.*

quod ſi quibus commentum hoc noſtrum non placuerit, videant, an malint *Cerere venali*, quemadmodum *Virgilius* loquutus eſt Aeneid. I.

> *Tum Cererem corruptam undis.*

MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Forſan *pecore.* RIVINVS. *Corpore* citat *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 199. *Pecore* recepit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum*, pro *core*, quod edi ſolebat, eamdemque lectionem ſecutus eſt *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 227. Parum ta-

tor, ignoſce, ſi propero: multa enim illius temporis, quo tranſitus in Britanniam parabatur, admirabilia virtutum tuarum facta praetereo, dum feſtino cupidus ad ſingularem illam victoriam, qua univerſa reſpublica tandem eſt vindicata. Cuius magnitudo, Caeſar invicte, hactenus replicabitur, ſi prius di- 6
cam,

tamen mihi congrua videtur. Quid enim? loquitur *Eumenius* de agris *arandis*, de *exercitio*, id eſt agrorum cultura, ut recte *Livineius*, de *annona laxanda*, quibus *pecora* parum conveniunt; quid enim haec ad *laxandam annonam*? Adde, quotieſcumque de his captivis, in agros Romanos tranſlatis, agit, nihil de paſcuis & pecoribus memorare *Eumenium*, ſed ſemper eos in ſolitudines eſſe tranſlatos, ut *ararent*, ut agros *colerent*, unde etiam *cultores* dicuntur; id vero quid aliud eſt, quam ut ex agris ita cultis frumenta redigerentur? Lepidum interim eſt *Meurſii* commentum. Scio, quaedam Gallorum, aliorumque vocabula fuiſſe Romana civitate donata, quae dedit *Voſſius* de Vit. Sermon. I. 2. ſed illud in *core* aeque fit veriſimile, atque in *Arminio*, *Claudio Civili*, aliiſque, ex quorumdam ingenio, &, ſi Dis placet, acumine ad vernaculam adcommodatis. Altera certe *Meurſii* coniectura *Cerere* foret praeferenda. Mihi ſcripſiſſe *Eumenius* videtur, *farre venali*; illud *farre* primum abiit in *rure*, hoc in *core*. Ex tali confuſione apud *Lucanum* I. 318.

Quid iam rura querar totum ſuppreſſa per orbem,

indicio acutiſſimi *Schraderi* olim legendum didici *farra*; apud *Iuvencum* Hiſt. Euang. II. 750. pro *farra quidem depromunt*, ex Cod *Lipſiens.* ad marginem *Cortius* notavit, *terra quidem depromit.* ſed alterum magis placet. Coniecturam meam confirmat *Vopiſcus* Prob. 15. ubi de ſimilibus barbaris, ad agros colendos tranſlatis: *frumento barbarico plena ſunt horrea.*

Laxat annonam] Imperator Probus Epiſtola ad Senatum, quam *Vopiſcus* refert: *Subacta eſt omnis, quam tenditur late, Germania. Omnes iam barbari vobis arant, vobis iam ſerunt, & contra interiores gentes militant*; & mox; *arantur Gallicana rura barbaris bobus, & iuga Germanica captiva praebent noſtris colla cultoribus.* LIVINEIVS. Id eſt, annonae pretium minuit. Apud *Livium*; *annona haud multum laxaverat*, id eſt, haud multo viliori pretio emebatur, uti ſit, cum eſt laxior, ſeu amplior annona. BAVNE. *Pacatus* Paneg. 32. 4. *quam numero artarat annonam*, *comparcendo laxabat.* *Livii* apud *Baunium* locus eſt XXVI. 20. 11.

4. *Ad dilectum*] Seu *ad delectum*; perinde eſt enim, ut ex ſexcentis Panegyricorum iſtorum locis conſtat; ſenſuſque eſt, ſi convocetur ad nomen militiae dandum. BAVNE. *Delectum* eſt in *Guelferb.* & Edd. *Puteolani*, *Rhenani*, utriusque *Stephani*, prima *Rivini*, & *Pataroli*, idque reddidi. Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 5. 3. male praepoſitionem *ad* ignorat *Guelferb.*

Teritur] *Guelferb. territur*, & ita edidit *Puteolanus.* Vulgatum *Baunius* in interpretatione explicat, *ſubigitur ad obtemperandum.*

Militiae gratulatur] *Militiae nomine*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Inſerunt *nomine* etiam *Guelferb.* & *Schonbovii* excerpta. placuitque haec lectio inde a *Grutero*, a *Rivino* autem in prima Ed. neglecta. —— *Gratuletur* exhibet *Puteolanus.*

5. *Caeſar Auguſte*] *Auguſte* abeſt in *Bertin.* probe, non enim *Auguſtus* Conſtantius, qui duntaxat *Caeſar.* LIVINEIVS. *Auguſte*, quamvis etiam ſit in *Guelferb.*, iuſta ratione motus, & ex ingenio, delendum quoque iubet *Pighius* ſupr. pag. 237. primus recte eiecit *Gruterus*, omnes, praeter *Rivinum*, adſtipulatores nactus.

Facta praetereo] Quid in Batavia, quid apud Friſios geſſeris. BAVNE.

6. *Hactenus explicabitur*] In *Guelferb.*, quod praetermiſit *Iaegerus*, eſt *replicabitur*; id eſt, in memoriam revocabitur, repetetur, idque reſtitui. *Cicero* pro Syll. 9. *replicare annalium memoriam*, ubi locutionis rationem interpretatur *Sylvius*; & *temporum memoriam*, Idem de Legib. III. 14. *ſecum replicare*, *Apuleius* Metam. I. p. m. 11. *antiquitatem replicare*, *Ammian. Marcell.* XVI. 7. p. 132. *ordinem geſtorum replicare*, ibid. XXIX. 1. p. 600. *cauſſas replicare*, *Pacatus* Paneg. 3. 3.

Vt prius dicam] Vet. *ſi prius.* PVTEANVS. Cod. *Put. Gud.* 2. & *Moerl.*, *ſi prius* &c. *Seneca* Epiſt. 88. *Meritoria artificia ſunt hactenus utilia, ſi praeparant ingenium, non detinent.* Verum non parem eſſe rationem loci *Senecae*, & huius noſtri facile largior, adeoque vulgata non eſt ſollicitanda. IAEGERVS. *Si* repoſui, voci *hactenus* magis conſentaneum; *at prius* maluit noſter *Bondamius* Specim. Anim. cap. 1.

Quo

cam, quam neceſſarium illud, & difficile bellum fuerit, quo magis confectum ſit.

Cap. X. Minus indignum fuerat ſub Principe Gallieno, quamvis triſte, ha-
2 rum provinciarum a Romana luce diſcidium. Tunc enim, ſive incuria rerum, ſive quadam inclinatione fatorum, omnibus fere membris erat truncata reſpublica.

Quo magis] *Quo* legam *Q* maiuſcula, & exponam; Quo id acrius urgeri, & confici e Rep. viſum. Sed, ne quid diſſimulem, integra haec non apparent, nec praeſto ſine libris. LIVINEIVS. Corruptum, & forte mutilatum. Sic tamen ſenſus integer: *quam quomodo confectum ſit*, vel *dein quomodo conf.* Tertia abhinc pagella locus, quo huc reſpicitur. ACIDALIVS. Malim ego, *quam a quo confectum ſit*. BAVNE. Viris doctis haud adſentior, qui aliquid excidiſſe putant, cum e contrario nullam agnoſco lacunam. At tu parva mutatione reponas; *cuius magnitudo*, *Caeſar invicte*, *hactenus explicabitur: at prius dicam*, *quam neceſſarium illud & difficile bellum fuerit*, *quod a te confectum ſit*. BONDAM Specim. Animadv. cap. 1. Leniſſima emendatione ſalvus erit; *huius magnitudo*, *Caeſar invicte*, *hactenus explicabitur*, *ut prius dicam*, *quam neceſſarium illud & difficile bellum fuerit*, *quo maius confectum ſit*. Ideo ſcilicet, quo maius, illuſtrius, graviusque bellum fuiſſe appareat, prius de urgente neceſſitate, & difficultate eiusdem *Eumenio* differere placuit. HOVEN. Campens. Faſc. I. p. 91. Nihil certius *Hovenii* emendatione, quamvis *magis* ſit quoque in *Guelferb.* ſed in interpretatione diſſentio. Sententia eſt, in memoriam revocabitur belli magnitudo, ſi prius dixerim, quam difficile illud fuerit, quo inluſtrius erit confectum, cum tanta eſſet illius difficultas, ut vix confici poſſe videretur. Geminus eſt locus infr. cap. 13. princ. *Hoc igitur bellum*, *tam neceſſarium*, *tam difficile aditu*, *tam inveteratum*, *tam inſtructum ita*, *Caeſar*, *adgreſſus es*, *ut*, *ſtatim atque illo infeſtum maieſtatis tuae fulmen intenderas*, *confectum omnibus videretur*. Facilis in hoc potuit eſſe Librariorum error, eſt enim talis permutatio apud *Mamertin.* Paneg. 7. 2. *Nazarium* Paneg. 26. in fin. *Livium* IX. 19. 7. apud *Salluſtium* Iugurth. 4. 4. in *Daventrienſi* vidi, *magisque commodum*, non *maius*. Nihil tamen in contextu mutare ſum auſus, ob Codd.

1. *Harum provinciarum*] Vide *Zoſimum* lib. I. PVTEANVS. Adi *Trebellium Pollionem* Gallienis, & XXX. Tyrannis. LIVINEIVS. Hoc Imperatore nullus unquam fuit & inertior, & luxurioſus magis, & in provinciarum ſuarum direptione inepte tranquillior. Is fama Tyrannorum, qui variis locis triginta exorti erant, excitatus tandem, Aureolumque tyrannum bello perſequens, eiusdem dolo ad Mediolanum caeſus eſt, A. C. CCLXVIII. Imperavit cum Valeriano Patre annos ſeptem, ſolus annos octo. *Trebellius Pollio*, & *Zoſimus*. BAVNE. Per *provincias* intelligit Galliam, qua eo, de quo loquitur, tempore imperabat Poſtumus, facta imperii ſede Colonia Agrippinenſi. *Zoſimus* Hiſtor. I. 31. & *Cannegieter* in Poſtum. cap. 3. isque Galliae, aliarumque Gentium motus Gallieni ſolet perfidiae tribui; ſintne tamen a *Trebellio Pollione* quaedam ultra modum, ex *Vallemontii* opinione, aucta, de eo differit *Klotzius* Hiſtor. numor. contumel. p. 104.

A Romano duce] Quis ille? non Gallienus; eum enim *Principem* adpellat *Eumenius*; neque filius ipſius Saloninus, cui Gallia quidem parebat, ſed moderatore Poſtumo; neque Poſtumus, in quem, Salonino occiſo, imperium eſt tranſlatum. Tacent hic Interpretes; praetermiſſam vero a *Iaegero* miror pereximiam, eamdemque veram, *Guelferb.* lectionem, *a Romana luce*. Propria eſt haec *Eumenio* phraſis, ut Pro inſtaur. Schol. 18. 3. *ad conſpectum Romanae lucis emerſit*. infr. 19. 2. *tandem vera imperii luce recreati*. ſumſit eam a *Cicerone*, qui *lucem Reip.* dixit pro Leg. Manil. 12. *lucem Aſiae*, ibid. 3. & *in clariſſima luce verſari*, de Offic. II. 13. Facilis fuit illa permutatio; apud *Martialem* Epigr. XIV. 61. ex *Thuaneo* habeo enotatum:

Lux laterna viae.

vulgo editur *dux*, quod magis placet.

Diſſidium] Vet. *diſcidium*. PVTEANVS. Cod. *Puteaneus* habet *diſcidium*, quod recipiendum h. l. videtur, ſiquidem de ſeparatione membrorum quaſi a capite loquitur Orator. Vid. *Gronov.* ad *Livium* XXV. 18. IAEGERVS. *Iaegero* adſentior, cum *diſſidium* ſit animorum. Confer *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 30. 1. VII. 3. 23. & 6. 1. *Koenig.* ad *Iuvenc.* I. 533. *Oudendorp.* ad *Sueton.* Tiber. 7. Domit. 3.

Incuria rerum] Congrua ſunt haec *Flori* I. 13. 1. *Sive invidia Deum*, *ſive fato*.

2. *Se nimium*] Vet. *Medus*. PVTEANVS. Forte *nimirum* legendum, nec tamen mutem. ACIDALIVS. Vt *Acidalius* coniicit, locum exci-

ca. Tunc ſe Medus, & Parthus extulerat, & Palmyrenus aequaverat; tota Aegyptus, & Syriae defecerant; amiſſa Raetia, Noricum, Pannoniaeque vaſtatae. Italia ipſa, gentium domina, plurimarum urbium ſuarum excidia moerebat. 3
Non erat tantum doloris in ſingulis, cum pene omnibus careret. Nunc vero 4
to-

citat *Caſaubon.* ad *Trebell. Poll.* Trig. tyrann. p. 212. ſed longe praeſtantior eſt *Puteanei*, & *Guelferb.* lectio, quam neglexit *Iaegerus*, ſed reddidi; *Tunc ſe Medus*, *& Parthus.* Non quidem *Medorum* meminerunt *Zoſimus*, & *Trebellius Pollio*, ſed ob terminos Parthis vicinos addere potuit *Eumenius;* certe *nimium*, quod omnes ediderunt, nullius eſt efficaciae.

Parthus] Tangit hic indignum Perſarum Regis facinus, qui Valerianum, Imperatorem Romanum, bello captum, vilis mancipii more tum habebat, eumque haud multo poſt cute nudatum ſale condiri iuſſit. *Parthos*, & *Perſas* promiſcue apud Scriptores appellari, iam ſupra obſervatum eſt. De Parthis vide *Plinii* Paneg. cap. 14. BAVNE. & PATAROL.

Palmyrenus] Odenatus, Palmyrenorum Rex, Perſas, poſt captum Valerianum Romanis finibus ingruentes, fortiter compreſſit, ac, defenſa Syria, Meſopotamia recepta, regium ſibi nomen aſſumpſit: quo quidem conſobrini ſui inſidiis interfecto, eius uxor Zenobia, virilis animi foemina, ſuſcepit imperium, ſeque contra Romanos ſtrenue defendit. Palmyreni autem in Arabiae deſertae, & Syriae confinio habitabant. BAVNE. & PATAROL. *Aequarat* eſt in *Guelferb.* Parem ſe Perſis fecerat, regio nomine adſumendo, atque ita ſeſe extollendo.

Aegyptus] Cum Gallieno eſſet nunciatum, totam Aegyptum deſciviſſe; *Quid*, inquit, *ſine lino Aegyptio eſſe non poſſumus?* Hac inſigni tranquilli Imperatoris vecordia uſus Aemilianus totam Aegyptum occupavit, ſed haud multo poſt a Theodoto, Gallieni exercitus duce, in bello captus, in carcere ſtrangulatus eſt. De Aegypto *Plinii* Paneg. cap. 30. BAVNE.

Syriae] Vet. & *Syriae.* PVTEANVS. Idem Aemilianus, Parthis e Syria pulſis, militaribus ſuffragiis ibi quoque dictus eſt Imperator. De Syria *Mamertin.* Genethl. cap. 12. BAVNE. Tyrannidem occupantibus in Aegypto Aemiliano, in Africa Celſo, in Oriente, ubi Syria, Cyriade ac Macriano, cum filiis Macriano Iuniore, & Quieto. PATAROL. Olim editum fuit, *Aegyptus*, *Syriae defecerant.* Addidit *Livineius* particulam *que*, ex ſolo, ut videtur, ingenio, quamvis reliqui ſint ſecuti, praeter *Rivinum* in prima Ed. Ego potius & inſerui, quia *Puteanei*, & *Guelferb.* potior eſt mihi prae coniecturis auctoritas.

Rhaetia] Duplex; prima eſt paulo trans Danubium a meridie, trans Rhenum, & lacum Brigantinum occidentem verſus extenditur: Alpes complectitur, quos *Griſonum* vocant; altera ad Oenum usque fluvium porrigitur, qui Rhaetiae, Noricique terminus eſt. Paneg. *Mamertin.* Maxim. cap. 9. BAVNE. Vbi Tyranni, Poſthumus, Lollianus, Victorinus, aliique, in Gallia proxima. PATAROL.

Noricum] Norici initium eſt ab Oeno fluvio, qui Rhaetiam ſecundam a Norico diſterminat. Huius pars, quae Danubio imminet, & veterem proſpicit Germaniam, *Noricum ripenſe* dicitur. BAVNE. A Regilliano, Aureolo, & Ingenuo. PATAROL.

Pannoniaeque] Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, a Maeſiacis, Pannonicisque legionibus Imperator eſt dictus. Mox Maeſii, eo eiecto, Regillianum, tum in Illyrico ducatum gerentem, Imperatorem proclamant. Nec multo poſt Aureolum, Illyricianos exercitus regentem, ac demum Macrianum utrumque, Quietum, & Celſum. De his vide *Trebellium.* De Pannonia *Plinius* Paneg. cap. 8. BAVNE. Superior, & inferior, de quibus *Cellar.* Geogr. antiq. I. 8.

3. *Tantum doloris*] Obſcura mihi quidem complexio, & amplius, corrupta. Emendem, *non erat tanti dolere in ſingulis*, id eſt, non erat operae pretium, & praecipua aliqua cauſa. Frequens *Senecae.* LIVINEIVS. Lego, *moerebat: nec erat tantum doloris in ſingulis.* ACIDALIVS. Legerem, *non erat tantum doloris ſingulis.* SCHWARZIVS. Sana eſt vulgata, & recte in interpretatione *Baunius; Non tantum doloris afferebat provinciarum amiſſio ſingularum*, ſive, ut ex mea ſententia melius, *urbium ſingularum Italiae.*

Omnibus careret] *Careretur* Vet. *Bertin.* Praeit ad verum ſcripta lectio, a qua aegre, & cum cura, *quateretur* exſculpſi, meo animo non infeliciter. LIVINEIVS. Legerem, *omnibus crearetur.* SCHWARZIVS. *Careretur*, cuius formae exemplum deſidero, in Vet. Cod. *Livineii*, & *Bertin.* legitur, receptumque eſt a *Pariſienſibus*, & *Cellario. Cuſpin. Rhen. Livin. Stephan. Patar.* habent *careret.* Non videtur adeo obſcura ſenten-
tia

toto orbe terrarum, non modo, qua Romanus fuerat, virtute veſtra recepto, ſed etiam, qua hoſtilis, edomito, cum toties proculcata eſſet Alamania, toties obtrita Sarmatia, Iuthungi, Quadi, Carpi toties profligati, ſubmittente ſe Gotho pace poſcenda, ſupplicante per munera rege Perſarum, urebat animum (quod

tia verborum lectionis noſtrae: *Non erat tantopere dolendum de iactura ſingularum provinciarum, & excidiis urbium, cum omnibus fere membris truncata res publica iaceret.* Sic non opus operoſa *Livineii* emendatione, nec coniectura *Schwarzii.* IAEGERVS. In interpretatione habet *Baunius*, *cum paene univerſa perderentur*, quod nihil diſtat a *Iaegeri* explicatione. Quamvis in *Guelferb.* etiam *careretur* videatur fuiſſe, cum pro varia lectione ad Ed. *Cellarianam*, in qua haec etiam lectio, a *Grutero* primum recepta, exſtat, nihil enotatum invenerim, tamen vocem hanc, analogiae adeo contrariam, retinere non ſum auſus, & *caret* reſtitui, quod etiam retinuit *Rivinus.* Videtur mutatum ab iis, qui neſciebant, quo *careret* referrent, quod ad *Italia* pertinere arbitror. Haec dicitur *gentium domina*, adeoque etiam earum, quae defecerant; ipſa autem ſuarum urbium excidia moerebat, ſed in ſingulis illis tantum non erat doloris, quia pene omnibus gentibus, quarum domina fuerat, carebat; hic dolor, utique maior, minorem facile exſtinguebat. Loco huic corrumpendo occaſionem dediſſe videtur nota terminationis *ur*, in Codd. addita, aut neglecta. ita ſupra 4. 3. emendatum eſt *praeterit*, non *praeteritur.* apud *Eumen.* Conſtantino 21. 5. *debentur*, non *debent.* Ita in L. 2. §. 5. D. de O. I. lego, *ut interpretatio deſideraretur, & prudentium auctoritate neceſſaria eſſet*, &c. non *deſideraret.* aliter *Bynckersh.* in Praetermiſſ. & *Bachius* Hiſt. Iuriſpr. p. 261.

4. *Romanus limes fuerat*] *Limes* abeſt in Vet. *Bertin.* Placet. LIVINEIVS. *Limes* quoque omiſit *Guelferb.*, in quo vitioſe *Romanis*; ante *Gruterum* omnes inſeruerunt *limes*, & poſtea in prima Ed. *Rivinus.* Patri meo in mentem veniebat *miles*, facili permutatione, de qua ad *Mamertin.* Genethl. 3. 9. mihi vulgata praeſtat, tum quia *orbis Romanus* opponitur *hoſtili*, tum vero ex iis, quae habet *Duker.* ad *Flor.* III. 10. 16.

Alamania] De hac ſupr. cap. 2. & Paneg. ſuper. cap. 6. PATAROL. *Scaliger* ad *Euſebium* p. 244. *Eumenium* carpit, quod proculcatam tantum Alemanniam memorat, nihilque de inſigni victoria addit, qua ad Lingonas LX. millia Alemannorum dicitur occidiſſe Conſtantius, de qua vid. *Oroſius* Hiſt. VII. 25. *Eutropius* IX. 23. Sed quamvis in vita Diocletiani *Baunius* hanc referat ad annum CCXCVI. videtur poſt hanc Orationem contigiſſe, cum etiam *Euſebius* ad annum CCC. reiiciat, unde eamdem Noſter demum praedicat Paneg. Conſtantino cap. 6.

Obſtricta Sarmatia] *Obtrita*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. De victoria Sarmatica dictum cap. 5. PATAROL. *Cuſpin. obſtricta.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* omneſque ante *Gruterum*, & poſtea *Rivinus*; haec deberet lectio referri ad Sarmatiam foedere, aut beneficiis devinctam Romanis, ut *obſtrictus populus* apud *Tacit.* Hiſtor. III. 30. adde Annal. XII. 25. ſed cum *Mamertinus* Genethl. 5. 4. memoret *Sarmatiae vaſtationem*, praeſtet vulgata.

Vitungi] *Viturgi* Vet. LIVINEIVS. Qui in ea Germaniae parte, quae Italiae vicina eſt, habitabant, ubi nunc Tirolenſis Comitatus. BAVNE. *Iuthungi*; ſic barbaram hanc Gentem vocant *Dexippus* in Excerptis de Legation. pr. & p. 10. ac 11. & *Ammianus* XVII. 12. & *Suidas* in ἐκόντων, qui ad Danubium locavit; Tabula autem *Peutingeriana* cum Quadis *Iutugos* coniunxit. Vnde *Sirmondus*, fretus etiam vetuſtis libris, in *Sidonii* Panegyr. VII. Avito vs. 233. *Iuthungos* reſtituit, & noſtro etiam *Eumenio* reddendum cenſet, in quo vulgatum erat *Vitungi*, ſicut in *Sidonio Vithungi.* CELLARIVS. De hiſce mentionem apud antiquos non vidi. *Virunos* quidem lego apud *Ptolom.* lib. II. inter Saxones, & Suevos. PATAROL. Primus *Iuthungi* reſtituit *Cellarius*, quem ſecutus eſt *Iaegerus*; omnes reliqui *Vitungi.* Neſcio, utrum *Iuthungi* etiam ſit in *Guelferb.*, ex quo diverſa non erat lectio notata; praeter *Sirmondum* huic loco idem reſtituit *Valeſius* ad *Ammian.* XVII. 6. quem etiam confer in Praefat. ad *Ammian.* in fin. *Iuthungos* hos partem Alemannorum facit *Ammianus*, eoſque tradit Raetos ſaepe vexaſſe, unde videntur iis fuiſſe contermini, forte ad Danubium. Praetermittere hic nefas elegantem eiusdem *Valeſii* emendationem, Editoribus neglectam, in *Aurelio Vict.* Caeſ. 33. 3. ubi gentes memorat, quae his temporibus, de quibus agit *Eumenius*, imperium Romanum invaſerant; *Alemannorum*, inquit, *vi tunc aeque Italiam —— poſſiderent.* Illic *Sylburgii* coniectura, *Alemannorum vis* in textum eſt admiſſa, ſed elegantius *Valeſius*, *Ale-*

(quod nunc denique confitemur) una illa tanti imperii contumelia, eoque nobis intolerabilior videbatur, quod gloriae ſola reſtabat.

CAP. XI. Et ſane non, ſicut Britanniae nomen unum, ita mediocris iactura erat reipublicae terra, tanto frugum ubere, tanto laeta munere paſtionum, tot me-

Alemannorum Vitungi aeque Italiam.

Quadi] Vltra Herciniam ſilvam, ubi nunc maxima pars Moraviae. BAVNE. & PATAROL.

Pace poſcenda] *Cuſpin.* habet, *pacem poſcendo.* IAEGERVS.

Rege Perſarum] Eadem *Mamertinus* in Maximianum A. *Offert interim varia miracula, eximiae pulchritudinis feras mittit, amicitiae nomen impetrare contentus promeretur obſequio.* Idem Genethliaco: *Praetereo Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem.* LIVINEIVS. Narſeo. BAVNE. De quo dictum Paneg. *Mamert.* Maxim. c. 10. PATAROL. Dubito, utrum recte de Narſeo haec acceperit *Baunius;* Perſarum enim Regem magis intellexiſſe videtur, de quo *Mamertinus* Maximian. 10. 7. ubi vide, quem alium a Narſeo fuiſſe illic num. 6. oſtendi.

Vrebat animo] Receptis cunctis partibus imperii dolebat Romanis, ſola carere Britannia, quam relinquere Carauſio coacti fuerant, tum impares navali bello adverſus virum peritiſſimum gerendo. *Eutrop.* IX. 14. De hoc ita *Aurelius Victor Schotti: Soli Carauſio remiſſum inſulae imperium.* CELLARIVS. *Cuſpin.* habet pro *urebat animum*, *urgebat.* Male. IAEGERVS. In *Guelferb.* eſt *animo*, & ita ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus* prima Ed. alterum dederat iam *Livineius*, quod probo. *Sueton.* Tiber. 66. *urebant anxiam mentem.* Videtur autem *Florum* imitatus, II. 6. 2. *urebat nobilem populum ablatum mare.* Altera lectio ex eo ſcribendi more orta videtur, quem adtigi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 7. 1. Quod *Cuſpin.* dedit *urgebat*, eſt ex frequenti utriusque verbi permutatione, de qua *Drakenb.* ad *Livium* XXVII. 29. 9. *Burman.* ad *Lucan.* V. 811.

Reſtabat] Repugnabat, adverſabatur. Vid. *Broukhuſ.* ad *Propert.* III. 6. 31. IAEGERVS. *Livius* IV. 58. 4. *ſumma vi reſtare*, ubi *Drakenb.* & ad lib. XIII 14. 12. XXIII. 45. 9. *Taubman.* ad *Plaut.* Amphitr. III. 2. 3. *Cort.* ad *Salluſt.* Fragm. p. 955. *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 4. 13.

1. *Nomen tuum*] Probe *unum*, inepteque *tuum* eſt in *Cuſpin.* Aliis ſane duae ſunt inſulae Britannicae. *Dionyſius Alexandrinus* de Situ orbis:

Ἄλλαι δ' Ὠκεανοῖο παρὰ Βορεώτιδας ἀκτὰς
Δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρετανίδες ἀντία Ῥήνου:

Andreas Papius, Frater meus conſobrinus, etiam tum puer vertebat:

Tum geminae Boreas tenuere Britannides actas
Inſulae Oceano in magno Rheni oſtia contra.

LIVINEIVS. Sub uno *Britanniae* nomine Anglia, Iſlandia, Scotia continentur. Atque haec regio nec Caeſaris temporibus, ut ipſe ſcribit lib. IV. de B. G., necdum Conſtantii aetate admodum nota. BAVNE. Quae plures, easque maximas provincias continet. PATAROL.

Mediocris iacturae] Vet. *iactura.* PVTEANVS. Forte *mediocri.* LIVINEIVS. Cod. *Gud.* 2. & *Put. mediocris iactura.* IAEGERVS. Ex Codd. *Put.* & *Gud.* textum emendavi, quamvis nihil interſit, quid praeferas. In *Guelferb.* ordine mutato, *erat iactura.*

Frugum ubere] Pro *ubertate*, ut & apud *Virgil.* Aeneid. lib. I.

Terra antiqua potens armis, atque ubere glebae.

PATAROL. Pro ubertate, ut ſaepius *Maro*, *Tacitus*, & *Claudianus.* IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantino 9. 2. de Britannia: *in qua ſegetum tanta fecunditas, ut muneribus utriſque ſufficiat, & Cereris, & Liberi.*

Numero paſcuorum] *Paſtionum*, *Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Paſtio*, inquit *Valla* lib. IV., *videtur ſignificare cibum, ſed tamen potius ad alimenta pecudum pertinet;* &c. PATAROL. Pro *paſtionum*, quod in ſolo *Bertin.*, teſte *Livineio*, compareт, receptumque fuit a *Pariſiens.* *Patar.* & *Cellario*, lectionem ceterorum omnium *paſcuorum* reduxi. IAEGERVS. In *Guelferb.* ſuſpicor quoque fuiſſe *paſtionum*, quia pro varia lectione nihil erat adſcriptum; in conſtituenda autem lectione ab *Iaegero* diſſentio, & *paſtionum* praetuli, tum ob vocem minus vulgarem, tum vero etiam, quia hoc ſuadere videbatur *Ciceronis* locus, ex quo hunc adumbratum ſuſpicor, pro Leg. Manil. 6.

metallorum fluens rivis, tot vectigalibus quaeſtuoſa, tot accincta portubus,
2 tanto immenſa circuitu. Quam Caeſar, ille auctor veſtri nominis, cum Romanorum primus intraſſet, alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe, tantae magnitudinis arbitratus, ut non circumfuſa Oceano, ſed complexa ipſum Oceanum videretur.
3 Sed enim illa aetate nec Britannia ullis erat ad navale bellum armata navigiis, & Romana res inde iam a Punicis, Aſiaticisque bellis, etiam recenti exercitata Piratico, & propiore Mithridatico, non magis terreſtri quam

6. quo Aſiam omnibus terris antecellere dixit *ubertate agrorum*, & *varietate fructuum*, & *magnitudine paſtionis*. *Varro* de R. R. I. 12. 1. *ubi paſtiones ſunt laxae*; & III. 1. 8. *altera eſt villatica paſtio, altera agreſtis*. Ante *Gruterum* omnes *paſcuorum*, & poſt eum quoque *Rivinus*. Neque tamen ita locus erat perſanatus; adhuc enim ex *Guelferb.* dedi *munere*, a *Iaegero* neglectum. Similiter de Britannia *Eumenius* Conſtantino 9. 2. *pecorum mitium innumerabilis multitudo*, *lacte diſtenta*, & *onuſta velleribus*. ex quo loco, ſi hic *pecorum* legeretur, *numero* poſſet defendi.

Metallorum] De Britannia *Iſidor*. Orig. lib. XIV. c. 6. *multa, & magna flumina in ea, fontes calidi, metallorum larga, & varia copia*. PATAROL.

Immenſa circuitu] Idem Poeta:

> Τάων τοι μέγεθος περιώσιον, ὐδέ τις ἄλλη
> Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρετάννισιν ἰσοφαρίζει.

id eſt, eodem interprete: [*Andrea Papio*]

> *Quarum magna quidem moles: neque enim inſula prorſus*
> *Vlla Britannidibus ſeſe iactaverit aequam.*

Ptolomaeus quoque in ſecundis poſt Tabropanam collocat. LIVINEIVS. Qui eſt iuxta praedictum Auctorem, *quadragies octies ſeptuaginta quinque millia*; iuxta *Caeſ.* lib. IV. B. G. *vicies centena millia paſſuum*. PATAROL.

2. *Ille auctor*] *Euſtathii* e Commentariis in eundem *Dionyſium* verba hic ſubſcribam: Ἐις Βρεταννικὴν νῆσον διαίρων, ἤγυν ἀποπλέων, Καῖσαρ ὁ ἐπιλεγόμενος θεὸς νύκτωρ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίυς σαδίυς διάπλυ τελέσας. δὶς δὲ, φασὶ, διαβὰς ἐκεῖ, ἐπανῆλθε διὰ ταχέων, ὐδὲν μέγα διαπραξάμενος. ὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσυ, ἀλλὰ δύο μὲν ἢ τρεῖς νίκας νικήσας, ἀπολέσας δὲ πλοῖα πολλὰ, διὰ τὴν αὔξησιν τῶν ἐν τῷ Ὠκέανῷ πλημμυρίδων, καὶ τῶν ἀμπώτεων. Tu, cui vacat, ipſum *Caeſarem* lege IV. de B. G. LIVINEIVS. Iulius Caeſar, cuius nomine appellabantur iuniores Principes, Auguſtis minores, forte quia Auguſtus nepotes ſuos, iuventutis principes, in nomen, & familiam adoptaverat. CELLARIVS. Imperatorum primus, ideoque Imperialis nominis auctor Romanae Reipublicae Principibus. PATAROL. In *Schonhovii* excerptis eſt, *Caeſar Iulius auctor*; non placet, quia illud *Iulius* nihil ad *nominis auctorem* facit, cum *Iulium nomen* ab eo hi Imperatores non geſſerint. Ceterum dedit *Iaegerus*, *Caeſar ille*, *auctor*, ſed *Cellarianam* interpunctionem praetuli, ut *Mamertinus* Genethl. 3. 4. *ille ſiquidem Diocletiani auctor Deus*. & 16. 3. *ille Romani carminis primus auctor*. & ita apud *Pacatum* Paneg. 11. 1. malim interpungi, *dies*, *ille communis boni auctor*.

Alium ſe orbem] Non certum eſt, ubi id ſcripſerit, an ad Senatum epiſtola, cuius mentio lib. IV. extremo eſt Belli Gallici. CELLARIVS. De eodem *Sueton.* c. 25. *Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea*. Conſentit *Tacitus*: *Primus Romanorum D. Iulius cum exercitu Britanniam ingreſſus*, &c. Suum in Britanniam tranſitum, & res geſtas deſcribit ipſe *Caeſar* de Bell. Gall. lib. IV. & V. PATAROL. Infr. 17. 3. *alium te orbem terrarum reperiſſe*. Eam ſignificat veterum opinionem, qua Britanniam extra orbem habebant poſitam, & non minori ſpatio patentem, quam notum ſibi terrarum orbem. Conf. *Barthium* ad *Claudian.* p. 84. & 1139. *Cellar.* Geogr. II. 4. *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. I. p. 217. *Duker.* ad *Flor.* III. 10. 16.

3. *Sed enim*] *Guelferb. ſed quum.*

Navigiis] Quae Britannis incognita. *Caeſar* citat lib. IV. *Navium figura*, & *remorum motu*, & *inuſitato genere tormentorum permoti Barbari*. PATAROL. Atque hinc argumentum peti poteſt, Britannos non fuiſſe navigationis auctores, de quo contra *Dempſterum* diſſerit *Schefferus* de Milit. Naval. I. 2.

Et poſtea Mithridatico] *Et propiore* Vet. PVTEANVS. Falſum id quidem, praeceſſit enim, non ſucceſſit Mithridaticum. Clarum ex hiſtoriis. In

quam navali uſu vigebat. Ad hoc natio etiam tunc rudis, & ſolis Britanni 4 Pictis modo & Hibernis adſueti hoſtibus, adhuc ſeminudi, facile Romanis armis ſignisque ceſſerunt: prope ut hoc uno Caeſar gloriari in illa expeditione debuerit, quod navigaſſet Oceanum.

CAP. XII. Iſto vero nefario latrocinio abducta primum a fugiente pirata claſſe, quae olim Gallias tuebatur, aedificatisque praeterea plurimis in noſtrum modum navibus, occupata legione Romana, interclusis aliquot peregrinorum mi-

In *Cuſpin. & propiore Mithrid.* in Vet. *Bertin. & propiore* inveni. Iuvem ego, &, primore ſyllaba reciſa, *priore* corrigam, quod perſpicue rectum. LIVINEIVS. Animo meo blanditur lectio Codicis *Viennenſis*, *& propiore Mithrid.* neque enim neceſſe confugere ad emendationes; ſi enim dicimus *bellum longinquum*, quod multis ante annis geſtum eſt, quidni appellare liceat *bellum propius*, quod recentius eſt? GRVTERVS. Multis ſuſpectum *poſtea:* & *Gruterus propiore* legi iubet. Sed bene res habet, ſi de exitu interpretamur. Finis enim Mithridatico impoſitus, finito pridem bello piratarum. CELLARIVS. *Et propiore* etiam *Gud.* 2. & Ed. *Patarol.* IAEGERVS. Si nihil adderetur, facile defendi poſſet *Eumenius* ex eo Scriptorum more, quo rei geſtae ordinem nonnumquam neglexerunt. *Cicero* pro Leg. Manil. 6. *Cum Antiocho, cum Philippo, cum Poenis;* bello enim cum Antiocho prius fuit Punicum, & cum Philippo. *Livius* I. 32. 4. *& Numae, & Romuli memor.* *Virgilius* Aeneid. I. 264.

Moresque viris, & moenia ponet.

ante enim moenia, & tum mores, ſive leges, erant ponendi. Conf. *Servium*, & alios. Similiter *Lucianus* Timon. p. 102. ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ λίνον ἐντμηθῇ. loquitur de teſtamento, in quo aperiendo prius incidebatur linum, & tunc ſigna auferebantur Conf. *Salmaſ.* de Subſcrib. teſtam. c. 19. Iam in *Cellarii* interpretatione adquieſco, ſed cum *propiore* etiam ſit in *Guelferb.*, illud reſtitui, quod tacite iam fecerat *Patarolus;* retinuit tamen *poſtea Iaegerus.*

4. *Natio etiam tunc*] *Etiam natio tunc*, *Bertinienſ.* Non placet. LIVINEIVS.

Soli Britanni] Tranſpoſita videntur. Lege: *Ad hoc natio etiam tunc rudis*, *Pictis modo & Hibernis aſſueta hoſtibus, ad hoc ſeminudi, & ſoli Britanni facile Rom.* ACIDALIVS. & BAVNE. Proba haec lectio ex MS. *Gud. & ſolis Britanni Pictis modo & Hibernis adſueti hoſtibus, adhuc ſeminudi, facile Romanis armis ſignisque ceſſerunt.* Sic magis exprimitur quaſi vilitas veterum Britannorum, qui quondam eo facilius a Iulio Caeſare vinci, ſuperarique potuerunt, quod ſolis Pictis, & Hibernis hoſtibus olim adſueti fuerint, & quod ſine gravi armorum genere adhuc ſeminudi praelia inierint. SCHWARZIVS. Exemplo *Iaegeri* recepi *ſolis*, recte a *Schwarzio* explicitum; omnes *ſoli.*

Pictis] *Picti* populi ſunt Scotiae, cis Tavum fluvium. BAVNE. Memorat eos quoque *Eumenius* Conſtantin. 7. 2. ita enim recte illic eſt emendatum.

Hibernis adſueta] Populi inſulam Oceani Britannici incolentes, non minorem Anglia. BAVNE. Pro *adſueta*, quod in omnibus eſt, exemplo *Iaegeri* dedi *adſueti*, fide Cod. *Gudiani*, ſive *Guelferb.* apud *Schwarzium* praeced. obſervatione.

Seminudis] Vet. *ſeminudi.* PVTEANVS. Omnes usque ad *Iaegerum* habent *ſeminudis;* huius exemplo, & fide Cod. *Puteanei*, & *Guelferb.* apud *Schwarzium* praetuli *ſeminudi.*

Navigaſſet Oceanum] *Mamertinus* Iuliano 9. 1. *Iſtrum adhuc navigans.* de hac ellipſi vide ad *Arator.* I. 673. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. VII. 4. 18.

1. *Pirata*] Puto Carauſium intelligi, de quo *Eutrop.* lib. IX. PVTEANVS. Carauſio, qui, ad profligandos Oceani Britannici piratas cum claſſe a Romanis Imperatoribus miſſus, ipſe piraticam exercebat. Hunc ipſum mox *Archipiratam* vocat. BAVNE. & CELLARIVS. Pro *pirata Gud.* habet vitio ſcripturae *piratica.* IAEGERVS. Rem ipſam explicui ſupr. pag. 2. & 47.

Aedificatis] *Aedificatisque*, *Bertin.* LIVINEIVS. Vterque *Gud.* & *Moerl.* adiungunt *que.* IAEGERVS. Auctoritate Codd. id inſerui. Naves ad Romanorum modum aedificatas ideo memorat, quia Gallorum naves alia erant ratione conſtructae, quam tradit *Caeſar* B. G. III. 13. & *Strabo* Geogr. IV. p. 297.

Cu-

militum cuneis, contractis ad delectum mercatoribus Gallicanis, ſollicitatis, per ſpolia ipſarum provinciarum, non mediocribus copiis barbarorum, atque his omnibus ad munia nautica flagitii illius auctoris magiſterio eruditis, exercitibus autem noſtris, licet invictis virtute, tamen in re maritima novis, malam coaluiſſe ex indigniſſimo latrocinio belli molem audiebamus, licet

Cuneis] *Cuneus* in exercitu ſunt pedites ita collocati, ut priores ordines anguſtiores, ſubſequentes vero latiores exeant in cunei formam. Vid. infr. cap. 16. 2. SCHWARZIVS. *Prudentius* Cathem. V. 53.

Denſetur cuneis turba pedeſtribus.

Aliquot deeſt in *Guelferb.*

Ad dilectum] Cod. noſter, *contractis ad delictum mercat.* quaſi Carauſius mercatores Gallicanos ad delictum rebellionis, & in ſocietatem pertraxerit. Sed poteſt tamen & priſtina lectio locum ſuum tueri. SCHWARZIVS. Vera tantum eſt priſca lectio, modo ex *Guelferb.* ſcribatur *delectum*, quod pariter eſt in antiquioribus Edd. etiam *Stephanorum*, & *Rivini*, cum *dilectum* dederit *Livineius*, *Gruterus*, & reliqui. Vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 5. 3. & ſupr. 9. 4.

Iis omnibus] *His omnibus* Vet. LIVINEIVS. *His* quoque *Guelferb.* quod praetuli. Conf. *Iaeger.* ad *Nazarii* Paneg. 17. 1.

Auctorum magiſterio] *Auctoris*, *Bertinienſ. Cuſpin.* Sequor *auctoris*, & de Carauſio capio. LIVINEIVS. Et hoc praefero. RITTERSHVSIVS. Eiusdem Carauſii. CELLARIVS. *Livin. Stephan. Gudd.* habent *auctorum*, ut Carauſius, & Allectus intelligantur. Alias ſatis bene legitur *auctoris.* SCHWARZIVS. Veterem *Cuſpiniani* lectionem *auctoris*, ab aliis neglectam, primus reſtituit *Gruterus*; recte, quamvis in prima Ed. alteram ſit ſecutus *Rivinus*. Allectus fruſtra intelligatur, quia de eo agit tempore *Eumenius*, quo Carauſius, obſervandis Oceani littoribus a Maximiano praefectus, res novas moliri, & mare contra Romanos infeſtum reddere coepit, quo quidem in ipſius ſocietatem nondum venerat Allectus, unde & in princ. capitis, ſingulari tantum numero, *piratam* memorat. Confer a me dicta ſupr. pag. 2.

Autem noſtris] *Veſtris* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Et *Gud. veſtris.* SCHWARZIVS. Malim *noſtris* ob ea, quae mox dicenda, cum de Maximiani contra Carauſium expeditione, non autem Conſtantii loquatur; niſi dicas, Panegyriſtas, quod ad unum pertinebat Imperatorem, ad alterum quoque tranſtuliſſe, ut paſſim ad *Mamertinum* ſupra dictum eſt, ſed illud magis in iis factum, quae in laude erant poſita, quod ad hunc locum adcommodari non poteſt.

Invictis, virtute tamen] Diſting. *licet invictis virtute, tamen in re.* ACIDALIVS. Olim ſcilicet ita diſtinguebatur, *exercitibus autem noſtris, licet invictis, virtute tamen* &c. plerisque tamen placuit *Acidalii* interpunctio, quam etiam ſequor.

Malam coaluiſſe] Pro *malam* etiam multo rectius ſit *magnam*, aut quid ſimile. ACIDALIVS. Rectius Cod. noſter, omiſſa voce *novis*, pro *malam* ſubſtituit *novam.* SCHWARZIVS. *Malum* & *novum* in MSS. confundi docet *Drakenb.* ad *Sil.* X. 422. IAEGERVS. *Schwarziani* Cod. ſcriptura eſt corrupta, ea enim perit ſententia, qua *exercitus virtute invicti* opponuntur *novis in re maritima.*

Audiebamus] *Audebamus* Vet. *Bertin.*, *videbamus*, *Cuſpin.* Recte. LIVINEIVS. Et in *Gud.* 1. MS. legitur, *videbamus.* IAEGERVS.

2. *Diuturna ſceleris impunitas*] Diuturnum etenim bellum geſſit Carauſius cum Maximiano Herculio, qui nec ipſum vincere potuit: quare & pacem eidem, & imperium totius inſulae conceſſit. Auctor *Eutrop.* lib. IX. PATAROL. *Gud. diuturni.* IAEGERVS. Placet magis *diuturna*; non *ſcelus* Carauſii, ſed *diuturna inpunitas* audaciam inflarat. —— Ante *nam Guelferb.* inſerit *&*.

Inclementiam maris] Vereor, ut ad gratiam, non ex vero dixerit; nam auctor mihi *Eutropius*, fruſtra adverſus virum, rei militaris peritiſſimum, tentata bella, & ad extremum pacem conveniſſe, quod alibi notare memini. LIVINEIVS. Conſtantius, Britannicum bellum incoepturus, Oceanum cum claſſe ingreſſus erat an. CCXCII., at illam repentina maris tempeſtate ſic diſſipatam fuisſe, ut foedus cum Carauſio iniri neceſſe fuerit, in Conſtantii vita diximus. BAVNE. & CELLARIVS. Totam hic rei geſtae ſeriem miſcet *Baunius*, quem nimis ſecure ſecutus eſt *Cellarius*, Conſtantio tribuens, quae ad priora Maximiani tempora pertinent, ut iam monui cap 6. 1. Erroris in eo quaerenda videtur origo, quod Conſtantium Caeſarem factum putant nonnulli eodem anno CCLXXXIV.,

cet de exitu fideremus. Nam & acceſſerat diuturna ſceleris impunitas, quae de- 2
ſperatorum hominum inflarat audaciam, ut illam inclementiam maris, quae victoriam noſtram fatali quadam neceſſitate diſtulerat, pro ſui terrore iactarent, nec conſilio intermiſſum eſſe bellum, ſed deſperatione omiſſum crederent; adeo, ut iam, communis poenae timore depoſito, archipiratam ſatelles occideret, & illud auctoramentum tanti diſcriminis putaret, imperium. Cap.

CCLXXXIV., quo Auguſtus eſt a Diocletiano lectus Maximianus, unde etiam *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 224. rem ita narrat, tamquam inde contra Carauſium ſtatim miſſus fuerit Conſtantius, cum tamen Caeſar demum ſit factus anno CCXCII. Vid. ad *Mamertin.* Paneg. 4. 1. & ſupr. 2. 2. atque a Caeſarea dignitate haec Conſtantii adverſus Carauſium expeditio primum computanda; contra quem antea claſſem paraverat Maximianus, ſed in qua nullam praeſtitit operam Conſtantius, eaque fuit tempeſtate diſiecta, quo factum, ut Britanniae imperium Carauſio cedere debuerint Romani. De eo hic *Eumenii* locus tantum eſt intelligendus; id ſuadet ratio, qua tota cohaeret periodus. In capitis enim principio tradit, quomodo Romanorum partes deſerens claſſem abduxerit Carauſius, aliis in latrocinii ſocietatem adſumtis; id certe ante Conſtantium Caeſarem eſt factum; deinde, quomodo tempeſtate inpediti fuerint Romani, quo minus eum perſequerentur, & vincerent, ita ut hoc ipſius audaciam, ſumendo imperio, adhuc auxerit, quae cuncta ante Caeſaream Conſtantii dignitatem contigerunt; conf. quae dixi pag. 2. Neque *Baunium*, & *Cellarium* iuvant, ad quos provocant, *Eutropius*, & *Aurelius Victor.* Ita enim ille, IX. 22. *Cum Carauſio tamen, cum bella fruſtra tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum, pax convenit. Eum poſt ſeptennium Allectus ſocius eius occidit, atque ipſe poſt eum Britannias triennio tenuit, qui ductu Aſclepiodoti, Praefecti Praetorio, eſt occiſus.* Vides, pacis mentionem diu ante poni, quam Conſtantii potuerit contigiſſe expeditio, unde a Maximiani ducibus bella haec fruſtra fuiſſe tentata, recte illic ſcribit *Glareanus*; neque iuvat *Aurelius Vict.* Caeſ. 39. 20. qui aperte de Maximiano loquitur. Quid autem? ſi ipſi haec Conſtantio obtigiſſet calamitas, putabimusne *Eumenium* huic, coram quo praeſente dicebat, obieciſſe *imperii contumeliam*, qua, diſiecta claſſe, pax fieri cum Carauſio debuerit, ſupr. cap. 10. in fin. itane hanc extuliſſet calamitatem, ut, *deſperatione* Romanorum, bellum cum Carauſio omiſſum haberetur? parum certe haec Caeſari fuiſſent honorifica, in cuius felicitate bellica, & praedicandis victoriis totus eſt. Ceterum de eleganti vocis *inclementia* uſu dixi ad *Mamertin.* Paneg. 12. 5. *Prudentius* contr. Symmach. II. 1012.

Tempeſtatis clementia laeta ſerenae.

Victoriam noſtram] *Veſtram* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Vterque *Gud.* cum *Moerl.* habent, *vict. veſtram.* IAEGERVS. Conf. ad n. 1.

Bellum eſſe] *Eſſe bellum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Tranſpoſitionem habet quoque *Guelferb.* & primus recepit *Gruterus*, ceterique praeter *Rivinum.*

Communis poenae] *Cois* eſt in *Cuſpin.* compendio. Exponebam *communis*, quae omnibus deberetur, ut pari ſcelere obſtrictis. Sed e *Bertinienſ.* *ois* notatur, id eſt, *omnis*, & *paene*, non *poenae*, quod & Vet. praefert. Vnde ſuſpicio *Franc. Modio*, *omni paene timore*, &c. legendum. Ego *poenae* retineam, in altero prope eſt, ut aſſentiar. LIVINEIVS. Quam ipſe Allectus, & Carauſius pro communi rebellionis ſcelere meruerant. Alii legunt *omnis* ex *Bertinienſi* Codice. BAVNE. Praefert itidem *Moerl. pene.* IAEGERVS. In *Guelferb.* eſt, *communi poenae terrore.* Vulgatam recte, ſi quid video, explicuit *Baunius.*

Archipiratam] Puto Carauſium intelligi, de quo *Eutrop.* lib. IX. PVTEANVS. Conf. ad cap. 6. 1.

Satelles] Allectus ex eodem *Eutrop.* PVTEANVS. & LIVINEIVS. Allectus, qui Carauſium, *ſexennio* poſt uſurpatam tyrannidem, *dolo circumvenit. Qui cum eius permiſſu ſummae rei praeeſſet, flagitiorum, & ob ea mortis formidine per ſcelus imperium extorſerat; Victor.* BAVNE.

Auctoramentum] Id eſt, mercedem. *Cicer.* Offic. lib. I. 150. *Eſt enim in mercenariis ipſa merces auctoramentum ſervitutis.* & *Velleius* lib. II. *Iugulati civis publice auctoramentum conſtituere*, id eſt, praemium caedis. IDEM. Sive commodum, & utilitatem, de quo quaedam habet Adfinis meus, *Herm. Cannegieter* ad Fragm. Vet. ICtor. p. 216. adde Not. ad *Pacati* Paneg. 43. 5.

Diſcriminis] Quod hic periculum & *diſcrimen?* Ego *criminis* probem, ſcilicet interfecti ſocii, & Imperatoris, cui ſceleri praemium imperium peteretur. LIVINEIVS. Cui ſe committit, dum Carauſium interficit. Libenter *Livineio* aſſentior, qui *cri-*

Cap. XIII. Hoc igitur bellum tam neceſſarium, tam difficile aditu, tam inveteratum, tam inſtructum, ita, Caeſar, adgreſſus es, ut, ſtatim atque illo
2 infeſtum maieſtatis tuae fulmen intenderas, confectum omnibus videretur. Nam primo omnium, (in quo praecipue conſulendum fuit) ne quid barbarae nationes, converſo illuc Numine tuo, novare tentarent, invocata Patris tui maieſta-
3 te proviſum eſt. Tu enim ipſe, tu Domine Maximiane, Imperator aeterne, novo itineris compendio adventum divinitatis tuae accelerare dignatus, repente Rheno inſtitiſti, omnemque illum limitem non equeſtribus, neque pedeſtribus co-

criminis legit. BAVNE. Sic legunt plerique. Plus tamen placet lectio *Livineii*, & aliorum, reponentium *criminis*. Quaecumque tamen praeferatur lectio, ſenſus admodum obſcurus mihi videtur, ſi vocibus ſtemus, prout ſonant. PATAROL. Videtur tamen caedes illa Carauſii non ſine periculo, & magno diſcrimine ab Allecto fuiſſe perpetrata. IAEGERVS. Nec locus emendatione indiget, neque eſt obſcurus. Qui de periculo interpretantur, cui ſe in caede Carauſii exponebat Allectus, vereor, ut ſententiam perſpexerint, & ita tamen omnes. *Diſcrimen* capio de illo periculo, quod, orta tempeſtate, Maximiani ſubierat claſſis, tanto quidem, ut a perſequendo deſiſtere Carauſio debuerint Romani. Huius periculi, ſive tempeſtatis commodum eſſe putabat Allectus imperium; ob illud enim a Romanis tutus imperium ſumſerat Carauſius; ob idem illud, caede Carauſii, imperium furabatur Allectus, cum, ſine ullo poenae metu, tempeſtatis illius calamitate adfectos, crederet Romanos, quam de Carauſio ſumere non potuiſſent vindictam, ne auſuros quidem de ſe quoque ſumere.

1. *Auditu*] *Aditu* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS.

Fulmen intenderas] Interfecto Allecti fraude Carauſio, Conſtantius & animum, & ſpem recuperandae Britanniae recepit. CELLARIVS.

2. *Numine tuo*] In *Guelferb.* eſt *limine;* utrum *lumine* ob praecedens *fulmen?* ut haec confuſa docui ad *Arator.* II. 681. & 773. & *lumen* ſaepe in *numen* abiit, ut in Codd. apud *Lucretium* I. 9. apud *Martialem* I. 69.

Naevia lux, inquit, Naevia numen.

recte *Thuaneus*, in excerptis penes me, *lumen* ob praecedentia; adde *Klotz.* Miſcell. Crit p. 79. praeſtiterit tamen vulgata, cum mox cap. 15. 6. de Conſtantio dicat, *quam praeſens maieſtatis tuae lumen excipere*, ubi *maieſtas* a noſtro *numine* nihil diſtat, unde ibi continuo addit, *ubique vim veſtrae divinitatis eſſe.*

Poteſtatis tuae maieſtate] Vet. *Patris tui.* PVTEANVS. Foedam maculam ſine libris de ingenio correxeram, *invoc. Patris tui maieſt.*, quo nihil verius. Nunc teſtificor id exerte in Vet. & *Bertinienſ.* extare. *Patrem* intelligit Maximianum Herculium A. Vide, quae primo hoc Panegyrico notamus. Erratum eſt autem, ut hoc obiter addam, a compendiis. LIVINEIVS. Maximiani, cuius filiam privignam duxerat. BAVNE. Maximiani Herculei, qui praeſidia in ripa Rheni diſpoſuit, ne, dum Conſtantius Britannico bello occupatus eſſet, Germani aliquid novi molirentur. CELLARIVS. Maximiani Herculei, Patris non per naturam, ſed per adoptionem. Adnotavimus hoc dicendi genus pluribus in locis, & hac ipſa etiam Oratione cap. 1. PATAROL. *Patris tui* etiam *Guelferb.* Ante *Gruterum* fuit editum, *poteſtatis tuae maieſtate*. quod adhuc retinuit *Rivinus*, contra *Eumenii* mentem. Adpellationem *Patris* potius cum *Baunio* ex nuptiis cum Maximiani filia repetierim.

3. *Novo itineris compendio*] Opinor legendum *noto*, quod malim, quam vel *noxio*, vel *noxii.* RHENANVS. Vet. *novo.* PVTEANVS. *Stephanus noto*, vel *noxio* exiſtimat reponendum: ego autem, *mox itineris compendio.* MEVRSIVS. Auctar. Philolog. cap. 32. *Novo* habent Cod. *Put. Cuſp.* ceterique omnes, quod ſine dubio praeferendum coniecturae *Rhenani.* IAEGERVS. Recte probam *Cuſpiniani* lectionem *novo* recepit *Livineius*, & reliqui omnes, praeter *Henr. Stephanum*, & utraque Ed. *Rivinum*, qui corruptum illud *Rhenani noxo* retinuerunt. Cum *Rhenani* coniecturam *Stephano* tribuerit *Meurſius*, non cogitavit, *Henr. Stephanum* Ed. *Rhenani* expreſſiſſe, huius quoque coniecturis margini adpoſitis, nullis autem de ſuo additis.

Accelerare dignatus] Faciunt haec verba, ut ſuſpicer, tum, cum Conſtantius expeditionem hanc ſuſcepit, nimirum an. Chr. CCXCV., iam Maximianum Africam verſus copias eduxiſſe, ut Quin-

copiis, ſed praeſentiae tuae terrore tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maximianus in ripa. Tu vero, invicte Caeſar, inſtructis, armatisque diver- 4
ſis claſſibus ita hoſtem incertum, conſiliique inopem reddidiſti, ut tunc denique ſenſerit, quod non munitus eſſet Oceano, ſed incluſus.

Cap. XIV. Hoc loco venit in mentem mihi, quam delicata illorum Principum fuerit in adminiſtranda republica, & adipiſcenda laude felicitas, quibus Romae degentibus triumphi, & cognomina devictarum a ducibus ſuis gentium proveniebant. Itaque Fronto, Romanae eloquentiae non ſecundum, 2
ſed

Quinquegentanis bellum inferret, ſimul vero de Conſtantii in Britanniam tranſitu ad eum allatum eſt, rediiſſe illico, ut interea Rhenum contra Francos tutaretur. BAVNE.

Rheno] Vet. delet. PVTEANVS. Male, poſtulat enim ſequens *illum limitem* aliquid, quo referatur, & ita Incertus Conſtantino 22. 3. *inſtitiſſe Rheno nunciabantur.* De Rheno limite vide ad *Mamertin.* Genethl. 3. 9.

Potentiae tuae] *Praeſentiae* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Potentiae* ediderunt *Livineius*, & *Paullus Stephanus*; alterum tuentur Codd. Pertinet autem hic locus ad id, quod hoſtes terrore victi in ſumma laude habebantur, de quo dictum ad *Mamertin.* Genethl. 5. 4.

Tutatus es] Diſting. *tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maxim. in ripa. Tu v.* &c. Aut ſit etiam melius inducere iſta parentheſi. ACIDALIVS. In quibusdam nempe haec, *Quantos libet* poſita ſunt per interrogationem: rectius *Acidalii* interpunctionem alii ſunt ſecuti.

In ripa] Neſcio, an mutandum *Imper.*, id eſt, *Imperator.* ACIDALIVS. Contra Codd. nihil mutandum, & *in ripa* videtur oppoſitum *claſſibus* in mari.

4. *Diverſis claſſibus*] Conf. ad cap. 6. 1. Pro *ita hoſtem* in *Guelferb.* eſt, *itaque in hoſtem.*

1. *Rep. cum laude*] *Rep. & adipiſcenda laude* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhen. Steph. Livin.*, *in adminiſtranda rep. cum laude*; *Cuſpin. Gud.* 2. & *Moerl.*, *in adminiſtr. rep. & adipiſcenda rei publ. laude*, quae lectio a *Schonhovio* etiam notata fuit. Cod. *Livin.* & *Bertin.*, omiſſo illo *reipublicae*, importune intruſo, receptam nobis lectionem exhibent. IAEGERVS.

Proveniebant] MS. *Moerl. perveniebant.* Male. IDEM. *Pacatus* Paneg. 5. 4. *Romani duces, Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis Gentium ſubactarum adoptivum inſigne ſumebant.* neſcio, an hinc in *Ampelio* inſcriptio cap. 23. ita ſit legenda, *qui in Populo Romano nomen ex Gente uſurpaverunt*, quo modo *uſurpare nomen* adhibetur apud *Sueton.* Claud. 24. & 25. Neron. 1. *Velleium Paterc.* I. 3. 2.

Fronto] Hic eſt Cornelius Fronto, quo praeceptore uſus eſt M. Antoninus Philoſophus in Rhetoricis, teſte *Capitolino* in eius vita, & *Dione* etiam. Eius quoque meminit *Gellius* lib. XIX. cap. 8. & 10. & 13. De eo vetus inſcriptio:

M. AVFIDIO. FRONTONI
PRONEPOTI. M. CORNELI
FRONTONIS. ORATORIS
CONSVLIS. MAGISTRI
IMPERATORVM. LVCI
ET. ANTONINI. NEPOTIS
AVFIDI. VICTORINI
PRAEFECTI. VRBIS. BIS. COS
FRONTO. COS
FILIO. DVLCISSIMO

PVTEANVS. Cornelium Frontonem accipio, quo Latino Oratore uſus M. Antoninus Philoſophus. Auctor *Capitolinus.* Pertinentque ad eum, opinor, haec *Macrobii* Saturnal. V. cap. 1. *Quatuor ſunt, inquit Euſebius, genera dicendi, copioſum, in quo Cicero dominatur, breve, in quo Salluſtius regnat, ſiccum, quod Frontoni aſſcribitur, pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc, nullo veterum minor, noſter Symmachus luxuriatur.* LIVINEIVS. Cornelius Fronto, princeps Oratorum ſui ſeculi, ut eſt in *Dionis* Epitome, Antonini Philoſophi Magiſter fuit, ut tradit *Iulius Capitolinus*, confirmatque vetus inſcriptio. Praeclariſſima huius in Pelopem actio intercidit, cum ceteris eiusdem, quae laudantur a *Chariſio*, *Fulgentio*, *Sidonio.* *Gellius* lib. XIX. cap. 8. 10. & 13. & *Macrobius* Saturnal. lib. V. cap. 1. *Sidonius* tanti eum aeſtimatum fuiſſe dicit, ut, quemadmodum Poetae alii *Virgiliani*, alii *Ovidiani*, ſic aetatis ſuae Oratores bene multi *Frontoniani* dici vellent. *Sidon.* lib. I. Epiſt. 1. BAVNE. & CELLARIVS. Vid. *Auſon.* Paneg. cap. 14. PATAROL. Et ad *Auſonii* locum

ſed alterum decus, cum belli in Britannia confecti laudem Antonino Prin-
cipi daret, quamvis ille in ipſo Vrbis Palatio reſidens gerendi eius mandaſ-
ſet auſpicium, veluti longae navis gubernaculis praeſidentem totius velifica-
3 tionis, & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt. At enim tu, Caeſar invicte,
omnis

cum Notae, quosque laudavit Cl. *Saxe* Onomaſt. T. I. p. 359.

Alterum decus] Elegans locutio, qua *alter* unum ex paribus deſignat, *ſecundus* inferiorem. *Nepos* Pelopid. 4. *Reip. haec fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda, ita ut proxima eſſet Epaminondae.*

In Britannia] Idem *Capitolinus: Britannos per Lollium Vrbicum Legatum vicit,* (forte *alto*) *alio muro ceſpititio ſubmotis barbaris ducto. Pauſanias Brigantes* vocat Arcadicis, additque magna ſoli parte multatos, quod Genuniorum, qui P. R. ſubditi, agrum cum armis iniviſſent. LIVINEIVS. Huius Britannici belli curam Calpurnio Agricolae traditam fuiſſe refert *Iulius Capitolinus* in vita Antonini Philoſophi, quem ita totum fuiſſe in Philoſophiae ſtudio addit, ut nulli ferme bello interfuerit, quapropter *Armenici*, & *Parthici* nomen aegre quidem accepit, propter Armenos, & Parthos ab eius Legatis ſubactos. BAVNE. Et Pius Antoninus, & Marcus in Britannia bellum per Legatos geſſerunt, ut *Capitolinus* utriusque vita memoravit, Pii cap. 5. Marci cap. 8. Interpretes ad Marcum referunt, cui Fronto fuit magiſter eloquentiae. Sed neque hoc firmat ſatis, quia Fronto inde a Traiani aevo clariſſimus Orator fuerat. CELLARIVS. Memoriam victoriae, ibidem ab Antonino relatae, exhibent eiusdem Antonini numismata, non uno etiam typo. PATAROL. Bellum, quod confecerat Legatus, ipſi Antonino adſcripſit *Fronto* ex eo more, quo victorias, a Ducibus ſuis partas, ſibi tribuebant Imperatores; exempla dedit *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 12. *Livineii* in *Capitolino* emendationem recte damnavit *Cellarius* Geogr. antiq. II. 4. p. m. 257. hic enim Antonini murus fuit *alius* ab eo, quem ante Hadrianus fecerat.

Antonio] Inepte *Antonio* legebatur. Eſt enim ſermo de M. Antonino Philoſopho. LIVINEIVS. *Antonio* erat in *Puteolana*, forte a typographo.

Mandaſſet auſpicium] *Ovidius* ad Auguſtum de Tiberio, in Delmatas Legato:

Auſpicium cui das grande, Deosque tuos.

LIVINEIVS.

Longae navis] Sic longis navibus Caeſarem, ut in Britanniam transfretaret, uſum eſſe legimus in eius Commentariis de Bello Gallico. BAVNE. *Praeſidere gubernaculis* inde eſt, quia ad clavum *ſedere* erat gubernatorum, de quo elegantia habet *Orvillius* ad *Chariton.* Animadv. VIII. 6. conſentanea ſunt haec *Aeſchyli* Sept. contr. Theb. 2.

Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νομῶν.

ubi Scholiaſt. De *longis navibus* vide *Scheffer.* Milit. Naval. II. 2.

Toties velificationis] Lege *totius*, & tolle ineptam parentheſin. ACIDALIVS. Scilicet verba, *quamvis illa —— auſpicium*, parentheſi in ſua Edit. habebat incluſa *Acidalius.* Praeterea *toties* eſt in Ed. *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini*; meliora iam dederat *Puteolanus*, *Livineius*, & reliqui. —— Mox in *Guelferb.* corrupte, *meruiſti.*

3. *Fuiſti. Siquidem*] *Prior ſiquidem*, *Bertin. Cuſpin.* Egregie *prior* additur, ſcilicet exercitus tui parte, ut mox ſequitur, idque illuſtrat vehementer, quod praeceſſit, *exemplo.* LIVINEIVS. *Prior* inſeruit primus *Gruterus*, ceterique omnes, praeter *Rivinum*; eſt quoque in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis; poſtulant praeterea ſequentia; ſed rei geſtae contrarium videri, quidquid hic adfirmaverit *Eumenius*, dixi ſupr. ad cap. 6. 1.

Magis Geſoriacenſi] Malim *maris.* RHENANVS. Sic Vet. *Siquidem agis Origiacenſi.* Forte, *a Geſoriacenſi.* PVTEANVS. Codicum discors, & non una lectio. In *Langii* Schedis abeſt *magis.* In Vet. lego omnino, *ſiquid. magis Origiacenſi lit.* in *Bertiniens. Siquidem a Geſorigiacenſi lit.* Propius vero. nam germanum reor, *ſiq. a* (ſeu *in*, ut in *Cuſpin.* eſt) *Geſoriacenſi lit.* Adi, quae notata mihi ſupra ad cap. 6. LIVINEIVS. Malim cum Editione *Cuſpiniani: fuiſti prior ſiquidem Geſoriacenſi littore quamvis fervidum invectus Oceanum*, &c. ita quidem illa Editio, niſi quod praeferat, *in Geſoriacenſi*; gloſſema manifeſtum. Inde enim factum, ut alius liber exhibeat, *a Geſoriacenſi*, quod non nemini placuit. GRVTERVS. Quid hic illud *magis?* Abiicio: niſi tamen unam ex eo literulam retineo, ut ſit praepoſitio *a.* Reliqua ex inepta repetitione nata,

m

omnis iſtius & navigationis, & belli non modo pro imperii iure praeceptor,
ſed rebus ipſis, & exemplo conſtantiae tuae hortator, atque impulſor fuiſti.
Prior ſiquidem a Geſoriacenſi littore quamvis fervidum invectus Oceanum, 4
etiam illi exercitui tuo, quem Sequana in fluctus invexerat, irrevocabilem
in-

m ex poſtrema τȣ *ſiquidem; gis* e prima ſequentis *Geſoriacenſi.* ACIDALIVS. Hic loci ipſe Conſtantius claſſe traiicere in Britanniam paravit, atque ſolvit etiam, ſed poſt victoriam Aſclepiodoti Praefecti. CELLARIVS. Noſter Cod. ſic exhibet hunc locum: *Siquidem agis origiacenſi littore quamvis fervidum Oceanum, etiam illi,* &c. ita etiam *Put.* habet. Sed in voce *agis* latet corrupta lectio. Conſtat enim ex praepoſitione *a*, & ſyllaba ſubſequentis vocis *Geſoriacenſi.* Ita ergo legerem: *Prior ſiquidem a. Stephan.* pro *magis* malit *maris;* fruſtra. SCHWARZIVS. In *Guelferb.* etiam eſt, *ſiquidem agis Origiacenſi;* in *Schonbovii* excerptis, *in Geſoriacenſi. Gruterus*, eiecto *magis*, quod tamen adhuc expreſſit *Rivinus*, dedit primus, *ſiquidem Geſoriacenſi*, quod omnes praeter *Iaegerum* ſecuti, cuius exemplo *a* inſerui, ex corrupta Codd. lectione confirmatum. Male *Rhenani* coniecturam *Stephano* tribuit *Schwarzius;* erroris originem indicavi ſupr. cap. 13. 3. De littore *Geſoriacenſi* vide ad cap. 6. 1. ubi & pag. 254. *Wagenaarii* opinionem adtigi.

Quem Sequanam] *Quem in Sequanam* Vet. PVTEANVS. Expeditum *Sequanae fluctus*, quod in *Largii* Schedis eſt, ſed quis *fluctum* attribuat flumini? in Vet. ſcriptum explicate, *quem ſe qua natura niſi invex.* Erui tandem e veſtigiis, meo animo, belle, *quem Sequana curvus invexer.* Tu adi tabulas, mi Lector, & perpetuos fluvii, certe inde a Pariſiis, flexus obſerva. E *Bertin.* notatum, *quem Sequanam niſi invexer.*, in quo reliquiae quaedam proximae lectionis. LIVINEIVS. Adhuc inquinatum videtur *flumen Sequana*, quare ſuſtulerim literam poſtremam, ac reformaverim in *in*, ut fiat, *quem Sequana in fluctus inv.* & ſic conſileſcunt illae turbae, quas movit *Livineius. Fluctus* enim heic ſunt non fluminis, ſed Oceani ipſius. GRVTERVS. Dubiae fidei verba, *quem Sequanam fluctus invexerat.* Nimis obſcura. An? *quem Sequana fluvius invex.* ACIDALIVS. *In fluctus*, id eſt, in Oceanum. Hic, relicta *Puteani* editione, ubi legitur, *quem Sequanam fluctus invexerat*, *Gruteri* emendationem ſecutus ſum. BAVNE. Aſclepiodotum puta, quem ex alio latere adnavigare, & claſſem adducere Conſtantius iuſſerat. CELLARIVS. Sic *Put. Cuſp. Steph. In Sequanam vis invexerat*, MS. *Moerl.* pro *vis Gud. vi.* IAEGERVS. In ſcripturam, *quem Sequanam fluctus invexerat*, olim conſtanter omnes conſpiraverunt, donec *Gruteri* coniecturam, *quem Sequana in fluctus invexerat*, receperit *Baunius*, & poſt eum reliqui omnes. Nollem factum; tu enim vide, itane ſibi adverſetur *Eumenius*? Quid enim? ſi exercitum in Oceani fluctus invexerit Sequana, altum, littore relicto, iam petiit haec Aſclepiodoti claſſis; eam enim recte intelligit *Cellarius;* ſed qui tunc ſequentia explicueris? *ut, cunctantibus adhuc ducibus,* (exercitus ille) *ultro ſignum navigationis expoſceret.* Navigationis ſignum illi expoſcunt, qui nondum navigant, quorumque nondum in Oceanum eſt deducta claſſis; deinde, qui tunc convenient ſequentia, Aſclepiodoti exercitum, accepto de Conſtantii navigatione nuncio, ita ſe hortatum fuiſſe? *quid dubitamus? quid moramur?* —— *experiamur omnia, per quoscumque fluctus eamus.* haec utique non poſſunt eorum eſſe verba, qui e Sequana iam in mare erant deducti. Ex ſequentibus itaque hanc *Eumenii* ſententiam colligo; cum navigare vellet Aſclepiodotus, caelum & mare fuiſſe turbidum, diem pluvium, ventum non directum, viſa ſigna minacia; maris itaque inpetu, & fluctibus detinebatur in Sequana claſſis iam iam navigatura, eoque ſe invicem hortati fuerunt milites, ut, ſpreto quocumque periculo, vela facerent, ſeque mari, quamvis iniquo, crederent; interim quam vere ita narraverit, dixi ad cap. 6. 1. Ex variantium in Codd. comparatione, locus mihi ita videtur reſingendus, *quem in Sequanam vis fluctus invexerat.* τὸ *vis* auctoritatem capit ex *Guelferb.* ſive *Gud.* & *Moerl.* latetque in *niſi*, quod ex ſuo Vet., & *Bertin.* protulit *Livineius.* Senſus eſt, tempeſtate fluctus Oceani in Sequanae oſtio ita motos fuiſſe, ut claſſem mare petituram in flumen invexerint, ſive retro cedere coegerint, quo minus altum ingrederetur: ille tempeſtatis effectus ex eo confirmatur, quod ventus, ut addit, ex Sequana in Britanniam ituris fuit obliquus, adeoque vel Zephyrus, vel Caurus, qui igitur fluctus in Sequanae oſtium vehementiori inpetu protruderet, quo exitus fieret difficilior. Nihil tamen ex ingenio mutare auſus, *Gruteri* coniecturam, cum in antiquiſſima lectione nihil ſani ſit, retinui, donec adferantur certiora.

inieciſti mentis ardorem; adeo, ut, cunctantibus adhuc ducibus, caelo & mari turbidis, ultro ſignum navigationis expoſceret; quaedam minacia ſigna, quae videbantur, contemneret; die pluvio vela faceret; ventum, quia directus non erat, captaret obliquum. Quis enim ſe, quamlibet iniquo, mari non auderet credere, te navigante? Omnium, ut dicitur, accepto nuntio navigationis tuae, una vox & hortatio fuit: *Quid dubitamus? quid moramur? Ipſe iam ſolvit, iam provehitur, iam fortaſſe pervenit. Experiamur omnia, per quoscumque fluctus eamus. Quid eſt, quod timere poſſimus? Caeſarem ſequimur.*

Cap. XV. Nec fefellit opinio veſtrae felicitatis. Siquidem, ut ex ipſorum relatione comperimus, ad tempus ipſum tantae ſe dorſo maris nebulae miſcuerunt, ut inimica claſſis, apud Vectam inſulam in ſpeculis, atque inſidiis collo-

In eis ardorem] *In* ſuperest. RHENANVS. Vet. *mentis ardorem.* PVTEANVS. *Mentis* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Mentis ardorem*; ſic habent libri plures; nam aliquot, *inieciſti in eis ardorem*, quod nauci non eſt. GRVTERVS. Aiunt ſupereſſe *in*; ſupereſt vero etiam *eis*, niſi mutandum utrumque in voculam unam, *mentis*. ACIDALIVS. Sic *Cuſp. Steph. Rhen. Livin.* Quod nauci non eſſe recte iudicat *Gruterus.* Coniectura *Acidalii* mutantis *in eis* in voculam unam *mentis*, confirmatur Codd. *Put. Liv. Bert. Lang. Moerl.* IAEGERVS. Confirmatur quoque a *Guelferb.* & hoc primus recte expreſſit *Gruterus*, cum ſequentibus praeter *Rivinum. Divinae mentis ardorem* dixit *Mamertinus* Genethl. 3. 8. *militarium animorum ardorem*, *Eumenius* Conſtantino 16. 3. *ardorem animorum*, Idem Gratiar. action. 1. 5. *iniicere* autem celeritatem indicat, ut *admiratio iniecta* apud *Mamertin.* Genethl. 10. 4. ubi vide. —— Mox recte addit *turbidum mare*, in quo *turbidum* maiorem incutit terrorem, iudice *Bentleio* ad *Horat.* Od. I. 3. 19.

Quae videbantur] In *Guelferb.* eſt, *minacia videbantur ſigna contemnere*; corrupte, ut indicant ſequentia.

5. *Se quamlibet*] *Guelferb.* habet, *quis enim quanti iniquo.* Male; namque *quamlibet* eleganter adiectivo iungitur, pro quamvis admodum. Conf. Patris Notas ad *Plinii* Paneg. 61. 2.

Te navigante] Reſpexiſſe videtur ad illa Caeſaris apud *Lucan.* lib. V.

Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti
Trade ſinum. Italiam ſi, coelo auctore, recuſas
Me pete &c. *medias perrumpe procellas*
Tutela ſecure mea.

PATAROL.

Accepto nuncio] *Guelferb. concepto.*

Experiamur] Idem Cod. *expiamur.*

Poſſimus] *Moerl.* & *Gud.* 1. *poſſumus.* IAEGERVS.

Caeſarem ſequimur] Et fortunam eius. Sic olim Iulius Caeſar Brunduſium, dum ferveret mare, in ſcapha traiiciens, gubernatorem intuitus, & correpta eius dextera, *quid times?* inquit, *Caeſarem vebis, & fortunam eius ſimul navigantem*, *Plutarchus* in Iulio Caeſare. BAVNE. *Florus* IV. 2. 37. *Exſtat ad trepidum tanto diſcrimine gubernatorem vox ipſius: quid times? Caeſarem vebis.* IAEGERVS.

1. *Ad tempus ipſum*] Auctor in Conſtantinum A. *Cum ad tempus ipſum, quo pater in Britanniam transfretabat, claſſi iam vela facienti repentinus tuus adventus illuxit.* LIVINEIVS. Pro *tantae* in *Guelferb.* eſt *tanto.*

Dorſo maris] *Prudentius* in Symmach. II. Praef. vs. 43.

Tergum per tumidum freti.

Ex Graecis, & Latinis pluribus vocis utriusque uſum confirmavit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 12. 2. & ipſe ad *Arator.* II. 47. Quod *nebulas* ſe *miſcuiſſe* addit, eſt conſueta in tempeſtatibus locutio, ut κῦμα συγχῶσαι dicitur ventus, apud *Aeſchylum* Prometh. vinct. vs. 1049. & αἰθὴρ πόντῳ συνταράσσεσθαι, ibid. 1087.

Apud Vectam] *Suetonio* eſt *Vectis*, Veſpaſ. cap. 4. LIVINEIVS. Allecti claſſis, ibi diſpoſita, ut traiectum Conſtantianorum impediret: ſed nebulae beneficio illam Aſclepiodotus praeterve-ctus

locata, ignorantibus omnino hoſtibus praeteriretur, ne vel moraretur impe-
tum, quamvis non poſſet obſiſtere. Iam vero quod idem ille veſtro auſpicio 2
invictus exercitus, ſtatim atque Britanniae littus invaſerat, univerſis navibus
ſuis iniecit ignes, quinam alii, niſi divinitatis veſtrae, monitus impulerunt?
aut quae alia ratio perſuaſit, nullum praeſidium fugae reſervare, nec vereri 3
dubia bellorum, nec Martem, ut dicitur, putare communem, niſi quod veſtri
contemplatione conſtabat, de victoria non poſſe dubitari? Non illi tunc vi- 4
res, non humana robora, ſed veſtra Numina cogitaverunt. Propoſito quali-
cumque praelio certam ſibi ſpondere fortunam, non tam eſt fiducia militum,
quam felicitas Imperatorum. Ipſe ille autem ſignifer nefariae factionis, cur ab 5
eo littore, quod tenebat, abſceſſit? cur claſſem, portumque deſeruit? niſi
quod

ctus eſt, ut minime ſentiretur. CELLARIVS. Quae & *Vectis*, & *Victeſis* dicta eſt antiquis, nunc *Wicht* Gallis, *Gaunydh* Anglis: inſula Britannici maris, ad meridiem Angliae proxima, ab eaque modico freto diſtans. PATAROL. Male *Guelferb. Victam.* Conf. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 4.

Et inſidiis] *Atque inſidiis* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Atque* etiam *Guelferb.* & primus recepit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti.

Moraretur ipſe tum] *Impetum* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Perſpicue verum eſt. Eſtque ab exſcriptorum compendio error. nam vetere ſcriptura *ipe*, & *impe* valet & *ipſe*. LIVINEIVS. Lege *ipſa*, navis ſcilicet illa in inſidiis collocata. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Livin. Stephan.* Sed perſpicue verum eſt *impetum*, ut habet Cod. *Livin. Bert. Cuſp. Lang. Moerl.* & adnotavit quoque *Schonhovius.* IAEGERVS. *Impetum* etiam *Guelferb.* in qua lectione exprimenda *Gruterum* reliqui recte ſecuti, etiam in ſec. *Rivinus.*

2. *Statim atque*] *Iaegeri* exemplo haec iunxi, alii *exercitus ſtatim*, *atque.* Conf. *Livineium* ſupr. 7. 3.

Monitus] Recte *divinitati* iungit. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. 3.

3. *Dubia bellorum*] Alii *incerta belli;* de utroque egit *Wopkenſ.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 296.

Putare communem] *Mars communis* Scriptoribus antiquis frequens. *Virgilius* ad Meſſalam 50.

Communem belli nec timuiſſe Deum,

ad quem locum vide *Burman. Secundum* in Anthol. T. I. p. 299. adde *Virgil.* in Cir. vs. 359. ubi *Taubman. Senecam* de Ira I. 12. *Abramum* ad *Ciceron.* pro Sext. 5. qui ad eumd. pro Milon. 21. hoc cum *Homerico* ξυνὸς Ἄρης iam contulit.

Veſtri contemplatione] *Veſtra* Vet. LIVINEIVS. Poteſt *contemplatio* & pro adſpectu, & reſpectu accipi; de utroque uſu *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. IV. 13. §. 17. *Paullus* Sentent. V. 11. §. 6. *quia contemplationem ſalutis certo modo aeſtimari non placuit.* ſcribe *contemplatione*, ut recte eſt in L. 34. §. 1. D. de Donation. & donatio dicitur fieri *contemplatione mortis* apud *Paullum* Sent. II. 23. §. 6. deterius *Kaldenbach* Diatr. Critic. Iurid. p. 11. *compenſationem;* compenſatio enim non poteſt dici *aeſtimari.* Neque illud hac occaſione praetermitto, in illa L. 34. cum aliis legendum eſſe, *nam merces*, potius quam *merces enim*, ut *Gebauerus.*

4. *Non illic*] Vet. *illi.* PVTEANVS. *Illi* Vet. LIVINEIVS. Lege, *non illi tunc* &c. *cogitaverunt. Propoſ. q. p.* ACIDALIVS. Pro *illic*, quod habent Edd. *Cuſpin. Rhenan. Livin. Steph. Cellar. Patar.*, eſt in Codd. *Livin. Put. Moerl. illi*, quod *Acidalius* etiam ſubſtituit, & ſine controverſia melius eſt. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. illi*, in quo *Iaegerum* ſum ſecutus. — Tunc omiſit *Rivinus.*

Romana] *Humana* Vet. LIVINEIVS. Et *Moerl. humana.* IAEGERVS. Et *Guelferb.* hoc reſtitui, quia convenientius eſt, oppoſitum ſequenti *Numina*, tum etiam, quia *Romana* videtur eſſe ex gloſſa, propter ea, quae dixi ad *Mamertin.* Genethl. 13. 2.

Numina] Iovem, & Herculem. PATAROL.

5. *Signifer*] Allectus Conſtantium fugiens in Aſclepiodotum, eius Praetorio Praefectum, incidit, qui eo praemiſſus a Conſtantio cum parte exercitus Allectum interfecit. BAVNE.

Eo littore] Rutupino, ſeu ad portum Rutupinum, ubi, firmo praeſidio relicto, Aſclepiodoto iam inſulam ingreſſo occurrit, & victus eſt. *Hadr. Va-*

quod te, Caeſar invicte, cuius imminentia vela conſpexerat, timuit iam iam-
6que venturum. Vtcumque cum ducibus tuis maluit experiri, quam praeſens maieſtatis tuae fulmen excipere. Demens, qui neſciebat, quacumque fugeret, ubique vim veſtrae divinitatis eſſe, ubi vultus veſtri, ubi ſigna colerentur.

Cap. XVI. Te tamen ille fugiens incidit in tuorum manus; a te victus,
2a tuis exercitibus oppreſſus eſt. Denique adeo trepidus, & te poſt terga reſpiciens, & in modum amentis attonitus properavit ad mortem, ut nec explicarit aciem, nec omnes copias, quas trahebat, inſtruxerit, ſed cum veteribus illis coniurationis auctoribus, & mercenariis cuneis barbarorum, tanti apparatus

Valeſius Rer. Franc. I. p. 14. conſulatur. CELLARIVS. Recte de littore Rutupino, eiusque portu accipit *Cellarius*, & *Baune* ſupr. Vit. Conſtantii p. 234. Rutupias enim petere ſolebant Geſoriaco in Britanniam ſolventes, quod Idem *Cellarius* docet Geogr. antiq. II. 4. p. m 262. *Tenuiſſe* hoc littus dicitur, ea notione, qua id verbum ducibus, caſtra quodam loco habentibus, tribuitur. Vide Patris notas ad *Victor*. Inluſt. 2. 7.

Iam iamque] Vid. ſupr. ad cap. 5. 2.

6. *Quacumque fugerat*] *Fugeret* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Fugeret*, *ubique vim veſtrae div.* ſic quidam Codices, melius quam vulgati nupere, *quacumquè fugerat*, *ubique numina veſtrae div.* &c. GRVTERVS. Lege *quocunque fugeret*. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Livin. Stephan.* habent. *Cuſpin.* & *Moerl.* itidem *fugerat*, vitioſe. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. fugerat*, ſed alterum primus recte recepit *Gruterus*, & ſequentes, etiam in ſec. Ed. *Rivinus.* —— *Quocumque*, quod *Acidalio* placuit, citavit *Lipſius* Milit. Rom. IV. Dial. 5.

Vbique Numina] *Vbique vim* Vet. *Bertin. Cuſpin* LIVINEIVS. *Cuſp.* & *Moerl.* pro *Numina* praeferunt *vim*, quod & in Cod. *Livin.* & *Bertin.* legitur, probaturque *Grutero*, & receptum eſt a *Pariſienſibus*, *Pat.* & *Cellario.* IAEGERVS. *Vim* etiam *Guelferb.* hoc, a ſe praecedenti obſerv. probatum, primus recepit *Gruterus*, quem reliqui ſunt ſecuti, etiam *Rivinus* in ſec.

Vultus veſtri] Notae, & obviae in hiſtoriis Principum in vexillis imagines. LIVINEIVS. *Moerl.* corrupte, *niſi vultus.* Non tam in vexillis, proprie ſic dictis, quibus nomen Imperatoris inſcribi ſolitum fuit, vid. *Sueton.* Veſpaſ. 6. ibique *Torrent.* quam in clypeis ſuſpenſis in haſtilibus ſignorum. Vid. *Xiphilin.* Vitell. p. 311. l. 40. & *Herodian.* Iulian. p. 499. l. 30. *Sylb.* IAEGERVS. Conf. tamen *Nicolai* de Siglis veter. cap. 26. §. 6. *Lipſium* de Milit. Rom. IV. Dial. 5. qui mox citat *coluntur*, quod in nulla Ed. inveni.

1. *In tuorum manus*] Aſclepiodotum ſentit, Praetorio Praefectum, a quo Allectus oppreſſus. *Eutropius.* LIVINEIVS. *Guelferb. illa fugiens*, in quo videntur Librario obverſata, ex ultimo praecedentis, *ſigna.*

2. *Poſt terga*] Totidem paene verbis *Pacatus* in Theodoſium: *Ibat interim Maximus*, *ac*, *te poſt terga reſpectans*, *in modum amentis attonitus avolabat.* LIVINEIVS. & BAVNE.

Illius coniurationis] *Illis* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Illis* etiam *Guelferb.*, quod recte primus dedit *Gruterus*; alterum retinuit *Rivinus.*

Irrerit] Alii *irruerit.* RHENANVS. Vet. *irruerit.* PVTEANVS. Quid illud *irrerit*, quod *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus* habent, ſibi velit, nemo facile dixerit. Recte iam *Livineius irruerit*, notatum etiam in *Schonhovii* excerptis. *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 200. hoc loco uſus, coniicit, *interierit*; ſed *irruerit* magis convenit cum praecedentibus, *coniurationis auctoribus*, & *cuneis.*

3. *Hoc etiam*] *Etiam hoc*, *Bertinienſis.* LIVINEIVS.

4 *Illa barbara*] Non occurrit melius, quod olim ante Codices inſpectos divinabam, *Illa*, *inquam*, *barb.* &c. Sed e *Bertin.* notatur, *ita illa barbara.* Fortaſſe an legendum? *texerunt*, & *illa barb.* &c. IDEM.

Imitatione barbariae] Allecti milites, ut quam plurimos Germanos ſecum habere crederentur, cultum habitumque Francorum imitati ſunt. *Valeſius* d. l. CELLARIVS. *Olim* ſequenti *tunc vero* opponitur, ne forte quis corruptum putet.

Prolixo crine] Sic de more in regionibus illis, quarum populi & longam, & pulchram excolere comam ſolent. PATAROL. Pertinent haec ad id, quod capillos laxabant Franci, flavamque, ex more veterum in his regionibus incolarum, habebant

tus oblitus, irruerit. Adeo, Caeſar, hoc etiam reipublicae tribuit veſtra fe- 3
licitas, ut nemo fere Romanus occiderit, imperio vincente Romano. Omnes
enim illos, ut audio, campos, atque colles non niſi teterrimorum hoſtium cor-
pora fuſa texerunt. Illa barbara, aut imitatione barbariae olim cultu veſtis, 4
& prolixo crine rutilantia, tunc vero pulvere & cruore foedata, & in diver-
ſos ſitus tracta, ſicuti dolorem vulnerum fuerant ſecuta, iacuerunt; atque in-
ter hos ipſe vexillarius latrocinii, cultu illo, quem vivus violaverat, ſponte
depoſito, & vix unius velaminis repertus indicio. Adeo verum ſibi dixerat 5
morte vicina, ut interfectum ſe nollet agnoſci.

Cap. XVII. Enimvero, Caeſar invicte, tanto Deorum immortalium tibi eſt ad-
dicta

bant caeſariem, quo & *rutilantia* referatur: de quibus crinibus vid. *Iunius* de Coma p. 569. *Pontanus* Origin. Francic. VI. 10. & 18. p. 538. *Hachenberg.* German. med. Diſſ. XI. §. 2. & Pater meus de Color. comar. 2. §. 2.

Vulnere] Vet. *pulvere.* PVTEANVS. *Pulvere* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Livin. Steph.*, *vulnere.* Verum rectius in Codd. *Livin. Bertin. Put. Moerl.* & ceteris, *pulvere.* IAEGERVS. *Pulvere* etiam *Guelferb.* primusque ſcripſit *Gruterus*, & reliqui, etiam in ſec. Ed. *Rivinus.* Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 2. in fin. ita *Virgilius* Aeneid. II. 272.

> *Aterque cruento*
> *Pulvere.*

XII. 99.

> *Da ſternere corpus,*
> *Loricamque manu valida lacerare revolſam*
> *Semiviri Phrygis, & foedare in pulvere crinis.*

Horatius Od. IV. 6. 11.

> *Procidit late, poſuitque collum in*
> *Pulvere Teucro.*

aut referri quoque poſſet ad corpora, pulvere in fugiendo inquinata, ut apud *Virgilium* Aeneid. XII. 463.

> *Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.*

propter ſequentia tamen ad cadavera in pulvere proſtrata retulerim.

Situs ſtructa] *Tracta*, *Bertin.* LIVINEIVS. Alii humi reſupini, alii cubito incumbentes reperti ſunt, aliis arma e manibus excidebant, &c. *Illi mutilis exciſisque membris*, ut habet *Pacatus* in Theodoſ. Paneg. 1. *reliqua ſui partefugiebant, hi dolorem vulnerum ſequebantur, iſti mortes receptas in ſilvas & flumina deferebant.* BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Livin. Stephan.* habent *ſtructa*, MS. *Moerl.* & *Gud.* 2. *ſtrata.* Noſtra lectio, e Cod. *Bertin.* derivata, videtur optime reſpondere τῷ *ſecuta*, etſi ceterae non damnandae. IAEGERVS. *Tracta*, quod praeplacet, recepit *Gruterus*, & reliqui; *ſtructa* retinuit *Rivinus.*

Secuta] Idem *Pacatus*: *Illi mutilis exciſisque membris reliqua ſui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum ſequebantur.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS.

Cultu illo] Regio. BAVNE. Antequam moreretur, vel antequam manum confereret. PATAROL. Id fecit, ne, ſi interficeretur, a reliquis dignoſci poſſet, & ita a cadavere poena ſumeretur.

Velaminis] Abeſt in *Bertin.* Neſcio, an non rectius, *vel alterius*, quod olim mihi in mentem venerat. LIVINEIVS. In *Guelferb.* eſt, *ut vix.* Praecedens *cultu depoſito* tuetur *velaminis*, ut indicet eum, regia veſte depoſita, velamine, ſive veſte viliori tantum fuiſſe amictum.

5. *Verum ſibi*] Incertus in Conſtantinum A. *Et adeo ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat*, &c. LIVINEIVS.

1. *Tanta*] Leg. *tanto D. im. t. eſt ad. c. victoria omnium, q. a. fueras hoſtium.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Stephan.* & MS. *Gud.* praeferunt *tanta*, ſed *Livin.* & ceteri *tanto*, quod recte probat *Acidalius.* IAEGERVS. *Tanta* etiam *Rivinus*, ut pertineat ad *victoria*, quod poſt *conſenſu* in Editis legitur; ſed cum illud ſpurium arbitrer, ſuapte *tanto* praevalet.

Addicta] *Addita* Vet. LIVINEIVS. Frequens illa eſt permutatio. Conf. Patrem meum ad *Victor.* Inluſtr. 21. 3. *Otton.* Praefat. ad T. V. Theſ. iur. p. 16.

dicta conſenſu omnium quidem, quos adortus fueris, hoſtium, ſed praeci-
pue internecio Francorum, ut illi quoque milites veſtri, qui per errorem ne-
buloſi, ut paullo ante dixi, maris abiuncti ad oppidum Londinienſe pervene-
rant, quidquid ex mercenaria illa multitudine barbarorum praelio ſuperfuerat,
cum, direpta civitate, fugam capeſſere cogitarent, paſſim tota urbe confece-
rint; & non ſolam provincialibus veſtris in caede hoſtium dederint ſalutem,
2 ſed etiam in ſpectaculo voluptatem. O victoria multiiuga, & innumerabilium
triumphorum, qua Britanniae reſtitutae, qua Francorum vires penitus exci-
ſae,

Victoria] Vet. delet. PVTEANVS. Deeſt in MS. *Gud.* & *Moerl.* ita ut *addicta* iungatur cum *internecio.* IAEGERVS. Codd. auctoritate vocem expunxi, cum in omnibus editum ſit, *addicta conſenſu victoria omnium.*

Quos adortus] Lege, & diſtingue, *omnium*, *quos quidem adort. fueris*, *hoſtium.* RITTERSHVSIVS.

Interiectio Francorum] Aliis *interfectio*, vel, quod malim, *internetio.* RHENANVS. Vet. *internectio.* PVTEANVS. *Internectio* Vet. *Bertinienſ.* Scribe *internecio* ex *Langii* Schedis, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte in *Lang.* & *Cuſp. internecio.* IAEGERVS. *Internectio* etiam *Guelferb.* Recte *internecio* primus dedit *Gruterus*, & reliqui, praeter *Rivinum*, qui cum antiquioribus *interiectio* male retinuit. *Mamertinus* Paneg. 5. 4. *tanta internecione caeſi.* ubi vide.

Et illi] Vet. *ut.* PVTEANVS. *Vt* Vet. *Bertin. Langii* Schedae. LIVINEIVS. Lege, *ut illi quoque*, &c. ideoque inferius; *paſſim tota urbe confecerint*, *& non ſolum provincialibus veſtris in caede hoſtium dederint ſalutem*, *ſed etiam in ſpectaculo voluptatem.* ubi vulgo *confecerunt*, *dederunt.* Periodi & ſententiae ipſius nexus noſtrum poſtulat. ACIDALIVS. Pro *&*, quod habent *Cuſpin. Rhenan. Stephan.*, ex veteri Cod. *Livin. Bertin. Put.* & *Lang.* legendum *ut*, adeoque inferius pro *confecerunt*, *dederunt*, ut in *Rhenan. Livin.* & *Stephan.* eſt, poſtulante ſententiae ipſius nexu, & auctoritate exempl. *Lang. Put. Cuſp. Moerl.*, *confecerint*, *dederint.* IAEGERVS. *Et* omnes ante *Gruterum*, & *Rivinus* in prima. Recte *ut* reſtitutum, cui cum aliis Codd. favet *Guelferb.*

Londinienſe] *Londunenſe* Vet. *Londonenſe*, *Bertin.* LIVINEIVS. Franci ex proelio reliqui Londinium refugerant, quo pars Conſtantianorum, errore nebuloſi maris, adverſo Tameſi delati, incautos oppreſſerunt. CELLARIVS. Pro *Londinienſe* (ſic ſcribitur in *Cuſp. Rhen. Liv. Steph. Cell.* Edd.) MS. *Moerl.* & *Gud.* habent *Londonienſe.* IAEGERVS. Omnes editi *Londinienſe*, ſolus *Patarolus Londinenſe.* Vera ſcriptura eſt *Londinienſe*, a *Londinium*, ut dixerunt antiquiores. Vide *Antonin.* Itiner. p. 470. ubi Not. & p. 478. & 479. Quod in Codd. eſt *Londonenſe*, aut *Londunenſe*, fluxit ex aetate poſteriori, ut oſtendit *Cellarius* Geogr. antiq. II. 4. p. m. 266. —— Pro *abiuncti* in *Guelferb.* eſt *obiuncti*, male; notat enim milites a commilitonibus aberrantes, & diviſos, unde cum *ſeparatus* iunxit *Pacatus* Paneg. 22. 2.

Paſſim] In *Guelferb.* eſt *paſſi*; vulgatum tuentur notata a *Burman.* ad *Lotich.* Eleg. IV. 3. 43. & in Addend. p. 691. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 9. 5. hinc aliquando additur *ſine delectu*, Idem ad lib. VII. 7. 6. Mort. Perſec. 37. 5. recte in Vet. Gloſſario pro *Vageraſin* emendat *Vage*, *paſſim*, *Colerus* ad *Valer. Max.* V. 3. ext. 3.

Confecerunt] Vet. *confecerint.* PVTEANVS. *Confecerint*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Confecerunt* ortum, quia ſupra ſcriptum fuit a quibusdam, *ut illi*, ubi vide.

Non ſolam] *Solum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege, *non ſolum.* Vulgo *ſolam.* ACIDALIVS. Pro *non ſolam*, ut legitur in *Cuſp. Rhen. Liv. Steph.* & MS. *Moerl.*, praefert Cod. *Bertin. non ſolum*, quod, reiecto altero illo, probat *Acidalius*, & recepit Ed. *Paris.* A. 1643. *Pat.* & *Cell.* in *Bauniana* Ed. eſt, *non ſolam.* IAEGERVS. *Solam* etiam *Guelferb.*, quod propter Codd. revocavi, quorum uni *Bertinienſi* praevalet auctoritas, cuius ſcripturae locum dederat *Gruterus*, & in ſec. *Rivinus.*

Dederunt] Vet. *dederint.* PVTEANVS. *Dederint*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

In ſpectaculo] Reſpicit, opinor, ad illa ſupra: *totis porticibus civitatum ſedere captiva agmina barbarorum*, &c. IDEM. Neſcio, an eis accedere debeam, qui volunt ſpectaculo fuiſſe, dum ſederent captivi in porticibus civitatum: an cogitare, coactos, gladiatorum more, inter ſe concurrere, vel adeo depugnare cum beſtiis. GRVTE-

ſae, qua multis praeterea gentibus, in coniuratione illius ſceleris deprehenſis, impoſita eſt necesſitas obſequendi, denique ad perpetuam quietem maria purgata ſunt! Gloriare tu vero, Caeſar invicte, alium te orbem terrarum re- 3
periſſe, qui; Romanae potentiae gloriam reſtituendo navalem, addidiſti imperio terris omnibus maius elementum. Confeciſti, inquam, bellum, Cae- 4
ſar invicte, quod cunctis impendere provinciis videbatur, tamque late vagari & flagrare poterat, quam late omnis Oceanus, & mediterranei ſinus adluunt.

Cap.

TERVS. Seu, quod gratum eſſet barbaros illos intueri, quos viciſſent, ſeu quod in theatrum producerentur ad edenda ſpectacula. BAVNE. Prior *Baunii* interpretatio tantum vera; loquitur enim de tempore *Eumenius*, quo diripiebatur civitas, quoque ſpectaculo nondum erat edendo locus.

2. *Gentes Francorum*] Vet. *Francorum vires.* PVTEANVS. Sic habent, quos vidi, omnes, exceptis Codd. *Put. Gud. Moerl.*, in quibus legitur *vires*, quod cur praetulerim, obſcurum eſſe poterit nemini. IAEGERVS. Recte, non enim hac ſunt victoria Francorum gentes exciſae; dederat tamen *Iaegerus* in textu *vires Francorum*, ſed verborum ordinem ſequi malim ex Cod. *Put.* & *Guelferb.* De *exciſis* viribus vid. ad *Mamertin.* Genethl. 17. 1.

3. *Tu vero*] *Vero tu*, *Cuſpin.* Potius ſit, meo animo, reſcribi *vere.* committit enim ſolidam, veramque Conſtantii Caeſaris e Britannica victoria laudem cum illa, de qua ſupra, Divi Iulii oſtentatione, & iactantia, qui hoc uno gloriari debuerat, quod Oceanum navigaſſet. Meritoque ad Veſpaſianum eruditus Poeta:

Caledonius, poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos.

& ab hac ipſa mente Pſeudo — *Seneca* Octavia, de Divo Claudio:

En qui Britannis primus impoſuit iugum
Ignota & ante claſſibus texit freta.

& quae ſequuntur; ſic fidenter a me olim correxi, citra magnum illum Criticum, qui nunc quoque quis ſit neſcio, pro *ora Tanais*, non, quod Vir doctus repoſuit, *ora Tameſis.* LIVINEIVS. *Vero tu* legitur in *Cuſpin.* & *Moerl.* IAEGERVS.

Periſſe, &] Vet. *reperiſſe*, *qui.* PVTEANVS. *Reperiſſe*, *qui*, *Rhenan.* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Non damno *peperiſſe*, ſed credo melius *reperiſſe.* Reſpicit enim ad Iulii Caeſaris dictum, qui, ut ſupra, quum Romanorum primus Britanniam intraſſet, alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe. Deinceps indubie lege *addidiſſe.* Nam quod poſt ſequitur *confeciſti*, alia ratio ab alia periodo. ACIDALIVS. Potiori iure, quam olim Iul. Caeſar. Vide dicta cap. 11. PATAROL. *Livin.* & *Steph. peperiſſe.* Sed in Cod. *Liv. Bert. Cuſp. Lang. Put.*, *reperiſſe*, quod melius iudicat *Acidalius.* Idem *Acidalius* deinceps legi iubet *addidiſſe*; verum rectius viſum eſt expungere τὸ &, quod eſt in *Livin.* & *Steph.*, & revocare lectionem *Rhenan. Cuſpin.* Codd. *Livineii*, *Bert. Lang. Put. Moerl.*, in quibus loco eius comparet *qui.* *Pariſienſes* cum *Patar.* & *Cellario* utrumque exhibent; ſed, poſito *qui*, importunum eſſe &, facile intelligitur. IAEGERVS. Recte *reperiſſe* etiam *Guelferb.* quod confirmat locus ſupr. 11. 2. *alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe.* ubi vide; praeterea *Guelferb.* transponit, *orbem reperiſſe terrarum*; vulgato tamen ordini favet alter locus. Praeterea hic olim legebatur, *peperiſſe*, & *Romanae potentiae* —— *addidiſti*; primus edidit *Gruterus*, *qui* &, quod, praeter *Rivinum*, ſecuti ſunt reliqui. Rectius propter Codd., in quibus etiam eſt *Guelferb.*, auctoritatem & expunxit *Iaegerus.*

Romanae potentiae] An, quod I. Caeſaris claſſis prima in Britanniam expeditione pene perierit? ut ipſe refert de Bello Gall. lib. IV. PATAROL.

4. *Tamque late*] *Guelferb. iamque*; vulgatum ſequenti *quam* melius reſpondet, quamvis ceteroquin *tam*, ſequente *quam*, omitti potuiſſet. Vid. *Modius* Novant. Lection. Epiſt. 51. *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. I. p. 612. *Drakenb.* ad *Livium* II. 56. 12. XXV. 15. 9. Not. Patern. ad *Plinii* Paneg. 87. 6. —— Mox *ac flagrare*, *Guelferb.*

Abluunt] Vet. *alluunt.* PVTEANVS. *Alluunt* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Leg. *alluunt.* ACIDALIVS. *Adluunt* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod primus recte recepit *Grute-*

rus

CAP. XVIII. Neque enim, ſi nutu veſtri lues illa ſolis Britanniae viſceribus intabuit, idcirco neſcimus, quanto ſe alias furore iactaſſet, ſi fidu-
2 ciam pervagandi, qua patebat, habuiſſet. Nullo ſiquidem certo fine montium, aut fluminum terminabatur, quem diſpoſitae limitis cuſtodiae tuerentur; ſed ubique, vanis licet motibus apud virtutem felicitatemque veſtram,
3 magnis tamen terroribus imminebat, qua iacent maria, qua venti ferunt. Recurſabat quippe in animos illa ſub Divo Probo & paucorum ex Francis captivorum incredibilis audacia, & indigna felicitas, qui, a Ponto uſque correptis navibus, Graeciam, Aſiamque populati, nec impune pleriſque Libyae littoribus appulſi, ipſas poſtremo, navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant

rus, & reliqui, etiam in ſec. *Rivinus*. Confer ſupr. 6. 1. De *ſinu mediterraneo* vide infr. *Acidal.* ad *Eumen.* Conſtantin. 19. 1.

1. *Metu veſtri*] Scripſi ex *Guelferb. nutu.* ut cap. 20. 4. *veſtris nutibus obſequantur.* cap. 21. 1. *tuo, Maximiane Auguſte, nutu.* Incertus Maximian. 12. fin. *ad tuos nutus diluceſcat, & ſileat*, ut recte ex Codd. *Iaegerus*, non *ante tuos.* ibid. 14. 1. dicitur Maximianus *caeleſti nutu fata decernere.* Similiter *nutus*, & *metus* permutata in Incerti Paneg. Conſtantino 2. 2. imo fortius hoc loco eſt *nutu*, ex Panegyriſtarum more, Imperatores ſuos Diis aequantium, quibus *nutus* tribuitur; ut mittam, rei naturae aptius eſſe, ut *nutu* lues tabeſcat, imperio, iuſſu Numinis, quam *metu.* De genitivo *veſtri* vide ad *Mamertin.* Maximian. 9. 3. & 13. 4. Genethl. 2. 1.

2. *Siquidem*] Leg. *quidem.* ACIDALIVS.

Certe fine] Leg. *certo fine.* IDEM. Montes quidem, & litora noſtra barbarorum incurſionibus erant impervia, ſed, qua iacent maria, terrorem hi nobis incutiebant. BAVNE. *Certe* edidit *Puteolanus, Rhenanus, Henr. Stephanus*, & in prima *Rivinus.* Alterum habent Codd., & *Schonhovii* excerpta.

Terminabatur] Leg. *terminabamur.* ACIDALIVS. Fruſtra. IAEGERVS.

Limitis] Sive *limitibus.* ACIDALIVS. Vulgatum tuentur notata ad *Mamertin.* Genethl. 3. 9.

Cuſtodiae non tuerentur] Vet. delet *non.* PVTEANVS. *Non* abeſt Vet. *Bertin. Langii* Schedae; probe. LIVINEIVS. Τὸ *non* poſt *cuſtodiae*, quod habet *Cuſp. Livin. Rhenan. Stephan.*, recte omittitur in Cod. *Liv. Bert. Lang. Put. Moerl.* & Edd. ceteris. IAEGERVS. Abeſt quoque in *Guelferb.* retinuit in prima *Rivinus.*

Vbique navis] Sic Vet. *ſed ubique vanis licet motibus apud virt. felicitatemque veſtram magnis* &c. PVTEANVS. Leg. *ſed ubique nobis licet*, &c. ACIDALIVS. Sic omnes fere legunt, at quid vox illa ſignificet, nemo dixerit. MS. *D. Marci* legit *vanis*, non male. Si coniectura valeret ſine librorum auctoritate, legerem, addita una vocula, *ſed ubique, vanis licet, cum virtutem*, &c. *magnis tamen*, &c. PATAROL. Pro hac lectione, quam in reliquis omnibus reperi, Codd. *Put.* & *Moerl.* prae ſe ferunt; *ſed ubique, vanis licet motibus apud virt. felicitatemque veſtram:* τὸ *haberemus* etiam deeſt in MS. *Gud.* Quo deleto, ex commemorata Codd. lectione exſiſtit ſatis concinna verborum ſtructura, & ſequens *imminebat* referendum erit ad ſuperius *lues illa.* IAEGERVS. Quae eſt in Codd. *Put.* & *Moerl.* lectio, eadem eſt in *Guelferb.* niſi quod pro *magnis* haber *magis.* Egregiam hanc in contextum lectionem non admiſiſſe *Iaegerum* miror, pro corrupta illa, quae omnes adhuc Editiones foedavit, *ſed ubique navis, licet nobis virtutem felicitatemque veſtram haberemus, magnis tamen terroribus imminebat.* Locum, ut decuit, ſanavi; propter Conſtantii virtutem, & felicitatem *vani* erant motus Allecti, iiſque plus terroris mari ob piraticam iniiciebatur, quam ut imperio inde periculum immineret. Cum vero in Codd. frequenter *ad*, & *apud* confundantur, forte legendum *ad virtutem*, id eſt, motus erant *vani*, ſi cum Conſtantii virtute & felicitate comparentur, ut in comparationibus elegantem habet uſum haec praepoſitio, & Graecum πρὸς. Vid. *Vechner.* Hellenol. II. 3. p. 440.

Qua venti] *Quaque, Bertinienſ.* LIVINEIVS. *Quaque* etiam *Guelferb.* non placet.

3. *Ex Francis*] Adi *Zoſimum* extremo lib. I. *Vopiſcus* quidem Probo ad Gepidas, Vandalosque tranſtuliſſe mihi videtur. Eum lege. LIVINEIVS. *Zoſimus* extremo lib. I. hanc hiſtoriam perſequitur. Francis enim, poſtquam proelio victi fuerant, in deditionem receptis, μοῖρά τις ἀποστᾶσα, *pars quaedam defectionem molita*, navibus Graeciam omnem, Siciliam, & Africae litora infeſtavit. Vide cap. 68.

rant Syracuſas, & immenſo itinere pervecti Oceanum, qua terras irrupit,
intraverant, atque ita eventu temeritatis oſtenderant, nihil eſſe clauſum pi-
raticae deſperationi, quo navigiis pateret acceſſus. Itaque hac victoria ve- 4
ſtra non Britannia ſolum ſervitute eſt liberata, ſed omnibus nationibus ſecu-
ritas reſtituta, quae maritimo uſu tantum in bello adire periculi poterant,
quantum in pace commodi conſequuntur. Nunc ſecura eſt, ut de latere 5
Gallico taceam, quamvis pene conſpicuis littoribus Hiſpania, nunc Italia,
nunc Africa, nunc omnes usque ad Maeotidas paludes perpetuis curis va-
cant gentes. Nec idcirco minoribus gaudiis feruntur, demto pericu- 6
li metu, quod experiundi neceſſitate caruerunt; ſed hoc ipſum & in
ad-

68. & 71. CELLARIVS. Adde Paneg. IX. 17. 1. IAEGERVS. *Guelferb.* omittit *&* ante *paucorum*; retinendum puto ob ſequens, *& indigna felicitas.* De hac Francorum expeditione vide *Pontanum* Origin. Franc. IV. 3.

Impune] Active, ſine damno illato. Ita *Claudian.* de Conſ. Stilich. III. 337. ſq. de leonibus,

> *Quorumque impune fragoſa*
> *Murmura paſtorum numquam venere per aures.*

IAEGERVS. Locutionem *littoribus adpulſi* exemplis confirmavit *Wopkens* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 172.

Syracuſas] Vid. *Thucydid.* lib. VII. p. 235. ſqq. *H. Stephan.*, *Iuſtin.* IV. 5. IAEGERVS.

Terras rupit] Vet. *irrupit.* PVTEANVS. *Irrupit* Vet. *Bertinienſ.* LIVINEIVS. Melius ſit, *irrumpit. Eumenii* Rhet. Orat. *Quove ambitu cingit orbem, vel irrumpit Oceanus.* ACIDALIVS. Fretum inter Hiſpaniam, & Africam innuit, nunc *Stretto di Gibilterra* nobis, per quod Oceanus ingreditur, magnumque ſinum efformat mediterraneum. PATAROL. *Rupit* legitur in *Cuſp. Rhen. Liv. Steph.* Melius autem, iudice *Acidalio*, *irrupit*, quod exhibent Cod. *Liv. Bert. Put. Moerl.* IAEGERVS. Ante *Gruterum* omnes *rupit*, deinde etiam in prima *Rivinus.* Reliqui *Gruterum* ſunt ſecuti; hoc probaſſe *Acidalium* male ſcribit *Iaegerus*; ſed is *irrumpit* praeferebat, quod legitur in *Guelferb.* Parum recte tamen ſuae coniecturae favere locum *Eumenii* Pro inſtaur. Schol. 20. in fin. putavit *Acidalius*; illic enim de eo agit, quod praeſenti tempore faciebat Oceanus, hoc de eo, quod antea fuerat factum, cui praeteritum convenientius. Conf. ſupr. ad cap. 7. 3.

4. *Servitute eſt*] *Eſt ſervitute* Vet. LIVINEIVS.

Securitas] Cod. *Moerl.* habet *felicitas.* Sed nihil mutandum. IAEGERVS. Pertinet *ſecuritas* ad mare, quod, devictis piratis, ſine periculo, & metu navigare poterant.

5. *Latere Gallico*] Vt nihil dicam de ea Galliarum parte, quae ad mare ſita eſt, & quae Galliarum veluti latus eſt BAVNE.

Conſpicuis littoribus] Nimis propinquam Britanniae Hiſpaniam facit. Sed ita etiam alii. *Tacitus* Agricol. c. 10. *Britannia in orientem Germaniae, in occidentem Hiſpaniae obtenditur.* & *Plinius* IV. 16. *Britannia Germaniae, Galliae, Hiſpaniae adverſa.* CELLARIVS. Etiam *Iſidorus* Orig. XIV. 6. *Adverſa Galliarum parte ad proſpectum Hiſpaniae.*

Maeotidas] *Metias* Vet. *Mecias*, *Bertin.* forte *Maeotias.* LIVINEIVS. Vſitatius ſingulari numero *Maeotica palus* dicitur, ſeu *Maeotis*, de qua iam dictum ad *Mamertin.* Genethl. cap. 16. PATAROL. Etiam *Guelferb. Moetias.* Confer ad *Mamertini* locum.

6. *Gaudiis feruntur*] Infra mox; *nec mirum, ſi tanto gaudio ferebantur*, &c. Pro reſtaur. Scholis; *ut quocumque oculos circumtuli ad reſtitutionem operum ſingulorum, gaudio ferar. Pacatus* in Theodoſium; *ambo pari gaudio feruntur exercitus.* LIVINEIVS. Male *dempti* in *Guelferb.*

Quo experiundi] Forte *quod*, vel *quia.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhen.* & *Steph.* habent *quo*, cuius in locum *Acidalius* ex coniectura ſubſtituit, *quod*, i. e. quia, idque praeferunt ceteri recte. IAEGERVS. *Quod* iam *Livineius*, quem ſecuti *Paull. Stephanus*, deinde *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*; recte; gaudii enim cauſſam exponit, quod periculi experiundi nulla fuerit neceſſitas.

Hoc ipſum] *Ipſo*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Hoc ipſum*, id eſt, ob hoc ipſum; diximus ad *Curtium.* ACIDALIVS. Pro *hoc ipſo*, ut ex *Lang.* receperunt *Pariſienſes*, *Pat.* & *Cellarius*, *Cuſp. Liv. Rhen. Steph.* itemque Cod. *Moerl.*

adminiſtratione providentiae veſtrae, & in feliciore fortuna impenſius gratulan-
7 tur, quod tanta illa vis nauticae rebellionis in veſtigiis ſuis concidit. Atque
ipſam Britanniam, quae ſedem diuturno ſceleri praebuiſſet, conſtat victoriam
veſtram ſui reſtitutione ſenſiſſe.

Cap. XIX. Merito igitur ſtatim atque ad littus illud exoptatus olim vin-
dex, & liberator appuleras, obvius ſeſe maieſtati tuae triumphus effudit,
exſultanteſque gaudio Britanni cum coniugibus, ac liberis obtulerunt, non te
ipſum modo, quem, ut caelo delapſum, intuebantur, ſed etiam navis il-
lius, quae tuum Numen advexerat, vela, remigiaque venerantes, parati-
2 que te ingredientem ſtratis ſentire corporibus. Nec mirum, ſi tanto gaudio
fe-

Moerl. & ambo *Gud. hoc ipſum*, quod revocandum duxi. IAEGERVS. *Ipſo* etiam *Baunius;* alterum iam eſt in *Puteolani* antiquiſſima, & utraque *Rivini;* recte revocavit *Iaegerus.* Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 3. 1.

Adminiſtratione vel providentiae] Vet. delet *vel.* PVTEANVS. *Vel* abeſt in *Bertin. Lang.* Sched. *Cuſpin.* Sequor *Langii* Sched., e quibus exſcriptum, *providentiam veſtram, & in factis fortunam impenſ. gratul.* Confer, quae ſupr. ſcripſimus ad cap 5. LIVINEIVS. Lectio haec non videtur immutanda ad eam faciem, quam induxit *Livineius.* nam nihil, mea quidem opinione, inhaeret labis. GRVTERVS. Leg. *& in adminiſtratione belli providentiae veſtrae.* ACIDALIVS. Inſerit *vel Rhenan. Livin.* & *Steph.* quod tamen non comparet in *Bert. Put. Lang. Cuſp.* cet. & ſane abeſſe debet. IAEGERVS. *Vel* abeſt quoque in *Guelferb.* primus id recte omiſit *Paull. Stephanus*, quem *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti. *Schonbovii* excerpta pro *vel* exhibent *non.* Vulgatum praefero illi lectioni, quam ex *Langii* Schedis dedit *Livineius.*

Infectione fortunae] Aliis *infactione.* RHENANVS. Vet. *& infeliciore fortuna.* PVTEANVS. Repoſueram de coniectura *in confectione.* Quod ne nunc quidem damnare poſſum. LIVINEIVS. Pro *infectione* forte reponendum *in effectione*, aut *in feſtinatione*, aut aliud quid. GRVTERVS. Leg. *& in confectione fortunae impenſ. gratulantur.* ACIDALIVS. Vtrum *effectione*, vel *feſtinatione?* malim ego *confectione. Mamertin* Genethl. cap. 16. BAVNE. Codd. *Gud.* 2. *Put.* & *Moerl.* habent, *& infeliciore fortuna.* Recte, ſi ſcribas *in feliciore fortuna*, h. e. in laetiore rerum ſuarum conditione, quam vobis debent. *Confectio*, vel *effectio fortunae* nemini, puto, probabitur. IAEGERVS. Recte contextum primus ſecundum Codd. ſanavit *Iaegerus*, quod enim in omnibus vulgatur *infectione fortunae* nihil notat, neque melius eſt *in factis fortunam*, quod ex *Langii* Schedis dedit praecedenti obſerv. *Livineius.*

Tacita] MS. *Moerl. tota.* IAEGERVS.

7. *Atque ipſam*] Forte *aeque.* LIVINEIVS.

Tam diuturno] Vet. delet *tam.* PVTEANVS. Voculam *tam* ante *diuturno* omittit *Gud.* uterque. IAEGERVS. Ex Codd. voculam abeſſe iuſſi.

Victoriam] *Victoriam veſtram* Vet. PVTEANVS. *Victoriam veſtram ſol. ſ. reſt. ſenſ.*, *Bertinienſ. Veſtram*, hoc eſt tuam, tuorumque Ducum, & militum. LIVINEIVS. Inſerit *veſtram* MS. *Moerl.* & cum *Gud.* 2. *Puteaneus*, omiſſa ea voce in fine; quae verborum collocatio melior vulgata, & elegantior videtur. IAEGERVS. In omnibus *veſtram* legitur poſt *ſenſiſſe*, ſed *Iaegerum* ſequor.

Sui reſtitutione] Emendem *tui*, id eſt, tuo unius reditu, & adventu. LIVINEIVS. Non ex alio, quam ex ſui reſtitutione, hoc eſt, non ex damnis, quae paſſa ſit a victoribus, ſed ex beneficiis quinimmo veſtris, quibus eſt reſtituta. PATAROL. Quod *Livineius* pro *ſui reſtitutione* legit *tui*, & explicat, tuo unius reditu & adventu, id nihili eſſe perſpicue apparet. Recte exponit *Patarol.* IAEGERVS.

Senſiſſe veſtram] Vet. delet *veſtram.* PVTEANVS. Vid. praeced. obſerv.

1. *Exoptatus*] *Adoptatus* Vet. Non placet. LIVINEIVS.

Triumphus] Conſtantio, poſt caeſum Allectum Britannias ingredienti, populus obviam occurrit. BAVNE. Infra *Eumen.* Grat. act. 8. init. *ſe tibi tanta obviam effunderet multitudo. Pacat.* Paneg. 37. init. *effuſa portis obviam provolavit.* & *effuſa in publicum turba*, ibid. in fin.

Cum coniugibus] Male *cum* abeſt in *Guelferb.*

Vt caelo] MS. *Moerl. de caelo*, *Gud.* 2. *ut* abeſt. IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantino 8. 5. *ad terras caelo miſſa.*

Advexerat] *Gud.* 2. *adduxerat.* IAEGERVS.

Vul-

ferebantur, poſt tot annorum miſerrimam captivitatem, poſt violatas con-
iuges, poſt liberorum turpe ſervitium, tandem liberi, tandemque Roma-
ni, tandem vera imperii luce recreati. Siquidem praeter illam clementiae 3
veſtrae, pietatiſque famam, quae communi gentium voce celebratur, in
ipſo, Caeſar, tuo vultu videbant omnium ſigna virtutum; in fronte gravi-
tatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiae, in ſermone iuſtitiae. Quae 4
ſingula, ut reſpectantes adverterant, laetitiae clamoribus concinebant: vobis
ſe, vobis liberos ſuos, veſtris liberis omnes generis ſui poſteros devove-
bant.

Cap. XX. Nos quidem certe, o perpetui parentes, & domini generis huma-

Vulgata lectio melior.

Venerantes] *Moerl. verentes.* IAEGERVS. Si alii quoque addicerent Codd., *verentes* non contemnerem, cuius *venerantes* poſſet eſſe Gloſſa. Apud *Sedulium* I. 228.

Et, quae fecere, verentur.

recte interpretatur *Cellarius*, venerantur. adde *Drakenb.* ad *Livium* V. 28. 4.

Senſere corporibus] Tale illud eſt, quod *Valer. Max.* lib. IX. cap. 1. narrat, Cyprios ſuſtinuiſſe reginas ſuas, mulierum corporibus velut gradibus conſtructis, currus conſcendere, quo mollius veſtigia pedum ponerent. IVRETVS. & PVTEANVS. *Sentire* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Senſere* ediderunt *Livineius*, & *Paull. Stephanus.*

2. *Tot annorum*] Scilicet decem. LIVINEIVS. Poſt decem annos Britannias occuparat. *Eutropius.* Nam Carauſius VII., Allectus vero tres annos tyrannidem occuparat. BAVNE. & CELLARIVS.

Imperii luce] Nam Carauſii, & Allecti non imperium, ſed tyrannis, ac latrocinium fuit. LIVINEIVS. Veri Imperatoris vultu, & maieſtate; nam illi falſi Imperatores fuerunt. PATAROL. Vocis elegantiam non cepit *Patarolus*, qua *lux* ad imperii maieſtatem, non Imperatoris vultum referatur, vide ſupr. ad cap. 10. 1. & ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 18. 3. Omnia a *tandemque* usque ad *praeter* deſunt in *Guelferb.*

3. *Siquidem*] Haec vox omittitur in Cod. *Moerl.* & poteſt ſane abeſſe. IAEGERVS.

Clementiae veſtrae] Cod. *Moerl.* & *Gud.* 2. *tuae* IDEM.

Famam] Idem *Gud.* corrupte *formam.* IDEM. Vulgatum firmant ſequentia *voce celebratur*, famae propria. Alia res eſt apud Incertum Maximian. 3. 4. loco tamen, huic non diſſimili; *neque enim forma tantum in te Patris*, (Conſtantii) *Conſtantine*, *ſed etiam continentia*, *fortitudo*, *iuſtitia*, *prudentia ſeſe votis gentium praeſentant.* & *Eumenium* Conſtantin. 4. 4.

Celebratur] *Celebrabatur* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *celebrabatur*, ut eſt in Codd. *Liv.* & *Bertin.* & Edd. *Pariſ. Pat.* & *Cellar.*, revocavi lectionem, quam ceteri cum *Gud.* 1. praeferunt, *celebratur.* IAEGERVS. *Celebrabatur* primus dedit *Gruterus*, quem reliqui ſunt ſecuti, praeter *Rivinum.* Praeſens videtur Oratori aptius. De *communi voce* vide ad *Mamertin.* Genethl. 19. 4.

4. *Agnoverant*] *Advenerant*, *Bertin.* inepte. LIVINEIVS. *Moerl.* & *Gud.* uterque exhibet perbene, *adverterant*, a quo non multum diſcedit vitioſa *Bertin.* Cod. ſcriptura *advenerant.* IAEGERVS. Illud *adverterant* in contextum admittere debuiſſet *Iaegerus*, in quo Codd. ſum obſecutus. *Reſpectantes* pertinet ad eos, qui praecedebant, Conſtantii conſpiciendi adeo inpatientes, ut frequentiſſime reſpicerent. Recte hunc locum contulit Pater meus cum his *Plinii* Paneg. 23. 2. *quantum reſpectantium turba pateretur.*

Omnes generis] *Omnibus* Vet. *Cuſpin.* Non placet. LIVINEIVS. MS. *Moerl.* exhibet *omnis*; *Livin.* & *Cuſp.* cum *Gud.* 1. *omnibus*, quod merito diſplicet *Livineio.* IAEGERVS.

1. *Certo*] *Certe.* ACIDALIVS. *Cuſp. Gud.* 2. & *Moerl.*, *certo.* IAEGERVS. *Certo* etiam *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & in prima *Rivinus.* alterum reliqui.

O perpetui] Convertit orationem ad Imperatores, quos abſentes compellat, quibusque aetatis ſuae felicitatem gratulatur, & inductam in totum terrarum orbem ſecuritatem, & pacem. BAVNE. Agnomen hoc tunc temporis Imperatoribus uſitatum, ut legere eſt in Nummis, ſicut & illud *Domini*, quod mox ſubdit, ut in iisdem cernitur, in quibus fere omnibus viſuntur ante nomen ipſum Imperatoris literae illae *D. N.*, quas Antiquarii in-

humani, hoc a Diis immortalibus omni votorum nuncupatione depoſcimus, ut liberi, nepotesque noſtri, & ſi qua omnibus ſeculis erit duratura progenies, tum vobis, tum etiam iis, quos educatis, atque educabitis, dedicentur. Quid
2 enim melius poſteris noſtris optare poſſumus, quam quo fruimur ipſi? Tenet uno pacis amplexu Romana reſpublica, quidquid variis temporum vicibus fuit aliquando Romanum; & illa, quae ſaepe veluti nimia mole defluxerat, magni-
3 tudo tandem ſolido cohaeſit imperio. Nihil ex omni terrarum caelique regione non aut metu quietum eſt, aut armis domitum, aut pietate devinctum. Et ex aliis quidem partibus aliqua reſtant, quae, ſi voluntas vel ratio rerum deſiderent,

interpretantur *Dominus Noſter*. PATAROL. Conf. *Iaeger*. ad *Eumen*. Pro inſtaur. Schol. 18. 5. *Cellar*. ad eumd. Grat. act. 1. princ. Incertus Maximian. 2. 2. & 11. 5.

Cum vobis] *Tum* Vet. LIVINEIVS. *Livineii* Cod in textu ſum ſecutus, ex ratione, quam dedi ad *Mamertin*. Maximian. 1. p. 4.

Etiam his] *Moerl*. & *Gud*. 2. *iis*; melius. IAEGERVS. Itaque, huius exemplo, in contextum admiſi.

Poſteris veſtris] *Noſtris* Vet. *Cuſpin*. *Rhenan*. LIVINEIVS. Pro *poſteris veſtris*, ut habetur in Ed. *Livin*., reliqui ſcripti, & editi recte *noſtris*. IAEGERVS.

Poſſumus] *Cuſpin*. *poſſimus*. IDEM. Etiam *Rhenanus*, *Henr*. *Stephanus*, & *Rivinus*.

2. *Tenet*] In *Guelferb*. eſt *teneat*; male; ſequentia enim ea complectuntur, quibus iam fruebantur, neque *teneat* proximo *cohaeſit* eſt adcommodatum.

Defluxerant] Legendum, ut puto, *defluxerat magnitudo*; non enim dicimus, *cohaeſit illa*. RHENANVS. Vet. *defluxerat*. PVTEANVS. *Rhenanus*, *defluxerat*. tu etiam ſcribe *diffluxerat*. ACIDALIVS. Dictum antea *Lucano* lib. I. init.

Summisque negatum
Stare diu, *nimioque graves ſub pondere lapſus*,
Nec ſe Roma ferens.

& mox:

In ſe magna ruunt.

PATAROL. *Defluxerat* etiam *Guelferb*. dederant *Rhenanus*, *Henr*. *Stephan*. & *Rivinus defluxerant*, ſenſu non idoneo. Neque opus *Acidalii* coniectura, cum *defluere* indicet magnitudinem illam imminutam fuiſſe, vigorem ſpeciemque amiſiſſe, & ita fere periiſſe, de quo uſu *Burman*. ad *Claudianum* in Eutrop. I. 39. utrumque verbum nihil differre, & magis ad antiquitatem adcedere *defluere* cenſuit *Cortius* ad *Salluſt*. Iug. 1. 4. ſed parum idonee id ab eo probatum eſſe docuit *Drakenb* ad *Livium* XLI. 15. 2. adde *Buneman*. ad *Lactant*. Inſtit. VII. 12. 8.

3. *Ex aliis*] *Guelferb*. *ex his aliis*. male.

Ratio deſiderent] *Ratio rerum* Vet. PVTEANVS. *Ratio rerum*, *Bertin*. LIVINEIVS. Poſt *ratio* vocula *rerum* deeſt in *Cuſp*. *Livin*. *Rhenan*. *Stephan*. IAEGERVS. *Rerum* etiam *Guelferb*. & primus inſeruit *Gruterus*, in ſec. quoque *Rivinus*. Cum *Eumenio* conſpirant, quae habet *Mamertinus* Maximian. 7. 1. —— Mox pro *vero* in Vet. eſſe *non*, monet *Livineius* infr. ad *Eumen*. Conſtantino 19. 4. quod recte damnat.

4. *A nobis*] In locum τȣ *nobis*, quod legitur in *Livin*. *Pariſ*. & *Cellar*. revocavi lectionem *Cuſp*. *Stephan*. *Patar*., confirmatam Cod. *Gud*. 2. & *Moerl*., & convenientiorem *vobis*. IAEGERVS. *Vobis* etiam *Rhenanus*, & *Rivinus* in prima, quod *Eumenio* iam vindicavi ad *Mamertin*. Maximian. 1. pag. 4. poſtulat etiam ſequens *veſtris*.

Nationes] Quae in Hibernia nempe illinc, hinc vero, quae in extimis Germaniae, Galliaeque oris. PATAROL.

Inſulae] Hibernia, Scotia, &c. BAVNE. Non igitur hic Scotiam intelligit, ut adnotat P. *de la Baune*. Scotia enim non cohaeret terminis inſulae Britanniae, ſed in eadem inſula eſt. PATAROL.

5. *Fines ipſius*] *Ipſius* abeſt in Vet. LIVINEIVS. Sic Alexandrini milites apud *Curtium* queruntur, *trahi extra ſidera & ſolem*, *cogique adire*, *quae mortalium oculis natura ſubduxerit*, lib. IX. 4. CELLARIVS. Conf. ſupr. cap. 11. 2.

Sunt digna] *Digna ſunt*, *Bertin*. LIVINEIVS.

1. *Anguſte*] Deeſt in *Guelferb*.

Iuſſu ſupplevit] Vet. delet *ſupplevit*. PVTEANVS. *Implerit*, *Bertin*. LIVINEIVS. *Complevit*,

rent, poſſitis adquirere: ultra Oceanum vero quid erat praeter Britanniam? Quae a vobis ita recuperata eſt, ut illae quoque nationes, terminis eiusdem in- 4
ſulae cohaerentes, veſtris nutibus obſequantur. Nulla progrediendi cauſſa ſu- 5
pereſt, niſi ſi, quod natura vetuit, fines ipſius quaerantur Oceani. Omnia, inquam, invictiſſimi Principes, veſtra ſunt, quae ſunt digna vobis. Et inde eſt, quod conſulere ſingulis aequaliter licet, cum univerſa teneatis.

Cap. XXI. Itaque ſicuti pridem tuo, Diocletiane Auguſte, iuſſu deſerta Thraciae tranſlatis incolis Aſia complevit, ſicut poſtea tuo, Maximiane Auguſte, nutu Nerviorum, & Treverorum arva iacentia Laetus poſtliminio reſtitutus,

vit, *Moerl.* & ambo *Gud.* IAEGERVS. Etiam delet *Guelferb.* hoc loco, & mox inſerit, ubi vide.

Aſia, *ſicut*] *Aſia complevit* Vet. PVTEANVS. In qua Diocletianus victorias retulerat de Perſis. PATAROL. *Guelferb. Aſia complevit*, utrum etiam hoc ordine fuerit in *Moerl.*, dubium facit praecedens *Iaegeri* adnotatio. Saltem ex *Puteaneo*, & *Guelf.* poſt *Aſia* locum dedi, ſola Codd. auctoritate. *Implevit*, quod eſt in *Bertin.*, citavit *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 11. quamvis editi conſtanter *ſupplevit* habeant poſt *iuſſu*. Mihi magis placet *complevit* ob *deſerta*, id eſt, loca nondum habitata, cum *ſupplevit* loca indicet iam habitata, in quae novi, quique veteres excipiant, incolae mittantur.

Nutu] Abeſt in *Bertin.* LIVINEIVS. Male; vid. ad cap. 18. 1.

Herniorum] *Nerviorum.* ACIDALIVS. Nervii, *ceux du pays de Haynaut*, populi Galliae Belgicae ad Scaldim, Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis, Morinis, Veromanduis, ac Treveris finitimi, quorum urbs Tornacum. De his ſaepe *Caeſar* in Commentariis. BAVNE. *Herviorum* edidit *Rhenanus*, *Henr. Stephanus.* at vero *Nerviorum* iam placuit *Pithoeo* Adverſ. Subſec. II. 1. Fac. *Gruter.* T. II. p. 772. & edidit *Livineius*; confirmat *Guelferb.* & *Eumenius* Grat. action. 6. 1. *Vnde enim nobis Remus*, *aut Nervius*, *aut ipſe ille de proximo Tricaſſinus ager.* adde *Althamer.* Comment. Germ. p. 199. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 40.

Trevirorum] *Treverorum Pithoeus* lib. II. cap. 1. SCHONHOVIVS. Treveri, *Treves*, urbs Galliae Belgicae ad Moſellam, in confinibus Germaniae, Nerviis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus finitima. Huius urbis Archiepiſcopus unus eſt ex Electoribus Imperii. BAVNE. *Schonhovii* nota ad id pertinet, quod in quibusdam eſt *Trevirorum.* De urbe quaedam dixi ad *Mamertin.* pag. 3. adde *Althamer.* Comment. Germ. p. 198. *Hachenberg.* German. Med. Diſſ. XIII. §. 18.

Laetus poſtliminio] *Velut poſtliminio*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Idem volo. RITTERSHVSIVS. *Velut* quoque citat *Pithoeus* Adverſ. Subſeciv. II. 1. non tamen eſt in *Guelferb.*, & ortum a Librario videtur, non concoquente *laetus*, *reſtitutus*, & *receptus* iuncta, ideoque inſerta magis voce ſeparanda. Nullius ſane eſt efficaciae illud *laetus*, ſi, cum omnibus Editoribus adiective ſumtum, cum *Francus* conſtruatur. Veriſſime littera ſcribatur maiuſcula *Laetus*, quod placuit *Valeſio* ad *Ammian. Marcell.* XVI. 11. *Gothofredo* ad L. 12. C. *Theodoſ.* de Veteran. & *Crenio* Muſ. Philol. T. II. p. 430. idque in textu ſecutus ſum. Sunt autem *Laeti* gentes barbarae, quibus, in imperium Romanum ſponte tranſeuntibus, eorumque ſuboli, terrae deſertae dabantur excolendae, dictae inde *Laeticae*, ea conditione, ut delectui eſſent obnoxii, & legionibus infererentur, unde *Liti* poſtea ſunt orti, de quibus dixi in Inſtit. iur. Belgici de Condit. homin. Part. I. Tit. 8. §. 3. Tales *Laeti* memorantur ab *Ammiano Marcell.* XVI. 11. & in L. 10. C. *Theod.* de Veteran. iidemque pro *luctus* ſunt reſtituendi, iudice *Gothofredo*, in L. 12. eod. dicebantur autem vario nomine, *Laeti Batavi*, *Suevi*, *Franci*, quales ſunt hoc loco, ſimileſque. Conf. *Gothofred.* ad L. 9. C. *Theod.* de Cenſitor. *Reineſium* de Deo Endovell. in Muſeo Philol. *Crenii* T. II. p. 330. *Franci* igitur *Laeti* ſunt Franci, alibi devicti, ſed in has terras tranſlati, antea quoque a Francis habitatas, & ita in iis *poſtliminio reſtituti*, ſed, quia devicti erant, *in leges recepti*, de qua locutione *Wopkenſ.* ad *Pacat.* Paneg. cap. 21. —— *Leges* illae, his Francis *datae*, egregio ſunt argumento, quo iuris Romani intelligentiam his gentibus, ea aetate, cognitam demonſtremus, & uſum, per commercia cum Romanis auctum, aliaſque rationes, quas dederunt *Matthaeus* de Nobilit. I. 27. *Marckart.* Exercit. Acad. p. 6. & 8. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 308. *van de Spie-*

tus, & receptus in leges Francus excoluit; ita nunc per victorias tuas, Con-
ſtanti, Caeſar invicte, quidquid infrequens Ambiano, & Bellovaco, & Tri-
2 caſſino ſolo, Lingonicoque reſtabat, barbaro cultore revireſcit. Quin etiam il-
la, cuius nomine mihi peculiariter gratulandum, devotiſſima vobis civitas Ae-
duorum ex hac Britannicae facultate victoriae plurimos, quibus illae provinciae
red-

Spiegel Origin. iur. patr. p. 49. & 76. hoc meliori iure fiet, quam ut ex Corbulonis facto Legum Groninganarum convenientiam repetamus cum *Altingio* in German. infer. T. I. p. 48. *Barelſio* over het enkel verband p. 105. quos explodit *Idſinga* Staatsrecht T. I. p. 20. *Wichtius* Prolegom. ad ius Ooſtfriſiae §. 9. adde Act. Societ. *Groninganae* T. II. p. 27. *van de Spiegel* d. l. p. 72. —— Mox *excolere* idem eſt, quod ſimplex *colere*; notionem hanc, *Fabro* neglectam, adtigit *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 10. 1. occurrit ita hoc verbum apud *Mamertin.* Iulian. 23. 2. *Pacatum* Paneg. 4. 2.

Conſtantine] Legendum *Conſtanti.* RHENANVS. *Conſtanti Caeſ.*, *Langii* Schedae. *Cuſpin.* LIVINEIVS. & RITTERSHVSIVS. *Conſtanti* quoque *Schonhovii* excerpta; hoc recte pro *Conſtantine*, quod etiam eſt in *Guelferb.*, edidit *Gruterus*, & iam ante dedit *Pithoeus* Adverſ. Subſec. II. 1. ipſa etiam flagitat hiſtoria: ſaepe tamen utrumque nomen confuſum deprehendas. Adde ad Paneg. huius principium.

Ambiano] Loca haec habuerit, credo, in mente, cum ſupra dixit, Barbaros provincialibus ad obſequium diſtributos, donec ad deſtinatos ſibi ducerentur cultus ſolitudinum. LIVINEIVS. Ambianorum urbs *Amiens* in Gallia, Picardiae caput, ad Somonam fluvium, alias *Samarobrina*, de qua *Tullius* lib. VII. Ep. 26. ad Trebatium ICtum: *Eſt, quod gaudeas, conſtat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrinae iuris peritiorem eſſe.* De Samarobrina ſaepe etiam *Caeſar.* BAVNE. Conf. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 3. p. 244. Not. ad *Antonin.* Itiner. p. 362. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 40. —— *Infrequens* indicat locum, quo rari ſunt incolae, adeoque deſertum, non cultum, quo ſenſu *infrequentia* de concilio, in quo pauci ſunt praeſentes. *Drakenb.* ad *Livium* V. 2. 3.

Bellovaco] Bellovacorum urbs *Beauvais* in Gallia, ad Tharam amnem, in provincia Inſulae Franciae, alias *Caeſaromagus*, ſeu *Brantuſpantium.* Huius Epiſcopus unus eſt ex XII. Franciae Paribus. BAVNE. Conf. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 3. p. 245. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 40. & 41.

Trigaſtino] Vet. *Trigaſſino.* PVTEANVS. *Tricaſſino*, *Pithoeus* Adverſ. lib. II. cap. 1. IVRETVS. *Tricaſſino* Vet. *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Tricaſſino*, *Pythoeus.* qui neſcio quid de *Baro* faciat. ACIDALIVS. Tricaſſini, ſeu Trecaſſes, *Troyes*, urbs Galliae Celticae, in Belgicae confinio, Campaniae caput, ad Sequanam fluvium. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Senonenſi, olim *Auguſtobona.* BAVNE. De Tricaſſis diximus ad *Eumen.* Gratiar. act. cap. 6. PATAROL. *Trigaſtino* legebatur usque ad *Gruterum*, & poſt eum ita *Rivinus.* In *Guelferb.* ſervatur vulgata, cui etiam favet *Puteaneus.* *Tricaſſinus ager* eſt apud *Eumenium* Grat. act. 6. 1. Conf. *Pithoeum* Adverſ. Subſec. II. 1. *Cellarium* Geogr. ant. II. 2. p. 134. Not. ad *Anton.* Itiner. p. 361. ab his itaque diſtinguendi *Tricaſtini* ad Rhodanum, de quibus *Cellar.* pag. 153. ut in libello de Provinc. Roman. p. 769. poſt *Eutropium*, in provincia Galliae Viennenſi occurrit civitas *Tricaſtinorum.* adde *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 226. *Patarol.* infr. ad *Eumen.* Gratiar. act. 6. 1.

Lingonicoque] Lingones, *Langres*, urbs Galliae Celticae, in Burgundiae, & Campaniae confinio, ad fontes Matronae fluvii, olim *Andematunum.* Epiſcopus eſt dux, & Par Franciae. BAVNE. Conf. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 3. p. 184. V. D. ad *Eutrop.* IX. 23. *Wagenaar.* Hiſt. Patr. T. I. p. 104.

Baro cultore] Quis *Baro*, vel *Barus* ſit, plane ignorare me fateor, putoque emendandum, *Vario cultore revireſcit*, niſi quis malit *Ambarro* reponere, cum & in MSS. exemplaribus ſcriptum ſit *barro*, & *Livius* lib. V. *Senones Ambarros*, & *Heduos* coniungat, itemque *Caeſar* lib. I. Bell. Gall. *Ambarros* Heduorum conſanguineos appellet. Videtur tamen Auctor, quisquis ille eſt, ſignificare voluiſſe, ex Britannica victoria Lingonas, & Tricaſſinos cultores accepiſſe, quod & ſequentia indicant. Itaque aſſentior potius *Stephano Pasquierio*, Viro diſertiſſimo, qui *Britanno* legit, erroremque putat ex contractione ſcripturae natum. PITHOEVS. Adverſ. Subſec. II. 8. Vet. *barro.* Lego *Britanno*, vel *barbaro*, ut in *Pulm.* ſic ſupr. cap. 9. dixit, *barbarus cultor.* Sic *Vopiſcus* Probo; *arantur Gallicana rura barbaris bobus.* PVTEANVS. *Barbaro*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* Sudatum doctiſſimo *Pithoeo* in hoc *baro*, Adverſar. Subſecivor. II. cap. 8. viſumque *Vario*, aut

redundabant, accepit artifices, & nunc, exſtructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum inſtauratione conſurgit. Nunc ſibi redditum vetus illud Romanae fraternitatis nomen exiſtimat, cum te rurſus habeat conditorem. Dixi, Caeſar invicte, prope plura, quam potui, ſed pau- 3
ciora, quam debui, ut iuſtiſſima mihi cauſſa ſit, propitio Numine tuo, & nunc deſinendi, & ſaepe dicendi.

aut *Ambarro* reſcribere; fruſtra, & irrito ſucceſſu, nam perſpicue probum *barbaro.* Supra; *& cultor barbarus laxat annonam.* Impedita quoque in *Bertin.* ſcriptura, *reſtabat baro cult.* ſed in qua veſtigia ſanae lectionis clara, & expreſſa, *reſtabat barbaro cult.*, quod erudite & *Franc. Modius* vidit. LIVINEIVS. *Barbarò*; ſecutus ſum fidem duorum Codicum, unius ſcripti, alterius antiquitus cuſi; antea erat, decurtata voce, *& baro cultore.* GRVTERVS. *Guelferb.* etiam *barro.* Primus dedit *Gruterus*, *barbaro*, etiam *Rivinus* in ſec. & ita *Pithoeus* altero loco in Adverſ. Subſeciv. II. 1. & *Schonhovii* excerpta. Coniectura *Pasquierii* apud eumdem *Pithoeum*, *Britanno*, non placet; victi enim illi, qui a Conſtantio in aliorum fuerunt terras tranſlati, non erant Britanni, ſed Franci, in Batavorum inſula, aut proxime eam capti, ut manifeſtum eſt ex cap. 8. & 9. hi *barbari* dicuntur cap. 8. 4. & cap. 9. 3. unde vulgatum confirmatur. Facit huc *Eumenius* Conſtantino 6. 2. *intimas Franciae nationes —— a propriis ex origine ſui ſedibus, atque ab ultimis barbariae littoribus avulſas, ut, in deſertis Galliae regionibus collocatae, & pacem Romani imperii cultu iuvarent, & arma delectu.* Vide tamen, an lateat *Ambivarii*, ex iis, quae dixi ad cap. 9. 3.

2. *Civitas Aeduorum*] Indubie Auguſtodunum eſt, a Conſtantio beneficiis, quae hic commemorat, *Flavia* transnominatum. LIVINEIVS. & PATAROL.

Redundabant] *Gud.* 2. *abundabant.* IAEGERVS. *Mamertinus* Maximian. 12. 6. *totis fluminum alveis Oceanus redundavit.* *Eumenius* Gratiar. act. 13. 3. *ſi vindemia redundaſſet.* *Symmachus* Epiſt. VI. 71. *terrae ac maris copiis redundatis.* De ipſa re vide ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 4. 3.

Fraternitatis] Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 4. 1. & Gratiar. action. 3. 2.

3. *Cauſſa ſit*] *Guelferb.* habet, *iuſtiſſima mihi ſint.*

Propitio munere] *Numine* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Quod ipſum volo. RITTERSHVSIVS. *Numine*, *Guelferb.* primusque edidit *Gruterus*, quem reliqui ſecuti, etiam in ſec. *Rivinus.*

IACOBI DE LA BAVNE

VITA

FL. VAL. CONSTANTINI M.

An. V. C. 1025. *Chriſti* 272. *Aurel. Aug.* 3.

Flavius Valerius Conſtantinus, cognomento *Magnus*, Conſtantii Chlori, & Iuliae Helenae filius, Claudii Aug. ex Claudia, Criſpi, eius fratris, filia nepos naſcitur V. Kal. Mart., ut eſt in Kalendario veteri apud *Bucherium*. Iuxta *Cedrenum*, in Dacia; iuxta *Nicetam*, Tarſi; iuxta *Nicephorum*, Drepani in Bithynia; iuxta *Firmicum*, *Conſtantinum Porphyrogenitum*, & Anonymum *Valeſii*, apud Naiſſum, quae Dardaniae Illyricae urbs primaria eſt; iuxta alios omnes in Britannia. Quam ultimam opinionem *Michael Alfordus*, noſtrae Societatis, in libro ſuo de Lucii, Helenae, & Conſtantini patria, & fide, ſeptuaginta virorum illuſtrium tam recentium, quam veterum auctoritate confirmat. Imprimis Panegyrici V. c. 4. *liberavit ille* (Conſtantius) *Britannias: tu* (Conſtantine) *eas nobiles oriendo feciſti;* quod de natali ortu intelligendum liquet ex Pan. VI. c. 9. ubi, poſtquam Orator de Conſtantini avo & parente egiſſet, cum ordo rerum & ſeries poſtularet, ut de eius patria diceret, *o fortunata*, inquit, *& nunc omnibus beatior terris Britannia, quae Conſtantinum Caeſarem prima vidiſti!* Et mox: *Dii boni! quid hoc eſt, quod ſemper ex aliquo ſupremo fine mundi nova Deûm Numina univerſo orbi colenda deſcendunt? Sic Mercurius a Nilo. . . . . Sic Liber ab Indis*, &c. Atque de utriusque Dei natali ortu hic agitur.

An. V. C. 1044. *Chriſti* 291. *Dioclet. imp.* 8.
Maxim. Imp. 7. *Conſt. aetat.* 19.

Conſtantinus a patre Conſtantio Caeſare, in Gallias proficiſcente, ſive ut ſuae fidei obſes, ſive ut grati erga Imperatorem animi ſui pignus, ſive ut ad imperan-

randi artem inſtitueretur, in Diocletiani aula relinquitur Nicomediae, ut ait *Praxagoras* apud *Photium.*

An. V. C. 1047. *Chriſti* 294. *Dioclet. imp.* 11.
Maxim. imp. 10. *Conſt. aetat.* 22.

Cum Conſtantinus adhuc adoleſcens Galerium, adverſus Sarmatas cum exercitu miſſum, ſecutus eſſet, tam eximia virtutis ſuae in eo bello edidit ſpecimina, ut Galerius, tam inuſitatam adoleſcentis fortitudinem veritus, variis eum periculis obiecerit, ex quibus tamen quam fortiter, tam feliciter ſeſe expedivit. Nam cum paucis militibus in denſiſſimum Sarmatarum agmen immiſſus, aciem perrumpit, alios ſua manu caedit, alios fugat, atque adeo cum eorum duce ſingulari certamine congreſſus, ipſe victor hoſtem catena vinctum, & capillis pertractum ad Galerii pedes adducit. Idem miſſus, ut profundiſſimam paludem ad exercitus tranſitum exploraret, periculo nihil commotus, equum in paludem agit, ac viam toti exercitui praemonſtrat. Demum iuſſus cum ferociſſimo leone in theatro confligere, illico in arenam deſcendit, & inter ſpectatorum omnium applauſus feram manu comprehendit. Pan. VIII. c. 3. *Zonaras*, *Praxagoras* apud *Photium*, Anonymus *Valeſii*, *Pompon. Laetus*, & apud *Triſtanum* Conſtantini numus tropaeum dextra tenentis, & ſiniſtra captivum opprimentis: titulus FVNDATORI PACIS.

An. V. C. 1048. *Chriſti* 295. *Dioclet. imp.* 12.
Maxim. imp. 11. *Conſt. aetat.* 23.

Confecto Sarmatico bello, ſubactisque Carpis, cum Conſtantini fama longe lateque emanaſſet, Diocletianus eum ad ſe in Aegyptum evocat, quo eius virtute ad Alexandriae obſidionem uteretur.

An. V. C. 1051. *Chriſti* 298. *Dioclet. imp.* 15.
Maxim. imp. 14. *Conſt. aetat.* 26.

Conſtantinus ex Oriente in Italiam a Diocletiano Aug. reducitur. Quo ferme anno Arelate, inquit *Diaconus*, in Gallia ex Minervina Criſpum ſuſcepit, qui, ut e pueritia exceſſit, a Lactantio Firmiano, Arnobii diſcipulo, viro ſui temporis facundiſſimo, & integerrimo, ad Chriſtianam religionem, ceterasque virtutes fuit inſtitutus. Quod autem Minervinam haud veram Conſtantini coniugem fuiſſe nonnulli dictitant, iam in Conſtantii vita quaeſtio profligata eſt, ubi ethnicis ſcriptoribus Graecis, unde manarunt huiusmodi opiniones, in primisque *Zoſimo* in iis, quae ad Imperatores Chriſtianos ſpectant, nullam eſſe habendam fidem obſervavi. Ac praetermiſſis Panegyricorum locis, ubi Conſtantini continentia tam ſaepe laudatur, hoc tantum dico, nunquam Criſpum una cum ceteris Conſtantini liberis, quaſi eorum natu maximum, ad imperii ſpem fuiſſe educandum, aut ornandum ex Fauſtae conſenſu Caeſaris dignitate, aut eius

mortem ab Helena tantopere deflendam, aut vindicandam, ſi ex legitimo matrimonio natus non fuiſſet. Minervinam natione Gallam fuiſſe, probare nititur *Triſtanus* in Commentar. Hiſtor. ex *Ammiani* lib. XXVIII. ubi Minervii cuiusdam, viri Conſularis, mentio eſt: ex *Auſonio*, apud quem Tiberii Victoris Minervii, oratorum ſui temporis clariſſimi, nihilo *Quintiliano* inferioris, & alterius Alethii Minervii nomen eſt, quorum fortaſſe affinis illa fuerit.

An. V. C. 1057. *Chriſti* 304. *Conſtantii Aug.* 1.
Conſtant. aetat. 32.

Conſtantinus, ut ait *Aur. Victor*, hoc anno *Caeſaris* nomine inſignitur, fortaſſe a patre Conſtantio, ut Africae, & Italiae, quae in diviſione imperii ipſi obtigerant, maiori cum auctoritate praeeſſet. At cum Galerius Maximinum, cui Orientem, & Severum, cui Conſtantini loco Italiam, & Africam conceſſerat, ambos ſororis ſuae filios, Caeſares feciſſet; Conſtantinus, id aegre ferens, ocyus ſibi ex Italia, & Severi ac Galerii manibus fugiendum duxit.

An. V. C. 1058. *Chriſti* 305. *Conſtantii Aug.* 2.
Conſtant. aetat. 33.

Itaque Conſtantinus *publicis*, ut ait *Victor*, *iumentis*, *quaqua iter agebat*, *ad fruſtrandos inſequentes*, *interfectis*, ad patrem adhuc Geſoriaci, ut aiunt *Zonaras*, & *Eumenius* Pan. VI. c. 7. degentem, & adverſus Pictos, & Caledonas parantem transfretare, accurrit. Quem tamen ad patrem tum tantum perveniſſe refert *Euſebius*, cum is Eboraci morbo correptus a morte propius abeſſet.

An. V. C. 1059. *Chriſti* 306. *Conſtantii Aug.* 3.
Conſtant. aetat. 34.

Conſtantinus a Conſtantio patre moriente, ceteris fratribus alia matre genitis ad imperii ſucceſſionem praelatus, illo ipſo, quo pater obiit, die, nempe VI. Kal. Auguſti, a toto exercitu, annitente Eroco, Alamannorum rege, inquit *Victor*, purpura invitus ornatur. At ille, Caeſaris appellatione contentus, Auguſti nomen recuſat. Poſt ſepultum Eboraci magno apparatu patrem, eundemque in Deorum numerum, ut ex *Cambdeni* numo patet, relatum, traiecta in Gallias magna exercitus parte, Francos, ſuperato Rheno ibi graſſantes, repente adortus, Ascaricum, & Regaiſum, eorum reges, bello captos belluis in amphitheatro dilaniandos obiecit. Illico Bructerorum fines vaſtat, Cheruſcos, Chabionas, Chamavos fundit, ac totam Germaniam, Agrippinenſi ponte facto, ad dandos obſides compellit. Interim Conſtantini imagine Romam pro more perlata, Maxentius, Maximiani filius, an privignus, an gener, indignatus, quod in imperii quoque partem non veniret, per tumultum a Praetorianis, quos promiſſis corruperat, Auguſtus Romae acclamatur, &, occupata partim Africa, ac ubique deiectis per ludibrium Conſtantini ſtatuis, omni ſcelerum genere graſſatur.

An.

An. V. C. 1060. *Chriſti* 307. *Conſtantini imp.* 2. *aetat.* 35.

Conſtantino primum Conſule, Severus Caeſar, adverſus Maxentium a Galerio miſſus, militum ſuorum ſcelere deſertus eſt, ipſeque fugiens, non Ravennae, ut tradit *Eutropius*, ſed ad tres Tabernas, ut *Victor*, & *Valeſius* referunt, hoc eſt, in via Appia VII. ab Vrbe milliari, a Maxentio interficitur. Qua re audita, Galerius Aug. Severi, Caeſaris ſui, necem ulturus, cum exercitu accurrens, ac ſuorum defectionem ſubveritus per Legatos, Licinium, & Probum, ut precibus potius, quam armis mereretur imperium, Maxentium cohortatus primum; cum pugnaturus eſſet, contemtus quoque, & a ſuis deſertus, in Illyricum fugit: ubi Iulium Licinium, Dacia oriundum, ſibi propter probatam in Perſico bello virtutem coniunctiſſimum, Caeſarem facit, quo in Sardinia relicto, Galerius Sardicam regreditur. Ad tantorum motuum famam Maximianus Herculius, e ſuo Lucaniae receſſu purpuram reſumturus, Romam advolarat, ſed is quoque & deluſus a Maxentio, & a ſuis deſertus, Treveros ad Conſtantinum, ei moliturus inſidias, venit: a quo perhumaniter acceptus Maximianus, diſſimulato conſilio, Fauſtam filiam ei coniugem dat cum *Auguſti* nomine, quod Conſtantinus huc usque recuſarat. Hanc patria Byzantinam fuiſſe notat *Iulianus* Orat. I. Ex ea vero, non ex tertia coniuge (quam *Zoſimus*, *Eunapii*, hominis ethnici, exſcriptor, ait a Conſtantino interemtam) ſuscepit heredes imperii Fl. Claudium Conſtantinum, natum Arelate VII. Id. Aug. an. Chriſti CCCXII. Fl. Iulium Conſtantium, Sirmii in Pannonia VI. Id. Novemb. an. Chriſti CCCXVII. Fl. Iulium Conſtantem an. Chriſti CCCXX. praeterea Fl. Maximianam Helenam, quae nata an. Chriſti circiter CCCXXIV. Iuliano Caeſari collocata eſt an. Chr. CCCLV. & Fl. Iuliam Conſtantinam, quae Annibaliano primum, poſtea vero Gallo Caeſari an. Chr. CCCLI. nupſit.

An. V. C. 1061. *Chriſti* 308. *Conſtant. imp.* 3. *aetat.* 36.

Licinius III. Id. Novemb. Carnunti ex Caeſare fit Auguſtus, Chronicon Alexand. *Idatius.*

An. V. C. 1063. *Chriſti* 310. *Conſt. imp.* 5. *aetat.* 38.

Conſtantinus, Maximiani Herculii inſidiis, ſibi per Fauſtam, eius filiam, coniugem ſuam detectis, Maximianum Arelate primum, ubi iam bis depoſitum tertio uſurparat imperium, atque inde, fruſtra tentata effuſis largitionibus militum fide, Maſſiliam fugientem incredibili celeritate opprimit.

An. V. C. 1064. *Chriſti* 311. *Conſt. imp.* 6. *aetat.* 39.

Conſtantinus, huic expeditioni intentus, a Rheni limitibus tantiſper abſceſſerat. Iamque commovere ſe coeperant Franci, & Alamanni, cum eos improviſo reditu inopinantes comprimit. Quo facto, *reliquas*, inquit *Euſebius*, *orbis partes ſibi an-*

ante oculos proponens, tandem ad Britannos traiecit. Interim Galerius Maximianus, conſumtis genitalibus peſtilenti vulnere, obiit apud Tarſum Ciliciae. Maximinus, nec Galerii, nec Conſtantini, nec Maxentii conſenſu exſpectato, ſemet Auguſtum dicit.

An. V. C. 1065. *Chriſti* 312. *Conſt. imp.* 7. *aetat.* 40.

Dum Maximinus in Oriente, & Maxentius in Africa & Italia, in primisque in Vrbe perſecutionem in Chriſtianos inſtaurat, Conſtantinus ſecundum Conſul, Licinio Aug. II. Coſ. collega, pacatis Gallia & Italia, relictaque ad Rheni praeſidium plus media exercitus parte, Vrbem a ſaeviſſima Maxentii tyrannide liberaturus Alpes transgreditur. In itinere, *Cum iam*, inquit *Euſebius* l. I. de Vit. Conſt., *ſol ad medium coelum aſcendiſſet, die in pomeridianum inclinante, Conſtantinus dixit, ſe crucis ſignum ex lucis ſplendore, in ipſo coelo ſoli imminens, manifeſto oculis adſpexiſſe, in eoque inſcriptionem horum verborum conſignatam:* ἐν τούτῳ νίκα, vel Latine, ut adfirmat *Philoſtorgius*, IN HOC VINCE: cuius facti fidem dubiam fore ait idem, qui hoc refert, *Euſebius*, niſi id ſibi a Conſtantino in familiari colloquio eſſet cum iureiurando confirmatum, *huiusque prodigii*, ut ipſe ait, *ſpectator fuiſſet totus exercitus.* Quod quidem Artemius martyr, vir nobilis, qui tum in eo bello militabat, coram Iuliano Aug., ſibi mortem minitante, conteſtatus, Conſtantino, inquit, *contra Maxentium bellum difficillimum ineunti ſignum crucis apparuit in coelo, media die, ſuper ſolem radiis coruscans, literis ſidereis victoriam praenuntians: nos enim, qui bello interfuimus, ſignum vidimus, literasque legimus, totusque conſpexit exercitus, multique hodie teſtes exſtant in exercitu tuo.* Quo pertinent haud dubie, quae de prodigiis coeleſtibus Conſtantino viſis habent non uno in loco Conſtantini Panegyrici. Id vero *Nicephorus* contendit in Italia contigiſſe, *Bucherius* in ſuo Belgio Romano Nivomagi, *Aegidius Gelenius* in libro de magnitudine Colonienſi, in Zinzich, ad Rheni & Arae confluxum, *Ioan. Morinus* in Hiſtoria Gallica vindicatae in libertatem a Conſtantino Chriſtianae eccleſiae, inter Auguſtodunum, & Ladonam. Contra quos omnes noſter *Petrus Franc. Chiffletius* in ſua Diſſertatione de loco, tempore, & ceteris adiunctis converſionis Magni Conſtantini ad fidem Chriſtianam probat, id inter Danubium, & Rhenum contigiſſe, haud procul Briſacio, per quod ille, Rheno traiecto, cum Helena matre, & Crispo filio Veſontionem abiit. Vt ut eſt, Conſtantinum hoc coeleſti oſtento ad Chriſtianam religionem converſum multi eruditi opinantur, cum ab eo tempore & perſecutioni modum impoſuerit, & multa Chriſtianorum cauſa edixerit, Gentilium fana everterit, demum Nicaenae Synodo interfuerit. Hac divini auxilii ſignificatione fretus Conſtantinus Seguſium, Taurinates, Vercellas, Brixiam, Veronam ſtrenuiſſimo duce Ruricio defenſam, Aquileiam, Placentiam, Mutinam, & omnem cis Padum Italiam recuperat, ac denique ipſum Maxentium trans pontem Milvium ad Saxa rubra, VII. ab Vrbe milliari, cum ducentis mille militibus, quorum octoginta, ut inquit *Zoſimus*, Romani eſſent, occurrentem funditus delet, Kal. Octob. inquit *Onufrius.* Ipſe Maxentius, ponte propter nimiam fugientium multitudinem fatiſcente, Tiberi, pri-

pridie quam ſeptimum tyrannidis annum inchoaret, demerſus eſt. Poſtridie vero ipſius corpus ex aquis ſublatum, caputque per Italiam, & Africam per ludibrium circumlatum eſt. Sic Conſtantinus victor Vrbem ſolemni cum pompa, ac gratulatione, & fauſtis Senatus Populique Romani acclamationibus ingreſſus eſt. Tituli ei tanquam *liberatori Vrbis*, *fundatori quietis* decreti: ac ſtatua ipſi in foro poſita, crucem manu praetendens, victoriae, crucis beneficio partae, argumentum. Hinc Indictionum origo repetitur.

An. V. C. 1066. *Chriſti* 313. *Conſt. imp.* 8. *aetat.* 41.

Conſtantinus, tertium Conſul cum Licinio III. Coſ., rebus omnibus in Vrbe ordinatis, inde circa XVI. Kal. Febr. ad exortos interim in Germania tumultus pacandos diſcedit. Prius tamen Mediolani ſororem ſuam Conſtantiam Licinio Aug. nuptum dedit. Ad quas nuptias Diocletianus vocatus, &, quod venire recuſaſſet, minacibus illorum literis territus, tertio poſt anno venenum hauſiſſe dicitur. *Aur. Victor.* His nuptiis celebratis, Licinius in Illyricum, Conſtantinus in Gallias ad Rheni ripam conceſſit: Francos tranſitum molientes comprimit, & mox per duces, quos ibi reliquerat, vincit. Maximinus, contra Conſtantinum, & Licinium Augg. bello ſuſcepto, a Licinio ſuperatus in Aſiam fugit, ubi miſerando mortis genere periit. *Euſeb. Zoſim.* Conſtantinus delatas ad ſe, cum in Galliis eſſet, in Agrippina civitate Donatiſtarum, in Africa turbantium, controverſias, Melchiadi, Pontifici Romano, dirimendas committit, a quo illi damnantur.

An. V. C. 1067. *Chriſti* 314. *Conſt. imp.* 9. *aetat.* 42.

Iterum Donatiſtae ab Aeliano, Africae Proconſule, XV. Kal. Mart., & ad Kal. Aug. damnantur a Synodo Arelatenſi, cui ipſe Conſtantinus cum ducentis, ut ait *Auguſt.* contra Parmen. l. I. c. 5. vel, ut *Ado Viennenſis*, cum trecentis Epiſcopis interfuerat.

An. V. C. 1068. *Chriſti* 315. *Conſt. imp.* 10. *aetat.* 43.

Cum Conſtantinus, IV. Coſ. Licinio IV. Coſ., Baſſianum, cui cum Italiae adminiſtratione Anaſtaſiam ſororem coniugem dederat, inſidias ipſi molientem morte mulctaſſet, & Sinicium eius fratrem, totius ſceleris incentorem, & architectum, a Licinio, cuius partes ſequebatur, repetiiſſet: negante Licinio, cui iam Conſtantinus, propter deiectas ab eo apud Aemonam ſtatuas ſuas, vel ut ait *Euſebius*, propter malevolum illius erga Chriſtianos animum, erat infenſus, bellum ei indicit, & primum ad Cibalim, (*Cibalas* alii legunt) Pannoniae oppidum, iuxta paludem, Hiulcam nomine, tum Sirmii, tandem in campo Mardienſi Licinianos profligat. *Eutrop. Victor.* At Conſtantinus, ſummo victoriae iure uti nolens, pacem Licinio ea conditione dedit, ut *ipſe Illyrios*, *omnem Dardaniam*, *Maeſiam*, *Macedoniam*, *& ulteriores in Occidentem provincias*; *Licinius Thraciam*,

ciam, & ulteriora in Orientem retineret, Valens ceu malorum auctor tolleretur. Zoſimus.

An. V. C. 1070. *Chriſti* 317. *Conſt. imp.* 12. *aet.* 45.

Cum Licinium opprimere difficile propter eius potentiam, durum propter affinitatem Conſtantino videretur, ad perennem inter ſe firmandam concordiam cum Licinio convenit, ut Criſpus, tum XV. annorum adoleſcens, Conſtantinus paucis ante menſibus Arelate ortus, ac Licinius, ſeu Licinianus, Licinii Aug. filius, menſium, ut recte ait *Victor*, non annorum, ut *Zoſimus* vult, viginti, Caeſares ſimul fierent, Kal. Martiis, ut referunt *Idatius*, & Chronicon Alexandrinum. Quod foedus haud diuturnum fore, defectu Solis, his diebus orto, patefactum ait vulgaris *Victor*.

An. V. C. 1071. *Chriſti* 318. *Conſt. imp.* 13. *aetat.* 46.

Conſtantinus Licinio Aug. V. Conſuli Criſpum Caeſarem collegam facit.

An. V. C. 1072. *Chriſti* 319. *Conſt. imp.* 14. *aetat.* 47.

Conſtantinus, V. Conſul, Licinio Caeſare collega, Sarmatas, & Gothos, Danubium transgredi auſos, profligat, occiſo eorum rege Rauſimodo. Coepta eſt hoc anno Liciniana in Chriſtianos perſecutio.

An. V. C. 1073. *Chriſti* 320. *Conſt. imp.* 15. *aetat.* 48.

Dum Conſtantinus Aug., VI. Conſul, Conſtantino Caeſare collega, Sarmatico bello eſſet intentus, interim Criſpus Caeſar, idemque Princeps iuventutis, in Galliis a patre relictus, Francos, & Alamannos media hieme delevit.

An. V. C. 1074. *Chriſti* 321. *Conſt. imp.* 16. *aetat.* 49.

Criſpo Caeſare II. & Conſtantino Caeſare II. Coſſ., Quinquennalia utriusque, quae in XV. Conſtantini annum incidebant, magna pompa celebrata ſunt.

An. V. C. 1076. *Chriſti* 323. *Conſt. imp.* 18. *aetat.* 51.

Conſtantinum inter & Licinium redintegratur bellum; miſſo in Gallias Conſtantino Caeſare, Criſpus inde evocatur, ut cum claſſe Amando, Licinianae claſſis praefecto, opponatur.

An.

An. V. C. 1077. *Chriſti* 324. *Conſt. imp.* 19. *aetat.* 52.

Cum Criſpus, & Conſtantinus Caeſares tertium eſſent Coſſ., hic Gothos e Thracia, Maeſiaque, Martio menſe, expulit: ille Amandum, (quem *Zoſimus Abantum* appellat) Licinianae claſſis praefectum, V. Non. Iul. circa Hadrianopolim fudit, qua in pugna duos equites in coelo viſos aiunt *Cuſpiniani* Anonymus, & *Pomp. Laetus*, qui Licinianas legiones caederent. Mox iterum ad Callipolim, demum ad Chalcedonem, XIV. Kal. Octob. *Idat.* Chronicon Alexandr. Victum Conſtantinus vita donat, deprecante Conſtantia, huius uxore, illius ſorore. *Eutrop. Zoſim.* Anonym. *Valeſii.*

An. V. C. 1078. *Chriſti* 325. *Conſt. imp.* 20. *aetat.* 53.

Hoc anno Licinius, Chriſtianae religionis hoſtis infenſiſſimus, Theſſalonicae, ubi, rupto foedere, turbas moliebatur, Conſtantini iuſſu perimitur. *Idat. Euſeb.* cum eſſet octogenarius, inquit *Ioan. Bap. Egnatius.* Eodem anno Synodus Nicaena contra Arium a CCCXVIII. Patribus celebrata, coeptaque XVIII. Kal. Iul. & VIII. Kal. Sept. terminata. Antequam vero Synodi Patres dimitterentur, Conſtantini Vicennalia ab iis Nicomediae, magna cum pompa, edita ſunt.

An. V. C. 1079. *Chriſti* 326. *Conſt. imp.* 21. *aetat.* 54.

Conſtantinus, VII. Conſul, Conſtantio Caeſare collega, Criſpum filium, XXIII. aut XXIV. annorum adoleſcentem, Helenae, ut ex L. 9. Cod. Th. de Indulgent. crimin. patet, matrimonio iunctum, a Fauſta noverca tentati cum ea ſtupri accuſatum, credulus nimium ſupplicio afficit Polae in Iſtria, ut ait *Ammianus*, non Romae, ut vult *Zoſimus.* Cuius necis cauſſam ſilentio praetermittit *Euſebius*, incertam fuiſſe tradit *Victor Schotti*, ac vulgaris *Victor* Fauſtae, Conſtantini arrogantiae tribuit. Interim Helena, ſive ex dolore nepotis ſui interfecti, ſeu potius ex pietate in Palaeſtinam abit, ubi, Chriſti cruce reperta, exſtructiſque templis, altero Bethleemi, altero in monte Olivarum, tandem Romam contendit. Conſtantinus, pietatis ſuae monimenta excitaturus, Hieroſolymam, ſuperioribus bellis paene everſam, inſtaurat, atque erectis templis amplificat.

An. V. C. 1080. *Chriſti* 327. *Conſt. imp.* 22. *aetat.* 55.

Conſtantio Caeſare V. Conſule, Conſtantinus, agnita Fauſtae, ut ait *Philoſtorgius*, libidine, & calumnia, in calido eam balneo morte puniri iubet. Criſpo vero ſtatuam argenteam dicat, auro ſuperfuſam, capite aureo, cui titulus, ΗΔΙΚΗΜΕΝΟΣ ΥΙΟΣ ΜΟΥ, *iniuſte damnatus filius meus.* Poſt erectum hoc Criſpi innocentiae tropaeum, Helena XV. Kal. Sept. Romae obit, & a Conſtantino

filio magnificentiſſimis exſequiis in Baſilica SS. Martyrum, Marcellini, & Petri via Lavicana ſepelitur.

An. V. C. 1081. *Chriſti* 328. *Conſt. imp.* 23. *aetat.* 56.

Cum Conſtantinus urbem ſui nominis aedificare vellet, primum in Aſia, in Sardico agro, poſt ad Sigaeum Troadis, fundamenta iecit, mox, mutato conſilio, Chalcedone opus inchoat, ac tandem Byzantii ſitum, & opportunitatem intuitus, ibi ſedem imperii conſtituere ſtatuit, urbemque totius Orientis, & Occidentis ſpoliis locupletavit. *Cedrenus.*

An. V. C. 1082. *Chriſti* 329. *Conſt. imp.* 24. *aetat.* 57.

Conſtantinus, VIII. Conſul, Conſtantinum Caeſarem IV. Conſulem facit.

An. V. C. 1083. *Chriſti* 330. *Conſt. imp.* 25. *aetat.* 58.

Byzantium a Conſtantino dicta Conſtantinopolis, ſeu nova Roma, Deiparae Virgini V. Idus Maias dicatur, feria II. Indictione III. Chronic. Alexandr.

An. V. C. 1085. *Chriſti* 332. *Conſt. imp.* 27. *aetat.* 60.

Conſtantinus Aug. Gothos, quos, non ita pridem a ſe victos, in fidem acceperat, Sarmatis moleſtos, per Conſtantinum Caeſarem vincit. Centum prope millia ex iis partim inedia, partim frigore periere. Quare illi datis obſidibus, atque adeo regis ſui Ariarici filio, pacem a Conſtantino petiere. *Aurel. Victor*, & Anonymus *Valeſii.*

An. V. C. 1086. *Chriſti* 333. *Conſt. imp.* 28. *aetat.* 61.

Conſtantinus Conſtantem filium VIII. Kal. Ian. Conſulem creat. *Idat.*

An. V. C. 1087. *Chriſti* 334. *Conſt. imp.* 29. *aetat.* 62.

Conſtantinus Sarmatas, a ſervis rebellibus de regione ſua nefarie pulſos, perhumaniter accipit, eorumque amplius CCC. millia per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiamque diſponit. Anonymus *Valeſii.*

An. V. C. 1088. *Chriſti* 335. *Conſt. imp.* 30. *aetat.* 63.

Conſtantinus Conſtantio fratri Conſulatum dat. Tricennalia ſua edi iubet VIII. Kal. Auguſti. Dalmatium, Dalmatii, fratris ſui, filium, Caeſarem facit, XIV. Kal. Octob. Alteri fratri Annibaliano cum Pontico regno Conſtantiam filiam coniu-

iugem dat. Ac tandem Gallias Conſtantino Caeſari; Orientem Conſtantio; Africam, Illyricum, & Italiam Conſtanti; ripam Gothicam Dalmatio tutandam dedit.

An. V. C. 1089. *Chriſti* 336. *Conſt. imp.* 31. *aetat.* 64.

Conſtantinus Conſtantio filio uxorem dat; quae autem illa fuerit, ignoratur.

An. V. C. 1090. *Chriſti* 337. *Conſt. imp.* 32. *aetat.* 65.

Cum Conſtantinus Saporem, Perſarum regem, praemiſſo cum exercitu Conſtantio, & reliquo belli apparatu, territum ad petendam pacem adegiſſet, ipſo die Paſchatis morbo correptus, remedii cauſſa Soteropolin ad aquas calidas eſt egreſſus, quibus non proficientibus, Helenopolin in Bithyniam adiit, ut earum aquarum beneficio uteretur: inde Achironam, Nicomediae ſuburbanum, ſe deferri iubet, ubi, partito inter filios imperio, nempe Galliis, Hiſpaniis, Britanniis Conſtantino; Thracia, Aſia, Aegypto, & Oriente Conſtantio; Italia, Africa, & Illyrico Conſtanti pro hereditate relictis, inter omnium fletus, ipſo die Pentecoſtes XI. Kal. Iunii, ſub meridiem deceſſit e vita, anno imperii XXXII. cum annos aetatis LXV. compleſſet. Haec ferme totidem verbis *Euſebius;* cui potius, quam ceteris credendum reor. Etſi autem Conſtantini Chlori obitum, & Conſtantini imperii exordium ad an. CCCV. pertinere recte, ut mihi videtur, probat *Petavius* de Doctrina temporum lib. II. c. 35., communem tamen aliorum ſententiam ſecutus ſum: quo factum, ut anno aetatis triceſimo quarto primum imperaſſe illum dixerim, cum tamen id anno ante contigiſſe putem, ex *Euſebii* loco, ubi ait, Conſtantinum, cum ad imperium pervenit, totidem annos natum, quot exegit in imperio. Quod ſupereſt, Conſtantinum non ſine ſuſpicione veneni, a fratribus dati, ſublatum fuiſſe volunt *Zonaras*, *Cedrenus*, & *Philoſtorgius*. Alii febri eum periiſſe ſcribunt. Eius corpus magna pompa, & populorum omnium luctu Conſtantinopolin delatum eſt, iidemque honores ab aulicis ei redditi, donec Conſtantius ex Oriente, aliique eius filii ad ſupremos ei honores reddendos adveniſſent. *Theodoret.* Vtrum Conſtantinus paulo ante mortem baptizatus fuerit, ut teſtantur poſt *Euſebium Hieronym.* in Chronico, *Ambroſ.* Orat. in fun. Theodoſ. *Socrates*, *Theodoret. Sozomenus*, Chronicon Alexandr. &c. an vero paulo ante concilium Nicaenum, ut ex actis Sylveſtri, & Theophanis teſtimonio probare contendit *Baronius*, nihil affirmo: tantum dico, neque acta illa Sylveſtri magnae apud Viros doctos auctoritatis eſſe, neque auſurum unquam fuiſſe *Euſebium* in re tam nota cuiquam imponere: praeſertim cum id quarto, poſtquam contigiſſet, anno ſcriberet. Magna vi & animi & corporis fuit, excellentiori ſpecie, ſtatura praeſtanti, ut ipſo adſpectu iniiceret ſimul & amorem, & admirationem ſui. Geſtorum bellorum magnitudine, & victoriarum numero praeclarus, in praelio ſtrenuus, clemens in victoria, in pace adminiſtrandae reipublicae peritiſſimus, bonarum artium parens, eo laudis minus cupi-

dus, quo dignior, ubique magnificus, liberalis, adverſus bonos mitis, in ſeditionum fautores, qualescunque illi forent, usque ad notam crudelitatis ſeverus, integritate vitae, caſtimonia, temperantia, ceterisque Chriſtianis virtutibus inſignis, catholicae vero fidei ſtudio eo praedicandus magis, quod religionis Chriſtianae, quam Imperatorum Romanorum primus ſusceperat, vindex acerrimus exſtiterit, dum ipſi ſacrorum antiſtites vehementer inter ſe diffiderent.

INCERTI
PANEGYRICVS
MAXIMIANO ET CONSTANTINO.

CAP. I. Dixerint licet plurimi, multique dicturi ſint ea, quibus omnia facta

INCERTI] Panegyricus hic dictus eſt Conſtantino, cum ex Caeſare Auguſtus factus eſſet, ipſique Maximianus A. filiam ſuam nuptum daret. PVTEANVS. Panegyricus iſte, ut legenti ſtatim liquet, in celebritate nuptiarum Conſtantini, & Fauſtae, Maximiani filiae, pronunciatus eſt anno Chriſti CCCVII., cum Maximianus e Lucaniae receſſu ad reſumendum, quod aegre dimiſerat, imperium, & ſtruendas Conſtantino inſidias Treveros, ubi is erat, acceſſiſſet, ibique Fauſtam coniugem, ſimul cum Auguſti nomine, acciperet. Auctor incertus eſt. Hunc Aeduum fuiſſe putat *Sigonius*, ſed quo argumento nitatur, haud apparet. BAVNE. Panegyricus hic ab incerto Auctore, in celebritate nuptiarum Conſtantini, & Fauſtae, Maximiani ſenioris filiae, dictus eſt, ut apparet, in Treverorum urbe, nuptiarum loco, quo Maximianus ex Lucaniae receſſu ſe contulerat. Eodem tempore Conſtantinus *Auguſti* nomen adſumpſit, antea *Caeſaris* contentus dignitate. Totus eſt in laudibus ſoceri, & ſponſi: & voto pro ſobole ſuſcepto finit. CELLARIVS. Non conſtat de Auctoris nomine, at meo quidem iudicio ita probata eſt haec Orationcula, ut affirmare auſim, ipſi poſt *Plinianam*, reliquas inter, primas fortaſſe laudes deberi. PATAROL. In *Guelferb.* nullus Orationis titulus exſtat; nec eum in aliis Codd. fuiſſe non levis me ducit ſuſpicio, eamque eſſe rationem, quare pro ſuo quisque more, & ingenio hunc illumve praefixerit. *Panegyricus Maximiano & Conſtantino Auguſtis dictus*, inſcribitur a *Puteolano*, *Rhenano*, utroque *Stephano*, & *Rivino;* at vero *Cellarius*, *Epithalamius incerti Auctoris Maximiano & Conſtantino in huius & Fauſtae nuptiis dictus ;* & hoc *Epithalamii* nomine paſſim citatur. Placuit magis inſcriptio ſimplicior ; *Incerti Panegyricus Maximiano & Conſtantino*, quam dederunt *Livineius*, *Pariſienſes*, *Baunius*, *Patarolus*, & *Iaegerus.* Ab ipſo Auctore *Votum* fuiſſe inſcriptum, mox ſuſpicatus eſt *Gruterus*, &, qui eidem adſtipulantur, *Baunius*, & *Patarolus*, ob. cap. 1. 2. *huic voto propria nunc debetur oratio;* & 13. 1. *ſicut huic voto congruit.* ſed recte hanc opinionem ad priorem locum explodit *Iaegerus.* —— Non minor eſt in ordine varietas. Demto *Plinii* Panegyrico *quintus* eſt in *Guelferb.*, & Cod. *Puteanei* variantibus MSS. penes me: ita etiam *Baune*, *Cellarius*, & *Iaegerus.* Apud *Pariſienſes*, & *Patarolum*, *Plinio* computato, eſt *quintus*, in *Rhenano*, utroque *Stephano*, & *Rivino* ſecundus, & *Plinio* ſtatim adiunctus. Ex temporis ſerie hoc loco conſtituendum pu-

ſta veſtra, ſummarumque virtutum merita laudantur, ſacratiſſimi Principes, Maximiane, velis, nolis, ſemper Auguſte, & Conſtantine, oriens Imperator; mi-

puto; dictus enim eſt, poſtquam Eboraci in Britannia mortuus eſſet Conſtantius; hunc enim *Divum* adpellat, & *ad Deorum concilia tranſlatum*, cap. 3. 3. mors autem illa contigit VIII. Kal. Auguſti CCCVI. Conf. *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 24. *Gruner.* ad *Eutrop.* X. 1. cum autem, Conſtantinum, Fauſtam ducturum, Auguſtum feciſſet Maximianus ſequenti anno, Pridie Kal. Apriles, quod putat *Baluzius* d. l. cap. 29., videtur brevi poſt haec Oratio habita, praeſente Maximiano, & Conſtantino, & ipſo quidem nuptiarum die, ut ſentit *Cuperus* ibid. cap. 25. quas *Baluzius* ibid. cap. 27. aliquanto tempore ante menſem Septembrem ſtatuit fuiſſe celebratas. Ad annum tamen CCCVIII. refert *Fabricius* Biblioth. Latin. T. II. p. 770. & *Walchius* Parerg. Academ. p. 890. —— Auctoris nomen quamvis ſit incertum, *Eumenium* tamen eſſe non arbitrer; at vero *Patarolo* facile adſentior, elegantia, & dicendi acumine maxime eſſe praedicandum, quae forte ratio, ut *Plinio* eumdem ſtatim comitem dederit *Rhenanus.* —— Denique Treveris Orationem dictam eſſe cum *Cellario* ſuſpicatur *Brouwerus* Annal. Trever. III. p. 204. & ita *Walchius* d. l.

1. *Dixerint*] *Guelferb. dixerunt*, & mox *ſunt.* Similis conſtructionis cum indicativo exemplum dedit *Iaegerus* ad *Corippum* I. 85. neque id novum, ſi *licet* pro quamquam ponatur. L. 58. D. de V. S. *licet inter geſta, & facta videtur quaedam eſſe*, adde *Pierium* ad *Virgil.* Aen. VI. 803. *Muncker.* ad *Fulgent.* Mythol. p. 616. *Burman.* ad *Nemeſ.* Cyneg. 232.

Velis, nolis] Panegyricus hic reputat Maximianum, ut & poſtea ſaepe, adhuc Auguſtum tempore imperii Conſtantini, contra fidem hiſtoriae. SCHONHOVIVS. Hoc dicit, quod imperio, monitu Diocletiani, ſponte poſito; cui aegre obtemperavit, (verba ſunt *Eutropii* IX.) in Lucaniam privatus ſeceſſerat. Infra: *te rurſus viceſimo anno Imperatorem, octavo Conſulem, ita ipſa amplexu quodam ſuo Roma voluit detinere, ut videretur augurari iam, & timere, quod factum eſt.* Lege reliqua. LIVINEIVS. Adulatorie dictum, quaſi Maximianus invitus, & ad obſequendum tantum Diis, abdicatam ante quatuor annos purpuram reſumpſiſſet, quod tamen regnandi cupiditate, & ſolitudinis taedio ab eo factum tradunt *Eutropius*, *Victor*, & alii. BAVNE. Maximianus Herculeus eſt, qui iam cum Diocletiano ſe imperio abdicaverat. Quod licet invitus fecerat, ſimulavit tamen ſponte, aut in Diocletiani gratiam ſe abdicaſſe. Quo verba *velis, nolis*, reſpiciunt, quaſi & titulis *Imperatoris*, & *Auguſti* maluiſſet abſtinere, ſi per populum, cui ante praefuerat, liceret. CELLARIVS. Adulatorie dictum explicat P. *de la Baune.* At ego dixerim, quia, licet tunc Auguſtus non eſſet, nam purpuram depoſuerat, necdum reſumpſerat, tamen Auguſtus eſſe, ac dici etiam invitus mereretur. PATAROL. *Velis, nolis* ad eos pertinet, qui quid facere coguntur inviti. *Lactant.* Inſtit. V. 20. 9. *Deum noſtrum, velint, nolint, colat aliquis invitus.* Not. ad *Plinium* Paneg. 20. 6. Sententia igitur eſt, Maximianum Herculeum, contra quam vellet, tamen cogi eſſe Auguſtum; id vero quid aliud indicat? quam eumdem, Kal. Maiis anni CCCV., ſponte cum Diocletiano imperium depoſuiſſe, & tamen *Lactantius* M. P. cap. 25. tradit id *invitum* feciſſe, quod etiam verius eſt. vid. illic *Baluzium.* Quae autem hic commentatus eſt *Cellarius*, cave, ita capias, tamquam hoc Orationis habitae tempore Maximianus Herculeus adhuc fuiſſet privatus; quod contra hiſtoriae fidem adfirmat *Patarolus*; purpuram enim iterum iam ſumſerat, eiusdemque conſilii, quamvis fruſtra, Diocletiano quoque fuerat auctor. Cum enim Maxentius, Maximiani Galerii gener, ducta eius filia, quam *Magniam Vrbicam* fuiſſe dictam ſuſpicatur *Cellarius* ad *Lactant.* M. P. 26. 6. idemque Maximiani Herculei filius, legitimus, an ſuppoſitus, de quo iam non diſputo; cum igitur Maxentius a militibus Praetorianis Romae eſſet ſalutatus Imperator, ſibique ideo a ſocero, & Severo iam Caeſare metueret, patri ſuo, Maximiano Herculeo, purpuram miſit, ut imperium rurſus ſumeret, qui rerum novarum cupidus libenter illud arripuiſſe dicitur a *Lactantio* M. P. 26. neque vanus fuit ille metus; mox enim contra ipſum cum exercitu profectus eſt Severus Caeſar, ſed is a militibus deſertus, & advenienti Herculeo ſeſe inparem ſentiens, Ravennam profugit, ſeque Herculeo, a quo Caeſaream dignitatem acceperat, tradidit, qui ipſum, venis inciſis, mori coegit. Sed timens Herculeus, ne de hac caede vindictam ſumeret Galerius Maximianus, ex Italia in Galliam ad Conſtantinum proficiſcitur, indignatum, ſibi eo tempore, quo Diocletianum de imperio abdicando coegiſſet Galerius, in Caeſarea dignitate praelatos fuiſſe Maximinum,

ſuſcipiendis liberis, optandisque nepotibus ſeriem veſtri generis propagando
omnibus in futurum ſeculis providetis, ut Romana res, olim diverſis regentium
moribus, fatisque iactata, tandem perpetuis domus veſtrae radicibus coaleſcat,
tamque ſit immortale illius imperium, quam ſempiterna ſuboles Imperatorum.
Haec eſt vera pietas, haec voluptas conſervandi generis humani, exemplum da- 3
re gentibus ad matrimonia ſtudioſius expetenda, & liberos educandos, ut ſub-
ſtituendis ſucceſſionibus ſingulorum nihil obſit, unumquemque eſſe mortalem,
cum immortalis ſit omnium poſteritate reſpublica. Quare, ſi leges hae, quae 4
mul-

in Codd. apud *Klotzium* Miſcell. Crit. p. 79. & 86. qui recte p. 30. *aurium voluptas* reſtituit *Mallio Theodoro* de Metris Praef. p. 8.

Nihil obſit omnium poſteritate] Alii *omni*. RHENANVS. Vet. *nihil obſit unumquemque eſſe mortalem, cum immortalis ſit omni poſteritate reſp.* PVTEANVS. *Vnumquemque eſſe mortalem, cum immortalis ſit*, Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. ſit in poſteritate*, *Bertin* LIVINEIVS. Lege, *nihil abſit omnium poſteritate reipublicae.* Dum ſinguli ſibi ſucceſſores ſubſtituunt, propagata omnium poſteritate, nihil, etſi ipſi decedunt, decedit reipublicae, ſed haec velut integra, atque eadem ſemper eſt. ACIDALIVS. Dum alii homines aliis ſuccedunt, etſi ſinguli mortales ſint, ſit tamen, ut velut integra atque eadem ſemper ſit reſpublica, & ſic propagata poſteritate velut immortalis. BAVNE. In Edit. *Rhenan. Livin.* & *Stephan.* legitur: *ſubſt. ſucceſſ. ſing. nihil obſit omnium poſteritate res publica.* Sed in Cod. *Livin. Bert.* Schidis *Lang. Cuſp.* eſt, *nihil obſit, unumquemque eſſe mortalem, cum immortalis ſit omnium poſteritate res publica.* Eamdem lectionem etiam *Schonhovius* in margine Edit. *Froben.* adſcripſit. Cod. *Put. Gud.* & *Moerl.* pro *omnium poſteritate* exhibet, *omni poſteritate*, quod etiam in margine Edit. *Rhenan.*, & *Stephan.* ut varians lectio reperitur. Pleniorem, certiorem, melioremque adeo emendatione *Acidalii* noſtram eſſe lectionem facile cuivis patet. Illud *omnium* ante vocem *poſteritate* omiſſum, neſcio qua de cauſſa, vel qua auctoritate, a *Pariſienſibus*, *Patarolo*, & *Cellario*, revocandum duxi. IAEGERVS. Inde a *Grutero* editum eſt, *unumquemque eſſe mortalem, cum immortalis ſit poſteritate reſpublica*; praeter *Rivinum*, qui antiquam retinuit lectionem. *Iaegerus* habet *omnium poſteritate*, quod retinui, quamvis nondum mihi locus videatur perſanatus, niſi legatur *omni in poſteritate.* τὸ *in* auctoritatem habet ex *Bertinienſ.* & adiuvatur illis Codd.; in quibus eſt *omni.*

4. *Leges hae*] Vide *Plinium* Paneg. cap. 26. BAVNE. Caelibatus prohibitus ab Romanis erat, & certam multam cogebantur caelibes pendere. *Feſtus* extremo libro: *Vxorium pependiſſe dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, aes populo dedit.* Vide etiam *Plinii* Panegyr. c. 26. CELLARIVS. Nimirum inter praecipuas Iulia, & Papia Poppaea; illa a C. I. Caeſare lata, qui *poſt bellum Africanum*, inquit *Dio* lib. XLIII., *vehementer exhauſta Vrbe, praemia propoſuit multitudini liberorum*; haec vero a Papio, & Poppaeo Conſulibus, ſupremis Auguſti temporibus, ut refert *Tacitus* Annal. lib. III. Vide dicta ad *Plin.* Paneg. cap. 26. PATAROL. Romanis ſemper magnam coniugiorum fuiſſe curam ſatis conſtat, ideoque iis, qui ad ſenectutem usque caelibes permanſiſſent, multa fuit indicta, quae, *Feſto* teſte, *aes uxorium* vocabatur. Quid, quantumve id fuerit, & an etiam ante leges Iulias pendi ſolitum, non ſatis conſtare dicit *Torrentius* in Comment. ad Leg. Iul. & Pap. ſect. 15. Sed vix poteſt de ea re dubitari. *Plutarch.* Camill. pag. 235. Ed. *H. Steph.* Μνημονεύεται δὲ αὐτοῦ τιμητοῦ ὄντος καλὸν μὲν ἔργον, τὸ τοὺς ἀγάμους, λόγοις τε πείθοντα καὶ ζημίαις ἀπειλοῦντα, συγκαταζεῦξαι ταῖς χηρευούσαις γυναιξί. *Valer. Max.* II. 9. 1. *Camillus, & Poſtumius Cenſores aera, poenae nomine, eos, qui ad ſenectutem caelibes pervenerant, in aerarium deferre iuſſerunt.* Hoc fuiſſe *aes uxorium* recte videntur iudicaſſe *Heineccius* Antiq. Roman. I. 25. 3. & *Bachius* Hiſtor. Iuriſpr. Rom. II. 2. 15. n. *q.* Quin etiam multo prioribus temporibus tale quid lege cautum fuiſſe, quod negare videtur *Lipſius* Exc. C. ad lib. III. Annal. *Taciti*, ſuſpicari licet ex iis, quae tradit *Dionyſ. Halicarnaſſ.* lib. IX. p. 580. Ed. *Sylb.* Impugnat ſcilicet vulgatam de unico puero gentis Fabiae ſuperſtite narrationem, uſus hoc argumento, quod omnes Fabios, ad Cremeram profectos, fuiſſe ἀτέκνους τε καὶ ἀγάμους ἀδύνατον ἦν. ὁ γὰρ ἀρχαῖος αὐτῶν νόμος γαμεῖν τε ἠνάγκαζε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ τὰ γεννώμενα ἅπαντα ἐπάναγκες τρέφειν. ὃν οὐκ ἂν δήπου κατέλυσαν οἱ Φάβιοι μόνοι, πα-

multa caelibes notaverunt, parentes praemiis honorarunt, vere dicuntur eſſe fundamenta reipublicae, quia ſeminarium iuventutis, & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt, quod huic veſtro in rempublicam merito poſſumus dignum nomen adſcribe-

πεφυλαγμένον ἄχρι τῆς ἑαυτῶν ἡλικίας ὑπὸ τῶν πατέρων. De praemiis parentum vid. *Cellar.* ad *Plin.* Ep. VII. 16. 2. *Heinecc.* ſupra cit. loc. *Bachius* Hiſt. Iuriſpr. R. III. 1. 7. &, ab hoc indicatos n. *r.*, Iuriſconſultos, qui L. Iuliam & Papiam Poppaeam Commentariis illuſtrarunt. IAEGERVS. Inſtitutum illud Cenſorum, Camilli & Poſtumii, apud *Valerium Maximum* fruſtra huc referas, quorum non erat *leges*, de quibus Noſter loquitur, condere, & quodcumque de nuptiis decreverint, ex munere Cenſorio fuit factum, quo cenſum agentes in uxores liberosque inquirebant, & utrum quis liberorum quaerendorum cauſſa uxorem haberet. Recte tamen ad hoc Cenſorum inſtitutum refertur *aes uxorium*, de quo praeterea *Fornerius* Rer. Quotid. VI. 11. *Burman.* ad *Sueton.* Calig. 41. *Cannegieterus* noſter Obſerv. iur. R. II. 17. quod etiam *Quinctiliano* Declam. XV. 9. reddere conatus eſt *Schultingius*, loco admodum vexato: *Felix profecto, qui non niſi facultates in lupanaria profudit. Tu perdis animum, ille aes; tu bibis uxoria, tu lacrimis oras, pallore blandiris*; ut legatur, *non illic aes tantum bibis uxorium*, aut *animum illic, tu aes bibis uxorium.* aliter edidit *Obrechtus*, aut emendat *Burmannus*; mihi ſcripſiſſe videtur, *tu perdis animum vigiliis, tu precibus exoras, tu lacrimis rogas.* neque haec a ductu litterarum nimium abire arbitreris, confirmant enim me Excerpta ex *Quinctiliano* p. 399. ubi haec redacta in compendium legitur Declamatio, & haec quidem verba ita leguntur, *ſed vigiliis, precibus, lacrimis praevaluiſti.* Apud Noſtrum per *leges* intelligo Iuliam & Papiam de maritandis ordinibus, non a Caeſare, quod *Patarolo* viſum, ſed Auguſto nomen ſortitam. Vide *Heineccium* ad Leg. Iul. & Pap. I. 3. *Pichenam* ad *Tacit.* Annal. III. 25. *Bernecc.* ad *Plinii* Paneg. 26. 5. hanc plurali numero *leges* adpellat, eodem modo, quo *Noodtius* Opp. T. I. p. 630. T. II. p. 13. in L. 31. D. de Legib. *legibus ſolvere* de una hac lege explicat, inſcriptionis ope adiutus. Similia ſunt exempla apud *Suetonium* Caeſar. 11. & 18. *Schulting.* ad D. de Conſtit. Princip. §. 8. & ipſe dedi in Miſcell. cap. 1. ad fin. Putavit *Graevius* ad *Ciceron.* Philipp. II. 13. Latinae locutionis vim non intellexiſſe *Dionem Caſſium*, cum lib. LIII. p. 713. de Imperatoribus Romanis ſcripſerit, λέλυνται τῶν νόμων, quod mihi non videtur, cum magis de ſui temporis Imperatoribus loquatur, de quibus dici poteſt, eos talem ſibi poteſtatem, non lege quadam delatam, ſed ſua auctoritate ſumſiſſe, ut *legibus quibusvis* dici queant *ſoluti*, quamvis aliter *Dionem* excuſet *Reimarus.* Miror interim *Brummerum* ad Leg. Cinc. 2. §. 6. ſcribentem, ideo *leges* pro una lege accipi, vel per enallagen numeri, vel quia lex ſemel iterumque eſt repetita, vel denique, ut maior, digniorve lex ſignificetur; vera enim, & ſimplicior ratio eſt, quod varia lex capita complectebatur, quae ſingula erant leges. *Iaegero* largior, etiam ante ad uxores ducendas, augendamque ſubole Remp. cives fuiſſe obligatos, eaque lex, quam memorat *Dionyſius*, forte fuit Romuli, quem eius auctorem fuiſſe ſtatuit *Bachius* Hiſt. Iurisprud. p. 8. quamvis liberae Reip. tribuat *Heineccius* ad Leg. Iul. I. 2. §. 9. ſed vereor, ut *Dionyſii* ille locus ſit ſanus, ſi conferatur cum altero eiusdem lib. II. p. 88. εἰς ἀνάγκην κατέστησε τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς ἅπασαν ἄῤῥενα γενεὰν ἐκτρέφειν, καὶ θυγατέρων τὰς πρωτογόνους. hoc ſi verum ſit, qui potuit, in verbis apud *Iaegerum*, adfirmare *Dionyſius*, omnes fuiſſe foetus educandos; neque evaneſcet difficultas, quamvis antiquam illam legem Romulo non tribuas, cum altera de maribus educandis diu obtinuerit, cui itaque adverſaria non potuit eſſe illa antiqua, cuiuscumque etiam ſit latoris; puto itaque ſcripſiſſe *Dionyſium* loco priori, καὶ τὰ γεννώμενα ἄῤῥενα; ſuadet hoc etiam *Dionyſii*, de veritate fabulae de Fabiis omnibus caeſis dubitantis, argumentatio, qua parum ducit veriſimile, omnes eſſe caeſos, aut caelibes, aut ſine liberis, quia liberi omnes erant educandi. Ni fallor, hoc de maribus tantum intellexit, quibus Fabium erat nomen. —— Ceterum in *Guelferb.* eſt *leges eae.*

Multa] Deterius eſt in quibusdam Edd. *mulcta*; alterum praeferunt Codices, & lapides, quamvis ex his contrarium quoque exemplum habeat *Cellarius* Orthogr. p. 95. & ex derivationis analogia diſſentiat *Schellerus* Praecept. Stil. bene Lat. p. 37. De poenis illis copioſe egit *Heineccius* ad Leg. Iul. II. 21.

Praemiis] Haec expoſuit Idem d. l. II. cap. 7—12.

Humani corporis] Exſculpebam olim *humani*

ro-

bere? qui non plebeia germina, ſed Imperatoriam ſtirpem reipublicae propagatis, ut, quod milleſimo anno poſt Vrbem conditam eveniſſe tandem gratulabamur, ne mutatoria per novas familias communis ſalutis gubernacula traderentur, id ex omnibus duret aetatibus, Im-

roboris, neque dum poenitet. GRVTERVS. Sincerum hoc non negem. Leviter ſuſpicor tamen, *quia ſeminarium iuventutis*, *quaſi fundum huius magni corporis ſemper R.* Videtur enim appellationem *fundamenti* originatione vocis explicare velle. ACIDALIVS. Non erat, cur *fundum* mallet *Acidalius*; utramque enim vocem ita etiam iunxit *Cicero* in Piſon. 40. *ex illo fonte*, *& ſeminario triumphorum.* Maxime autem blanditur *Gruteri* coniectura, quae *exercitibus Romanis* convenientior, ut *vires Romanae* paſſim occurrunt, de quibus Not. ad *Valer. Maxim.* I. 1. 15.

5. *Plebeia germina*] Lege *plebeio germine.* ACIDALIVS. *Cuſpin.* & *Stephan.*, *non plebeia germina*, *ſed Imperatoria ſtirpe*, &c. Cod. *Moerl.* cum *Gud. non plebeia germina*, *ſed Imperatoriam ſtirpem rei publicae prop.* Eamdem hanc lectionem in Cod. *Pith.* invenit, & probavit *Cl. Puteanus.* Sed poteſt recepta locum ſuum utcumque tueri. IAEGERVS. *Plebeia germina*, *ſed Imperatoria ſtirpe* eſt antiquiſſima lectio *Puteolani*, *Rhenani*, utriusque *Stephani*, & *Rivini:* at *plebeio germine*, *ſed Imperatoria ſtirpe Rempublicam* iam *Livineius*, & reliqui. Expreſſi potius ſcripturam Codd. *plebeia germina*, *ſed Imperatoriam ſtirpem Reip.*, ut *ſecula Reip. propagare*, *Cicero* Catilin. II. 5. & *Eumenius* Conſtantio 3. 2. ubi plura.

Imperatoria ſtirpe] *Pithoean.* Cod. *ſed Imperatoriam ſtirpem Reip. propagatis.* Sic ſupr. cap. eod. *ſeriem veſtri generis propagando omnibus in futurum ſaeculis.* PVTEANVS. Vid. praeced. obſerv.

Milleſimo anno] Sub duobus Philippis, Patre, & Filio Auguſtis. Vide *Euſebium* in Chronic. PVTEANVS. At enim vero in Conſulatum incidit M. Iulii Philippi tertium, & Philippi filii ſecundum, eoque ex SC. facti ludi ſaeculares noni. Et Incertus in Conſtantinum A. de Maxentio, Herculii filio, *Mille*, ait, *& ſexaginta annis contractas ex toto orbe divitias monſtrum illud redemptis ad civile latrocinium manibus ingeſſerat.* Non eſt ergo hic liquidus, & circumſcriptus numerus, ſed leviter, ac rotunde, ut ita loquar, initus. LIVINEIVS. Vltima editio perperam incluſerat parentheſi: *quod milleſimo anno poſt Vrbem conditam eveniſſe tandem gratulabamur;* quippe ſi uncis huiusmodi opus erat, accommodandi magis erant illis, *ne mutatoria per novas familias communis ſalutis gubernacula traderentur.* GRVTERVS. Rotundum annorum numerum ponit, non plane exactum. Videntur enim aliquanto plures iam fuiſſe anni, quam mille. ACIDALIVS. Numerus rotundus, & certior maior pro incerto. Hoc vult dicere; ante milleſimum Vrbis annum, & paullo ultra, ex variis gentibus Romam Principes habuiſſe, Hiſpanos, Afros, Thraces, Gallos, Arabes, Illyrios: nunc Conſtantini nuptiis futurum, in una ut domo coaleſcente ſucceſſio Principalis maneat. CELLARIVS. Non vere milleſimo: tunc enim mille & quinquaginta ſeptem circiter ab V. C. anni elapſi. PATAROL.

Gratulabamur] Forte *gratulamur.* LIVINEIVS. Lege *gratulamur*, & *tradantur.* ACIDALIVS. Minus neceſſarium puto, cum *Acidalio* legere *gratulamur*, & *tradantur.* Poteſt Orator, cum relatione ad futuras aetates, imperfecto, ut vocant, tempore h. l. pro praeſenti uti. Veram enim eſſe Virorum doctorum ſententiam de numero milliario craſſius capiendo dubium non eſt; nec audiendus *Baunius*, qui ſtricte interpretatur de tempore Philipporum, quo filium patri ſucceſſiſſe dicit. Nam id non milleſimo demum poſt Vrbem conditam anno, ſed antea ſaepius, evenit, ut filius patri ſuccederet in imperio; ut taceam Philippum iuniorem perbrevi tempore patri fuiſſe ſuperſtitem. Vid. *Aurel. Vict.* de Caeſar. 28. 10. Nec expeditior erit ratio, ſi, non tam de ſucceſſione, quam conſortio imperii, in quod Philippus filius a patre, ipſo illo milleſimo Vrbis anno, adſumtus fuit, hic Auctorem loqui ponas. Nam talis conſortii exempla ante iſtud Philipporum tempus itidem ſuppetunt, ut nemo ignorat: IAEGERVS. Recte; *gratulabamur* interpretor, gratulari conſueſcimus, de quo inperfecti uſu egit *Graevius* Lection. Heſiod. cap. 5.

Id eſt, *omnibus*] *Eſt.* vacat, adiectum ab indocto Librario. RHENANVS. Vet. & *Vatic. id ex.* forte *idem.* PVTEANVS. In Vet. *Bertin.* reperio, *id ex omnibus;* in *Cuſpin. id eſt hoc omnibus.* Quis verum neget, quod exſculpſimus? *id eſt*, *ex hoc omnibus.* LIVINEIVS. *Id eſt*, *omnibus duret aetatibus Imperatores ſemper Herculei*, ſic priores Editiones omnes; nam ultima da-

Imperatores ſemper Herculei.

Cap. III. Quemnam igitur utriusque veſtrum praeconii , ac venerationis ordinem faciam ? adhuc enim de amborum in hanc neceſſitudinem con-
2 gruentibus votis communiter dixi. Et te quidem ſentio , ſenior Auguſte , maieſtate praecedere , te ſequi , iunior Imperator. Sed profecto , ſicut

durent, meo animo minus recte: eiusque adornator fruſtra divertit ad coniecturas, omnia enim belle cohaerebunt , ſi legatur, *idem omnibus duret aetatibus* , *Imperatores ſemper Herculei.* Nihil vulgatius in libris, quam *idem* degenerare in *id eſt*, & contra. GRVTERVS. *Ianus Gruterus*, *idem omnibus.* Recte *eſt* delet, quisquis hoc ad marginem , ut puto *Rhenanus* , annotavit. ACIDALIVS. Lege cum *Grutero idem* , vel cum aliis *id*, BAVNE. Lectionem Cod. *Livin.* & *Bertin. id ex* habet quoque *Gud.* & *Moerl.* Emendationem *Gruteri*, *id eſt* mutantis in *idem* , protulit etiam *Puteanus.* *Schonhovius* in margine Ed. *Rhen.* annotavit, poſt vocem *traderentur: hoc omnibus.* Poſſit fortaſſe iungi *idem hoc.* Vulgatum *id eſt* locum hic habere non poſſe facile patet. Auſus ſum itaque cum *Put. Grut.* & *Patar.* reponere *idem* , licet clauſula ſententiae, *Imperatores ſemper Herculei* , cum antecedentibus verbis non ſatis belle cohaerere videatur. Sed in hiſce Scriptoribus non omnia ad ſeveram dicendi legem eſſe exigenda conſtat. IAEGERVS. In omnibus Edd. legitur *id eſt;* primus *Puteani*, & *Gruteri* coniecturam *idem omnibus* in contextum admiſit *Patarolus*, quem ſecutus eſt *Iaegerus.* Solus vero edidit *Livineius*, *id eſt , omnibus durent aetatibus Imperatores.* Potius obſecutus Codd. *Puteaneo* , *Vaticano* , Vet. *Livineii* , *Gudianis*, & *Moerl.* repoſui *id ex omnibus*, ſententia perſpicua; *ex omnibus aetatibus*, id eſt , ſemper, & in ſeram durent poſteritatem Imperatores Herculei, continua ſucceſſione ex Maximiani, & Conſtantini domo oriundi , ne crebra iterum mutatione, ut antea, in alias tranſeat familias imperium.

Imperatores ſemper] Fit hoc hodie in Romano Imperio apud Germanos. Nam Ducalis Auſtriae domus id faſtigii nunc tenet. Olim illuſtres Saxoniae, Sueviae, Bavariaeque Ducum familiae. RHENANVS. Vet. *Imperatores dicti ſemper Herculii. Vatican.* ut vulgo ; forte melius. PVTEANVS. Non neceſſe, ut *dicti* inferatur, quod ceteri omnes ignorant Codd. Putat quidem in praecedenti obſervatione *Iaegerus*, haec cum antecedentibus verbis non ſatis belle cohaerere ; ſed convenit Auctoris ſtilo , in periodi fine ita ſcribere amantis; ſic cap. 4. 1. *novum iam tum miraculum* , *iuvenis uxorius.* cap. 5. 3. *ſentias neceſſe eſt tantae auſpicia fortunae* , *Imperator adoleſcens.* *Herculeos* autem *Imperatores* dixit, quia poſt adoptionem a Maximiano factam Conſtantius quoque *Herculei* nomine eſt uſus: hinc illud *nomen dediſſe* dicitur Maximianus , infr. 8. 1. adde *Noriſium* de Num. Dioclet. Diſſert. II. cap. 1. *Schwarzium* Proleg. ad *Mamertin.* Genethl. §. 4.

1. *Quemnam igitur*] *Quem igitur*, *Bertiniens.* LIVINEIVS. *Quaenam* , lege *quemnam.* ACIDALIVS. Illud *quaenam* eſt in Edit. *Henr. Stephani*, quam etiam ſecutus eſt *Rivinus*, cum tamen ita, ut coniecerit *Acidalius*, iam lectum in Ed. *Rhenani* fuerit. Corrupta lectio ex Codd. orta videtur, in quibus *quenam*, lineola ſupra *e* poſita, quam alii non adtenderunt, inde *quaenam* formantes , ut ſaltem ex *Guelferb.* habeo enotatum , quod nihil hic habet, quo referatur.

De ambobus] Vetus Cod. *Pithoei* , *de amborum.* IVRETVS. *Amborum* Vet. *Bertin. Langii* Schedae , *Cuſpin.* LIVINEIVS. Cum reſtet in Edd. primis, item MSS., quos excuſſit *Livineius*, omnibus , *de amborum* , id omnino amplecter. GRVTERVS. Scilicet ante *Gruterum* legebatur, quod etiam habet *Rivinus*, *de ambobus in hanc neceſſitudinem congruentibus vobis.* τὸ *vobis* quoque *Guelferb.* Sed ita non ſuo hoc eſt loco poſitum, & remotum nimis ab *ambobus.* Praeſtat ſane vulgata , Codd. auctoritate certa.

Vobis communiter] Puto rectius legi *votis* pro *vobis.* IVRETVS. *Votis*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Revocem , quod erat in *Langiano* autographo, *congruentibus votis* , abdicato illo *vobis.* Videantur , quae ſignavimus cap. 1. GRVTERVS. Conf. praeced. obſerv. *Communiter* eſt in genere, in univerſum, ut recte explicat *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 12. 3.

2. *Maieſtati*] Vet. *maieſtate*, & *Vatican.* PVTEANVS. Lege *maieſtate.* ACIDALIVS. *Maieſtati* , *Rhenanus* , uterque *Stephanus*, & *Rivinus*; alterum, quod flagitat ſententia, dedit iam *Livineius.*

Iunior Imperator] Si cum ſexagenario Maximiano conferatur ; ipſe enim Conſtantinus agebat annum XXXIV. BAVNE. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 7. 6. & *Baunium* ſupr. Vit. Conſtantini.

Sic-

mihi tamen certum eſt, ea praecipue iſto ſermone complecti, quae ſunt huius propria laetitiae, qua tibi Caeſari additum nomen imperii, & iſtarum caeleſtium nu-

num, & Severum: illum itaque Conſtantinum in ſuas partes pertrahere eſt conatus Herculeus, collocata etiam ipſi in matrimonium filia, quas nuptias noſter celebrat Orator. Conf. *Lactantium* M. P. 26. & 27. & *Nourrium* in Diſſert. ad *Lactant.* p. 283. hinc ex ſumto iterum imperio explicanda ſunt, quae leguntur infr. 11. 6. ubi, querelis de depoſito imperio expoſitis, haec addit; *&*, *invitus licet*, *paruiſti*, *& te illis vigiliis*, *illisque curis*, *quas vigenti annis expertus fueras*, *reddidiſti.* praeterea dicitur omnia *reditu* ſuo reſtituiſſe Maximianus Herculeus, cap. 10. 4. gubernacula *recepiſſe*, cap. 12. 7. *imperium ferre poſt otium*, id eſt, poſtquam illud ante depoſuerat, cap. 12. 2. & *conciliata* ipſi *divinitas*, cap. 3. 2. ubi vide. Brevem hanc rerum ſeriem contexui, tum propter *Patarolum*, tum vero etiam, ut pateat, quo iure noſtrum notaverit *Schonbovius.*

Oriens Imperator] Tum enim, cum habita eſt oratio, Conſtantinus ex Caeſare primum dictus eſt Auguſtus. BAVNE. Imperatoris nomine nuper vocatus, anno Chriſti nempe CCCVI. circiter in Britannia, poſt obitum Conſtantii Patris, cunctis acclamantibus in exercitu. PATAROL. De *oriente Imperatore* dixi ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. 6. 2. quocum numum Epheſinorum, in quo Antoninus & Caracalla ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ adpellantur, recte contulit *Spanhemius* de Vſu Numiſm. T. II. p. 490. Male *Schonbovii* excerpta, *Orientis Imperator.* Nollem hoc cum *Patarolo* ad imperium in Britannia a Patre acceptum referre; magis enim pertinet ad Conſtantinum a Maximiano Herculeo Imperatorem, & Auguſtum poſtea demum creatum, cum ipſius filiam eſſet ducturus; qua de re mox latius exponam.

Tibi Caeſari] Vet. *Caeſar.* PVTEANVS. Iam enim ante a Patre *Caeſaris* titulo decoratus fuerat. PATAROL.

Nomen imperii] Forte *Imper.* id eſt, *Imperatoris*, ut paullo inferius: *& tibi*, *Conſtantine*, *per ſocerum nomen Imperatoris accreverit.* Niſi tamen ibi potius etiam *imperii* ſcribendum, ut *imperium* dicatur pro Imperatore, quomodo fere ad finem: *Nunc omnes metus ponet Romana Reſpublica*, *quae defenditur coniuncti imperii duabus aetatibus.* id enim eſt, coniunctorum Imperatorum; & *Latin. Pacat.* *Quam longe lateque* (forma) *conſpicua commendat imperium.* ACIDALIVS. In aliquot exemplaribus eſt, *nomen imper.* quo fit, ut legendum ſuſpicer *nomen Imperatoris*, potius quam *imperii.* Et vero infra cap. 2. *& tibi*, *Conſtantine*, *per ſocerum nomen Imperatoris accrevit.* BAVNE. Hoc eſt, nomen Imperatoris Auguſti, quo & ante Conſtantinus potuiſſet uti, ſuffectus in locum Patris Auguſti; abſtinuit tamen, dum a ſeniore Auguſto, quod his nuptiis factum eſt, ſibi conferretur. Vide infra cap. 5. CELLARIVS. *Nomen Imperatoris* poſſent tueri loca, adhibita a *Spanhemio* ad *Iulian.* Orat. I. p. 44. vulgata tamen mihi eſt potior. De Caeſarea Conſtantini dignitate diſſidet Eruditorum Senatus. Qui eam datam arbitrantur, cum, imperium deponente Diocletiano, Caeſares lecti ſint Severus, & Maximinus, illi veritati hiſtoricae maxime adverſantur. Diocletiano, quo die imperium depoſuit, quamvis contra omnium, praeſertim militum, exſpectationem, Caeſares facti ſunt Severus, & Maximinus; praeſentem vero in hac concione Conſtantinum manu ſua repulit Galerius Maximianus, idem Diocletiano de deponendo imperio, tum blandis verbis, tum vero etiam minis, auctor, isque Maximinum poſt tergum ſibi adſtantem protraxit, eique purpuram iniecit Diocletianus; Severum autem ad Maximianum Herculeum miſerat Galerius, ut is quoque eum faceret Caeſarem. Rem expoſuit, qui Nicomediam a Diocletiano, illic degente, arceſſitus omnium optime ſingula cognoſcere potuit, *Lactantius* de M. P. cap. 18. & 19. Contra alii Conſtantinum umquam fuiſſe Caeſarem negant, eumdemque ſtatim a patre moribundo in Britannia factum Auguſtum, eique ſucceſſiſſe contendunt. Horum ſententiae obſtat hic locus, obſtant etiam alii in hoc Panegyrico. Denique ſunt, qui Caeſarem lectum eſſe a Galerio putent, ut *Baluzius* ad *Lactantium* M. P. cap. 25. aut a patre Conſtantio, ut *Cuperus* ibid. Si qui inter tot, tantaque eruditione viros arbitri ſedere velint, rem ita componant. Moribundus Conſtantinum vere fecit Imperatorem, & Auguſtum Conſtantius pater. Hoc aperte teſtatur *Eumenius* Conſtantino 7. 3. *manifeſte enim ſententia Patris electus es Imperator.* *Zoſimi* de angelo teſtimonium explodit *Baunius* ſupr. Vit. Conſtantii p. 235. Miſſa itaque Romam eſt ad Galerium Maximianum, tunc in locum Diocletiani Auguſtum, imago Conſtantini laureata, purpurae praeſertim petendae cauſſa: ſed infenſus ob id Galerius & imaginis, & illius, qui eam adtulerat, comburendi cepit conſilium;

2 nuptiarum feſta celebrantur. Cetera enim in rempublicam beneficia veſtra poſ-
ſunt multis occaſionibus diverſorum temporum praedicari: huic voto pro-
3 pria nunc debetur oratio, quod ſemel factum futurum eſt ſempiternum. Equi-
dem ſcio, gaudentium ſtudia nunc ita toto orbe floreſcere, quacumque Fama
ultra naturam, qua fingitur diſcurſus volucres mutuata, & plus quam mil-
le

lium; amicorum tamen monitis, ne militum, Conſtantino faventium, ſibi odium contraheret, deterritus Auguſteam dignitatem non confirmavit, at vero, ut ſaltem aliquid feciſſe videretur, Conſtantinum creavit Caeſarem; ob negatam igitur a Galerio dignitatem Auguſteam, ſaltem non confirmatam, videtur *Auguſti* titulum ſibi ſumere non auſus Conſtantinus, ſolo *Caeſaris* contentus, unde *Imperatoris* nomen hoc tempore recuſaſſe ſcribit *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 204. Ni fallor, hoc confirmat locus infr. 5. 3. *ut, cum tibi pater imperium reliquiſſet, Caeſaris tamen appellatione contentus exſpectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Auguſtum.* & inde apud *Eumenium* Conſtantino 9. 1. Britannia dicitur Conſtantinum primum *Caeſarem vidiſſe.* adde alia loca apud *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. cap. 25. *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 65. *Pagium* Diſſert. Hypat. p. 242. *Van der Meerſch* ad *Euſebii* Hiſt. Eccleſ. VIII. 13. *Gruner.* ad *Aurel. Victor.* Epit. 40. 1. Vera itaque ratio, quare *Caeſaris* titulo tantum fuerit uſus, non eſt quaerenda in modeſtia, qua eodem *Auguſti* abſtinuerit, ut hic *Cellarius*, & *Nourrius* in Diſſert. ad *Lactant.* de M. P. pag. 393. neque in eo, quod infra cap. 5. tradit Noſter, quia exſpectare mallet, donec a Maximiano pronunciaretur Auguſtus; de eo enim hoc anno CCCVI., quo VIII. Kal. Auguſti mortuus erat Pater Conſtantius, nondum cogitare potuit Conſtantinus; ipſe enim de eo demum, ſequenti anno, cogitavit Maximianus, ut per hunc titulum, & filiae nuptias ad partes ſuas Conſtantinum pertraheret. Veram itaque rationem in metu conſtituo, quo agebatur Conſtantinus, ne Galerium Maximianum, Caeſaream ſibi dignitatem tantum conferentem, per Auguſteam adſumtam infeſtum redderet, quamvis haud dubie conſilium quidem ceperit arripiendae, quocumque poſſet tempore, occaſionis, qua dignitatem a Patre collatam ſibi tamquam propriam vindicaret. Et iuſta erat metuendi ratio. Cum enim ipſum, ante Patris mortem, retinuiſſet obſidem Galerius, ex cauſſa, quam tractat *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 24. paterque petiiſſet, ut ſibi filius remitteretur, eique petitioni, dato etiam ad iter diplomate, ceſſiſſet Galerius, ea conditione, ut poſtridie mane mandata ad Patrem primum acciperet, ipſe inſidias metuens, quae a Galerio quoque ſtructae erant, citius Nicomedia eſt profectus, & incredibili celeritate ad Patrem in Britanniam pervenit. Rem enarrant *Zoſimus* Hiſt. II. 8. Anonym. poſt *Ammian.* p. 710. *Gruner.* ad *Victor.* Caeſ. 40. 1. Potuiſſet itaque clandeſtino hoc itinere magis Galerio videri imperium furatus, quam legitimum accepiſſe; ut itaque potius eo honore, quem ipſe probaſſet Galerius, contentum ſe eſſe prae ſe ferret, civilis ſuadebat prudentia. Ita ſi rem componamus, evaneſcet difficultas, quam ſibi in hoc *Lactantii* loco de M. P. 25. 5. movit *Cellarius: Conſtantinum vero Imperatorem, ſicut erat factus,* (nempe a Patre in Britannia) *ſed Caeſarem cum Maximino adpellari iuberet, ut eum de ſecundo loco reiiceret in quartum. De ſecundo loco* eſt, ne cum Galerio foret Auguſtus, *in quartum*, ut cum Maximino foret Caeſar, Auguſtis Galerio & Severo. Poſtea autem, & nuptiarum quidem cum Fauſta occaſione, Conſtantinum fecit Auguſtum Herculeus, ſive potius Auguſteam ipſi dignitatem confirmavit, quod egregie indicant verba cap. 14. 4. ubi Maximianus Herculeus dicitur Conſtantinum *in imperii paterni poſſeſſionem induxiſſe.* is enim in poſſeſſionem inducitur, qui rem ſuo iure vindicat, ab alio ſibi ademtam, ut Auguſtea dignitas Conſtantino per Galerium Maximianum. Hoc ſenſu Herculeus dicitur in Conſtantino *auctor imperii*, cap. 3. 2. illud *tradidiſſe*, cap. 7. 2. & Conſtantinus id ab Herculeo *meruiſſe*, id eſt, accepiſſe, cap. 5. 3.

Nuptiarum feſta] Conſtantini, & Fauſtae, Maximiani ex Theodora filiae. *Euſebius, Sozomen. Zonar.* &c. BAVNE. Vid. infr. n. 4. *nuptiarum* abeſt a *Guelferb.*

2. *Huic voto*] Auctor hic Panegyricum ſuum *votum* appellat, quemadmodum infr. cap. 13. *Reſtat, ut ipſa illa, quae ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum, ſicut huic voto congruit, in ſermonis fine coniungam.* & paulo poſt *gratulationem* dixit; *an nunc quoque in hac gratulatione prius illa dicenda ſunt*, &c. PVTEANVS. & GRVTERVS. Videtur Auctor hanc Orationem *votum* inſcriptam voluiſſe. Nam cap. 13. *ſicut huic voto congruit*, id eſt, huic orationi meae; ſic enim,

le vocibus ſonora, percrebruit, ut omnium nationum gratulationibus conſecretur. Quid enim rebus humanis contingere potuit aut nobilius ad gloriam, aut 4
certius ad ſalutem, quam quod priſtinae veſtrae concordiae, perpetuaeque pietati hoc quoque pignus acceſſit, ſummorum nominum artiſſima coniunctione venerabile, ut Imperatori filiam collocaverit Imperator? Sed tamen nos 5
opor-

enim, quia Imperatores inſtar Deorum colebant, &c, quidquid ad eos pertinebat, ſacrum erat, non mirum, ſi *votum* appellat orationem, quam ipſi fortaſſe promiſerat. Infr. cap. 7. *ita dicam, ut veritas meae erga te devotionis appareat.* BAVNE. Haec interpretatio, quam, probante etiam *Grutero*, protulit *Puteanus*, & *Petrus Daniel*, & ſuam fecit *Baunius*, quo modo vera eſſe queat, non video. Si *votum* eſt oratio, ſequitur, *ut huic orationi propria nunc debeatur oratio*, quod ſane quam ineptum eſt. Deinde *oratio ſemel facta futura eſt ſempiterna.* Quid hoc ſibi velit, neſcio. Equidem *votum* h. l. nuptias, ut ſaepe in libris ICtorum, ſignificare puto. Sic infra c. 7. 1. *diu fruereris exſpectatione voti, quod hac coniunctione firmaſti.* IAEGERVS. Optime *Iaegerus*, & nimis quoque in notione vocis argutatur *Baunius*; notat enim *votum* non tantum Principis, ſed cuiuscumque nuptias; de quo *Barthius* ad *Claudian.* p. 54. & 796.

Propria nunc] *Guelferb. nunc propria.* Conf. ſupr. ad Paneg. Conſtantio 5. 4.

Factum] Idem Cod. verbis tranſpoſitis, *quod ſemel eſt factum futurum.*

3. *Vltra naturam*] Videtur vocula una deeſſe, *Fama ultra naturam velox*; aut etiam una item abundare, *Fama ultra quam fingitur diſcurſus volucres mutuata.* ACIDALIVS. Natura Famae eſt celeriter ferri; has nuptias vero Auguſtorum ſolito celerius per orbem nuntiatas eſſe ſignificat. CELLARIVS. *Acidalii* coniecturis non opus eſſe vera docet *Cellarii* interpretatio.

Mutuata] Quid eſt *mutuata diſcurſus*? *ſortita* ſententia requirit. Nec id ego tamen repono, ac plane nec addo, nec demo, nec permuto quidquam, niſi quod ita repono: *quacunque Fama ultra naturam, qua fingitur diſcurſu volucris, incitata, & plus quam mille vocibus ſonora, percrebuit.* Innuit Famam ſolito & celeriorem, & velociorem. ACIDALIVS. Lege cum *Acidalio*, *diſcurſu volucris incitata, & plusquam* &c. BAVNE. Emendatio haec *Acidalii* minus neceſſaria eſt. Offendiſſe videtur Virum vox *mutuata*, quae tamen idem fere, quod *ſortita*, interdum ſignificat. *Cicero* Tuſc. Quaeſt. II. 18. in fin. *a viris virtus nomen eſt mutuata.* Ceterum de natura Famae vide, ſi lubet, *Virgil.* Aeneid. IV. 174. ſqq. & e recentioribus, *Virgilio* hac parte non inferiorem, *Voltaerium* Henriad. lib. VIII. in fin. IAEGERVS. Mihi ſcripſiſſe videtur, *diſcurſus volucres imitata.* De alis Famae conf. *Burman.* ad *Propert.* Eleg. II. 14. 37. hinc eam *auras praecedere* dixit *Auſonius* Gratiar. act. 37. 3. & *per aerios tramites praepetem volitare*, *Ammianus Marcell.* XVIII. 6.

Percrebruit] *Percrebuit* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Percrebuit* dedit poſt *Cuſpinianum Paull. Stephanus*, & ex *Gruteriana* in reliquas tranſiit. Priſtinam lectionem revocavi, iudicium ſecutus *Oudendorpii* ad *Sueton.* Caeſar. 79. *Burman.* ad eumd. Auguſt. 11. Not. ad *Valer. Max.* III. 8. 3. adde ad *Aratorem* II. 1069.

4. *Quid enim*] Poſterior vox abeſt in *Guelferb.*, in quo mox eſt, *vel nobilius.*

Veſtrae concordiae] Nam multos annos antea Maximianus Conſtantium Chlorum ſibi in collegam aſſumpſerat, & Theodoram, privignam ſuam, illi in uxorem dederat. PATAROL.

Pignus acceſſit] *Pignus* dicitur de liberis. infr. cap. 3. *cum ab eo pignus ipſi cariſſimum poſtulaſti.* PVTEANVS. Id eſt, Maximiani filia, infr. cap. 3. BAVNE. *Pignora* pro liberis poni docet *Buneman.* ad *Lactant.* VI. 4. 15. & cap. 12. 23. Pluralem *pignora*, & *pignera* quidam diſtinguunt, ut illa ſint adfectionum, haec rerum; an vere, vide apud *Oudendorp.* ad *Sueton.* Auguſt. 21. *Burman.* ad *Virgil.* Ecl. VIII. 92. & *Secundum* ad Anthol. Lat. T. I. p. 201. & quae dixi Miſcellan. p. 212.

Nominum] Vet. *Numinum. Vat.* ut vulgo. PVTEANVS. *Nominum* magis placet; *ſumma nomina* ſunt Imperatores. Conf. ad *Mamertin.* Paneg. 3. 1. *Artiſſima*, pro pro *Iaegerus arctiſſima*, praetuli. Vid. ad eumd. 14. 4.

Filiam] Fauſtam ſcilicet. *Euſebius* Chronico; *Zonaras* lib. II. de Maximiano loquens: Ἔιτα εἰς Γαλλίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον κηδεστὴν αὐτοῦ καὶ αὐτὸν ὄντα ἐπὶ Φαύστᾳ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ κἀκείνῳ ἐπιβουλεύοντα, &c. & lib. III. de Conſtantino, in princ. PVTEANVS. & LIVINEIVS. Flaviam Maximianam Fauſtam, eiusdem Maximiani filiam, ſecundae uxoris loco (nam antea Minervinam habu-

bu-

oportet omnes homines exſultatione ſuperare, qui hoc tantum reipublicae bonum praeſentes intuemur, & ipſa vultuum veſtrorum contemplatione ſentimus, ita conveniſſe vos, ita non dexteras tantum, ſed etiam ſenſus veſtros menteſque iunxiſſe, ut, ſi fieri poſſit, tranſire invicem in pectora veſtra cupiatis.

Cap. II. Quid enim aut tu carius dare, aut tu carius accipere potuiſti? cum hac adfinitate veſtra & tibi, Maximiane, per generum iuventa renovata
2 ſit, & tibi, Conſtantine, per ſocerum nomen Imperatoris accreverit. Maximas itaque vobis, aeterni Principes, publico nomine gratias agimus, quod ſus-

buerat) Conſtantinus ſumpſit, quare, ut adnotat *Zonaras*, Conſtantius, & Conſtantinus, pater nempe, ac filius, duas eiusdem Maximiani filias in uxores acceperunt. Contigit autem Conſtantini connubium non multum poſt imperium a Maximiano depoſitum, anno nempe circiter CCCVII. ut adnotat *Io. le Clerc* Biblioth. T. III. cum enim ipſe, acclamato a Praetorianis ad imperium Maxentio, purpuram reſumere vehementer optaret, ad Conſtantinum confugit, eidemque filiam ſpopondit, ac ſuppetias petiit. Auctor *Zoſimus* lib. II. PATAROL. Conf. *Baunium* infr. p. 297. Fauſtam hanc *filiam* Maximiani *minorem* adpellat *Lactantius* M. P. 27. 1. quod *Nourrius* Diſſert. ad *Lactant.* p. 284. ſuſpicatur factum propter Theodoram, Maximiani ex Eutropia uxore privignam, eamdemque Conſtantii coniugem. Potuerunt autem hae nuptiae fieri, quia Theodoram inter & Fauſtam nulla erat adfinitas. Male Maximianum, cum ad Conſtantinum perfugeret, nondum iterum imperium ſumſiſſe tradit *Patarolus*; conf. ſupra ad init. Sponſalia autem haec Treviris eſſe celebrata, ſuſpicatur *Brouwer*. Annal. Trevir. III. p. 204.

5. *Omnes ſenſus*] *Omnes* abeſt in Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Et *Moerl.* IAEGERVS. Etiam in *Guelferb.*, horumque Codd. auctoritate delevi.

Menteſque vinxiſſe] Alii *iunxiſſe.* RHENANVS. Vet. *iunxiſſe.* PVTEANVS. *Iunxiſſe*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Ad marginem quod eſt, *iunxiſſe* verum eſt. *Dextras iungere*, non *vincire* dixeris. ACIDALIVS. Pro *iunxiſſe Rhenan. Stephan.* & *Livin.* perperam *vinxiſſe*, ſollemni permutatione, qualis & infra cap. 4. n. 2. ubi, pro *vinxiſti*, *Rhenan. Stephan. Cuſpin. Livin. iunxiſti*; Cod. *Moerl.* utroque loco veram exhibet ſcripturam. Conf. dicta ad *Mamertin.* Paneg. I. c. 6. 3. IAEGERVS. *Iunxiſſe* etiam *Guelferb.*, quod primus recepit *Gruterus*, & in ſec. *Rivinus.* Lectionem hanc tuentur Eruditi ad *Mamertini* Paneg. Maximian. 11. 1.

Invicem] Deeſt in *Guelferb.* male; paſſim haec vox de Imperatoribus conſentientibus eſt in *Mamertini* Paneg. Maximiani.

1. *Iuventa renovata*] Maximianus enim tum ſexagenarium annum attingebat. BAVNE.

Nomen Imperatoris] *Imp.* Vet. *Imperatoris.* PVTEANVS. Dictum hoc in Maximiani gratiam; ceterum Conſtantinus ab univerſo exercitu ſalutatus eſt Imperator. PATAROL. Non in gratiam; vere enim a Maximiano lectus eſt Imperator, ſed res eſt conſtituenda, ut dixi cap. 1. n. 1. ubi hoc loco *imperii* ſubſtituendum ſuſpicabatur *Acidalius*; non opus eſt: confer *Spanhemium* ad *Iulian.* Orat. I. p. 44. & Vſu Numiſm. T. II. p. 510.

2. *Prorogando*] Vet. *propagando.* PVTEANVS. Alii ex veteri Codice *propagando.* Et vero mox: *qui imperatoria ſtirpe rempublicam propagatis.* BAVNE. Cod. *Moerl. propagando*, quam lectionem iure probare videtur *Baunius. Erneſti* Clav. *Cicer.* V. *prorogare.* IAEGERVS. Cum *Iaegero* reſtitui *propagando. Cicero* Philipp. I. 6. *ſtirpem in prope quingenteſimum annum propagavit.* ſimili ratione *propagare ſalutem*, *Mamertin.* Iulian. 27. 5. adde ſupr. ad *Eumen.* Conſtantio 3. 2.

Coaleſcat] *Convaleſcat* Vet. *Bertin. Coaleſcat* retineo, non *convaleſcat.* Infra: *perpetuis profecto affinitas iſta coaleſcat ſtirpibus, quae ſemper ſummos in republica viros ad concordiam copulavit.* LIVINEIVS. & BAVNE. *Livineius* in ſuo Codice, & *Bertinienſi* teſtatur legi *convaleſcat*; idem quoque exhibet *Moerlianus*, & *Gud.* Vtrumque, de plantis uſurpari ſolitum, tranſlationi, quae eſt in voce *radicibus*, aptum eſt, & conveniens. IAEGERVS. *Convaleſcat* etiam *Guelferb.* ut *Eumenius* Conſtantino 3. 3. *ſolis virtutis nixa radicibus ad tantum potentiae robur invaluit.* vulgatum tamen tueor ex iis, quae dixi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 8. 3.

3. *Haec voluptas*] Lege, *haec voluntas conſervandi.* ACIDALIVS. Melius *Acidalius voluntas.* BAVNE. Fortius omnino eſt *voluptas*, quod Codd. etiam tuentur. Permutantur etiam haec

in

ut tuo, Conſtantine, ſocero ante eſt conciliata divinitas, quam ab eo pignus ipſi cariſſimum poſtulaſti; ita nunc quoque in hac gratulatione prius illa dicenda ſunt, quae in te conſiderans tantus iſte & paterni & tui auctor imperii laetatus eſt, quod petiſti. O divinum tuum, Maximia- 3
ne, iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maieſtatis ordine fi-

Sicut tuo] An legendum, *ſicut cum tuo?* an *ſicut in tuo?* an denique, *ſicut tui*, *Conſtantine*, *ſoceri?* Omnia quidem haec apta ſententiae ſunt. ACIDALIVS. Verſatur in lubrico loco, dubius, utrius Imperatoris laudes primum perſequatur. BAVNE. Quae coniecturarum *Acidalio* fuerit cauſſa, non video.

Ante eſt conciliata] Hoc eſt, ante imperium receperat, ac privatus eſſe deſierat, ut pares invicem eſſetis, tu Caeſar, ille Auguſtus. Sed e *Bertin.* notatur, *ante te conciliata civitas*, quod non video, qui excuſem. LIVINEIVS. Lege *conſiliata*, quo verbo & *Horatius*, & *Tacitus* utuntur. ACIDALIVS. Oſtendit itaque hic locus, Orationis habitae tempore, non amplius privatum fuisſe Maximianum, de quo dixi cap. 1. 1. *Acidalii* coniectura nihil opus.

Cum ab eo] Forte legendum, *quam ab eo pignus.* infr. cap. 6. ſic loquitur: *Neque enim dubium, quin tibi mature ſacrum iſtud faſtigium divinae poteſtatis aſtrueret, qui te iam olim ſibi generum, etiam ante quam petere poſſes, ſponte delegerat.* PVTEANVS. *Quam*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Habet *Langii* exemplar, *divinitas*, *quam ab*, quomodo & ſibi legendum videri annotarat optimus *Daniel*, item ſtudioſiſſimus *Bongarſius*, & proximum eſt vero, ita ſcriptum Auctori. GRVTERVS. Pro *quam ab eo* Cod. *Gud.*, & *Rhenan.*, *Stephan.*, *quum*; *Cuſpin. Livin.*, *cum*, itemque *Put.* & *Moerl.* Sed iure meritoque illud *quam* in *Langianis* Schidis, *Livineio* teſte, repertum melius eſſe iudicant *P. Daniel*, *Bongarſius*, *Puteanus*, *Gruterus*, & receperunt *Pariſienſes*, & *Patar.* cum *Cellario.* IAEGERVS. Ex quo *quam ab eo* placuiſſet *Grutero*, id in contextum, excepto *Rivino*, ſequentes admiſerunt Editores. Eſt tamen forte haec coniectura, nullo Cod. adiuta; ex *Langii* quidem Schedis protulit *Livineius*, mihi tamen dubium eſt, ſitne in iis ex Cod., an ingenio. Codd. igitur, & Edd. antiquiorum auctoritate *cum* revocavi, aeque ſententiae conveniens. —— In *Guelferb.* eſt *ab ea*, nimirum *divinitate*; parum refert.

Poſtulares] Vet. *poſtulaſti*, & *Vatican.* PVTEANVS. Cod. *Moerl.* pro *poſtulares*, quod ceteri exhibent, *poſtulaſti* praefert. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* Lectionem, tot Codd. ſuffragio probatam, reiicere non ſum auſus. Sunt, qui Auctoris noſtri a *Zoſimo*, & *Lactantio*, ſcribentibus Herculeum filiam Conſtantino promiſiſſe, diſſenſum notent; vid. *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 27. Sed filia, quamvis promiſſa, *poſtulari* debuit, ſi legitima nuptias praeceſſerint ſponſalia.

Sic & nunc quoque] *Ita nunc* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* idque reſtitui propter ingratam, in praecedenti *ſicut*, repetitionem. *Eumenius* Conſtantio 21. 1. *ſicuti pridem* —— *ita nunc.* & ſaepe alibi.

Tui auctor] Nam Conſtantius, Conſtantini pater, Theodoram, Maximiani privignam, duxit uxorem. Vide *Euſebium* in Chronic., *Eutropium*, & alios. Alii ſcribunt filiam fuiſſe Maximiani Herculii. Vide *Zonaram.* PVTEANVS. Credo legendum, *& paterni*, *& aviti autor imperii.* *Paterni*, quia Conſtantinus Maximiano maieſtatis ordine filius; *aviti*, quia idem eidem adoptionis iure nepos, ut ſtatim ſubiungitur. Tamen vulgatum *tui* etiam poteſt defendi. Ego autem hoc meum multo & elegantius, & acutius malo. ACIDALIVS. Maximianus enim Conſtantium, Conſtantini patrem, Caeſarem, & Auguſtum fecerat. BAVNE. Non quaeritur, quid *Acidalio*, vel cuilibet alii elegantius, & acutius videatur, ſed quid Auctor ſcripſerit. Itaque redonamus illi voces, quas praeter neceſſitatem, & invitis omnibus libris conatur obtrudere. IAEGERVS. Haec *Iaegeri* nota binas *Acidalii* coniecturas priores etiam perſtringit. Rem ipſam explicui ad cap. 1. 1. ex quibus adparet, male in *Guelferb.* legi, *amor imperii.*

Laetatus eſt] *Bongarſius*, *largitus eſt*, *quod petiſti.* PVTEANVS. Non de nihilo ſuſpicatur rurſus corculum illud noſtrum, *Bongarſius*, legi posſe, *largitus eſt.* GRVTERVS. Legi ſic poſſe, non nego, ſed non ſic debere legi, melioremque multo vulgatam eſſe ſcripturam cuivis, puto, manifeſtum eſt. IAEGERVS.

3. *Nepotem*] Conſtantius, Conſtantini pater, a Maximiano Caeſar factus, eo ipſo etiam, ut ſolemne erat, adoptatus ab eodem fuit, quia Caeſares Auguſtis inſtar filiorum erant. Quo iure Conſtantinus, Conſtantii filius, nepos ſimul factus eſt

filium, etiam generum eſſe voluiſti! Divi, inquam, Conſtantii filium, in quem
ſe prima illius iuventa transfudit, in cuius ore caeleſtes illius vultus natura
ſignavit, qui adſpectum illius, ad Deorum concilia translati, adhuc deſideran-
4 tibus nobis ſufficit pro duobus. Neque enim forma tantum in te patris, Con-
ſtantine, ſed etiam continentia, fortitudo, iuſtitia, prudentia ſeſe votis gen-
tium praeſentant.

CAP. IV. Quo enim magis continentiam patris aequare potuiſti, quam quod te ab ipſo fine pueritiae illico matrimonii legibus tradidiſti? ut pri-

Maximiani. CELLARIVS. & PATAROL. Illud ex adoptione vinculum egregie explicuit *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 48. adde *Cellar.* infr. 14. 4.

Filium] Quia Conſtantius in locum Maximiani, abdicantis ſe, Auguſtus factus erat, & Conſtantinus Auguſti filius. CELLARIVS. Vide *Spanhemium* d. l.

Generum] Cui vinculo non obſtabat adoptio, de quo exponit *Briſſonius* de Iur. connub. p. 373. Ed. *Trekell.* In *Guelferb.* omittitur *eſſe.*

Prima] *Eumenius* in Conſtantinum: *te enim tantum ille & Imperator in terris, & in coelo Deus in primo aetatis ſuae flore generavit, toto adhuc corpore vigens* &c. Adi locum. LIVINEIVS. *Guelferb.* male *prius.* Conf. ad *Eumen.* Conſtantino 3. 2.

Natura ſignavit] *Eumenius* Conſtantino cap. 4. *Inde eſt, quod tanta ex illo in te formae ſimilitudo tranſivit, ut, ſignante natura, vultibus tuis impreſſa videatur.* PVTEANVS. & BAVNE. Locus ille *Eumenii* omnino eſt comparandus, ex quo adpareat, ipſa quoque facie patri ſuo Conſtantinum fuiſſe ſimillimum. *Habitum* in eo *corporis inſignem, & decorum* laudat *Lactantius* M. P. 18. 10. adde omnino *Eumenium* Conſtantin. 17. ideoque Apollini comparare videtur ibid. 20. 4. ubi *Patarol.* Conf. *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 80. & 98. De *caeleſti vultu* confer ad *Mamertin.* Genethl. 11. 3.

Concilia] Vet. *concilium.* PVTEANVS. Inter Divos relati, de more. Fidem faciunt de Conſtantio Hiſtoriae, ac Nummi, quorum unum pulcherrimae obſervationis apud me exiſtentem habeo, epigraphe non obvia: IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO COGN. hoc eſt, *Cognato*, ut explicat inter caeteros *Adolphus Occo*, qui eiusdem Numiſmatis ex auro mentionem facit. Vix credas, a Maxentio nummos cuſos fuiſſe in honorem Conſtantii. PATAROL. Quod hic *concilia*, dixit *Eumenius* in eadem hac re Conſtantin. 7. 3. *conſeſſum caelitum*, & accipitur hic pro Deorum conventu; conf. *Cortium* ad Declam. in *Ciceron.* n. 5. quod quomodo a *conſilio* differat, adcurate diſtinxit *Gronov.* ad *Livium* XLIV. 2. 5. cui adſtipulatur idem *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 29. 5.

4. *Continentia*] Id eſt, temperantia; infr. *abſtinentiſſimus Imperator.* in Panegyr. *Nazarii*: *nullam*, inquit, *matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit, cum ſub abſtinentiſſimo Imperatore ſpecies luculenta non incitatrix licentiae eſſet, ſed pudoris ornatrix.* PVTEANVS. Harum virtutum profeſſione claruiſſe Conſtantinum, optimis tum pacis tum belli muneribus nulli fere ſecundum, teſtantur *Sext. Aur. Victor*, *Eutropius* lib. X. aliique plures. PATAROL.

Praeſentant] Id eſt, exhibent, oſtendunt, de cuius vocis, apud hos praeſertim Scriptores, uſu vide *Cellarium* Cur. poſter. I. p. 226. egregie verbum hoc reſtituit *Ruhnkenius Iulio Rufiniano* de Fig. ſentent. p. 213. Ceterum nondum ſatis capio, quid ſit *votis gentium praeſentare*; emendavi *oculis* ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 10. 5. neque adhuc poenitet.

1. *Quo enim*] *Guelferb. quomodo enim*; fruſtra.

Matrimonii legibus] Sic *Claudianus* lib. II. de Laudib. Stiliconis:

Hinc fuit, ut primos in coniuge diſceret ignes,
Ordirique virum non luxuriante iuventa,
Sed cum lege tori, caſto cum foedere vellet.

PVTEANVS. Locus inſignis ad probandam & Conſtantii, & Conſtantini continentiam: ſed id in utriusque vita expendimus. BAVNE. Minervinae coniugium, Criſpi matris, haud dubie intelligit, quam *Zoſimus* II. 20. παλλακὴν, *concubinam* vocat, cuius vero fides in Conſtantini rebus, cui iniquior eſt ſacrorum cauſſa, dudum ſuſpecta cordatioribus fuit; nam Panegyrico ſequente incerti Auctoris cap. 4. ad Conſtantinum: *te pudicitia ſoli dicata coniugio.* CELLARIVS. Encomiaſtice: caeterum iam ex Minervina, quae a *Zoſimo*, & *Vi-*

primo ingreſſu adoleſcentiae formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis aetati voluptatibus in hoc ſacrum pectus admitteres; novum iam tum miraculum, iuvenis uxorius. Sed, ut res eſt, mente praeſaga omnibus te verecundiae obſervationibus imbuebas, talem poſtea ducturus uxorem. Fortitudinem autem illius iam tum in principiis con 2
ſecutus es. Multa ille Francorum millia, qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, cepit, abduxit! Tu iam ab ipſis eorum regibus auſpicatus es, ſimulque & praeterita illorum ſcelera puniſti, & totius gen-

Victore concubina dicitur, Criſpum ſuſceperat. PATAROL. Locum recte de Minervina capi oſtendit *Spanhemius* ad *Iuliani* Orat. I. p. 64. quam pro iuſta uxore Noſter habuit, unde mox *iuvenem uxorium* adpellat Conſtantinum; adde *Baunium* ſupr. in Vit. Conſtantii p. 232.

Vagis cupiditatibus] At Criſpam e Minervina quadam concubina ſuſtulit, ac, ni fallor, ante hoc Fauſtae matrimonium. *Zoſimus* II. Confer, quae infra notamus ad Incert. Conſtantino 4. LIVINEIVS. Recte ita ſcripſerit Auctor, ſi Minervinam habuerit legitimam uxorem. Ex hac autem Conſtantini caſtitate derivat *Gothofredus* ipſius legem, qua tutori, ſi quis pupillam ducere vellet, prius erat probandum, hanc eſſe intemeratam, ipſumve tutorem, bonis etiam publicatis, in exſilium eſſe mittendum, ſi ab ipſo eſſet violata, L. 1. Cod. *Theodoſ.* Si quis eam, cuius tut. —— Neceſſitatem denique matrimonii ineundi, quo quis a libidine avocetur, elegantibus exemplis oſtendit *Pricaeus* ad *Apul.* Metam. VI. p. 320.

Aetati voluptatibus] De amore meretricio explicat *Savaro* ad *Sidon.* Epiſt. VII. 2. admodum male; qui enim has potuit *conceſſas* dicere, quas *vagas* adpellavit? Tu potius de concubinatu, legibus permiſſo, interpreteris cum Socero meo Reſcript. *Boxbornio* cap. 20.

Iuvenis uxorius] Non haec a capite ſcribenda, ſed ſuperioribus apta diſtinctione iungenda, usque eo, *talem poſtea ducturus uxorem;* ibi periodus finienda. & alia ordiunda; *Fortitudinem autem illius*, &c ACIDALIVS. Recta eſt interpunctio vulgata; conf. ad cap. 2. in fin.

2. *Qui Bataviam*] Infr. in Panegyr. Conſtantino dicto: *Purgavit ille Bataviam, advena hoſte depulſo.* & in alio: *terram Bataviam, ſub ipſo quondam alumno ſuo adverſis Francorum gentibus occupatam, omni hoſte purgavit.* PVTEANVS. De Conſtantii expeditione *Eumenius* Conſtantio 8. Conſtantino 5. *Nec contentus eas viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes, ut non ſolum arma, ſed & feritatem ponere cogerentur.* Ibidem de Britanniis, poſt decimum tandem annum recuperatis. BAVNE. Confer ad *Eumenium* Conſtantio cap. 8. 1.

Cis Rhenum] Quas interfluebat Scaldis. Conf. ad *Eumenium* Conſtantio 6. 1. & hoc etiam ſenſiſſe videtur *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 224.

Depulit, abduxit] *Depulit, cepit, abduxit* Vet. PVTEANVS. *Cepit, abduxit* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cepit Rhenan. Cuſpin. Stephan. Livin.* omittunt. IAEGERVS. Etiam omiſit *Rivinus*, quod tamen inde a *Grutero* omnes, adſentiente pariter *Guelferb.*, recte inſeruerunt, praeſertim ut elegantius fiat aſyndeton, quale in vulgato *Ciceronis, abiit, exceſſit, evaſit, erupit*, quod imitatus *Lactantius* de Ira cap. 1. 7. *contemſit, deriſit, abiecit.* Incertus Maxim. 8. 6. *expugnaſti, recepiſti, tranſtuliſti.*

Abduxit] Infra dixit, *tranſtulit; Mauritaniae populos expugnaſti, recepiſti, tranſtuliſti.* & in Panegyr. Conſtantini cap. 5. *nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes. Livius* lib. I. de Albanis *traducere* dixit; *Seneca* de Clement. cap. 1. *transportare.* PVTEANVS. *Eumenius* Conſtantio 1. 4. *tot tranſlati ſint rura in Romana cultores*, ubi de hoc more latius.

Eorum regibus] Sic infr *Nazarius* cap. 16. *Tu ferociſſimis regibus, Aſcarico & comite ſuo, captis, tanta laude res bellicas auſpicatus es.* & in Panegyr. Conſtantino Incerti cap. 11. *Haec eſt tua, Conſtantine, de Aſcarici Ragaiſique ſupplicio quotidiana, atque aeterna victoria*, &c. Addit *Eutropius*, caeſis Francis eorum Reges, cum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet beſtiis obieciſſe. Vide *Paul. Diacon.* PVTEANVS. Aſcarico, Regaiſoque. Nominat *Eumenius* in Conſtantinum. LIVINEIVS. Aſcarico. & Regaiſo, quos, ſtatim a Conſtantii morte turbas molientes, Conſtantinus fregit, ac bello captos in theatrum induxit belluis dilaniandos. *Eutropius.* BAVNE. & CELLARIVS. *Reges* intellige gentis principes; vid. ad *Mamertin.* Genethl. 5 4.

Praeterita] MS. *Moerl. poſtea.* IAEGERVS.

Lu-

3 gentis lubricam fidem timore vinxiſti. Liberavit ille Britannias ſervitute, tu
4 etiam nobiles, illic oriendo, feciſti. Plurimas ille barbaras nationes victor edomuit, venia mitigavit; tibi, cunctis hoſtibus alacritatis tuae terrore compresſis, interim deeſt materia vincendi.

Cap. V. Iuſtitiam vero patris, atque pietatem ſic imitaris, & ſequeris, ut omni-

Lubricam fidem] Dixi ad *Mamertin.* Maximian. 11. LIVINEIVS.

Iunxiſti] *Vinxiſti*, *Bertin.* *Langii* Schedae. IDEM. Pro *timore vinxiſti*, ut eſt in *Bert. Lang. Moerl.*, habent *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* ſollemni permutatione, *iunxiſti.* IAEGERVS. *Vinxiſti* etiam *Guelferb.*, idemque ex coniectura placuit *Schonhovio*, & inde a *Grutero* receptum eſt, praeterquam a *Rivino.* Confer de permutatione ad *Mamertin.* Maximian. 6. 3. ſupra cap. 1. in fin.

3. *Servitute*] A tyrannide Carauſii, & Allecti. Dictum de his ad *Mamertin.* Maximian. cap. 12. PATAROL. Vide in primis notata ad *Eumenium* Conſtantio 6. 1.

Illic oriendo] Nam in Britannia Conſtantinus natus fuit. RHENANVS. Locus lubricus, & qui *Pomponium Laetum*, eumque ſecutum *Caeſarem Baronium*, egregie de hiſtoria omni Eccleſiaſtica meritum, induxit in errorem, ut Conſtantinum, ſi Dis placet, Britannum facerent. At enim patriam ei fuiſſe Tarſum *Iulius Firmicus* fideiubebit, cuius auctoritatem non tu, *Caeſar Baroni*, non ſanus quisquam defugiat. Verba eius e Matheſeos II. cap. 4. adſcribam, ſed aliquantum reciſa: *Dominus, & Auguſtus noſter, ac totius orbis Imperator, pius, felix, ac providus Princeps, Conſtantinus Maximus, Divi Conſtantini* (*Conſtantii* lego) *filius, Auguſtae ac venerandae memoriae Principis, apud Tarſum genitus, a primo aetatis gradu imperii gubernacula retinens, quae proſperis nactus fuerat auſpiciis, Romanum orbem ad perennis felicitatis augmentum ſalubri gubernationis moderatione ſuſtentat.* En aperte *apud Tarſum genitus*, quae in Britannia nusquam gentium. Ciliſſam Geographi paſſim, Bithynam *Stephanus* commemorat, quam *Firmicus*, opinor, ſenſerit. Accedit, quod *Nicephoro* Calliſto Drepani natus, oppido ad Nicomediae ſinum poſito. Eum lege Eccleſ. Hiſtor. VII. cap. 18. & 49. At Panegyriſtici ortus in Britannis. Mane, & interpretamentum cape ex his Incerti in Conſtantinum, quem *Eumenium* putamus: *O fortunata, & nunc omnibus beatior terris, Britannia, quae Conſtantinum Caeſarem prima vidiſti.* Et nota, ſis, mihi additamentum, *Caeſarem.* Scilicet alter natalis, & quaſi quaedam recreatio eſt, Caeſarem aſciſci. In Conſtantium Caeſarem: *O felix, beatumque ver novo partu, iam non amoenitate florum, nec viriditate ſegetum, nec ipſis tantum Favoniis, & luce ſerenata laetum, atque venerabile, quantum ortu Caeſarum maximorum!* intelligit Conſtantium, & Galerium Maximianum. In Conſtantinum κατὰ εἰρωνείαν; *Ignobilem credo aliquam Barbarorum manum repentino impetu, & improviſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſe.* *Plinius* in Traianum: *nam quod eos potiſſimum menſi attribuiſti, quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis? Cicero* vero IV. ad Attic. Epiſt. 1. & pro P. Sextio, Nonas Sextiles *Salutis natalem* appellavit, quod eo die in Quirinali aedes ei conſecrata, & eleganter *Martialis*,

Maiae, inquit, *Mercurium creaſtis Idus*,

ob templum ei tum dedicatum, ut *Livius* II. & *Feſtus* ſcripſerunt. LIVINEIVS. His potiſſimum verbis nituntur, qui Conſtantinum in Britannia natum putant; quae etſi in alium ſenſum detorqueri poſſint, tamen de natali Conſtantini ortu accipienda eſſe obſervavimus in eius vita. BAVNE. Conſtantinus non natus eſt in Britannia, ſed ibi Caeſar factus, aut Patris ſucceſſor. Natalem imperii, non vitae deſignat. *Eumenius* Paneg. Conſtantino cap. 9. *o fortuna Britannia, quae Conſtantinum Caeſarem prima vidiſti*, hoc eſt, tamquam Caeſarem. CELLARIVS. Inſultat acriter *Livineius* illis, qui Conſtantinum in Britannia natum dicunt. Eiusdem opinionis fuiſſe *Lipſium*, videre eſt in Ipſius opere de Magnit. Roman. lib. IV. cap. 11. & fuſius in Notis ad eundem locum. Vni autem fere nituntur iſti *Iulii Firmici* teſtimonio, ipſum apud Tarſum genitum affirmantis. Alii non apud Tarſum, ſed apud Naiſum, Daciae oppidum, inter quos vide *Ruperti* Obſervat. in *Beſoldum.* Quidquid ſit, tamen a communiſſima Scriptorum opinione non recedendum mihi videtur, ut uni tantum, aut alteri adhaereatur. PATAROL. Vt *Cellarius*, ita hunc locum explanandum eſſe iam vidit *Petavius* Not. ad *Iuliani* Orat. I. p. 467. Ed. *Flex.* Nobilis eſt de patria Conſtantini M. controverſia. *Pomponius Laetus*, *Baronius*, *Baunius*

omnibus ad te confugientibus, diverſamque opem aut contra aliorum iniurias,
aut pro ſuis commodis poſtulantibus, quaſi legata patris videaris exſolvere; id-
que ipſum coram gaudeas praedicari; Quidquid tu iuſte, ac liberaliter feceris, fi
lium Conſtantii neceſſario praeſtitiſti. Nam quid ego de prudentia dicam, qua 2.
te pene credimus fore ipſo patre potiorem? qui veteres illos Romanae reipubli-
cae

nius, aliique in Britannia natum fuiſſe ex h. l., & allegato iam a *Cellario Eumenii* c. 9. colligunt. Sed meliora docet *Lipſius* de Magnit. Rom. lib. IV. c. 11. in T. III. Opp. p. m. 470. & 475. cui adde *Io. Vogt* Schediaſma Hiſtoricum de Patria Conſtant. M. Vitemb. 1716. 4to. IAEGERVS. Conſtantinum, matre Helena, natum fuiſſe in oppido Naiſo, in Illyrico late ſumto, vel Dacia mediterranea, non *Iulii Firmici* tantum teſtimonio, ſed vero etiam *Conſtantini Porphyrogenetae*, & Auctoris Excerptorum de Conſtantio Chloro ita idonee probavit *Cuperus* Praefat. Notar. ad *Lactantium* de M. P., ut, qui adhuc natales illos Britanniae ſit adſerturus, fore arbitrer neminem; unde hanc praevaluiſſe ſententiam ſcribit *Nourry* Diſſert. ad *Lactantium* pag. 385. Argumenta *Baunii* ſupr. Vit. Conſtantini princ. contrariam nihil opinionem adiuvant; *ortum* enim de Caeſarea, aut Imperatoria dignitate, in eum collata, intelligendum eſſe, tum *Livineius*, tum vero etiam *Cuperus* evincunt, & ipſe de hoc loquendi uſu latius dixi ad *Mamertin.* Maximian. 6. 3. adde ad *Eumen.* Conſtantio 2. 2. obſtat etiam *Baunio* locus hoc Paneg. 1. 1. *Conſtantine oriens Imperator*, quod de vero natali nemo intellexerit. Alterum *Baunii* argumentum ex *Eumenii* Paneg. Conſtantino 9. recte refutat *Cellarius*, & plura ibid. dixi. Addit tertium ex eod. cap. ubi cum ortu Conſtantini in Britannia comparat *Eumenius* Mercurium a Nilo, Liberum ab Indis ortum, quae de utriusque Dei vero natali intelligenda monet *Baunius*. Verba ſunt; *ſic Mercurius a Nilo*, —— *ſic Liber ab Indis* —— *ſe gentibus oſtendere praeſentes.* Sed in his nihil video, quod ipſi faveat; non enim fit in natali comparatio, ſed in praeſtito auxilio; ut Mercurius, & Liber ſeſe praeſentes, & faventes gentibus a Nilo & Indis oſtenderunt, ſic quoque Conſtantinus, in Britannia Imperator, aut Caeſar factus, ex eadem ſeſe praeſentem rei Romanae oſtendit. Addam aliud, neſcio, an aliis obſervatum. Natus eſt Conſtantinus A. C. CCLXXII. quo in Britannia non fuit Conſtantius, nondum enim tunc fidem ruperat Carauſius, propter quem debellandum in Gallia primum, & deinde in Britannia verſatus eſt Conſtantius, & contra quem arma praecipue ſunt ſumta ab anno CCLXXXVI., ut oſtendi ad *Mamertin.* pag. 2. neque ullum poteſt proferri teſtimonium, Conſtantium ante expeditionem contra Allectum in Britannia fuiſſe, quod anno CCXCV. factum oſtendi ad *Eumenium* Conſtantio 6. 1. qui itaque in Britannia naſci potuit, in qua demum adpulit Pater, nato annos XXIII. Conſtantino?

Victoria domuit] MS. *Moerl.* & *Gud.* *victor edomuit*, quod tamen, ob ſequens *venia mitigavit*, recepta ſcriptura deterius h. l. eſſe iudico. IAEGERVS. Huic lectioni locum dedi; ſupr. Conſtantio 10. 4. *orbe terrarum*, —— *qua hoſtilis, edomito.* neque video, quod putabat *Iaegerus*, quare licet *victor* praeceſſerit, *venia* non poſſit ſequi.

Terrore] *Fabr. Pulman. tenore compreſſis*, *Vatican.* ut vulgo. Nihil muto. *Plinius* in Epiſt. ait *pulcherrimum victoriae genus*, *gentem terrore domare.* PVTEANVS. *Eumenius* Conſtantio 13. 3. *praeſentiae tuae terrore tutatus es.* Conſtantino 11. init. *nominis tui terrore munimur.* *Pacatus* Paneg. 22. *nominis terrore perculſi.*

1. *Videaris exſolvere*] Rem a Patre moriente demandatam expedire. CELLARIVS.

Coram gaudeas] Forte, *coram ſic gaudeas praedicari: Quidquid tu iuſte*, *ac liber.* ut μιμήσις ſit eorum, qui beneficium, aut ius a Conſtantino impetrant. Nec nego tamen, poſſe Auctorem ex ſua perſona loqui. Quorum utrum eſt, *filius* certe, non *filium* deinceps ſcribendum. Quia filius, ideo neceſſario legata Patris exſolvit. ACIDALIVS. Conf. mox dicenda.

Quidquid iuſte] *Tu iuſte* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Tu*, a *Livineio* omiſſum, ſed ſententiam intendens recte inſeritur. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 1.

Neceſſario praeſtitiſti] *Praeſtitiſſe* Sched. *Langii.* LIVINEIVS. Loco τῦ *praeſtitiſſe*, *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* & Cod. *Moerl.* cum *Gud.* exhibent *praeſtitiſti.* Illud, notante *Livineio*, eſt in Sched. *Langii*, & receptum fuit a *Paris. Patar.* & *Cellario.* *Acidalius* conlicit legendum eſſe. *idque ipſum coram ſic gaudeas praedicari: Quidquid tu iuſte ac liber.* Quod vero addit, *filius* deinceps certo ſcribendum eſſe, non *filium*, (ſcil. quia filius, ideo neceſſario legata Pa-

cae principes, ſuperiorem Africanum, Pompeiumque Magnum, aetatis curſum
virtute praevectos, tam mature ſumto vincis imperio, tantarumque rerum ſuſti-
3 nes molem incipiente virtute. Geſſeris enim multa fortiter licet, multa ſapien-
ter, cum per maximos tribunatus ſtipendia prima conficeres; ſentias, neceſſe
eſt, tantae auſpicia fortunae, Imperator adoleſcens. Quanquam quid ego in te
aetatis tuae potius, quam gravitatis nomen uſurpo? cuius tanta maturitas eſt,
ut, cum tibi pater imperium reliquiſſet, Caeſaris tamen appellatione contentus
exſpectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Auguſtum. Siquidem
ipſum

tris exſolvit) id non adeo certum mihi videtur. Nam iſtud *praeſtitiſti* poteſt etiam ſignificare oſtendiſti, vel exhibuiſti te, tamquam filium Conſtantii. Alia ratio eſt, ſi legamus *praeſtitiſſe*, quod mihi certe h. l. prae altero illo arridet. IAEGERVS. Quod in Codd. apud *Iaegerum* eſt *praeſtitiſti*, etiam ſuſpicor in *Puteaneo* fuiſſe, quia, cum hoc in antiquiſſimis Edd. ſit editum, nihil pro varia lectione ex eo fuit enotatum; *praeſtitiſſe* enim receptum eſt a *Grutero*, & ceteris, praeter *Rivinum*; hoc autem cum ſola *Langianarum* Schedarum auctoritate nitatur; mihi Codd. auctoritate non eſt potius; alterum itaque revocavi, ut deſignet, te Conſtantii (male *Guelferb. Conſtantini*) filium exhibuiſti ut *praeſtare Achillem* apud *Virgilium* Aeneid. XI. 438. *propugnatorem*, *Sueton.* Caeſar. 16. *principem*. ibid. Tiber. 33. *Quidquid* vero ſcripſi littera maiuſcula, ut directa ſit eorum oratio, qui hoc praedicabant. *Neceſſario* audi videtur, quia menti Oratoris obverſabantur *heredes neceſſarii*, quales, antiquiſſimo tempore, iure civili erant liberi; iuris enim vocabulis hic utitur, ut modo *legata exſolvere*, & in fine, *hereditarium cernere*; iuſtitiam itaque patris, & pietatem adeo fuiſſe imitatum Conſtantinum ſignificat, ut, ſive vellet, ſive nollet, in eam ſucceſſerit, tamquam heres patris neceſſarius, legatis ideo exſolvendis etiam obligatus.

2. *Curſum virtute provectos*] Hoc eſt, qui virtutibus ante aetatem emicuerunt. RHENANVS. *Praevectos* Schedae *Langii*. LIVINEIVS. Haud diſplicet *Langiana* ſcriptura, *praevectos*. GRVTERVS. Lege, *praevectos*, id eſt, ante vectos, praegreſſos. *Nazarius* Panegyr. *Tu, Imp. Opt., inito principatu adhuc aevi immaturus, ſed iam maturus imperio oſtendiſti curſum aetatis non exſpectandum in feſtinatione virtutis.* ACIDALIVS. In *Guelferb.* eſt, *aetatis curſu virtute provectos.* Magis tamen placet vulgata, primum a *Grutero* recepta, cum antiquiores habeant, *curſum virtute provectos;* eſt enim in eo, ut indicet Scipionem, & Pompeium, adhuc iuvenes, talia edidiſſe virtutis ſpecimina, quibus etiam aetatem ſuam ſuperaverint; in id autem *praevectos* eſt adcommodatius, id eſt praetervectos, quo modo frequenter occurrit de eo, qui praeit. & praevenit. Vid. *Burman.* ad *Claudian.* Rapt. Proſ. II. 122. *Drakenb.* ad *Livium* XXIV. 44. 10. XXIX. 32. 8. in eo *provectus* admitti nequit, quod verbum utrum pro anteire dicatur, iure dubitat *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. VII. 166. qui ad *Lucan.* IX. 1003. ſimile permutationis habet exemplum.

Mature ſumto] *Nazarius* cap. 16. *Tu, Imp. Opt., inito principatu adhuc aevi immaturus, ſed iam maturus imperio oſtendiſti, curſum aetatis non expectandum in feſtinatione virtutis.* BAVNE.

Incipiente virtute] Male *Guelferb. incipientem.*

3. *Multa fortiter licet*] *Guelferb. licet multa fortiter.*

Stipendia prima] *Prima* abeſt in *Cuſpin.*, vitio In *Rhen.* editum, *ſtipendia patria*, errore a compendio nato. Nam *pria* utrumque eſt, & *patria*, & *prima.* LIVINEIVS. *Guelferb. ſtipendia publica.* Ediderunt *patria* etiam uterque *Stephanus*, & *Rivinus*, ſed recte iam *Livineius.*

Pater imperium] *Guelferb. imperium pater.*

Exſpectare malueris] *Eumenius* in Conſtantinum: *& quanquam tu ad ſeniores Principes, de ſumma republica quid fieri placeret, retuliſſes, praevenerunt ſtudio, quod illi mox iudicio probaverunt.* LIVINEIVS. Huic loco conſentiunt *Eutropius*, *Zoſimus*, *Victor*, &c. BAVNE. Latius dixi ad cap. 1. 1.

Declaret] *Declararet* Vet. PVTEANVS. *Declaret* ediderunt *Rhenanus*, & uterque *Stephanus.* alterum iam *Livineius*, & poſtulat ſententia; quam vere autem hoc adfirmaverit, dixi ad cap. 1. 1. & *Cuperus* ad *Lactant.* de M. P. cap. 25.

Hoc fore] *Bongarſ.* Cod. *ip. imperium hic fore*, ex quo conficiebat legendum *hic.* PVTEANVS. Sequens *ſi id* adferuit *Livineius* ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 16. 4.

Suc-

ipſum imperium hoc fore pulcrius iudicabas, ſi id non hereditarium ex ſucceſſione creviſſes, ſed virtutibus tuis debitum a ſummo Imperatore meruiſſes.

CAP. VI. Neque enim dubium, quin tibi mature ſacrum iſtud faſtigium divinae poteſtatis adſtrueret, qui te iam olim ſibi generum, etiam ante quam petere poſſes, ſponte delegerat. Hoc enim, ut audio, imago illa decla- 2
rat in Aquileienſi palatio, ad ipſum convivii poſita adſpectum, ubi puella iam divino decore venerabilis, ſed adhuc impar oneri ſuo, ſuſtinet, atque offert tibi etiam tum puero galeam, auro gemmiſque radiantem, & pennis pul-

Succeſſione cepiſſes] *Creviſſes* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin.* vitioſe *coepiſſes*. *Rhenan. Stephan. Livin. Patar.* & MS. *Moerl.* cum *Gud. cepiſſes*. Cod. vetus *Livin.* & *Bert.*, quos ſequuntur *Paris.* & *Cellarius*, *creviſſes*. Recte. Nam *cernere* eſt huic rei proprium verbum. IAEGERVS. Conf. Not. ad *Valer. Max.* V. 3. ext. 3. apud *Iſidor.* Orig. V. 24. edidit *Gothofredus*, *inſtitutus heres aut accipit hereditatem.* melius *Groning.* Codex *adit*, & ita iam Edit. *Petiti* antiquiſſima.

Meruiſſes] Id eſt, accepiſſes, conſecutus fuisſes, de quo uſu vide infr. ad *Eumen.* Conſtantino 3. 1.

1. *Adſtrueret*] Id eſt, te imperii collegam adſumeret, Auguſtum faceret, ut recte interpretantur *Schulting.* ad *Senecae* Controv. I. p. 70. *Wopkens.* Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 214. Noſtri ſententiae conveniunt loca notata a V. D. ad *Auſon.* Caeſar. p. 222. & 793.

Etiam ante] *Guelferb. eſſe ante*, ſed vulgatum eſt fortius.

2. *Imago illa*] De imagine iſta nullibi, quod ſciam, praeterquam hoc in loco, mentio eſt, ſed nimirum levius quiddam eſt, quam ut locum habeat in hiſtoria. BAVNE.

Aquileienſi palatio] Aquileia in Italia Carnorum metropolis inter Concordiam urbem ad occidentem, Tergeſtum ad orientem, & mare Adriaticum ad meridiem, a quo vix IX. milliar. diſtat. *Aquilee.* IDEM. De Palatiis in civitatibus vide ad *Mamertin.* Genethl. 10. 1.

Convivii] Iampridem admonui emendandum esſe, *ad ipſum connubii*, idque ſatis oſtendit ſenſus. Error natus ex vetere ſcriptura *convivii* pro *connubii*, *b* pro *v*. Idem error in Paneg. *Mamert.* Genethl. cap. 12. ubi vulgo eſt, *obtutu mutuo transacta convivia*, in vet. Cod. *Pithoei* erat, *connubia.* IVRETVS. Scilicet in triclinio, ubi convivium celebratur. Infra enim: *iucundiſſimam laetitiae ſedem vocat ad aſpectum convivii*, id eſt, eo loco, unde aſpici a convivantibus poſſit. ACIDALIVS. Sunt, qui legere malint *connubii*, ut putavit etiam *Franc. Iuretus.* Quam perperam, indicet, qui ſanus eſt. Nam loquitur Noſter ſane de imagine poſita in triclinio, ubi convivium celebratur, ut adnotavit *Acidalius.* PATAROL. Conf. *I. F. Gronov.* ad *Taciti* Annal. XII. 57. IAEGERVS. Recte illic *Gronovius* interpretatur *convivium* coenationem, locum ad convivas excipiendos, in quo imago ſic erat poſita, ut a convivantibus conſpici poſſet, ut *ſpectacula* pro loco ſpectaculorum apud *Sueton.* Calig. 31. ubi *Torrent.* *Connubii* admitti nequit, quia tunc in Aquileienſi debuiſſent palatio nuptiae eſſe celebratae, quas Treviris celebratas eſſe ſit veriſimile. Vid. ad cap. 1. 4.

Puella] Flavia Maximiana Fauſta. PATAROL.

Suſtinet] *Subſtinet*, *Rhenanus*, pro quo vulgatum iam in excerptis ſubſtituit *Schonhovius.*

Puero galeam] *Puero*, *Conſtantine*, *galeam*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Inſerit quoque *Guelferb.* *Conſtantine.*

Gemmiſque radiantem] *Lipſius* de Milit. Rom. III. Dial. 5. citat *diſtinctam*, quod ſatis elegans. Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. II. 6. 6. ſed in nullo Cod., ſcripto aut edito, illud repertum.

Pennis] *Pinnis* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Frequens eſt iſta permutatio; conf. Not. ad *Claudian.* Rapt. Proſ. III. 139. *Burman.* ad *Quinctil.* Declam XIII. 5. Veteribus vocabulum *pinna* fuiſſe ignotum, ſcribit *Servius* ad *Virgil.* Aeneid. II. 479. quem locum deſcripſiſſe *Iſidorum* Orig. XIX. 19. iam notavit *Burmannus Secundus* ad Anthol. T. I. p. 625. ſaltem deinde & *penna*, & *pinna* fuit adhibitum, quae nonnulli ita ſunt arbitrati diſtinguenda, ut hoc ſit alarum, illud plumae in pectore, vel tergo. Vid. *Muncker.* ad *Lactant.* Narrat. Fabul. p. 808. *Drakenb.* ad *Livium* XXI. 30. 8. potius tamen nihil differre cenſet *Cannegiet.* ad *Avian.* Fab 2. 1. vocabulum hoc iam egregie reſtitutum eſt *Eumenio* Conſtantino 3. 5. —— Ceterum de hoc galearum ornatu conf. *Caſaubon.* ad *Sueton.* Caeſ. 24.

Pul-

pulcrae alitis eminentem: ut te, quod vix ulla poſſunt habitus ornamenta prae-
3 ſtare, ſponſale munus faciat pulcriorem. Fortunatus pictor ille, quisquis fuit, & quamvis Apellem ipſum Parrhaſiumque ſcientia vicerit, materia tamen imagi-
4 nis, quam arte, felicior! Quamquam enim ipſi ferant, difficillimam eſſe praecipuae cuiusque formae imitationem, quia certis ſui notis cito deformitas exprimatur, ſimilitudo tamen pulcritudinis tam ſit ardua, quam rara eſt pulcritudo;
5 non tantum tamen ille cepit laboris ex ore veſtro divinas ſpecies transferendo, quantum voluptatis hauſit cominus vos intuendo, inſpiciendo ſollicite, & curio-

Pulcrae alitis] Id eſt, pavonis. Hinc apparet, apud veteres galeae conum ex pennis, aut aliis rebus addi ſolitum. RHENANVS. Pavonis. *Claudianus* in VI. Honorii Conſulatum:

> *Gaudet metuens, & pollice monſtrat,*
> *Quod picturatas galeae Iunonia criſtas*
> *Ornet avis.*

Alii alia conis, & criſtis imponebant. Poetae, & in primis *Silius Italicus*, paſſim. LIVINEIVS. Pavonem propter varium pennarum fulgorem *pulchram alitem* appellat. BAVNE. Pavonis puta, aut Struthionis. PATAROL.

Eminentem] Melius *enitentem*, vel *emicantem*, ſed illud magis. ACIDALIVS. Mutatione non opus; eminebat enim galea, per pennas altior.

3. *Ipſumque Parrhaſium*] Forte ſcribendum, *Apellem ipſum, atque Par.* vel, *Apellem ipſum, ipſumque Parrhaſium.* ACIDALIVS. Non ſine ratione *Acidalius* de veritate lectionis vulgatae dubitat; nam, ſi dicas, *Apellem, ipſumque Parrhaſium*, ſequitur, ut Parrhaſius maior Apelle, & excellentior habeatur. Verum *Plinius*, quamquam non parcus in laude Parrhaſio tribuenda, Hiſt. N. XXXV. 10. ſect. 36. T. II. p. 695. Ed. *Hard. Omnes*, inquit, *prius genitos, futurosque poſtea ſuperavit Apelles.* cum quo conf. *Quinct.* Inſtit. Or. XII. 10. 4. ſeqq. Meliorem nobis lectionem exhibet MS. *Moerl.*, in quo eſt, *Apellem ipſum, Parrhaſiumque*, tametſi ne ſic quidem poſitus verborum, ſi velis argutari, ſatis accuratus videtur. Sed talia ab optimis Scriptoribus non ſemper ad amuſſim exiguntur. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. Apellem ipſum, Parrhaſiumque*, in quo exprimendo *Iaegerum* ſum ſecutus.

Materia tamen imaginis] Nuperus Poeta ſacer, cui pauci, quod ſine invidia dixerim, aequales:

> *Ac bene materiam poſtquam ſuſpexerit hoſpes,*
> *Materiam vinci clamitet arte manus.*

LIVINEIVS. Gloſſam cenſeo vocem *imaginis.* ACIDALIVS. Admodum placet Cod. *Guelferb.* ſcriptura, *materia tamen magis, quam arte.* Elegantiam huius particulae ante comparativum non ceperunt Librarii, de qua dixi ad *Arator.* I. 856. & videtur vox *imaginis* Librarii menti ex praecedentibus obverſata. Vnius tamen Cod. fide hic vulgatam inmutare non ſum auſus.

4. *Praecipue cuiusque formae*] Eleganter *Bongarſius*, *praecipuae. Forma* enim *praecipua* eadem cum *eximia.* GRVTERVS. Lege, *praecipuae cuiusque.* forte etiam, *praecipuae, & non cuiusque.* prius verum. ACIDALIVS. Lege cum *Acidalio*, *praecipuae*, id eſt praeſtantis, & eximiae. BAVNE. Loco τῦ *praecipue*, quod in plerisque Edd., nec non in MS. *Moerl.* reperitur, *Acidalius*, & *Bongarſius*, probantibus *Grutero*, & *Baunio*, ponunt *praecipuae*, i. e. praeſtantis, & eximiae, quod *Cellarii*, *Patarolique* exemplum ſecutus, recipere eo minus dubitavi, quo certius conſtat, in libris ſcriptis nullo ſaepe diſcrimine diphthongos, & ſimplices vocales haberi. IAEGERVS. Vera lectio eſt *praecipuae*; pro altera fruſtra Codd. adhibetur auctoritas, propter rationem a *Iaegero* prolatam, de qua etiam dixi ſupr. cap. 3. 1.

Sui notis] MS. *Gud.* & *Moerl.* habet, *quin certis ſuis notis cito deformitas exprimitur*; quod minus h. l. convenit. IAEGERVS. *Sui* tuentur notata ad *Mamertin.* Maximian. 9. 3. & 13. 4. Genethl. 2. 1. ad *Eumen.* Conſtantio 8. 1.

Similitudo tamen] Forte *autem.* LIVINEIVS. & ACIDALIVS. & BAVNE. *Livineius*, & *Acidalius* legi iubent *autem*, quod in textum recepit *Patarol:* & ſane poſtulat vocem huius ſignificatus ſeries orationis. Sed propterea non eſt eiiciendum illud *tamen*, quod interdum idem eſt, ac *autem. Vopiſc.* Aurel. c. 30. pr. *Ingens tamen ſtre-*

rioſe ab hilaritate illius aetatis vultus immobiles, & ſerios exigendo, promendo denique amoris veſtri tacita praeſagia; ut, quod invicem vobis verecundia negabat, libere vos in imagine cerneretis.

Cap. VII. Sed profecto hoc iam tum, Maximiane, divina mente praeſumſeras, hoc, cum ferret aetas, ut rogareris, optaveras, cum tibi, in illa iucundiſſima ſede laetitiae, harum nuptiarum gaudia praedeſtinabas; ut ſimul illam parvulam & hunc intuendo creſcentem diu fruereris exſpectatione voti, quod hac coniunctione firmaſti. Quid enim competentius, quid providentia tua di- 2
gnius

ſtrepitus fuit militum, &c. ubi manifeſto *tamen* poſitum eſſe pro autem, cuivis locum inſpicienti patet. IAEGERVS. Recte.

5. *Pulcritudo. non tantum*] Lege, *pulchritudo: non tantum.* ACIDALIVS. Exhibet MS. *Moerl.* vitioſe, *non tamen ille tantum cepit.* IAEGERVS. Cum *Moerlian.* conſentit *Guelferb.* in vocibus transponendis.

Divinitatis hauſit] Vet. *voluptatis.* PVTEANVS. *Voluptatis*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *quantum divinitatis hauſit*, ut habent ex editis plerique, praeferunt *Cuſpin.*, itemque Codd. *Bert. Gud. Put. Moerl. quantum voluptatis*, quod altero illo, vix bene explicabili, planius & melius viſum. IAEGERVS. *Voluptatis* cum *Iaegero* expreſſi, rectius praecedenti *laboris* oppoſitum.

Inſpiciendo, intuendo] Vet. *intuendo, inſpiciendo.* PVTEANVS. *Intuendo, inſpiciendo, Bertin.* LIVINEIVS. Ita etiam tranſponit *Guelferb.*, totque Codd. auctoritati ceſſi. Lectionem Cod. *Puteani* protuli ex variantibus MSS. quae in Ed. *Pariſienſi* vitioſe eſt exhibita. —— *Cominus intueri* ſimiliter dixit *Mamertinus* Genethl. 12. 1.

Ab hilaritate] *Guelferb. ex.*

Promendo] Vitioſe *Guelferb. promerendo*, & mox *praeſidia* pro *praeſagia:* hoc enim indicat, ita pictos fuiſſe vultus, ut in iis conſpici poſſet amor utriusque futurus.

1. *Hoc iam, Maximiane*] *Hoc iam tunc* Vet. PVTEANVS. *Hoc iam tum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Vtrobique vel *haec*, vel *hoc* ſcribendum. ACIDALIVS. *Tum* primus inſeruit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes; hoc magis, quam *tunc*, quod eſt in *Puteaneo*, probat *Guelferb.*, in quo ordine inverſo, *ſed hoc profecto*, & vitioſe *Maximiniane.*

Haec, cum ferret] Vet. *hoc.* PVTEANVS. *Hoc* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Decebat enim ſenem a iuniore rogari. PATAROL. *Hoc*, praeter *Rivinum*, inde a *Grutero* fuit editum, & confirmat *Guelferb.* poſtulat id praecedentis repetitio, unde *Acidalius* proxima nota utrobique *hoc*, vel *haec* recte emendandum cenſuit.

Sede laetitiae] In eo loco, ubi regnat *laetitiae Bacchus dator*, ut Aeneid. I. 738. BAVNE.

Praedeſtinabas] *Praeſtinabas* Vet. LIVINEIVS. Vox haud *Ciceroniana* pro eo, quod eſt, animo praecipiebas. BAVNE. *Praeſtinabas* etiam *Guelferb.* Hoc verbum, emendi notionem habens, huic loco parum congruit, de qua *Gronov.* Lectioñ. *Plautin.* p. 150. *Praedeſtinare*, quamvis apud Chriſtianos ſit Scriptores frequentius, non tamen a Noſtri aetate videtur eſſe alienum, praeſertim cum participium *praedeſtinantes* ex *Livio* protulerit *Borrichius*, & *Cellarius* Cur. poſter. I. p 74.

Diu frueremini] *Fruereris* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Id eſt, ut in imagine illa Fauſtam, filiolam tuam, ſimul & puerum Conſtantinum creſcentes dum videres, paſceres te iucunda expectatione deſiderii tui, quod utriusque nuptiis firmaſti. BAVNE. Vt nimirum Reipublicae gubernacula mutatoria per novas familias non abeant, ſed Imperatoribus tandem Herculeis demandentur. PATAROL. *Frueremini* edidit *Livineius*; reliqui, & Codd. vulgatum ſervant.

Coniunctione firmaſti enim] Videtur ſic legendum, *firmaſti. Quid enim competentius? quid.* RHENANVS. Sic Vet. *coniunctione firmaſti, quid enim competentius providentia tua.* PVTEANVS. *Quid enim competentius* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Nimirum *Rhenanus*, *Stephani*, *Rivinus* ediderunt, *quod hac coniunctione. firmaſti enim competentius? quid providentia tua* &c. at vero *Livineius*, *coniunctione firmaſti. Competentius, quid providentia tua dignius.* Recte ſecundum Codd. locum conſtituit *Gruterus*, & ſequentes, neque aliter *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta. Illo *competentius* ex hoc loco *Fabri* Lexicon auxit *Falſterus* Supplem. p. 64. *Puteanei* Cod. ſcripturam dedi ſecundum variantes penes me MSS., aliter eſt in editis: male tamen in iis *quid* omiſſum eſt ante *providentia.*

Eius-

gnius facere potuiſti, quam ut eius filio, quem tibi pridem & adfinitate adſciveras, & maieſtate ſociaveras, nunc ex intimis adfectibus traderes ſum-
3 mi pignus imperii? Haec eſt tua, Maximiane, inter omnes Principes propria
4 largitio. Alii divitias, aut honores, aut ipſa etiam imperia, ſed ſola, donarunt; tu, animo maiore quam ceteri, pariter indulges, & quod pietas tua ha-
5 bet cariſſimum, & quod fortuna praecipuum. Nec tamen miranda iſta in te eſt, Maximiane, animi magnitudo, in quem Dii immortales tanta congeſſerunt & naturae bona, & ornamenta fortunae, ut, quamvis maxi-
6 ma largiaris, ita penes te ſint omnia, quaſi ea ſolus obtineas. Vt enim ille, qui omnes aquas caelo & terris praebet, Oceanus ſemper tamen in motibus ſuis totus eſt; ita tu potes imperium, Maximiane, donare, non potes

es

Eius filio] Conſtantii Chlori. PATAROL.

Adfinitate adſciveras] Conſtantinus enim duxerat Maximiani privignam, vel, ut alii, filiam, Theodoram nomine. De hoc ſupr. ad Panegyr. Maximiano dictum. PVTEANVS. & BAVNE.

Intimis adfectibus] Forte legendum, *nunc & intimos affectus traderes, & ſummi pignus imperii. Affectus* ut vocet filiam, quo nomine ſaepe neceſſitudines deſignantur. Et Paneg. Conſtantino, Conſtantii F. *Sed cur tantummodo privatis tuis affectibus blandiamur, quum omnium Deorum fuerit illa ſententia.* Hoc praedicat Autor, quod ſicut patrem, ita & filium affinitate pariter, & imperii conſortio ſibi iunxerit, ac dederit utrique eodem modo idem, quod & pietas eius chariſſimum, & fortuna praecipuum haberet. Quae ſententia non ita plena in vulgato: quod tamen retineri forte poteſt; ac ſi retines, nihilo magis aliter vocem *affectibus*, quam dixi, accipies. Ex intimis neceſſitudinibus filiam ei pignus imperii dedit. ACIDALIVS. Certa haec ſunt de vocis *adfectus* notione. Vid. Not. ad *Iuvenc.* Hiſt. Euang. III. 547. Similiter *adfectio* de quacumque neceſſitudine. L. unic. C. *Theod.* de Parricid. *parentis, aut filii, aut omnino adfectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur.* ex qua tranſlatus eſt locus §. 6. I. de Public. iudic. ubi tamen pro *adfectionis* male legitur *adfinitatis;* Iuſtinianum *adfectionis* dediſſe oſtendit διαθέσεως apud *Theophilum*, ut in Gloſſis Nomicis, Ἀφεκτοῦμ, διάθεσις. Conf. *Reitzium* Obſerv. Miſcell. Nov. T. VII. p. 766. *Herm. Cannegieterum* meum Obſerv. iur. III. 15. quamvis autem *intimos adfectus* de ſummo amore capere liceret, pari fere modo, quo *intimos mentis adfectus* dixit *Pacatus* Paneg. 37. init. tamen *Acidalio* in vocis interpretatione adſentiri malim, ut ex proximis conſanguineis filiam, imperii pignus, dediſſe dicatur Maximianus, quod eſt *pignus cariſſimum*, cap. 3. 2.

3. *Inter omnes*] Forte *praeter*, ut ad finem: *Haec eſt tua praeter omnes Divos propria immortalitas.* ACIDALIVS. *Guelferb.* vitioſe *Maximiniane.*

4. *Quod pietas*] Qualis eſt Filia. PATAROL.

Quod fortuna] Quale eſt imperium. IDEM.

5. *Sint omnia*] *Guelferb. ſunt*, & ita edidit *Puteolanus.* Ex hac lectione foret diſtinguendum, *ut, quamvis maxima, largiaris. Ita penes te ſunt omnia*, &c. Magis tamen placet vulgata, hac ſententia, ut quamvis maxima, id eſt imperium, Conſtantino largitus eſſet Maximianus, id tamen ipſi adeo eſſet proprium, ut nihilominus ſolus habere videretur, ſive, ut mox dicit, *potes imperium donare, non potes non habere.* Simili modo Valentinianus dicitur *ſolus omnia habere* apud *Auſonium* vs. Paſchal. 28.

6. *Caelo*] Quas aquas coelo miniſtrat Oceanus? An vapores, a quibus nubes, & mox pluviae? An illae, quibus ali ſidera Stoicis dicebantur? adnotavimus ad Paneg. *Eumenii* Conſtantino cap. 7. PATAROL.

Terris praebet] Similis locus apud *Pacatum* cap. 27. *ut*, inquit, *ille, qui cuncta ambit Oceanus, quas ſuggerit aquas terris, recipit e terris, ita quidquid in cives manat a Principe, redundat in Principem.* PVTEANVS. Optimorum enim opinio Philoſophorum eſt, flumina nil aliud eſſe, quam aquas e mari per terrae occultos meatus aſcendentes, inde ex his illiſque fontibus exeuntes, tandem refluentes rurſum in mare. Explicat egregie inter caeteros recentiores *P. Maignan* Curſ. Philoſ. cap. 17. Prop. 17. PATAROL. In *Guelferb.* eſt *terra*, ſed vulgatum tuetur *Pacati* apud *Puteanum* locus.

Super tamen] *Anacreon:*

Πίνει θάλασσα δ' αὔρας.

PV-

es non habere. De quo ego, cum ad id loci venero, ita dicam, ut for- 7
taſſe quibusdam videar audacior; veritas tamen meae erga te devotionis appa-
reat.

Cap. VIII. Nunc enim ſequitur, ut, quoniam virtutes tuas, Con-
ſtantine Auguſte, ſocero praedicavi, tu quoque, licet optime ſcias, ta-
men audias, quanti te Principis ornet adfinitas. Hic eſt, qui nomen 2
acceptum a Deo, principe generis ſui, dedit vobis, qui ſe progeniem eſ-
ſe Herculis, non adulationibus fabuloſis, ſed aequatis virtutibus comproba-
vit. Hic eſt, qui, in ipſo ortu Numinis ſui, Gallias, priorum tem- 3
porum iniuriis efferatas, reipublicae ad obſequium reddidit, ſibi ipſas
ad ſalutem. Hic, quod iam falſo traditum de antiquis Imperatoribus 4
pu-

PVTEANVS. *Semper* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Super tamen* nullo ſenſu dederat *Livineius*; alii cum Codd. recte *ſemper*. Sententia eſt, quamvis vaporibus nubes in caelo, aquas terris praebeat Oceanus, totum tamen manere, nihilque ideo inminui.

Non tamen potes] *Tamen* abeſt Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Alludit ad imperii depoſitionem a Maximiano factam, una cum Diocletiano, poſt annos viginti. PATAROL. *Tamen*, quod Edit. *Livineii* habet, ignorant Codd. &, quas vidi, Edd.

7. *Audacior*] Forte *adulator*. *Veritas* pro ſinceritate, ut *Plinius*. Caeterum adhuc dubito, an & *venerim* ſcribendum, ut *de quo* capias de ipſo Maximiano, quia hactenus de Conſtantino. Non enim peculiare poſtea membrum ſequitur de imperii donatione ſimul & retentione. ACIDALIVS. Nihil mutandum. *Nazarius* Paneg. 4. 5. qui hunc locum videtur imitatus: *Dabit enim veniam clementia tua, ſi audaciorem veritas facit.*

1. *Quam te*] *Quanti* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ante *Gruterum* conſtanter fuit editum, *quam te Principis*, quod etiam eſt in *Guelferb.* & ad marginem probat *Cortius*, retinuitque *Rivinus*; id vero tum eſt pro quantum, de quo *Burman.* ad *Quinctil.* T. I. p. 7. *Cortius* ad *Cicero.* ad Diverſ. II. 10. init. videtur tamen *quanti* ſequentibus, quibus Maximiani virtutem extollit, convenientius.

2. *Qui nomen*] Herculei. PATAROL. Confer ſupr. ad cap. 2. in fin.

Quod accepit a Deo] Hercule. LIVINEIVS. Conſtanter fuit editum, *quod accepit*: ex *Guelferb.* reſcripſi *nomen acceptum*, ut iam ſupra hunc locum caſtigavi ad *Mamertin.* pag. 8. ubi de ipſa re latius. Recte autem Herculem intellexit *Livineius*, quem ideo Maximiani *auctorem* adpellat *Mamertinus* Genethl. 3. 6. quod ibi pluribus adtigi.

Aequalibus virtutibus] *Aequatis* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Praeter *Livineium* omnes, quos vidi, editi habent *aequatis*, etiam *Guelferb.* Similis eſt locus *Mamertini* Genethl. 2. 4. *vos Diis eſſe genitos & nominibus quidem veſtris, ſed multo magis virtutibus adprobatis.* hinc in Maximiani numis ſunt Herculis ſymbola, aper Erymanthius, leo Nemeaeus, & ſimilia; conf. *Spanhem.* de Vſu Numiſm. T. II. p. 495. *Schwarzium* Proleg. ad Genethl. *Mamertin.* §. 5. —— *Adulationes fabuloſae* ſunt virtutis praeconia in Poetarum fabulis frequentia. Conf. *Bentleium* ad *Horat.* I. Od. 22. 7. qualem Iovem *opinione traditum* dixit *Mamertinus* Geneth. 10. in fin. ubi vide.

3. *Ornatu Numinis*] Vet. *ortu.* PVTEANVS. Lege *ortu.* ACIDALIVS. Simul Maximianus Caeſar factus eſt, Gallias, Carini Caeſaris vexationibus ac ferocia exacerbatas, & rebellionem meditantes, compreſſit. BAVNE. Vide *Eutrop.* lib. IX. PATAROL. *Ornatu* vitioſe dederunt *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.* alterum tuentur Codd. & *Schonhovii* excerpta, a *Livineio*, & *Paullo Stephano* iam receptum. Recte *ortum* illum *Numinis* de Caeſarea Maximiani dignitate accepit *Baunius*, male de primo Auguſteae dignitatis anno *Noriſius* Numiſm. Dioclet. Diſſ. I. cap. 4. latius dixi ad *Mamertin.* Paneg. 6. 3. ubi quoque pluribus hanc locutionem explicui, & ſupr. ad cap. 1. 1.

Priorum temporum] Carini Caeſaris. LIVINEIVS. Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 5. 3. Praeſertim Bagaudarum intelligo ſeditionem, de qua ad *Mamertin.* Paneg. 4. ubi etiam vide 6. 3. Genethl. 5. 3. in primis ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 4. 1.

Sibi ipſas] *Iaegerus* dedit *ſibi ipſis*, ſine ulla Codd.

5 putabatur, Romana trans Rhenum ſigna primus barbaris gentibus intulit. Huius cum fratre rurſus ac ſaepius expeditionibus domita Germania aut boni con-
6 ſulit, ut quieſcat, aut laetatur quaſi amica, ſi pareat. Tu ferociſſimos Mauretaniae populos, inacceſſis montium iugis, & naturali munitione fidentes, expugna-

Codd. aut Edd. auctoritate. vulgatum quoque melius propter duo oppoſita. Conf. ad *Arator.* I. 253. *Drakenb.* ad *Livium* II. 19. 5.

4. *Putabatur*] *Videbatur*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *putatur.* ACIDALIVS. Id eſt, quod de veteribus Imperatoribus, Caeſare, Tiberio, Traiano referebatur, arma eos barbaris ultra Rhenum intuliſſe, Maximiani tempore fabulae loco erat; adeo nihil ſimile viſum ab his usque temporibus, donec ille omnium primus haec fortitudinis exempla inſtauravit. BAVNE. & CELLARIVS. Adulatorie dictum. PATAROL. Cum *Patarolo*, quia idem fecerint Caeſar, Druſus, Germanicus, Traianus, recte ſentit *Wagenaar.* Hiſt. Patr. T. I. p. 221.

5. *Cum frater*] Vet. *fratre.* PVTEANVS. Lege, *Huius cum fratre rurſus.* ACIDALIVS. Cum Diocletiano, fratre Maximiani. Plures enim Auguſti, ſimul imperantes, ſe invicem *fratres* dixere, quia aequali poteſtate, & veluti collegae erant. Caeſares autem filiorum loco habebant. Sic in legibus *Divi fratres* pariter Auguſti, M. & L. Antonini. CELLARIVS. Diocletiano collega. PATAROL. *Rhenanus*, *Stephani*, *Rivinus* ediderunt, *cum frater.* Alterum rectius *Livineius*, & reliqui, cum Codd. *Fratris* adpellationem explicui ad *Mamertini* Paneg. pag. 11.

Aut quieſcit] Vet. & *Vatican. ut quieſcat.* Sic in Panegyr. *Pacati* cap. 22. PVTEANVS. *Vt quieſcat* Vet. *Bertin.* Sincerum eſt, *conſulit*, *ut quieſcat.* *Pacatus* in Theodoſium: *Quaecunque natio Barbarorum robore, ferocia, numero gravis unquam nobis fuit, aut boni conſulit, ut quieſcat, aut laetatur quaſi amica, ſi ſerviat.* Latinius *Columella* Praefat. de Cult. hort. *ut boni conſulat, ſi non ſit dedecori prius editis a me ſcriptorum monumentis.* In *Langii* Schedis eſt, *conſulat, quod quieſcat.* LIVINEIVS. Lege, *ut quieſcat.* Eadem ſententia, eademque omnino verba in *Latini Pacati* Panegyrico; *Quaecumque natio Barbarorum robore, ferocia, numero gravis unquam nobis fuit, aut boni conſulit, ut quieſcat, aut laetatur quaſi amica, ſi ſerviat.* Imitatus alter ex altero locus. Sed uter ex utro? Mihi videtur hic levius ignoti Autoris ex illo *Pacati*; ſi tamen temporum ratio permittit, & Theodoſius prior Maximiano & Conſtantino. ACIDALIVS. Partim id aequo animo fert, ut pacem habeat, partim gaudet, quae nobis ſubiecta eſt, quaſi ſponte iugum ferat. Mirifice *Pacatus* amavit hunc Panegyricum, ex quo iam unum, aut alterum locum poene exſcripſit, cap. 22. BAVNE. Ex h. l. *Pacati* colligitur primum, veram eſſe hanc, quam exhibemus, ſcripturam, Codd. *Livin. Bertin. Put.* & *Moerl.* auctoritate munitam, receptamque a *Pariſ. Pat.* & *Cellario*; reliqui habent, *boni conſulit*, *aut quieſcit.* Quodſi ita legas, τὸ *quieſcere* h. l a *boni conſulere* parum differt, adeoque non bene particula *aut* disiungi ab eo poteſt, ſed potius τῷ *&* copulandum eſſet cum *boni conſulit.* Deinde non ſatis accuratam eſſe *Baunii* interpretationem videor mihi videre. Nam τὸ *id* ſine dubio retulit ad *domita*, ut ſenſus ſit: *Germania fert aequo animo, ſe eſſe domitam, nec cogitat de bello redintegrando.* & τὸ *ut* τελικῶς capit, *ut pacem habeat*, i. e. ne denuo armis Romanorum vaſtetur. Haec interpretandi ratio non quadrat ad locum *Pacati.* In eo enim τὸ *boni conſulit*, i. e., ut *Baunius* vult, *aequo fert animo*, non habet, quo referatur; nam ad *ut quieſcat* non poſſe referri, me etiam non monente, quilibet facile perſpicit. Itaque & apud *Pacatum*, & apud hunc Noſtrum paullo aliter explicem. *Quinctil.* Inſtit. Or. I. 6. 32. docet *boni conſulere* eſſe proprie *bonum iudicare.* Senſus igitur hic erit: *Germania aut bonum & ſalutare ſibi iudicat, ut quieſcat, aut laetatur*, &c. Nec offendi quisquam debet hoc uſu coniunctionis *ut*, nam ea Paneg. *Eumenii* Conſtantino 13. 2. ſimiliter fere adhibetur: *Pulchrum tibi videtur*, —— *ut Rhenus* —— *novo ponte calcetur.* Conf. Paneg. Incerti Conſtantino 16. 1. Poſſit tamen, ne quid diſſimulem, τὸ *boni conſulere*, & τὸ *laetari* ad *ſi pareat*, vel *ſi ſerviat* referri. Et tunc *ut quieſcat*, τελικῶς acceptum, & per parentheſin poſitum, ſignificabit, *ut ne rurſum a Romanis ferro vaſtetur.* Sed & haec interpretatio, ſi attente rem conſideraveris, non eadem *Baunianae*: & prior illa probabilior videbitur. IAEGERVS. Nulla eſt dubitandi cauſſa, quin veritati ſola ſit conſentanea prior interpretatio; duo enim intelligit, & quae Germania faciat invita, & quae ex voluntate; illud erat, ut ſalutare ſibi iudicaret, a rebus novis abſtinere, hoc, ut laetaretur, ſi Romano pareret imperio. *Boni* itaque *conſulere* eſt, facere,

gnaſti, recepiſti, tranſtuliſti. Te primo ingreſſu tuo tanta laetitia, tanta fre- 7
quentia Populus Romanus excepit, ut, cum te ad Capitolini Iovis gremium vel
oculis ferre geſtiret, ſtipatione ſui vix ad portas Vrbis admitteret. Te rurſus 8
viceſimo anno Imperatorem, octavo Conſulem, ita ipſa amplexu quodam ſuo
Ro-

re, quae quis ſibi iudicat bona, ut ſimiles huius verbi conſtructiones explicat *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 51. 7. Recte igitur poſt *Gruterum*, excepto *Rivino*, editum eſt, *ut quieſcat*, quod etiam habet *Guelferb.* Conf. Not. infr. ad Incert. Conſtantin. 16. 1. Mira autem eſt *Acidalii* dubitatio, locusne hic ex *Pacato* ſit tranſlatus, an contra. Qui enim Noſter, Maximiani tempore, *Pacati* Panegyricum, imperante Theodoſio dictum, viderit?

6. *Mauretaniae populos*] Quinquegentianos. LIVINEIVS. Quinquegentianos ab Herculeo domitos *Eutropius* tradit IX. 15. ſed incertum, an hi ad Mauretaniam pertinuerint, quos alii Cyrenaicae Pentapolitanos credunt eſſe. Vide, quae ad *Eutropii* cap. 14. notavimus. CELLARIVS. Pro *ferociſſimos* MS. *Moerl.* habet *fortiſſimos*; male. IAEGERVS. Barbaros trans limitem habitantes, & in varias nationes diviſos intelligit *Valeſius* ad *Ammian. Marcell.* XXX. 7. Pertinet ad hos *Mamertinus* Genethl. 17. 1. *Eumenius* Pro inſtaur. Schol. 21. 2. Conſtantio 5. 2. ubi Quinquegentianos intelligunt Interpretes, quod certum non adeo eſſe, patet ex iis, quae notant *Cellarius*, & *Valeſius*; mihi nondum liquet. Recte *ferociſſimos* tuetur *Iaegerus*, vocem barbaris gentibus propriam, ut apud *Plinium* Epiſt. II. 7. & *ferocia barbarorum* Idem Paneg. 24. 1. Ceterum in quibusdam Edd. eſt *Mauritaniae*, alterum tamen habetur antiquius. Vid. *Cortium* ad *Salluſt.* Catil. 21. 3. *Dauſq.* Orthogr. Part. II. p. 195. *Cellar.* Orthogr. p. 94.

Tranſtuliſti] Rei geſtae progreſſum nota, ut in illo, *veni*, *vidi*, *vici*. Supra 4. 2. *depulit*, *cepit*, *abduxit.* ubi vide.

7. *Reſpublica excepit*] Vet. *Pop. Rom.* PVTEANVS. *Populus excepit*, *Rhenan.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *R. P.* vel *P. R.* id eſt, *Populus Romanus.* quae notae ſaepe ſic peccarunt, & ubique Scriptorum. ACIDALIVS. Tangit triumphum, quem Maximianus cum Diocletiano egit, an. Chriſt. CCXCVIII. Romam poſt ſubiectos Mauros reverſus. Victores autem in Capitolium deducebantur. *Plinius* Paneg. cap. 8. BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* habent *res publica*, *Gud. ppli. Roi. Put.* & *Moerl. populus Romanus*; quod verum puto. Nam etſi *populus*, ut *Grut. Pariſ. Pat.* & *Cellar.* ediderunt, non alius, quam Romanus hic poteſt intelligi, quoniam tamen, ſi non addas *Romanus*, vix ratio invenietur, qua voces *res publica*, & *populus* inter ſe permutentur, *Acidalium* rem acu tetigiſſe exiſtimo, adeoque coniecturae eius, auctoritate Codicum confirmatae, locum dare non dubitavi. IAEGERVS. *Res publica* etiam *Puteolanus*, & *Rivinus*. *Iaegerum* ſecutus ſum; corruptelae autem origo ex notis, ex quibus ubique Scriptorum fuiſſe peccatum recte monet *Acidalius*. Apud *Ampelium* Memorial. cap. 18. *dubitari non poteſt*, *paria eis praeſtaturum non fuiſſe*, recte *Perizonius*, & *Freinshemius*, *parem eis P. R.* cum vero pro *praeſtaturum* iidem ſcribant *futurum*, ipſe ductui litterarum propius malim, *P. R. exſtiturum non fuiſſe*. idem remedium egregie adhibuit *Dukerus* ibid. cap. 20. & *Suetonio* Auguſt. 58. *Struchtmeyerus* Epiſt. Crit. p. 71. pro *laeta huic precari exiſtimamus*, ingenioſe emendans, *laeta huic P. R. precari*, niſi forte propter *huic* ſimpliciter placeat, *huic P. precari*, id eſt, populo

Capitolini Iovis] In quo laureas triumphales deponebant. *Plinius* in Panegyr. *allata erat ex Pannonia laurea*, *id agentibus Diis*, *ut invicti Imperatoris victoriae inſigne decoraret*, *hanc Imperator Nerva in gremio Iovis collocarat.* *Plinius* maior cap. ult. lib. XV. *Faſces Imperatorum decorat*; *ex his in gremio Iovis Optimi Maximi deponitur*, *quoties laetitiam nova victoria attulit.* Vide *Tranquill.* in Domitiano. *Pacatus* in Panegyric. Theodoſio cap. 9. *& ne*, inquit, *virtus quiete langueſceret*, *depoſitis in gremio Iovis Capitolini laureis*, *triumphales viri ruſticabantur.* adde *Senecam* Conſolat. ad Helv. *Scilicet minus beate vivebat Dictator noſter*, *qui Samnitum legatos audit*, *cum viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſua verſaret*, *illa*, *quae tam ſaepe hoſtem percuſſerat*, *laureamque in gremio Capitolini Iovis repoſuerat.* Sic ibi legendum, non, ut vulgo male, *lancem.* PVTEANVS. & PATAROL. Ritum illum pluribus confirmant V. D. ad *Plinium* Paneg. 8. 3 Pater meus ad *Pacat.* Paneg 9. 5.

8. *Viceſimo anno*] Quo ſe imperio abdicavit. *Zoſimus* II. Sed *Aurelius Victor* unum recidit. Verba eius ſunt: *Namque imminentium ſcrutator*, (ſermo eſt de Diocletiano) *ubi fato inteſtinas clades*, *& quaſi fragorem quendam impendere* com-

Roma voluit detinere, ut videretur augurari iam, & timere, quod factum eſt. Factum eſt enim, Imperator aeterne, in quo uno querelam reipublicae pene meruiſti.

Cap. IX. Audi doloris noſtri liberam vocem. Siquidem etiam Dii ipſi, quod plerumque humanas res negligant, dum querimur, ignoſcunt, quibus aliud fortaſſe curantibus grandines ruunt, terrae dehiſcunt, urbes hauriuntur. Quae non illis hauriuntur volentibus, ſed aut aliorſum adſpicientibus,

comperit ſtatus Romani, celebrato regni viceſimo anno valentior curam Reip. abiecit, cum in ſententiam Herculium aegerrime traduxiſſet, cui anno minus potentia fuerat. LIVINEIVS. Maximianus imperium cum Diocletiano abdicavit anno Chr. CCCIV. qui erat eius imperii annus nonus poſt decimum, certe quidem, ſi ab eo, quo Caeſar factus eſt, anno computantur. BAVNE. Conf. *Pagii* Diſſert. Hypat. p. 157. IAEGERVS. Vexavit Eruditos hic locus, in anno hoc *viceſimo* recte computando, eodemque, quo Auguſtus ſit factus Maximianus. Hoc ad Kal. April. anni CCLXXXVI. retuli ad *Mamertini* Paneg. 4. 2. *viceſimus* itaque annus demum in A. CCCVI. incideret, at ille *octavo Conſulatui* non congruit. Dicamusne igitur, quod quidam cenſent, Noſtrum numero potius rotundo eſſe uſum, an, quod alii, Maximianum vicennalia biennio anticipaſſe, quo ea ſimul cum Diocletiano ageret? Conf. *Noriſium* de Num. Dioclet. Diſſert. I. cap. 2. Neutrum placet. Quid igitur? Facillime te expediveris, ſi *Pagium* ſequaris, Diſſert. Hypat. p. 157. & annum hunc *viceſimum* a Caeſarea Maximiani dignitate, qua anno CCLXXXIV. fuit ornatus, numeres, quodque iam probavi ad *Mamertin.* Paneg. 4. 2. adde hac de re differentes *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 8. & quae de octavo Conſulatu monet *Relandus* Faſt. Conſul. p. 279. Sed aliud ſupereſt dubium. Ex hoc enim loco *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 19. aliique demonſtrant, anno hoc *viceſimo*, ſive CCCIV., Maximianum cum Diocletiano ſeſe imperio abdicaſſe, quod adfirmat etiam *Baunius;* & tamen id demum videtur factum Kal. Maiis, anno CCCV. ut oſtendit *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 17. & 19. & quos citat *Gruner.* ad *Aurel. Vict.* Caeſar. 39. 48 neque, ſi hiſtoriam ſequamur ducem, anno praecedenti fieri potuit. Tum enim, Kal. Ianuariis, Ravennae Coſ. proceſſit Diocletianus, deinde Roma profectus, ex itinere, hiberno tempore, & imbre morbum contraxit graviſſimum, & exeunte Novembri venit Nicomediam adhuc Imperator, quod contra *Valeſium* recte oſtendit *Baluzius* d. l. cap. 17. ex eo autem morbo tantus eum invaſit languor, ut, Idibus Decembribus, mortuum eſſe fama ferret. Seſe tamen recepit, quamvis, ſequentibus Kal. Mart. in publicum prodiens, vix agnoſci potuerit, certisque horis inſaniret, teſte *Lactantio* M. P. 17. id cauſſae fuit, ut ipſi de deponendo imperio perſuaſerit Galerius Maximianus, cui Nicomediae tamdem ceſſit Kal. Maiis, anni CCCV. eodemque die ipſius exemplum Mediolani ſecutus eſt Maximianus Herculeus. His non eſt contrarius Noſtri locus, quem de depoſito quidem imperio accipiunt Eruditi, ſed me invito. Tantum enim adfirmat, Romam Herculeum ita fuiſſe amplexam, ut videretur *augurari*, & *timere*, quod factum eſt. Eo itaque anno, qui currebat ad Kal. Apriles anni CCCV. nondum erat imperium depoſitum, ſed *augurari* iam antea, & *timere videbantur*, ne id fieret, ut recte accepit *Baſnage* Annal. T. II. p. 596. *Ianuar.* ad *Sigon.* Opp. T. I. Part. II. p. 54. hoc, Oratorum more, fingit Noſter factum A. CCCIV. ſive *viceſimo*, propter iter Nicomediam, quo pertinet *videretur*, quamvis vera timoris ratio initio anni ſequentis demum orta.

Timere] Vitioſe *Guelferb. retinere;* cogitabat haud dubie Librarius proximum *retinere.*

Factum eſt. Eſt enim] Cod. *Moerl.* cum *Gud.* ita habet, *quod factum eſt. Factum eſt enim* &c. Quae repetitio verborum h. l. ſatis bene convenit, & vehementiam quamdam orationi conciliat. IAEGERVS. Mirifice placet, unde in textum duxi recipiendam.

1. *Audi*] Plenus artificii locus, in quo levitatis notam a Maximiano amolitur. BAVNE. His vocibus Panegyriſtae, & ſimilibus, credo, incitatum Maximianum ad repetendum imperium, quod invitus poſuerat, quum *aegerrime*, ut *Victor* ait, Diocletianus illum *in ſententiam traduxiſſet.* CELLARIVS.

Siquidem Dii] *Siquidem etiam Dii* Vet. PVTEANVS. Cod. *Puteaneo* adſtipulatur *Guelferb.* vocemque ideo inſerui, abſorptam ab ultima praecedentis. & in Codd. per *em* ſaepe ſcriptam.

Aliud fortaſſe] Impie dictum etiam ab Ethnico. PATAROL.

Hau-

bus, aut fatali rerum curſu urgente videntur accidere. Tale eſt, Impera- 2
tor, quod omnibus nobis incluſo gemitu moerentibus facere voluiſti, non quidem tu reipublicae negligentia, aut laboris fuga, aut deſidiae cupiditate ductus, ſed conſilii olim, ut res eſt, inter vos placiti conſtantia, & pietate fraterna; ne, quem totius vitae, ſummarumque rerum ſocium ſemper habuiſſes, in alicuius facti communitate deſereres, ne vel illius, viderit quali, certe novae laudi cederes. Verum longe diverſa 3
in

Hauriuntur volentibus] Vocabulum *hauriuntur* irrepſit a Gloſſa. nam periodus iſta non ſolum accommodanda ad illud *hauriuntur*, ſed ad *grandines ruunt*, *terrae dehiſcunt*. GRVTERVS. Dele poſterius *hauriuntur*, importune repetitum. ACIDALIVS. Dedit lectionem ita, ut *Acidalius*, & *Gruterus* voluere, *Patarol*, quem ſequimur. IAEGERVS. *Hauriuntur* contra omnes Codd. eiicere non ſum auſus, & videntur haec verba tantum ad *urbes* referenda, ſequentia vero ad *grandines*, & *terras* pertinent. Clarior erit Auctoris ſententia, ſi ita diſtinguas, *urbes hauriuntur, quae non illis hauriuntur volentibus: ſed aut* &c.

Aut aliorſum adſpicientibus] Delendum forte utrumque *aut*. ACIDALIVS. Quemadmodum τὸ *reſpicere*, ut innumeris exemplis liquet, favorem & auxilium indicat, ita, quando Dii dicuntur oculos avertere, & aliorſum adſpicere, neglectus, & incuria quaedam ſignificatur. Sic Iupiter *Homericus* Iliad. N. vs. 2. ſqq. cum Troas, & Hectorem navibus admoviſſet:

> Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῆσι πόνοντ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζὺν
> Νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ
> Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος
> αἶαν ——
> Ἐς Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπεν ὄσσε φαεινώ.

Conf. *Virgil.* Aeneid. X. 473. IAEGERVS. Male *Acidalius*; per *aut* enim aptius *fato* opponuntur *Dii*, de quo dixi ad *Mamertin.* Paneg. 5. 1. De illa Deorum neglectione vide *Cortium* ad *Salluſt.* Iugurth. 14. 21. —— In *Guelferb.* eſt mutato ordine, *urgente curſu.*

2. *Facere voluiſti*] Diocletianus, & Maximianus A. A. ſponte ſe abdicarunt imperio, & in privatam vitam concedunt XX. imperii anno. Vide *Aurel. Victor. Euſeb.* Chronic. *Oroſium*, *Zonaram*, & alios. PVTEANVS. Sponte, an coactus imperium depoſuerit Diocletianus, dubium eſt; poſterius mihi placet, ob ea, quae de Galerii Maximiani perſuaſionibus narrat *Lactantius* M. P. cap. 18. cui eo maior eſt habenda fides, Nicomediae apud Diocletianum praeſenti, eoque occaſionem nacto commodiorem, qua arcana magis ſcrutaretur; ad quas perſuaſiones, ut a *Lactantio* narrantur, adcommodatum eſt illud ICti dictum, perſuadere plus eſſe, quam compellere, L. 1. §. 3. D. de Serv. corrupt. ſive ut de lege eſt apud *Lyſiam* pro caed. Eratoſth. p. 18. τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι, ἢ τοὺς πείθοντας. Hoc quoque adcedit, quod Noſter mox num. 5. Diocletianum dicit annis, & valetudine *coactum*; quo argumento recte uſus eſt *Buneman.* ad *Lactant.* M. P. 18. 1. adde, quae habet *Nourrius* Diſſert. ad *Lactant.* p. 257. *Gruner.* ad *Aurel. Vict.* Caeſ. 39. 48. Contra vero Maximianum ſponte depoſuiſſe Noſter, reliqui autem id invitum feciſſe tradunt; diſſenſum notavit iam *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 26. ſed gratiae ab Imperatore captandae Noſter indulſiſſe videtur; cum enim Severum miſiſſet ad Herculium Galerius Maximianus, quem Caeſarem legeret, & ipſe intellexiſſet Herculius, quid rei a Diocletiano Nicomediae ageretur, eum magis coactum, ſibique a Galerio metuentem, imperium quoque depoſuiſſe cenſuerim.

Vt res eſt] Hanc loquendi formulam huius aetatis propriam eſſe ſupra notavimus ad *Mamertin.* Genethl. cap. 9. BAVNE. Non tantum huius aetatis Scriptoribus, ſed vero etiam elegantioribus uſitatam eſſe, ad *Mamertini* locum docuit *Schwarzius*, quosque ipſe illic excitavi.

Pietate fraterna] Hoc ad id pertinet, quod in imperio collegae *fratres* dicebantur, de quo ad *Mamertin.* p. 11. *Cellarius* ſupr. 8. 5.

Deſereres] Quia Maximianus aegre depoſuit imperium; Diocletianus autem rogatus ab Herculio, & Galerio, ut reciperet, id averſatus eſt. Vid. *Eutrop.* lib. IX. *Paul. Diacon.*, *Zonaram.* PVTEANVS. Imperium ſcilicet deponendi. PATAROL. Non video, qua poſſint ratione a *Puteano* notata ad hunc locum referri, in quo nihil eſt de recepto imperio, ſed ratio tantum redditur, quare in deponendo Diocletiani ſit exemplum ſecutus Maximianus, quod recte *Patarolus.*

Ne vel illius] Forte *neve illius.* LIVINEIVS.
&

in vos erat cauſſa declinandi, aut ſuſtinendi laboris. Quamquam, etſi totam excuſationem aetatis adferres, ſic quoque tibi reipublicae curis non erat abnuen-
4 dum. An, ſi maximus quisque natu gubernator vectoribus eſt certiſſimus ad ſalutem, non is eſt optimus, qui uſu peritiſſimus, Imperator? aut te umquam, Conſtantine, liberi noſtri nepotesque patientur, vel cum ad ſummam perveneris ſenectutem, reipublicae vela contrahere, quae tam felicibus ventis etiam iuvenis
5 impleveris? Sed tamen utcumque fas fuerit, eum Principem, quem anni cogerent, aut valetudo deficeret, receptui canere; te vero, in quo adhuc iſtae ſunt in-

& ACIDALIVS. Legi iubet *Acidalius*, *neve illius*, & ſic nobiſcum exhibet *Patarol.* IAEGERVS. Hos in mutando contra Codd. contextu ſequi non ſum auſus, & vulgata habet, quo ſe tueatur.

3. *In vos*] *Vobis* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Lege *inter vos.* ACIDALIVS. Legendum eſt vel *inter vos*, ut iubet *Acidalius*, & dedit *Patarol*; vel *vobis*, ut eſt in *Langianis.* IAEGERVS. Nihil mutandum, ſi *in* pro inter poſuiſſe ſuſpiceris.

Etſi totam] *Etiamſi* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS.

Adferres] Certum mutanda, *afferret*, *ſic quoque ipſi*, vel *illi*, non *afferres*, & *tibi.* Non enim de Maximiano ipſo haec, ſed de fratre eius maiore natu, ac ſeniore capi debent. ACIDALIVS. Coniecturis huius modi & emendationibus ſuperſedere potuiſſet Vir doctus. Cur enim non de Maximiano haec capi debeant, velim docuiſſet. Diocletianus annum ſextum & quinquageſimum agebat aetatis, cum reipublicae curis abnueret, & biennio modo (at quantillum hoc eſt!) Maximiano erat maior, nullaque adeo invenitur cauſſa, cur in illum magis, quam hunc, ea conveniant. IAEGERVS. Male *Acidalius*; ſententia enim eſt, quamvis in deponendo propter aetatem imperio excuſandus eſſet Diocletianus, tu tamen non ideo propter aetatem deponere debuiſſes, atque in eo diverſa inter vos erat declinandi imperii cauſſa, quamvis in numis quoque Maximiano tribuatur ſenectus, ad amovendam imperii depoſiti invidiam, de quo *Spanhem.* de Vs. Numiſm. T. II. p. 514. forte tamen hoc factum, quia biennio tantum a Diocletiano diſtabat. *Excuſationem aetatis* recte dici, oſtendit Pater meus ad *Plinii* Paneg. 47. 4. Sed quae eſt *tota excuſatio*? an legendum *tutam*, id eſt, qua quis ſe certe excuſare poſſet, ut haec confuſa docui ad *Arator.* II. 334. 683. 1022. ſed nil definio.

Erat abtuendum] Alii *abeundum*, vel *abnuendum.* RHENANVS. Vet. *abnuendum.* PVTEANVS. *Abnuendum* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Alii *abeundum*, alii *abnuendum.* Nihil horum placet. Forte *abſtinendum*, vel *abſiſtendum.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Liv. addendum*; *Stephan. abutendum*; Cod. *Moerl.* & Edd. *Cuſp. Cell. Pat. abnuendum*, ad quod proxime accedit notatum a *Schonhovio adnuendum.* IAEGERVS. *Abnuendum* etiam *Guelferb.* quod recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*, ex *Rhenani* Edit. *abtuendum* retinentem. Qui *abutendum*, aut *addendum* dederunt, locum ita ceperunt, quod, depoſito imperio, curas auxerat Maximianus in Rep. ſuo duce deſtituta. Quamvis autem in *abnuendum* conſpirent Codd., de lectionis tamen veritate dubito. Itane enim dicendum eſſet *curas?* ſaltem *cuſtodiae curam abnuere* dixit Incertus Conſtantino 11. 4. quod tamen mutare in *cura* conabatur *Livineius*; *abnuere imperium*, *Pacatus* Paneg. 12. 3. praeterea *abnuere* mihi magis ad negotium pertinere videtur nondum ſuſceptum, & quod ſuſcipere recuſamus, hic autem de imperio dudum ſuſcepto, ſed deinde depoſito agitur. Mihi certum eſt, ſcripſiſſe Noſtrum, *abdicandum.* ita *Nazarius* Paneg. 7. 3. *terrarum ſe curis abdicaverunt.* Incertus Conſtantino 16. in fin. *ſe abdicaſſet imperio.* & hinc, eodem iterum ſumto, ſe *curis reddidiſſe* dicitur, infr. 11. 6.

4. *Gubernator eſt certiſſimus*] *Gubernator vectoribus* Vet. PVTEANVS. *Victoribus*, *Bertin.* Forte *vector.* LIVINEIVS. Excidit verbum, cui quidem alludunt membranacei Codices, ſed alludunt tantum, exprimentes nunc *victoris*, nunc *vector.* Reponendum enim fide libri, quo uſus *Cuſpinianus*, *gubernator vectoribus eſt.* GRVTERVS. *Vectoribus* legitur etiam in Cod. *Gud.* & *Moerl.* Secutus itaque has auctoritates eam vocem in textum repoſui. IAEGERVS Recte. *Vectores* ſunt, qui in navi. Conf. ad *Mamertin.* Paneg. 11. 7.

Is eſt] *Guelferb.* ignorat *eſt.* —— . *Non* eſt nonne, de quo dixi Specim. Obſerv. cap. 3. & ad *Arator.* I. 421.

Eſt

integrae, ſolidaeque vires, hic totius corporis vigor, hic Imperatorius ardor ocu-
lorum, immaturum otium ſperaſſe miramur. Quid enim aliud participi maieſta- 6
tis tuae dare potuit veniam quietis, quam ut tu imperio ſuccederes pro duobus?
Cap. X. Sed profecto exegit hoc ipſa varietas, & natura fortunae, cui nihil
mutare licuerat, dum vos imperium teneretis, ut illa viginti annorum continua
felicitas intervallo aliquo diſtingueretur: aut etiam Dii immortales probare volue-
runt, tibi innixam ſtetiſſe rempublicam, cum ſine te ſtare non poſſet. Quamquam 2
in iſtis quidem partibus non caruit priſtina firmitate: ibi vero pene funditus cor-
ruit,

Eſt imperator] *Eſt* abeſt in Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Abeſt quoque a plerisque Edd.

Conſtantini liberi] Effertur cum interrogatione, ſed non etiam ſatisfacit. Praepoſuerim *Danielis* coniectaneum: *haud te unquam*, &c. GRVTERVS. *Conſtantine*; ita cum *Rhenano* lego, & *Daniele*, pro *Conſtantini liberi noſtri*, ut eſt in *Puteana* editione. BAVNE. *Conſtantine* habent *Rhenan. Stephan. Cuſpin. Patar.* Ceteri, quos vidi, omnes *Conſtantini*; quod parum convenit. IAEGERVS. Codd., etiam *Guelferb.*, *Conſtantini*, & in textu *Baunius*, quamvis alterum probaverit, in quo *Iaegerum* ſum ſecutus.

Impleveris] Conf. ad *Mamertin.* Paneg. 4. 2.

5. *Valetudo deficeret*] Recte, *aut valetudo deficere, & receptui canere.* PVTEANVS. Nihil muto: *valetudo* Diocletianum *defecerat*, in graviſſimo illo morbo, quem ex itinere contraxerat, quique etiam in cauſſa fuit deponendi imperii, deſcriptus pluribus a *Lactantio* M. P. 17.

Solidaeque vires] *Virgilianum* ex Aeneid. II. 638.

Vos o, quibus integer aevi
Sanguis, ait, ſolidaeque ſuo ſtant robore vires.

ubi *Cerda.* Sequentibus par eſt locus *Boethii* Conſol. Philoſ. I. Proſ. 1. *oculis ardentibus*, —— *colore vivido, atque inexhauſti vigoris.*

7. *Participi maieſtatis*] Id eſt, imperii ſcil. Diocletiani. PVTEANVS. Diocletiano collegae, qui, utique multo ſenior Maximiano, imperium depoſuit, annum agens LXXI. Obiit enim ſeptimo poſt anno, aetatis ſuae LXXVIII. iuxta Scriptorum conſenſum, unum ſi excipias *Zoſimum* lib. II. qui tertio anno poſt ipſum dicit obiiſſe. At Maximianus obiit ſexagenarius, multoque poſt imperium depoſitum. PATAROL.

Venia quietis] Vet. & *Vatican. veniam.* PVTEANVS. Lege *veniam.* ACIDALIVS. Senſus eſt; Quid enim aliud fuit, quamobrem Diocletiano, imperii tui ſocio, veniam dederimus, quod quietem Imperatoriis laboribus praepoſuerit, niſi quia ſic effecit, ut tu pro duobus imperium adminiſtrares? BAVNE. *Veniam* etiam recte *Guelferb.* ſed *venia* dederant *Puteolanus*, *Rhenanus*, uterque *Stephanus*, & *Rivinus.* alterum eſt ex Codd. ſuffragio potius.

Quam ut tu] Ex arte dixiſſet, *quam quod tu*, &c. Sed ita locutus & *Mamertinus* Genethliaco: *Hoc ipſum mihi maximum dicendi praemium videbatur, ut dicerem.* LIVINEIVS. Contra *Livineium* recte diſſeruit *Schwarzius* ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2.

1. *Exigit hoc*] Lege *exegit.* ACIDALIVS. *Exigit* ediderunt *Stephani*, in reliquis eſt vulgata. *Ipſa* abeſt a *Guelferb.*

XX. annorum] *Viginti* Vet. LIVINEIVS. Quibus imperio praefuere Diocletianus, & Maximianus. PATAROL. Proprie Diocletianus, Maximianus autem, ſi una Caeſaream ipſius dignitatem computes. De illo *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. 17. de hoc ſupr. 8. 8.

Voluerint] *Voluerunt* Vet. *Rhenan.* LIVINEIVS. *Voluerint*, *Puteolanus*, & *Livineius*; rectius reliqui vulgatum, duplex enim eſt argumentum, in principio a fortunae varietate, hic a Diis, unde *voluerunt* ad *exegit* eſt referendum.

Tibi innixam] Forte inſerendum *uni.* Videtur enim hoc velle dicere: Cum duo Reipublicae praeeſſent, uni tamen Maximiano ſaltem innixam, quum illo cedente ſtare nequierit. Non eſt tamen id valde neceſſe. ACIDALIVS.

2. *Quinque in*] *Quanquam in* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Praeter *Livineii* Ed in omnibus eſt *quamquam*, cum altera ſit lectio aperte vitioſa.

Partibus] Id eſt, in Galliis, ubi haec Oratio dicebatur. Mox *ibi vero*, id eſt, in Italia, in qua Maxentius miras turbas excitavit. BAVNE.

Funditus corruit] Huius temporibus in Occidente periculum diſtincte non proditum hiſtoriis, quod vel ab incurſione barbarorum fuit, vel a moti-

ruit, unde tu, Maximiane, diſceſſeras. Adeo illic plurimum habuerat ſtabili-
3 tatis adſerta, ubi deſerta maxime vacillavit. Non aliter enim, quam ſolet
terra, ventis aut aquis ſubter immiſſis, intervulſa ſui ſoliditate nutare, ita
cuncta Italia, atque ipſa Roma, ſubducta repente, qua ſuſtentata fuerat,
4 dextera tua, contremuit, ac pene conſedit. Quod ego curſim tranſeo: cur
5 enim vel recordemur adverſa, cum videamus omnia tuo reditu reſtituta? Fe-
cit enim Roma ipſa pro maieſtate nominis ſui, ut oſtenderet, poſſe ſe etiam
Imperatoribus imperare. Abduxit exercitus ſuos, ac tibi reddidit, & cum
ad ſedandos animos auctoritatem privati Principis attuliſſes, ſupplices tibi
ma-

tibus inteſtinis, ſi non coniunctim ab utrisque. CELLARIVS.

Adeo illic] Pro *illic* MS. *Moerl.* habet *hic*, quod minus aptum eſſe h. l. facile patet. IAEGERVS. Etiam *Guelferb. hic.* & mox *ſtabilitas*; male.

3. *Sui ſoliditate*] Vid. ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1.

Conſedit] *Conſidere* hic ſignificat χαίνειν, dihiſcere, ut & apud *Livium*. *Cicero*, *deſidere*. PVTEANVS. *Conſidere* eſt h. l. corruere, vel dehiſcere. Sic *Virgil.* Aeneid. II. 624.

Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.

Metaphorice *Cicero* Orat. pro Muraen. cap. 8. in fin. *Conſedit utriusque nomen in quaeſtura. Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoſcique poſſet.* Eadem ſignificatione uſurpatur etiam *deſidere*. *Livius* XXXII. 9. *Terra Velitris trium iugerum ſpatio caverna ingenti deſederat.* ad quem locum vid. *Drakenb.* IAEGERVS. Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 18. 3. Patri meo legendum videbatur, *concidit*.

5. *Imperatoribus imperare*] Id eſt, Maximiano, cui Roma pro ſuo iure praecipit, ut depoſitum reſumat imperium. Eadem exercitus Maximiano *abduxit*, cum privatus in Lucaniam conceſſit, eidemque *reddidit*, cum adverſus Maxentium cum copiis progreſſus eſt. BAVNE. Conf. *Lactant.* M. P. 26.

Tibi reddidit] Caute legenda haec cum ſequentibus, adulatorie concinnata. Maximianus enim, prava percitus denuo imperandi libidine, audito, filium ſuum Maxentium purpuram aſſumpſiſſe, nova moliri caepit, conatusque eſt etiam ab eodem militum animos avertere. Profectus inde ad Conſtantinum, ipſum in Maxentium excitavit, ſpecie quidem eundem debellandi, at revera, ut Conſtantinus idem opprimeretur inſidiis, quas ipſe illi paraverat. Hiſce autem ab uxore Fauſta Conſtantino patefactis, ipſe Maximianum ſtrangulari iuſſit. Vide *Eutrop.* lib. X. *Zoſim.* lib. II. PATAROL. In MS. *Moerl.* eſt, *abductus ex*, deinde lacuna, & ſequitur, *ac tibi reddidit.* Sic & *Gud.* qui tamen *ſuos* adhuc habet. IAEGERVS. Pertinent haec ad ea, quae narrat *Lactantius* M. P. 28.

Sedandos animos] Praetorianorum, qui tumultum excitarant. *Eutropius* X. LIVINEIVS. & BAVNE.

Privati Principis] Eſt Oxymoron, quo duo ſibi oppoſita iunguntur, ut ἀπόλεμος πόλεμος apud *Aeſchyl.* Prometh. vinct. 903. ſimilia habet exempla *Rittershus.* ad *Oppian.* Cyneg. I. 260. & quae dixi ad *Arator.* I. 149. ad *Mamertin.* Genethl. 13. 5.

Supplices] Nota ingenioſam urbis Romae proſopopoeiam, ad avertendam a Maximiano, ſi qua erat in receptione imperii, vel invidiam, vel notam levitatis, aptiſſimam. BAVNE.

Vel potius] Suſpectum *vel potius*. ACIDALIVS. Duas has voculas *Acidalius* putat eſſe expungendas. Verum tamen extant in omnibus Editionibus. BAVNE. Duas has voculas *Acidalius* habet ſuſpectas: non temere. IAEGERVS. Ego vero ab *Acidalio* diſſentio; utraque enim differt periodus; *ſupplices manus tendere* eſt inferioris, & rogantis; *queribunda* eſt maioris, & de eo, qui officio ſuo minus fungitur, conquerentis; hoc *potius* faciebat Roma, quia, ut dixit, oſtendebat, ſe etiam Imperatoribus poſſe imperare: huic magis erat proprium, ut de imperio depoſito *quereretur*, quam ut *ſupplex* id recipiendum rogaret, & hinc cap. ſeq. n. 4. *impera iuſſus a matre*, quod ſupplicis non eſt.

1. *Adimi*] *Guelferb. adimere*, ſed vulgata praecedenti *quati* eſt convenientior. Idem mox omittit *tibi*; male, cum in repetitione *te tibi* non deſit elegantia, qualem notavi ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 1. 2.

2. Ad

manus tendens, vel potius queribunda clamavit:
Cap. XI. Quousque hoc, Maximiane, patiar me quati, te quieſcere,
mihi libertatem adimi, te uſurpare tibi illicitam miſſionem? An, quod Divo 2
Auguſto poſt ſeptuaginta aetatis, quinquaginta imperii non licuit annos,
tam cito licuit tibi? Ideone te mihi ille, cuius tot aras, tot templa, tot nomina 3
colo, Hercules dedit, ut tu in ſuburbano otioſus ſedens uſum dicatae mi-
hi virtutis amitteres? Redde te gubernaculis meis, & quoniam tranquillo 4
mari portum intrare properaſti, vade per fluctus, mei quidem amore ſol-
licitus, ſed tua maieſtate ſecurus. Et tamen, per te tibi ſteterit, in-

2. *An quod*] Male *Guelferb.* *At quod.*

Poſt ſeptuaginta] Obiit enim LXX. & VI. aetatis anno, diebus V. & XXX. minus; ut *Suetonius* refert cap. 100. imperavitque cum Antonio, & Lepido XII., ſolus XLIV. annos. Vt iam omnino anni ſint imperii eius LVI. LIVINEIVS. & BAVNE.

Quinquaginta] Si imperii Auguſti annos a Triumviratu numeres, erunt LXVI. ſi vero a tempore, quo ſolus rerum potitus eſt, invenies XLIV. PATAROL.

Non licuit annos] *Annos non licuit*, *Bertin.* LIVINEIVS.

3. *Tot aras*] Deſunt in *Guelferb.*

Tot nomina] Herculem a Romanis variis cognominibus, ut *Muſagetae*, *Placidi*, *Tricoſi*, *Sanci*, cultum fuiſſe, notius eſt, quam ut hic probandum teſtimoniis eſſe videatur. IAEGERVS. Pater meus emendabat *tot Numina*, ad *Aurel. Victor.* O. G. 6. 5. de qua permutatione conf. ad *Mamertin.* Paneg. 3. 1. Genethl. 2. 4. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 19. 3. poſſet favere *Solinus* Polyhiſt. 2. *ſuo quoque Numini idem Hercules conſtituit aram.* vulgatum tamen, & ob Codd. auctoritatem, & vero etiam rationem, a *Iaegero* motam, tueri malim.

In ſuburbano] Diocletianus & Maximianus, abdicato imperio, vitam privatam egerunt; hic Mediolani, ille Nicomediae. Diocletianus Salonas conceſſit, ubi in villa quadam privatus conſenuit, Maximianus in Lucaniam. Vide *Eutropium*, *Euſeb.* in Chronico, *Zonar.* & alios. PVTEANVS. & PATAROL. In Lucania, quo teſte *Eutropio* IX. 16. 7. conceſſerat. Sic *Florus* II. 2. 15. & III. 19. 3. Siciliam quoque *ſuburbanam Populi Rom. provinciam* appellat. IAEGERVS. In Campania degiſſe ſcribit *Lactantius* M. P. 26. 7. quod interpretatur *Cellarius*, quia forte in Lucaniae, & Campaniae finibus villa fuerit. Quod Maximianum illic *otioſum ſediſſe* dicit, id mox num. 7. *quietem* adpellat, & *requiem* Diocletianus apud *Lactant.* M. P. 19. 3. eodemque ſenſu vocem illam in numis occurrere oſtendit *Spanhemius* de Vſu Numiſm. T. II. p. 513. huc quoque *Begerus* Theſ. Brandenburg. T. III. p. 171. referre videtur Maximiani nummum, in quo ſedens Hercules, ſed vide *Schwarzium* ad *Mamertin.* Genethl. 3. 7. Ceterum male *Guelferb.* *otiis ſedens.*

4. *Redde te*] Sic *Claudianus* de Conſul. Mallii:

Aggredere, & noſtro rurſum te redde labori.

PVTEANVS.

Intrare non properaſti] Vet. & *Vatican.* delent *non.* IDEM. *Non* abeſt in Vet. *Bertin.* *Cuſpin.* Probe. LIVINEIVS. Τὸ *non*, credo, abeſſe notat *Livin.* ab Vet. *Bert.* *Cuſpin.* ut ait, probe. Neſcio, quam probe. RITTERSHVSIVS. *Non* abeſt quoque in *Guelferb.*, & primus omiſit *Gruterus*, quem reliqui, praeter *Rivinum*, ſunt ſecuti: recte; *portum* enim intrare *properaverat* Maximianus, cum imperium deponeret.

Per te tibi ſteterit] Locus corruptus, qui fortaſſis ita melius conſtituetur: & (*tanti Imp. tibi ſteterit*) *iniuriam.* PVTEANVS. Locus corruptus. Fortaſſe, *tanti Imperator tibi ſteterit.* nempe Reip. pacem reddere, ut haec gloria redimenda ſit aliqua iniuria. Tangit illud, quod de eo habet *Eutropius: Herculius Maximianus poſt haec, in concione exercitus, filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem & convitia militum tulit.* BAVNE. In margine MS. *Moerl.* notatum eſt, pro *tamen* in aliis legi *cum.* Verum nec hoc difficultatem tollit. Locus eſt obſcurus, ſed corruptum eſſe non ſatis certum videtur. Poſſit fortaſſe ita explicari: *Sis ſecurus & fretus maieſtate tua. Et tamen, quamvis maieſtate polleas, iniuriam in mei reſtitutione patieris; quod tu tibi ipſe imputandum habebis, qui ſc. ex Imperatorio faſtigio ad privatae vitae ſtatum remeaſti.* Sed nihil definio. IAEGERVS. Vulgatam tuentur Codd. neque mutan-

iniuriam in mei reſtitutione patieris. Imperaſti pridem rogatus a fratre, rur-
5 ſus impera iuſſus a matre. O caeleſtem, Imperator aeterne, pietatem tuam,
6 quae tuum illum animum ſemper invictum ſola vicit. Non potuiſti reſiſte-
re ſanctae illius parentis imperio, &, invitus licet, paruiſti, & te illis vi-
7 giliis, illisque curis quas, viginti annis expertus fueras, reddidiſti. Quibus-
nam tu, domina gentium, potes compenſare beneficiis hoc tui Imperatoris
obſequium? qui tanto uſu ſciens, quantus ſit imperandi labor, propter te
non utitur illa, quam deguſtaverat, voluptate, tantumque reipublicae o-
nus

tandi eſt neceſſitas. Sententia eſt, utcumque haec tua eſt culpa, iniuriam patieris, qua a me in imperio reſtitueris. *Iniuria* erat, quia haec reſtitutio, & querelae, de depoſito imperio a Roma effuſae, eum male, & ſine ulla cauſſa ſeſe imperio abdicasſe oſtendebant, quam iniuriam ſoli culpae, in deponendo imperio commiſſae, tribueret. De locutione *ſtat per te*, conf. *Drakenb.* ad *Livium* VIII. 2. 2.

Iniuriam] *Eutropius: Herculius tamen Maximianus poſt haec, in concione exercitus, filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem & convitia militum tulit. Zoſimus* II. hoc addit amplius, dediſſe operam, ut a filio benevolentiam transferrent, ſed Maxentium eos, qua donis, qua precibus, ad ſe pellexiſſe. LIVINEIVS. Adde *ſi iniuriam.* Ipſe ſibi cauſa mali fuerit. Cur enim diſceſſiſſet, ut redire neceſſe haberet? ACIDALIVS.

Pridem] Pro *pridem* habet MS. *Moerl.* & *Gud. quidem.* Falſo. IAEGERVS. Recte *pridem* de longiori etiam ſpatio. Vide ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2.

A fratre] Id eſt, a Diocletiano, *iuſſus a matre*, id eſt, a Patria. BAVNE. De fratre conf. ad *Mamertin.* Genethl. pag. 11. ſupr. 9. 2.

5. *O, Imperator aeterne*] Vet. *O caeleſtem, Imp.* PVTEANVS. *Caeleſtem* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Caeleſtem* inſerit quoque *Guelferb.* & primus recepit *Gruterus*, omnesque reliqui praeter *Rivinum.* Vocem hanc ob genus Maximiani ex Hercule divinum addidit, qua ratione *caeleſtem* ipſi *nutum* tribuit cap. 14. princ. —— De *aeterno Imperatore* vid. ſupr. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 18. 5. Conſtantio 20. 1.

Pietatem tuam] Qui, praeter varias lectiones, coniecturasque ad marginem quoque locutiones quasdam notavit *Rhenanus*, hic adſcripſerat, *o pietatem tuam.* Cum autem ex illa *Rhenani* editione Critica tantum in ſuae Edit. marginem tranſtulerint *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*, adleverunt quoque, *o pietatem tuam*, tamquam *Rhenani* coniecturam, ſed vitioſe.

Tuum illum animum] Adiectiva cumulata hic notat Pater meus ad *Plinii* Paneg. 49. 6. dixi pluribus ad *Arator.* I. 410.

6. *Invitus licet*] MS. *Moerl.* pro *invitus* habet *invictus*, quod acutum, ſed non verum, & ex antecedentibus videtur repetitum. IAEGERVS. *Invictus* etiam *Guelferb.* admodum placeret, niſi *animum invictum ſola vicit* praeceſſiſſet, quae eadem notant, atque *invictus paruiſti.* Ad evitandam igitur tautologiam vulgatam praefero. Paſſim haec ſunt permutata. Conf. *Drakenb.* ad *Livium* Epit. 3. *Rutilius* Itin. I. 63. plures civitate Romana donatos ita ſcribit:

Feciſti patriam diverſis gentibus unam:
Profuit iniuſtis, te dominante, capi.

illud *iniuſtis* tuentur *Freinshem.* ad *Florum* II. 14. 4. *Waſſe* ad *Salluſt.* Catil. 12. quidam tamen *invictis* malunt, mihi aliorum *invitis* magis placet.

Viginti] *XX. Cuſpin.* LIVINEIVS. Conf. ſupr. ad cap. 8. 8.

7. *Suſcipit*] MS. *Moerl. ſuſcepit*, pro *ſuſcipit*, ut eſt in ceteris. IAEGERVS. Praecedens *utitur* vulgatum tuetur, quamvis ceteroquin perfectum illud non foret reiiciendum, quia, cum haec haberetur Oratio, imperium iam receperat. Conf. ad cap. 1. 1.

8. *Quamvis enim*] Alii *quantum vis enim.* RHENANVS. Similiter *Auſonius* Protrept. vs. 81.

Leniretque uſu bona conſuetudo laborem.

ubi *Tollius.*

1. *Subſidia Reip.*] *Subſidia*, id eſt, χάσματα, a *ſubſidere*, id eſt, dehiſcere; nam in hoc ſenſu *ſubſidere* uſurpavit *Livius*, & *Iuvenal.* Satyr. VI.

Nutare urbes, ſubſidere terras.

& alii. PVTEANVS. Prudenter notatum *Danieli*,

nus ſuſcipit poſt quietem. Facilius fuerat iugiter imperaſſe : quamvis enim 8
magnum laborem conſuetudo non ſentit, intermiſſa deſiderant novas vires.

CAP. XII. Quanta opus fuit tibi, Imperator aeterne, providentia, quanta auctoritate, ut ſubſidia reipublicae iacentia erigeres, exanimata recreares, dilapſa colligeres? Mirabamur te poſt imperium eſſe privatum: multo magis 2
mirum eſt, imperium ferre poſt otium. Solus hoc, ut dicitur, potuit Deus 3
ille, cuius dona ſunt, quod vivimus, & videmus, ut habenas male creditas, &

li, *ſubſidia* heic non videri ſignificare auxilia, ut vulgo, ſed χάσματα, a *ſubſidendo*, id eſt, dehiſcendo; hoc ſane ſenſu uſurpat *ſubſidere Livius.* Sed & *Iuvenalis* Satyr. VI.

Nutare urbes, ſubſidere terras.

Sic & ſupra habuimus c. 10. *cuncta Italia*, *atque ipſa Roma ſubducta repente*, *qua ſuſtentata fuerat dextera tua*, *contremuit*, *ac pene conſedit.* ibi enim ultima illa vox notat χαίνειν. Hactenus *Daniel.* GRVTERVS. Lege *ſubſidentia.* niſi novam vocem *ſubſidium* a *ſubſidere* formavit, non a *ſubſidere*, quod non puto. Sunt enim & ipſa participia, non nomina, quae ſubdit, *exanimata*, *dilapſa.* ACIDALIVS. Si vox *iacentia*, quae etiam in MS. *Moerl.* & Ed. *Cellar.* & *Patároli* compáret, non eſt exturbanda, ut certe non videtur, nec locum habere emendatio *Acidalii*, nec vera eſſe poteſt interpretatio, quam *Gruterus* probat, *Danielis. Subſidia reip.* ſine dubio hic ſunt opes, quibus ſuſtentatur : nec attinet novam huius vocis ſignificationem comminiſci. *Patarol* recte vertit: *le forze ab battute.* IAEGERVS.

Reip. erigeres] *Iacentia erigeres* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ita fuit in *Langianis* membranis, & libro *Cuſpiniani.* ceteri deſtituuntur illo *iacentia.* & vero ſic quoque locus eſſe poteſt integer. GRVTERVS. *Iacentia*, poſt *Gruterum* omnes, cum priores omittant, & deinde *Rivinus*; in *Moerl.* quoque legi modo monuit *Iaegerus.* Poſtulant illud ſequentia *exanimata*, & *dilapſa.* In *Guelferb.* eſt, *ſubſidia reipublicae exigeres.*

2. *Poſt otia*] *Otium* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Et *Guelferb.* recte: *quietem* dixit cap. praeced. n. 7. Altera lectio in *Rhenani*, utriusque *Stephani*, *Livineii*, & *Rivini* exſtat Edd.

3. *Deus ille*] Maximiani, & Apollinis comparatio admodum ingenioſa. Is enim relictas, & devio vectori, nempe Phaetonti, male creditas habenas neceſſe habuit rurſum dirigere, ut pacem turbato mundo referret. BAVNE. Apollo, qui calore ſuo, ſeu melius dixeris, igne omnia vivificat. Quare de eodem *Proculus Lycius* cecinit :

Qui aurea equorum
Lora tenes lucis quaeſtor, *vitaeque orientum*
Claves fontis habes.

PATAROL. *Ille* per excellentiam, praeſertim de Deo. *Buneman.* ad *Lactant.* de Opific. 2. 1. & quae dixi ad *Sedul.* II. 255.

Cuius bona] Vet. & *Vatican. dona.* PVTEANVS. *Dona*, *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Dona* legitur in *Moerl.* & Edd. *Cuſp. Grut. Paris. Patar.* & *Cellar.* Ceteri habent *bona.* IAEGERVS. *Dona* etiam *Guelferb.* alterum retinuit quoque *Rivinus.*

Vivimus, *ut*] *Vivimus & videmus*, *ut* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. Recte. RITTERSHVSIVS. Vox *videmus* deeſt in textu *Livineii*, & exempl. *Bert.* & *Lang.* Sed non videtur omittenda. *Vivere* enim, & *videre* iungi ſollemne eſt. *Terent.* Eunuch. I. 1. 28. *Vivus videnſque pereo. Cicero* pro P. Sextio c. 27. *Vivus* (*ut aiunt*) *eſt & videns cum victu ac veſtitu ſuo publicatus.* Hoc pari modo in Graecis obſervatur. Sic Achilles apud *Homerum* Iliad. A. vs. 88.

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει.

Conf. etiam Interprett. ad *Demoſth.* pro Cor. p. 183. Ed. Ill. *Harleſii.* Praeterea quoque, cum de Phoebo hic ſermo ſit, (fabulam enim Phaetontis tangi in confeſſo eſt) eo magis neceſſaria videtur haec vox, quo certius eſt illius Dei donum eſſe, quod *videmus.* IAEGERVS. *Et videmus* etiam *Guelferb.* ſolusque videtur omiſiſſe *Livineius.*

Male creditas] Scilicet Phaetonti. LIVINEIVS. Quadrigae, de qua lucem mundo diffundit. Vide eiusdem deſcriptionem apud *Ovidium.* Metam. lib. II. PATAROL. *Male credere*, & *committere* ex-

& curſum devio vectore turbatum reciperet, rurſumque dirigeret; cuius ſimile
4 tu, Imperator, etiam facile feciſti. Neque id mirum. Cum enim a te receſſit
5 imperium, & privatus licet dici velles, inhaeſit tibi ingenita maieſtas. Omnes
exercitus veſtri, omnesque provinciae requieſcere te poſt tanta opera utcumque
6 aequo animo tulerunt, imperare deſiiſſe numquam crediderunt. Quid enim pu-
tas

explicuit *Gronov.* ad *Senec.* de Brev. vit. 18.

Curſum devio vectore] Videtur appoſitum magis, quod libri ſui orae adleverat *Bongarſius*, *rectore.* GRVTERVS. *Cuſpin. Rhen. Stephan.* & MSS. *Livin. Gud.* ac *Moerl.* habent, *curſum devio vectore turbatum*, omiſſa voce *tranquillitatis.* Malim *currum.* Vulgatam exhibent textus *Livineii*, *Grut. Pariſ. Pat.* & *Cell. Curſus turbatae tranquillitatis* dicitur pro *curſu tranquillitatis turbato*, ut apud *Ciceron.* ad Diverſ. XV. 2. 11. *indicia manifeſtarum inſidiarum*, pro indicia *manifeſta* inſidiarum, ad quem locum vid. *Cort.* itemque S. V. *Erneſti* Excurſ. IX. ad *Sueton.* in fine. IAEGERVS. *Turbatum*, omiſſa voce *tranquillitatis*, ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Stephani*, & *Rivinus*, & tuentur Codd. apud *Iaegerum.* Sed *turbatae tranquillitatis*, *Livineius*; hunc ſecutus eſt *Gruterus*, eumque, ſi a *Rivino* diſcedas, ſequentes. Tuetur locutionem *Iaegerus*, & de loquendi forma nihil inpedio; ſed non video, quis in ſole ſit *curſus turbatae tranquillitatis.* Codicum igitur lectionem revocavi. Mirifice tamen mihi placet *Iaegeri* coniectura *currum*, quae & *Eldikio* noſtro in mentem venerat. *Currus* egregie ad *habenas* eſt adcommodatus. *Bongarſii rectore* non opus eſt. *Ovidius* Art. III. 555.

Sed neque vector equum, qui nuper ſenſit habenas,
Comparibus frenis, artificemque regat.

Conf. *Drakenb.* ad *Silium* XVII. 138. quamvis *Bongarſio* faveat *Lactantius* Inſtit. VI. 17. 13. *iuncto currui ſimiles ſunt, in quo recte moderando ſummum rectoris officium eſt.* ubi *Buneman.*

Turbatae tranquillitatis reciperet] *Turbatum reciperet* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Lucret.* lib. V.

Solique cadenti
Obvius aeternam ſuſcepit lampada mundi,
Diſiectosque redegit equos, iunxitque trementes, &c.

PATAROL. Vide Notam praeced.

Etiam facile] Forte, *& tam facile.* LIVINEIVS. Forte, *& iam facile.* ACIDALIVS. *Etiam* tueor, quod difficultati videtur oppoſitum, qua currum in ordinem redegerit Phoebus.

4. *Cum enim*] Legendum forte, *Numquam enim a te.* Niſi defectus aliquot verborum eſt in hanc ſententiam: *Quum enim recederes ab imperio, non a te receſſit imperium.* quod ſane elegans, & omitti facile verba potuerunt, quia eadem paene eſſent repetenda. Tamen ſimplicius alterum eſt. ACIDALIVS. Lectionem adeo expeditam quare mutem, non video. Phoebo erat difficilius currum in ordinem redigere, quia totum illius imperium, omnemque ſuam maieſtatem in filium transtulerat; in Reip. autem gubernaculis hoc erat Maximiano facile, quia, depoſito quamvis imperio, inhaeſerat tamen ingenita maieſtas.

Privatus licet] Forte *ſcilicet.* LIVINEIVS. *Livineius* ſuſpicatur, pro *licet* legendum eſſe *ſcilicet;* ſed tunc in antecedentibus melius etiam legeretur *receſſiſſet.* Standum eſt lectione vulgata, quae in omnibus MSS. & Edd. reperitur, nec adeo inepta eſt, ut coniecturis, ingenioſis licet, ſed minus neceſſariis, cedere debeat. Cogitandum eſt ſemper, non ubique ad normam optimorum orationem conformaſſe horum Panegyricorum auctores. IAEGERVS.

5. *Tulerunt*] Forte, *tulerint.* LIVINEIVS. In *Guelferb.* male *poſt* deeſt ante *tanta.*

6. *Non ſed ſervo*] Hic aliquid deeſt. Forſan legendum, *non domino, ſed ſervo.* RHENANVS. *Non recipio, ſed ſervo* Vet. & *Vatican.* PVTEANVS. *Non recipio* Vet. *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* Egregie *non recipio*, *ſed.* Quamquam ne ſic quidem, meo animo, integer locus. Emendo ergo, *non recipio, ſerva.* LIVINEIVS. Nihil opus medicina; *ſervat* enim *imperium*, qui eius veluti cuſtos. *Servare* idem cum *obſervare*, id eſt, cuſtodire, ac tueri ab iniuriis. *Velleius* cap. ult lib. I. *Iupiter Capitoline, Gradive Mars, cuſtodite, ſervate, protegite hunc ſtatum, hanc pacem.* GRVTERVS. Manca oratio. Ad marginem volunt inſeri, *non domino, ſed ſervo.* Ineptiſſime. Aptius ego, *non redde, ſed ſerva.* quod tamen ipſum languidum fateor: etſi vix aliter ſcriptum ab Auctore paene mihi perſuaſum. ACIDALIVS. *Non recipio* in perpetuum, *ſed ſervo*, ad tem-

tas tibi, Maximiane, Iovem ipſum reſpondiſſe, cum tu ingenti animo diceres:
Recipe, Iupiter, quod commodaſti. Hoc profecto reſpondit: Non mutuum
iſtud tibi tradidi, ſed aeternum; non recipio, ſed ſervo. Statim igitur, ut 7
praecipitantem rempub. refrenaſti, & gubernacula fluitantia recepiſti, omnibus ſpes ſalutis illuxit. Poſuere venti, fugere nubes, fluctus reſiderunt. 8
Et

tempus, illud ipſum brevi tibi redditurus. BAVNE. *Gruterus* ſatis probabiliter. IAEGERVS. *Recipio* etiam *Guelferb.* & in textum admiſit *Gruterus*, quem omnes ſecuti praeter *Rivinum.* Recte; quamvis Noſtri mentem a nemine perſpectam mirer, veritati tamen propius *Baunio* adcedente. Eſt nimirum ex iuris Romani principiis locus inluſtrandus, in quo, veterum Scriptorum more, *mutuum*, & *commodatum* miſcet. Negat Iupiter, ſeſe imperium Maximiano *commodaſſe;* tum enim reddidiſſet Maximianus, quod non ſibi, ſed Iovi eſſet proprium, atque ita, finito uſu, ſuum recipere debuiſſet Iupiter: contra ſeſe illud aeternum tradidiſſe adfirmat, donantis inſtat, rei donatae dominium in accipientem pleno iure transferentis. Cum itaque imperium, hoc modo donatum, deponeret Maximianus, id tamquam ex donatione recipere nolebat Iupiter, ſed tantum ut illud, Maximiano proprium, velut ex depoſito acciperet, depoſitum ſervaturus, & domino reſtituturus, quocumque illud tempore repeteret.

7. *Gubernacula fluitantia*] Ergo ſub ipſum nuptiarum tempus Maximianus prae ſe tulerat, ſe recepturum imperium, ut generum adiuvaret: ſaltem haec hominum de his nuptiis opinio fuit. CELLARIVS. *Fluitantia* abeſt a *Guelferb.*

Spes ſalutis] Quis damnet? ſed & quis non melius fateatur, *dies?* quod ſequentia valde probant. ACIDALIVS. Vt *ſpes adfulgere*, ita etiam dici poteſt *illuceſcere.* Si huiusmodi emendationibus indulgere velis, quotusquisque in veterum ſcriptis locus relinquetur intactus? IAEGERVS.

8. *Poſuere venti*] Alii *compoſuere ſe venti.* RHENANVS. *Poſuere* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Belle. *Virgilius* Aeneid. VIII.

Cum venti poſuere, omnisque repente reſedit
Flatus.

Statius Silvar. II. Surrentino Pollii:

Tum rabidi ponunt fluctus.

iterum Thebaid. V.

Cum fera ponit hiems.

Martialis IX. Epigr. 73.

Maſſyli leo fama iugi, pecorisque maritus
Lanigeri mirum qua poſuere fide.

LIVINEIVS. & BAVNE. Quievere; Poetis uſitatum hoc verbum. PATAROL. In textu *Livineii* eſt *quievere;* in marg. Ed. *Rhenan.*, ubi aeque ac in Cod. *Livin.* & Ed. *Cuſp.* ceterisque legitur *poſuere*, notatum eſt, *al. compoſuere ſe.* Vtrumque *quievere*, & *compoſ. ſe* debetur ingenio gloſſatoris. Recte probat τὸ *poſuere Livineius.* Vid. *Vechner.* Hellenolex. p. 61. *Heuſ.* IAEGERVS. *Poſuere* etiam *Guelferb.* & probat *Barthius* ad *Statii* Silv. II. 2. 118.

Fluctus reſederunt] Pro *reſiderunt*, ut habet *Livin. Pariſ. Patar.* & *Cellar.*, legitur in MS. *Moerl. Gud.* & Ed. *Rhenan. Stephan. Cuſpin. reſederunt.* Verum, cum iudice *Heinſio* ad *Ovid.* Met. VII. 76. *Burmanno* ad *Petron.* c. 96. *Brouckhuſio* ad *Propert.* III. 7. 37. & *Drakenb.* ad *Sil.* V. 3. praeteritum verbi *ſido* rectius *ſidi* formetur, quam *ſedi*, merito Illud cenſui retinendum. IAEGERVS. Probo *reſiderunt.* Vid. *Heinſius*, & *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. III. 365. Pater meus ad *Plinii* Paneg. 16. 4. adde ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 18. 3. eſt tamen apud eumd. Conſtantin. 21. 3. *omnes fluctus reſediſſe:* etiam apud *Virgil.* Aeneid. VII. 27. unde hic locus eſt deſumtus:

Cum venti poſuere, omnisque repente reſedit
Flatus.

forte illic etiam *fluctus* ſcribendum, quia ceteroquin *venti poſuere*, & *reſedit flatus* nihil differt. adde *Buneman.* ad *Lactant.* de Ira 18. 7. hoc ſenſu *aequora* dicuntur *iacere* apud *Lucan.* Pharſal. V. 434.

Aequora lenta iacent, alto torpore ligata.

qui locus eorum confirmat coniecturam, qui apud *Rutilium* Itin. I. 539. emendant, *interligat undas.* Similiter idem *Lucanus* I. 260.

Ma-

Et ſicubi adhuc in longinquioribus terris aliqua obverſatur obſcuritas, aut reſiduus undarum pulſus immurmurat, neceſſe eſt tamen, ad tuos nutus diluceſcat, & ſileat.

Cap. XIII. Dixi pro ratione temporis, ſacratiſſimi Principes, ea, quae in vobis invicem, ut facitis, admirari, & amare debetis. Reſtat, ut ipſa illa, quae ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum, ſicut huic voto con-

Mediusque iacet ſine murmure pontus.

forte *tumidusque iacet*, id eſt antea tumidus, ut *pinus*, id eſt, antea pinus, apud *Virgilium* Aeneid. X. 230.

Nos ſumus Idaeae ſacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphae.

niſi *medius* tueri velis ex *Ovidio* Triſt. IV. 8. 18. & *Iſcano* III. 297.

Et ſicubi] *Etiam* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Loco τȣ̃ *Etiam ſicubi*, quod ex Vet. Cod. *Livin.* & *Bert.* arripuere *Grut. Pariſ. Pat.* & *Cellar.*, revocavi *Et ſicubi*, quod in reliquis legitur, & videtur aptius. IAEGERVS. *Etiam* quoque *Baunius. Iaegerum* ſequor.

Obverſatur obſcuritas] Indicat in Italia turbas a Maxentio excitatas. BAVNE. *Obverſabatur* male *Guelferb.* ſed *obſervatur* ediderunt *Paull. Stephanus*, & *Baunius*, Codd. tamen alterum habent: quod placuiſſe videtur etiam Patri meo ad *Plinii* Paneg. 48. 4. *obverſationes* pro *obſervationes* malebat *Gothofred.* in L. 6. C. *Theod.* de Curioſ. invito *Rittero*; vid. T. II. p. 199. adde de hac confuſione *Drakenb.* ad *Livium* VI. 17. 4. — Male *Guelferb.* pro *obſcuritas* habet *ſecuritas*, quod contrarium foret *reſiduo undarum pulſui*, & ſequenti *diluceſcat*; hoc aperte ad *obſcuritas* referendum, ut *ſileat* ad *undarum pulſum*, eo loquendi more, de quo dixi ad *Mamertin.* Genethl. 8. 1.

Ante tuos nutus] Vet. *ad tuos.* PVTEANVS. *Aut tuos* Vet. *ut ad tuos*, *Langii* Schedae. Probe. LIVINEIVS. Lege *ad nutus tuos.* BAVNE. Pro *ante tuos nutus*, ut vulgo habetur, repoſui, probante *Livineio*, ſcripturam *Lang*, confirmatam Cod. *Put. Gud.* & *Moerl. ad tuos nutus.* Sic infra *Nazar.* 35. 3. *ad nutum eius.* *Mamertin.* Iulian. 30. 2. *paene ad lictoris nutum.* Non opus eſt pluribus in re manifeſta. IAEGERVS. Hanc quoque lectionem probandam duxi. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 18. 1.

1. *Separatim*] Hoc eſt oppoſitum illi, quod cap. 3. 1. dixit *communiter.* Conf. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 12. 3.

Huic voto] Huic Orationi, quae veluti votum. Supra cap. 1. *Huic voto propria nunc debetur oratio.* Sic *Mamert.* Genethl. c. 1. *Dicendi munus, quod tunc voti promiſſione ſuſceperam*, &c. PATAROL. *Mamertini* locus nihil hic quadrat; neque *votum* orationem notat, ſed nuptias. Conf. ad cap. 1. 2.

Sermonis] Abeſt a *Bertin.* LIVINEIVS.

2. *Renovaſtis*] Paulo enim ante Maximianus Aug. erat Conſtantii ſocer, nunc id ipſum ait a Diis immortalibus eſſe renovatum. Siquidem rurſum Maximianus Imperator eſt Conſtantini ſocer. BAVNE.

3. *Favor ille creſcentis adeſt*] Sic Vet. *Faveat ille creſcenti, adeſt iſte ſeniori.* Forte *favet*, &c. ſic *Vat.* PVTEANVS. *Favet* Vet. *Bertin. creſcenti, adeſt iſte* Vet. Forte *ſeniori.* LIVINEIVS. *Favet ille creſcenti; adeſt iſte ſenior. Perpetuis profecto pietatibus, adfinitas iſta coaleſcat ſtirpibus.* Sic fere MSS. nam prius editi: *Favor ille creſcentis adeſt, iſte ſenior. perp.* Locus male habitus: nec mearum eſt virium farcire. *Petrus Daniel* tentabat, *iſte ſenioris. perpetuis profecto pietatis adfinitas.* Et ſane illud *pietatibus* minime heic locum habet: neque viſitur in Codice *Langiano.* tolerabilis videretur lectio iam vulgata, ſi cum *Livineio* legamus: *adeſt iſte ſeniori.* GRVTERVS. Corruptiſſimus locus. Priora cum praecedentibus nectenda clare, ut nova comprehenſio incipiat, *Perpetuis profecto.* Sed necti commode nequeunt: *Maximiano, Imperatori aeterno, Conſtantinus, Imperator novus, plus coepit eſſe, quam filius: favore illi creſcenti adhaeſit iſte ſenior*; vel, *favore ille creſcenti adhaeſit, iſte ſeniori*; vel potius, *favor ille creſcentis eſt, iſte ſenioris*; vel, *favor ille creſcens eſt iſti ſeniori.* Si altero e prioribus modo legis, *favorem* accipe affinitatem. Nove, ſed vere. Ecce *Latinus* etiam *Pacatus* ſic utitur: *Qui dum carnifici purpurato, tua ſe affinitate & favore iactanti, infeliciter credunt, graviſſimum omnium nefas fecerunt affectu innocentium.* Nam, ne vulgariter hic poſitum putes, quia vox

congruit, in ſermonis fine coniungam. Dii immortales! quanta Romano im- 2
perio renovaſtis, quae iam, ut res eſt, ceſſerant vetuſtati. Maximiano, Im- 3
peratori aeterno, Conſtantinus, Imperator novus, plus coepit eſſe, quam filius. Favet ille creſcenti, adeſt iſte ſeniori. Perpetuis profecto pietatis ſtirpibus adfinitas iſta coaleſcat, quae ſemper ſummos in republica viros ad concordiam copulavit. Etenim ſi, quamvis diſſidentes, familias Gracchi 4
&

vox ipſa *affinitatis* adiuncta, alio idem loco ſolam hanc ponit, nullo alio praeter hunc affinitatis ſignificatum. Inferius: *Nec cunctari ſaltem, aut muſſitare potuit, quin conſilium omne nudaret, ſe videlicet favoris tui obtendiſſe praetextum, quod aliter non potuiſſet allicere militum ſocietates*, &c. Si e poſterioribus, altero paullo diverſius *favorem* cape affinem, ſic nempe, ut *amorem* pro amante, & amato, quod crebrum in Poetis, nec rarum in aliis, numero tamen potius plurativo, cum *amores* ſuos dicunt, qui inter ſe amant. *Lipſius* Elect. lib. II. cap. 10. nove *favorem* obſervat pro acclamatione. Sic pulchre *Macrobius* pro plauſu, & acclamatione, lib. VII. c. 15. *His dictis, favor ab omnibus exortus eſt, admirantibus cunctis dictorum ſoliditatem, adeo ut atteſtari vel ipſum Euangelium non pigeret. Diſarius deinde ſubiecit; iſti plauſus ſunt, qui provocant Philoſophiam ad vindicandos ſibi de aliena arte tractatus. Seneca favere*, ac *plaudere* iungit, lib. IV. Natur. Quaeſt. cap. 8. *unam rem adhuc adiiciam, & favere, ac plaudere te iuvabit.* ACIDALIVS. Locum hunc iuxta *Livineii* ſuſpicionem emendatum oportuit. Ante enim erat *iſte ſenior*, in quo mendum eſſe nemo, opinor, non agnoſcit. BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* habent: *Favor ille creſcentis adeſt, iſte ſenior.* Haec corrupta eſſe facile vidit *Gruterus*, ingenue faſſus, virium ſuarum non eſſe, locum tam male habitum ſarcire. Et profecto ſine librorum ope fruſtra talibus medicina paratur. *Acidalius* certe, quamvis miris modis ſe torqueat, nihil tamen extricat. Conſulamus libros. Primum pro *favor Bert.* & Cod. *Livin.* habent *favet;* & pro *creſcentis* idem *Livin.* Codex *creſcenti.* Deinde, his poſitis, pronum fuit *Livineio* coniicere, pro *ſenior* legendum eſſe *ſeniori;* haec vero ipſiſſima eſt ſcriptura Codd. *Gud. Put.* & *Moerl.*, niſi quod ille corrupte habet *faveat* pro *favet.* Satis firmis itaque, opinor, praeſidiis nititur haec lectio, quam *Baunius*, *Patar.*, & *Cellarius* receperunt. IAEGERVS. Nullum mihi eſt dubium, quin vera ſit lectio, quam ex Codd. tuetur *Iaegerus.* Eſt vero *creſcens* iunior Imperator, ut dixit cap. 3. 2. ubi *ſeniorem* quoque oppoſuit.

Pietatibus adfinitas] Vet. *pietatis ſtirpibus*, & mox *ſtirpibus* delet. PVTEANVS. *Pietatibus* abeſt in *Langii* Schedis. LIVINEIVS. Lege, *perpetuis profecto, perpetuis affinitas iſta coaleſcet ſtirpibus.* Niſi verius, & vero id verius: *perpetuis profecto pietas & affinitas iſta coaleſcet ſtirpibus*, ut utrumque iungat, *pietatemque* dicat, quae inter patrem & filium eſt, caritatem, cui opinioni favet, quod ſtatim ſubiicitur: *quid ſperandum eſt, quum ſempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum foedus aſtrinxerit?* ACIDALIVS. In Editione *Puteana* eſt, *perpetuis profecto pietatibus affinitas iſta*, &c. Cum *Grutero* eraſi hanc vocem *pietatibus*, quae quidem abeſt in Codice *Langiano.* Alii pro *pietatibus* legunt, *pietas & affinitas iſta*, &c. BAVNE. *Cuſpin.* & *Livin.* & *Pariſ.* prior; *perpetuis prof. pietatibus affinitas iſta coaleſc. ſtirpibus. Rhenan. Stephan.* & *Patar.* habent: *perpetuis prof. pietatis affin. iſta coal. ſtirp.*, *Put.* & *Moerl.* cum *Gud.* meliore verborum poſitu: *perpetuis prof. pietatis ſtirpibus aff. iſta coaleſcat.* Quam ſcripturam veram eſſe puto. *Stirpes* h. l. ut ſaepius alibi, V. C. apud *Tullium* de Legib. I. 6. & Orat. pro M. Coelio 32. in fin. & Tuſc. Quaeſt. III. 6. ſunt fundamenta, & quaſi radices. Vox *pietatibus*, quae in ceteros Codd. irrepſit pro *pietatis*, deeſt in *Lang.*, & hac auctoritate fretus eraſit eam *Baunius: Cellarius* uncis incluſit. IAEGERVS. Nihil verius lectione, quam *Iaegerum* ſecutus dedi.

Coaleſcat] Forte *coaleſcet.* LIVINEIVS. *Livineius* cum *Acidalio* ſuſpicatur legendum eſſe *coaleſcet*, quod nemo, opinor, improbabit. IAEGERVS. *Acidalii* coniectura eſt in praeced. obſerv. nullam mutandi video neceſſitatem, praeſertim cum vulgatae adhaereſcant Codd. De verbo *coaleſcere* conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 8. 3.

Semper in republica] *Semper ſummos* Vet. PVTEANVS. *Summos*, *Bertin.* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Summos* etiam *Guelferb.* primusque inſeruit *Gruterus*, cui praeter *Rivinum* ſequentes adſtipulantur.

4. *Diſſidentes familias*] Scipionum, & Ti. Gracchi. Vide *Tit. Livium* lib. XXXVIII. in fin &

Va-

& Corneliae matrimonium reduxit in gratiam; ſi pro Divo Auguſto Actiacam victoriam tantummodo gener Agrippa confecit; quid ſperandum eſt, cum ſempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum foedus adſtrinxerit? Quod ſi Publius Scipio bellum Punicum ſuſcepit adoleſcens, ipſum poſtea ſuperaturus Hannibalem; ſi Marius a factione Sullana Vrbem recepit ſenex, idque magno intervallo temporum eveniſſe memorabile eſt; quam facile nunc omnes metus ponet Romana reſpublica, quae defenditur coniuncti imperii dua-

Valer. Maxim. lib. IV. c. 2. *Gellium* lib. XII. cap. 8. PVTEANVS. & LIVINEIVS. *Deſidentes*, lege *diſſidentes*. RITTERSHVSIVS. Tiberius Sempronius Gracchus Praetor Galliam domuit. Conſul A. V. C. DLXXVI. Hiſpaniam; altero Conſulatu Sardiniam ſubegit; bis triumphavit. Is graves cum Scipione Africano maiore geſſit inimicitias, quibus tamen Reip. cauſſa depoſitis, eius filiam Corneliam duxit coniugem. BAVNE. Diſſidium de re publica inter Scipionem Africanum maiorem, & Ti. Gracchum, Tiberii & Caii patrem, finitum fuit adfinitate, quum Scipio filiam Gracchi filio Tiberio in matrimonium locaret. *Gellius* XII. 8. CELLARIVS & PATAROL. Ediderat *Livineius*, *deſidentes*, quod occaſionem coniecturae dedit *Rittershuſianae*, cum tamen ante *Livineium diſſidentes* recte iam legeretur.

Et Corneliae] P. Scipionis filiae minoris natu: natu enim maior deſponſata fuit P. Cornelio Naſicae. Contigit connubium illud anno ab V. C. DLXVI. Vide *Livium*. PATAROL.

Victoriam tantummodo] Inclinat *Daniel* reponere, *victoriam tantum non*, id eſt, μονονουχὶ, ut primum ſcriptum fuerit *tantum non*, idque Librariorum inſcitia mutarit in *tantum mon*; & vero victoriam Actiacam attribuit Agrippae M. Antonius apud *Suetonium* cap. 16. reſpicitque eodem Panegyricus Conſtantino Auguſto dictus: *Spectavit ex edito monte Xerxes navale certamen; Auguſtus aliud agens vicit apud Actium.* Sed tamen nihil temere mutaverim; neque enim inibi eſt Panegyriſtes, ut oſtendat, adſcribendam illam victoriam Agrippae potius, quam Auguſto: ſed argumentatur a minori ad maius: & ſi, inquit, gener vicit pro ſocero, quidni vincat filius pro patre? GRVTERVS. Siculam fortaſſis dicere voluit, qua Agrippa vicit, dormiente Octaviano, *Sueton.* cap. 16. Actiacae autem pugnae ubique aderat, in quam partem a fortuna vocaretur. *Vell. Paterculus* II. 85. CELLARIVS. Nam, ut inquit *Paterculus* lib. II. cap. 85. *commiſſum Agrippae omne claſſici certaminis arbitrium.* In victoriae illius memoriam creditur cuſus nummus, in cuius antica parte capita cernuntur iugata Auguſti, & Agrippae, cuius etiam Corona Roſtrata apparet, in poſtica vero Crocodilus, & palma, quibus indicatur Aegyptus ſubacta per eandem victoriam, cum epigraphe COL NEM. hoc eſt, *Colonia Nemauſus*, ut credatur nummus ille Nemauſi in Gallia Narbonenſi cuſus, quae urbs colonia Romanorum fuit. PATAROL. Tempore Actiacae victoriae nondum fuiſſe generum Auguſti Agrippam, diſcimus ex *Velleio* lib. II. 93. 3. De cetero, *Gruterus* teſtatur, *P. Danielem* pro *tantum modo* reponere voluiſſe *tantum non*, i. e. μονονουχὶ, ut primum ſcriptum fuerit, *tantumno*, idque Librariorum inſcitia mutarit in *tantummon*. Sed non recte, ut videtur, expendit h. l. Vir doctus. Senſus eſt: Agrippa, qui pro Auguſto victoriam confecit, fuit tantum gener illius, non filius: Conſtantinus eſt & filius, & gener Maximiani; ideoque ab eo, duplici hoc vinculo adſtricto, plura, & maiora poſſunt ſperari. IAEGERVS.

Gener Agrippa] Iuliam, Auguſti filiam, duxit: ter Conſul fuit. Huic Actiaci belli cura commiſſa eſt. Aeneid. VI. 682.

Parte alia, ventis, & Diis Agrippa ſecundis
Arduus, &c.

BAVNE. Conf. *Iaeger.* infr. ad Incert. Conſtantin. 10. 1.

Etiam nuptiarum] Male *Guelf.* *eſſe nuptiarum.*

5. *Suſcepit adoleſcens*] Cum annorum eſſet XXIV. ut diximus *Plinii* Paneg. cap. 13. BAVNE. Erat enim adhuc *admodum praetextatus*, ut inquit *Florus* lib. II. c. 6. cum initio ſecundi belli Punici, clade ab Hannibale Romanis illata, protectum patrem ab ipſa morte rapuit. PATAROL.

Superaturus] Creſcebat enim, ut habet citatus Auctor, *in exitium Africae*, quam etiam cepit, fuſo fugatoque Hannibale. IDEM.

Marius] Vide *Florum* lib. III. c. 21. IDEM.

Intervallo temporis] Vet. *temporum intervallo.* PVTEANVS. *Intervallo temporum*. Vet. *Bertin.* LI-

duabus aetatibus, pariterque utitur virtute iuvenis, & maturitate ſenioris?

Cap. XIV. Te, pater, ex ipſo imperii vertice decet orbem proſpicere communem, caeleſtique nutu rebus humanis fata decernere, auſpicia bellis gerendis dare, componendis pacibus leges imponere: te, iuvenis, indefeſſum ire per limites, qua Romanum barbaris gentibus inſtat imperium, frequentes ad ſocerum victoriarum laureas mittere, praecepta petere, effecta reſcribere. Ita eveniet, ut & ambo conſilium pectoris unius habeatis, & uterque 2

LIVINEIVS. Annorum nempe CXXX. circiter; nam bellum Punicum coepit anno ab V. C. DXXXIV. bellum vero Marianum A. DCLXV. PATAROL.

Omnes metus] *Metus omnes*, *Guelferb.*

Pariterque utitur] *Duabus aetatibus*, & reliqua omnia usque ad finem ignorat *Guelferb.* Explicui *duas* illas *aetates* ad *Mamertin* Genethl. 15. 4. —— *Imperium* recte per Imperatorem interpretatur *Acidalius* ſupr. ad cap. 1. 1. ex abſtractorum uſu, de quo dixi ad *Eumenium* Conſtantio 8. 4. quomodo etiam *Eumenius* Conſtant. 16. 3. *imperio vincente Romano.* —— Eodem modo *uti* adhibet *Nepos* Miltiad. 1. 2. *quo potiſſimum duce uterentur.* & *Iuſtinus* VIII. 2. 11. XIII. 2. 6. *Velleius* II. 115. 1. inde emendandum puto *Ampelium* Memor. 14. *Lycurgus Legumlator*, *cui Lacedaemonii principes Graeciae per annos ſeptem inviſi fuerunt.* ſcribe, *quo* —— *uſi fuerunt*, & intellige ſpatium, quo ex peregrinatione redux Lycurgus Remp., & Charilai tutelam, antea iam geſtam, ſed depoſitam, iterum ſuſcepit, legibus latis civitati utiliſſimus, quamvis paullo plures ſeptem annis interceſſiſſe videantur.

1. *Pater*] Compellat Maximianum: mox *te iuvenis*, orationem convertit ad Conſtantinum. BAVNE.

Proſpicere communem] Scilicet utrique Veſtrum. LIVINEIVS. *Proſpicere* ex alto videre. *Mamertin.* Genethl. 12. 1. *e ſpeculis ſuorum montium proſpicere.* Conf. ad *eund.* Paneg. 3. 3.

Bellis gerendis] Pro *bellis* Cod. *Moerl.* habet *rebus.* Quod non contemnendum: ſiquidem *rem*, vel *res gerere* dicuntur ii, qui bellum adminiſtrant. Vid. *Heuſinger.* ad *Corn. Nep.* Hannibal. 8. 4. IAEGERVS. Quem etiam vide ad Incert. Conſtantin. 15. 3. Similes in his Oratoribus adulationis formulas tangit *Schwarzius* ad *Plinii* Paneg. 80. 6.

Componendis pacibus] *Virgilius:*

Pacisque imponere morem.

PVTEANVS. Vox priſcis bonae Latinitatis temporibus, aut nunquam, aut raro in plurali numero uſurpata, ſed in eius aevi Scriptoribus ſimilia nonnulla identidem occurrunt, ut ſupra obſervavi. BAVNE. Non deſunt tamen, etiam in Lexicis obvia, exempla optimorum, qui hanc vocem in plurali numero uſurparunt. Sic *Plaut.* Perſ. V. 1. 1. ubi vid. *Taubman. Lucret.* V. 1231. ſq. *Horat.* Epp. I. 3. 8. & II. 1. 102. IAEGERVS. Et larga manu *Waſſeus* ad *Salluſt.* Iugurth. 36. & in Indic. V. *Pace.*

Quo Romanum] Vet. *qua.* PVTEANVS. *Qua* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege, *qua Romanum.* ACIDALIVS. *Qua* etiam *Guelferb.* quod, recte a *Grutero* receptum, ſequentes dederunt praeter *Rivinum*; eſt qua parte.

Ad ſocerum laureas] *Victoriarum laureas* Vet. PVTEANVS. *Victoriam*, quod in *Bertin.* infarctum, meis auribus gloſſema eſt. *Franc. Modius victoriarum* reponebat. LIVINEIVS. *Bertin.* inſerit *victoriam*, unde coniecerim *victoriarum.* RITTERSHVSIVS. Cod. *Put.* & *Moerl.* cum *Gud.* habet: *ad ſoc. victoriarum laureas mittere. Bertin.* corrupte *victoriam.* Verum ea vox inſerta ex gloſſemate eſſe videtur, licet *Tacitus* quoque Hiſt. III. 77. 6. dixerit: *ipſe lauream proſpere geſtae rei ad fratrem miſit. Laurea* pro litteris laureatis, quibus victoriae inſignes nuntiari ſolebant. *Plin.* Hiſt. Nat. XV. 30. ſ 40. *Laurus* —— *Romanis praecipue laetitiae, victoriarumque nuntia additur litteris.* ubi vid. *Harduin.* in Not. & emendat. n. 18. itemque *Buchner.* ad *Taciti* Agric. c. 18. &, qui inſtar omnium eſt, doctiſſimus *I. G. Bergerus*, in Diſp. de Literis laureatis, Vitemb. 1711. IAEGERVS. *Puteanei* Cod. ſcripturam dedi, ut legitur in Ed. *Pariſienſi*, ſed in eiusdem variantibus penes me MSS. ex eo notatum eſt, *ſoceri victoriam laureas*, quod proxime *Bertinienſi* accedit. Ob Codd. conſenſum vocem inſerui.

2. *Et uterque*] *Guelferb. ut uterque.* Omiſit & ante *ambo Iaegerus.*

3. *Di-*

3 que vires duorum. O felix in imperio, & poſt imperium felicior, (audis
enim profecto haec, & vides) Dive Conſtanti, quem curru pene conſpicuo,
4 dum vicinos ortus repetit occaſu, ſol ipſe invecturus caelo excepit! Quanto
nunc gaudio potiris, quanta voluptate perfrueris, cum talem hunc filium
tuum, qui te primus patrem fecit, in imperii tui poſſeſſionem idem pater, idem
5 ſocer, idem Imperator induxerit? Haec eſt tua praeter omnes Divos propria im-

3. *Dive Conſtantine*] *Conſtanti* Vet. *Cuſpin. Bertin.* LIVINEIVS. Vet. *Cuſpin. Bertin.* legunt, *Conſtanti.* Recte. RITTERSHVSIVS. *Conſtantine* unde expreſſerit *Livineius*, neſcio, cum in antiquiſſimis iam *Conſtanti* lectum fuerit, neque aliud ipſa poſtulat hiſtoria. —— In *Guelferb.* male, *ut vides.*

Curru & pene] Vet. delet *&*. Non diſſimilis admodum locus apud *Claudian.* Pan. de VI. Conſ. Honor.

Felix ille parens, qui te ſecurus Olympum
Succedente petit: quam laetus ab aethere cernit
Se factis creviſſe tuis.

PVTEANVS. Ita reſtituendus fuit ex veteri Codice, pro *curru & pene conſpicuo, dum vicino ortus*, &c. Senſus vero eſt: Quem ſol ipſe occidens, & properans ad vicinos ortus, curru ſuo excepit in coelum evehendum, quaſi occidente Conſtantio, Conſtantinus toti terrarum orbi ortus eſſet. Alludit autem ad numum, cuius in poſtera parte Conſtantius curru invectus, ſiniſtra manu quatuor equos regens, dextram manui, quae coelo extendebatur, iungens. BAVNE. *Et* ignorat quoque *Guelferb.* quod recte eiecit *Baunius*, quem omnes, praeter *Patarolum*, ſecuti. Numum Conſtantini, illi, quem memorat *Baunius*, ſimilem, exprimendum dedit, optimeque explicuit *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 67. eique ſimillimus eſt *Eumenii* locus Conſtantin. 7. 3. *Vere enim profecto illi* (Conſtantio) *Superum templa patuerunt, receptusque eſt conſeſſu caelitum, Iove ipſo dexteram porrigente.* dextram porrectam ad conſecrationem ideo refert *Scaliger* ad *Propert.* IV. p. 277.

Vicinos ortus] In excerptis *Schonbovius* habet, *vicino ortus*, quod nihili eſt. Sol occidens vicinum occidenti orientem repetit, cumque in Britannia moreretur Conſtantius, ubi Sol occidere credebatur, in occaſu dicitur eum curru ſuo excepiſſe, ut recte mox *Patarolus.* Pertinet huc locus *Eumenii* Conſtantin. 7. 2.

Occaſu] Obiit enim in Britannia, quae occidentalis Europae pars. PATAROL.

4. *Patrem in imperii tui*] *Patrem fecit.* Vet. PVTEANVS. *Patrem fecit in imp.* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. Eumenius* in Conſtantinum: *neque enim erat dubium, quin ei competeret hereditas, quem primum Imperatori fata tribuiſſent.* Lege reliqua. LIVINEIVS. Lege *teprius.* ACIDALIVS. Ante *Gruterum* erat, *qui te primus patrem in imperii tui poſſeſſionem.* peius adhuc *Livineius*, *primus patruum imperii.* Recte inſertum eſt *fecit*, quod confirmat *Guelferb.* in quo tamen, ordine mutato, *imperii in poſſeſſionem*, omiſſa voce *tui.*

Idem pater] Maximianus. BAVNE. Maximianus Herculeus & pater, & ſocer fuit Conſtantii; *pater*, quia illum Caeſarem fecerat, atque ita adoptaverat filium; *ſocer*, quia privignam Theodoram in matrimonium ei dederat. *Eutrop.* IX. 14. CELLARIVS.

5. *Similis adſpectu*] In Cod. *Moerl.* & *Gud.* deſunt verba, *ſimilis adſpectu.* IAEGERVS. Vulgatum tuetur ipſe Auctor 3. 3. ubi vide.

Imperii poteſtate] Cod. *Moerl.* & *Gud.* habent *maieſtate*, quod non ſpernendum. IAEGERVS. Ideoque in textum recepi.

6. *Inviderint licet nobis*] Forte interponendum *te: licet te nobis.* RITTERSHVSIVS. Sive etiam *vobis.* Nam ſane utrumque hic tolerabile: ſed hoc credo magis verum. *Rittershuſius* deeſſe voculam cenſet, *invideant licet te nobis.* ACIDALIVS. *Rittershuſii* notam, in *Pariſienſi* Ed. omiſſam, revocavi ex ipſius Reliquiis coniecturarum in Panegyricos, Tom. I. Paraeneticorum veterum *Goldaſti* additis. Vera eſt de pronomine male omiſſo illius ſuſpicio; nihil enim addit, quid fata inviderint; ſed illud mihi magis latuiſſe videtur in ultima τῆ *maieſtate* ſyllaba, ut legatur: *imperii maieſtate. Te inviderint licet nobis. Acidalii vobis* plane eſt ſententiae contrarium; ea enim eſt; civibus Conſtantium morte ereptum fata inviderant, nihil tamen per id Ipſius domui eripere potuerant, ob filium Conſtantinum ſuperſtitem, & Patri in omnibus ſimil-

immortalitas, quam videmus, filius ſimilis adſpectu, ſimilis animo, par imperii
maieſtate. Inviderint licet nobis, nihil tamen auferre domui tuae fata potue- 6
runt. Nec Maximiano filius, qualis tu eras, nec Conſtantino pater deeſt.
Quin etiam, ut omnibus modis tua neceſſitudo renovetur, rurſus hic ſocer, 7
rurſus hic gener eſt, ut beatiſſimus Imperator ſemper ex tua ſubole nepotibus
augeatur.

millimum, in quo itaque velut vivere Conſtantius videbatur.

Domi tuae] Alii, *domui tuae*. RHENANVS. Vet. *domui*. PVTEANVS. *Domui*, *Bertin*. *Cuſpin*. LIVINEIVS. *Domi* editum ad *Gruterum*, & adhuc a *Rivino* retentum. Vulgata quoque eſt in *Guelferb*. —— Idem mox *Maximiano*.

7. *Hic ſocer*] Hic Maximianus bis ſocer fuit, & Conſtantii per Theodoram privignam, & Conſtantini per filiam Fauſtam. CELLARIVS. Sicuti Maximianus tibi olim ſocer per filiam Theodoram, ita nunc per Fauſtam Conſtantino eſt. Et ſicuti tu illi prius gener, ita nunc eidem Conſtantinus, filius tuus, gener factus, ac ſi tu iterum eſſes. PATAROL. *Neceſſitudo* ſanguinis coniunctionem indicat, de quo eleganter *Cortius* ad *Salluſt*. Catil. 17. 5.

Hic gener] Conſtantinus fit gener Maximiani, ſicut pater Conſtantius eiusdem gener, ducta privigna, fuerat. CELLARIVS.

EVMENII

PANEGYRICVS

CONSTANTINO AVG.

CAP. I. Facerem, ſacratiſſime Imperator, quod paullo ante mihi plerique

EVMENII] Cum Imp. Caeſar Conſtantinus Aug. apud Treviros ageret, & edixiſſet, ut natalis eius urbis, per ipſum reſtitutae, celebraretur, Belga quidam, publicus artis Oratoriae Profeſſor, iuſſus eſt dicere coram Auguſto, cuius hic eſt Panegyricus. Haec ex coniecturis tantum colligimus, quae cum docto Lectori facile ſuppetant, non ſunt a nobis indicatae, brevitati ſtudentibus. Videtur autem & Panegyrico Flavienſium nomine nonnihil antiquior. Quod ſi Moſam intelligere malis, cum inquit, *quos hic noſter ingens fluvius*, relinquo tibi divinandum de loco. RHENANVS. Panegyricus iſte res geſtas a Conſtantio, patre Conſtantini, & ab ipſo Conſtantino breviter perſtringit, bellum etiam ab eodem cum Maximiano Herculeo, qui purpuram reſumpſerat, geſtum accurate deſcribit. PVTEANVS. Et hic *Eumenii* eſt. Clarum ex eo, quod qualemcunque ſuam vocem *otii*, id eſt, profeſſionis litterarum, & *Palatii officiis exercitam* ait, multorumque *ſectatorum*, hoc eſt, diſcipulorum ſuorum meminit, qui provincias adminiſtrarent, qui tutelam fori, qui officia Palatii curarent. Commemorat & *patriam ſuam*, cuius antiqua nobilitas, & fraterno quondam Populi R nomine glorioſa, & illuſtris. Quae non alia mihi, quam Auguſtodunum, ſeu Flavia in Aeduis, qui fratres Populi R., ut ante vidimus. LIVINEIVS. De huius Panegyrici Auctore, & quo loco, ac tempore habitus ſit, ſupra diximus in *Eumenii* vita, quam Panegyrico III. praefiximus. BAVNE. Hunc Panegyricum ἀνωνύμως ediderunt *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*, & *Incerto* adſcribitur in variantibus ex *Puteaneo* penes me MSS., & apud *Puteanum* ſupr. Conſtantio 6. 2. neque de auctore certus ſatis fuiſſe videtur *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. cap. 24. *Rhenanum* vero, Belgae artis Oratoriae Profeſſori, tribuentem ſequitur *Pighius* Hercul. Prodic. p. 50. Nomen *Eumenii* praefixerunt *Livineius*, *Paullus Stephanus*, & *Gruterus*, quem praeter *Rivinum* omnes ſunt ſecuti. Eamdem quoque opinionem profeſſus eſt *Livineius* ſupr. ad Incertum Maximian. 4. 4. *Balduinus* ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. init. *Barthius* Adverſ. XIV. 11. *Baunius* in vit. *Eumenii* ſupr. p. 170. Neque leve eſt argumentum, quod profert *Livineius* ex cap 23. 1. ubi *diverſis otii*, *& Palatii officiis vocem exercitam* memorat, quo nihil magis eſt *Eumenio* convenientius ex iis, quae ſcripſi ad Paneg. Pro inſtaur. Schol. init. Alterum, quod ex *ſectatoribus* petiit *Livineius*, quos memorat cap. 23. 2. minoris eſt ponderis, cum alii in Gallia quoque potuerint

que ſuaſerunt, ut, quoniam maieſtas tua hunc mediocritati meae diem in iſta ci-

rint eſſe Rhetores, qui ſuos habuerint ſectatores, & diſcipulos. Forte meliori hanc opinionem iure adiuvaret obſidio Geſoriaci, iisdem fere deſcripta coloribus, quibus uſus eſt *Eumenius* Conſtantio 6. quamvis neque hoc rem plane conficiat, cum, ſi alius fuerit huius Panegyrici auctor, eam ex illo *Eumenii* loco facile obumbrare, & transferre potuerit, praeſertim in re Hiſtorica, cuius una eademque eſt apud omnes veritas. Quidquid ſit, praecedentium Editorum auctoritatem ſecutus *Eumenio* quoque inſcripſi, quamvis non deſint, quae forte aliquem ab hac ſententia retineant, de quibus ingenue exponam. Huc pertinent, quae in Maximiani vituperium, eumdem fere deteſtatus, refert cap. 14. & 15. ſi comparentur cum iis, quae praedicavit Paneg. Conſtantio 4. & 20 quid enim? utrumne unius eiusdemque hominis ore tam diverſa proferri potuiſſe cenſueris? Sed quem antea pium habuerat, eumdemne ob ſceleſtam in Conſtantinum perfidiam poſtea deteſtari potuit? Viri illud boni eſt; amplius dicam, eſt quoque, mutato Reip. ſtatu, civilis prudentiae in homine, civilium in Imperatoris aula artium non ignaro, in qua Sacrae fuerat Memoriae Magiſter. At, inquies, mutatae de Maximiano opinionis nihil meminit. Audio; idne vero prudenter omiſit, ne Conſtantini forte aures offenderet, ſi laudes, antea in eum, velut Numen, congeſtas, repetere velle videretur, quem iam cap. 14. init. per contemtum *hominem* adpellat. Denique cap. 22. 2. addit, patriam ſuam, fraterno populi R. nomine gloriatam, opem a Conſtantino exſpectare, ut illic quoque loca publica, & templa, quod Treviris factum fuerat, inſtaurentur. Hoc de Auguſtoduno, *Eumenii* patria, capiunt. Itane vero obſtat, hanc patriam ea non opus habuiſſe liberalitate, a Conſtantio diu antea iam egregie inſtauratam, ut in Paneg. Pro inſtaur. Schol. copioſe explicat? poteſtne itaque haec *patria* eſſe Auguſtodunum, aut huius Panegyrici auctor *Eumenius?* Verane igitur *Pighii* Hercul. Prodic. p. 50. opinio de Aquisgrano, Oratoris huius patria? Non puto; fateor Auguſtodunum inſtauraſſe Conſtantium, ſed potuerunt alia quaedam opera manſiſſe inperfecta, quorum inſtaurationem Noſter rogat. —— Habita eſt autem haec Oratio anno CCCX., Maximiano Herculeo iam mortuo, conſentientibus in id *Pagio* Diſſert. Hypat. p. 244. *Noriſio* de Num. Dioclet. Diſſ. I. cap. 5. brevi poſt Conſtantini natales, in III. Kal. Martias incidentes, iudice *Baunio* ſupr. Vit. *Eumen.* p. 170. Haec veriora ſunt, quam ut annum CCCIX. ſtatuamus cum *Fabricio* Biblioth. Latin. T. II. p. 770. & *Walchio* Parerg. Acad. p. 891. aut cum *Pighio* Hercul. Prodic. p. 50. credamus, aliquot annis poſt ſequentem fuiſſe dictum. Ceterum non video, qui potuerit *Pagius* Agrippinenſem pontem, apud Noſtrum infr. c. 13. memoratum, ad annum CCCXI. referre, vid. d. l. p. 143. utrumne igitur hunc anno priori praedicare potuit, qui poſteriori eſſet inchoatus? —— Hunc in patria ſua ad dicendum Noſtro diem deſtinaverat Conſtantinus, cap. 1. init. & quidem Treviris, urbe per Imperatoris liberalitatem inſtaurata, & ornata; illic enim eum dixiſſe quibusdam locis notant Interpretes, & *Pighius* Herc. Prodic. p. 50. *Walchius* Parerg. Academ. p. 891. & confirmat me Noſter infr. 13. 2. ubi Rhenum plurimos haurire amnes dicit, *quos hic noſter ingens fluvius, & barbarus Nicer, & Moenus invexit.* Eſt autem *noſter* ille *ingens fluvius* Moſella, ideo *noſter*, quia Treviros, ubi dicebat, adluebat, & ubi haud procul Rheno miſcetur Moenus. —— In ordine *Baunium*, *Cellarium*, *Iaegerum* ſequor, quem quoque ſervat *Guelferb.* in quo *ſeptimus* eſt, ſi *Plinium* una computes, ſed *octavus* in variantibus penes me ex *Puteaneo* MSS., & in Edd. *Rhenani*, *Stephanorum*, & *Rivini*; at vero *nonus* apud *Livineium*, *Gruterum*, & *Patarolum*.

1. *Perſuaſerunt*]. Vet. *ſuaſerunt.* PVTEANVS. *Suaſerunt* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Simplex melius *ſuaſerunt.* tamen & illud poteſt. ACIDALIVS. Pro *perſuaſerunt*, quod eſt in ceteris, melius Codd. *Livin. Bertin. Put. Moerl. ſuaſerunt*, receptum iam a *Pariſienſ. Patar.* & *Cellario.* IAEGERVS. *Suaſerunt* etiam *Guelferb.* recte iam recepit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes. Si enim *perſuaſiſſent*, eorum fuiſſet monitis obſecutus; *perſuadere* enim plus eſt, quam compellere, ut dixi ad praeced. Paneg. 9. 2. at vero mox ſeſe id facturum negat; eorum itaque *ſuaſioni* obtemperare noluit.

Diem dicto in iſta] Vet. delet *dicto.* PVTEANVS. E quibus ſenſum non eruo. Sed praetulit mihi lucem, quod in Vet. repperi, *mediocr. meae diem aedium in iſta civit.* &c. Inſunt nimirum in illo *aedium* aperta indicia, & extrema vocis *meae*, quae praeceſſit, & proxime *diem.* Itaque & hoc, & *dicto* de coniectura expunxeram; quod abeſſe & *Bertinienſ.* exerte poſt inveni. *Civitas* vero, quam ſi-

civitate celeberrimum ad dicendum dediſſet, de eo ipſo ducerem ſermonis exordium, niſi me ab hoc duplex ratio revocaret, conſiderantem, neque mediae aetatis hominem oſtentare debere ſubitam dicendi facultatem, neque ad aures tanti Numinis quidquam, niſi diu ſcriptum, & ſaepe tractatum, adferri
2 oportere. Nam qui apud Imperatorem Populi Romani dicit ex tempore, quantum

ſignificat, ut hoc obiter addam, meo animo, Treverorum eſt, cuius tum natalis forte dies celebrabatur. Infra hoc ipſo Panegyrico. LIVINEIVS. Omnes, qui tractarunt iſtos Scriptores, hic haeſere; quid enim eſt *diem dicto?* Codex vetus *Livineio* collatus, *mediocritati meae diem aedium in iſta civitate*, &c. unde ille ait ſibi tamdem liquidum factum, vocem ex confinibus ſupervacuam ſubortam, & delendam. Minime vero tam crudeliter. Vetus ſcriptura in illo *aedium* latebat. Haec autem eſſe viſa eſt; *diem dierum in iſta civitate celeberrimum.* Parcam de caetero verbis in re clara. BARTHIVS. Adverſar. XIV. 11. In aliis eſt, *diem dicto in iſta civitate*, ſed voculam eraſi, quam a veteri exemplari abeſſe ait *Livineius*, & quae re ipſa obſcuritatem affert ſententiae. BAVNE. In libris eſt *dicto*, in non nullis, eius loco, *aedium.* quod neutrum congruit, quidam utrumque expunxerunt. *Barthius* Adverſ. XIV. 11. ex altero *aedium* exſculpſit *dierum*, quam probabiliter, ipſi apices oſtendunt. Vncis ergo *dicto*, quod plurium eſt, incluſum volumus, donec certior, clariorque ſcriptura offeratur. *Civitas* eſt Treverenſis: *celeberrimus dies* natalis urbis; quod infra cap. 22. eſt declaratum. CELLARIVS. Importunum illud *dicto*, quod etiam Cod. *Gud.* & *Moerl.* delet, non cum *Cellario* uncis incluſum, ſed cum *Livineio*, *Baunio*, & *Patar.* prorſus expunctum volui. IAEGERVS. *Dicto* abeſt quoque a *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, & recte eiecit *Baunius*, quem in exprimendo textu cum *Patarolo*, & *Iaegero* ſum ſecutus, quamvis non ideo locum arbitrer ſanatum, cum in *aedium*, quod eſt in Vet. *Livineii*, aliud quid latere videatur *Barthii diem dierum* Hebraiſmum fere ſapit, ſaltem ab horum eſt Scriptorum ſtilo maxime alienum. Dicam, quid mihi ſit veriſimile. *Civitatem* interpretantur *Livineius*, *Baunius*, & *Cellarius* Treviros, ubi Oratio habita. De loco Orationis nil diſſentio, ſed eum hic intelligi vix puto; tunc enim dixiſſet *in hac civitate*; ni fallor, *iſta* magis diverſam ab ea, qua dicebat, indicare civitatem videtur. Puto itaque Conſtantinum *Eumenio*, Auguſtoduni in patria ſua degenti, hunc dixiſſe diem, quo Treviris natalem urbis celebraret, atque adeo, Cod. *Livineii* veſtigiis inſiſtens, nullus dubito, quin ſcripſerit, *Aeduorum in iſta civitate.* Ita Conſtantio 21. 2. *devotiſſima vobis civitas Aeduorum.* Gratiar. action. 4. 4. *civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere.* cap. ult. fin. *Flavia eſt civitas Aeduorum.*

Civitate] Opinor Treverenſi, cuius tum dies natalis celebrabatur, ut dicturus eſt cap. 22. BAVNE. & PATAROL. Potius Auguſtodunum intellige, Noſtri patriam, quam a civitate, cuius natalem celebrabat, ipſe diſtinguit cap. 22. Conf. praeced. obſerv.

Deo ipſo] Opinor legendum *de eo.* RHENANVS. Vet. *de eo.* PVTEANVS. *De eo* Codd. & *Schonhovii* excerpta; depravatam retinuerunt ſcripturam ſoli *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.*

Conſiderantem neque] Cod. *Moerl.* contrario plane ſenſu, *conſideravi namque.* IAEGERVS. *Moerliani* Cod. ſcriptura eſt quoque in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis. Vulgata tantum proba.

Mediae aetatis hominem] Id eſt, hominem progreſſa iam & matura aetate, qualis ego ſum, extemporali orationis genere uti non debere. *Aetas media* dicitur illa, quae eſt inter iuventam, & ſenectam. A triceſimo ferme ſumitur ad quadrageſimum annum. Dicitur a *Tullio* de Senect. 76. *aetas conſtans*, ab aliis ἀκμή, *aetatis vigor*, Gratiar. action. cap. 8. BAVNE. Ideo maturae, & gravis. PATAROL. *Celſus* II. 1. *Aetas media tutiſſima eſt, quae neque iuventae calore, neque ſenectutis frigore infeſtatur.* IAEGERVS.

Subitam] Cod. *Moerl.* habet *ſubiectam.* IDEM.

Niſi diu] Cod. *Moerl.* *niſi* omittit. IDEM. Etiam *Voſſii* excerpta. Vulgatum tuetur ſententia, & *Ciceronis* locus, mox a *Baunio* adhibitus.

Saepe tractum] *Tractatum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Reſpexit pro more *Eumenius* ad locum *Tullii* pro Leg Manil. c. 2. *Nam cum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem, ſtatueremque nihil huc, niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere*, &c. BAVNE. *Tractum* ediderunt *Rhenanus*, & *Livineius*; metaphora a nentibus ducta hoc tueri poſſet. Codd. tamen, etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta vulgatum praeferunt, quod *Ciceronianum elaboratum induſtria* exprimere videtur.

2. *Imperatorem Populi Romani*] *Imperatorem P.*

tum ſit, non ſentit, imperium. Huc accedit, quod iam ſatis multi ſunt, qui 3
me putant nimium multa dicturum: idque, ut arbitror, non ex ingenio meo, quod mediocre eſt, ſed ex laudum veſtrarum copia metiuntur. Quorum ego exſpectationem, invitus licet, fallam brevitate dicendi. Revera enim cogitaveram plura, quae dicerem, ſed malo orationem meam brevem eſſe, quam reſpui. Ita-

P. R. Alienas hic notulas *P. R.* puto. ACIDALIVS. *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, *Imperatores*; ſed cum, ſolo praeſente Conſtantino, dixerit, vulgata praeſtet. Neſcio, quare *Populi Romani* alienum magis ſit, quam *Romani Principes* apud *Mamertin.* Genethl 18. 2.

Imperium] Hic quoque pro Imperatore, ut alicubi ſupra notavimus. ACIDALIVS. Conf. ad *Eumen* Conſtantio 8. 4.

3. *Idque, ut arbitror*] Forte, *id quod.* LIVINEIVS. *Vt* ante *arbitror* omiſſum eſt a *Baunio*, forte typographi vitio, quod tamen ſecutus eſt *Cellarius.* Reſtituerunt recte *Patarolus*, & *Iaegerus* ſecundum Codd. *Id quod* ex Livineii coniectura non caret elegantia; mutandi tamen nulla neceſſitas. —— Sequens *quod mediocre eſt* ſumtum videtur ex *Cicerone* pro Archia cap. 1. *Si quid eſt in me ingenii, quod ſentio, quam ſit exiguum.*

Laudum veſtrarum] Vet. *tuarum.* PVTEANVS. Cum mox demum n. 4. *Eumenius* oſtendat, ſe hanc orationem ſoli Conſtantino dicare, non viſum eſt audire Cod. *Put.* & *Moerl.*, qui pro *laudum veſtrarum* habent *laud. tuarum.* Poteſt ſcilicet illud *veſtrarum* referri ad Imperatores hos univerſos. IAEGERVS. *Tuarum* etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta: *Iaegeri* tamen iudicium ſequi malim. Significat enim longioris fuiſſe Orationis exſpectationem, quia de ſingulorum Imperatorum laudibus eum dicturum ſuſpicabantur, quas tamen ſeſe omiſſurum, & in iisdem ſolius Conſtantini, utpote praeſentis, praedicandis occupatum fore, quo brevior fiat oratio, mox tradit.

Fallam] Locutionem pro fruſtrari, deſtituere expoſuit *Cortius* ad *Plin.* VIII. Epiſt. 3. 3.

Orationem meam reſpui] *Meam brevem eſſe, quam reſpui* Vet. PVTEANVS. *Reſpui* eſt in omnibus, in *Bertin* hoc amplius, *orat. meam quam reſpui.* procul dubio curte, ſed quem hiatum ſine libris non expleam. *Franc. Modius* addebat, *deſiderari*, aut *brevem videri.* Sed ne ſic quidem perſpicua mihi ſententia. LIVINEIVS. Ita MSS. nam editi *reſpuere.* *Bertianae* membranae amplius habent, *meam quam reſpui*; ex quo fieret facile, ſyllaba inſerta, *ſed malo orationem meam, quam me reſpui*; quomodo ſcripſiſſe videri queat Orationis huius Scriptor. GRVTERVS. Non puto hoc ſanum. Forte *requiri*, id eſt, deſiderari. Malo pauciora dicere, ut deſiderium relinquam mei, quam plura, ut taedium. ACIDALIVS. Nemo non tentavit hunc locum. Alii inſerunt; reponunt alii; cum res poſſit reſolutione unius litterae in duas vicinas clare componi. Lege, *orationem meam reſpici.* hoc eſt, deſiderium excitare ſui in iis, qui ſemel vel audiverunt, vel legerunt, ut denuo velint. *Reſpicimus* enim res, quas magni facimus, quod verbum ſeculi deinceps abuſu commune aeſtimationi factum. *Horatius* lib. I. Od. 2.

Sive neglectum genus, & nepotes
Reſpicis auctor.

Virgilius lib. XI.

Reſpice res bello varias, miſerere parentis.

Quod dixi, nos reſpicere res aeſtimabiles, apud *Tibullum* eſt libro I.

Tamen eſt deterrita numquam,
Quin fleret noſtras, reſpiceretque vias.

Virgilius:

Libertas quae ſera tamen reſpexit inertem.

Quod de aevo dixi, habes in Gloſſario Latino Graeco, quod videtur interpretari optime *Eumenium.* De cuius iſta correctione nolim dubitare. BARTHIVS. Adverſ XIV. 11. Locus hic ſane corruptus, nec ſibi ſententia conſtat. Placet coniectura *Acidalii*, legentis *requiri*, id eſt deſiderari. At lectionem non muto, cum in omnibus ſit *reſpui.* PATAROL. Ex omnibus hiſce nihil videtur certius coniectura *Modii*, quam firmat Cod. *Put. Gud.* & *Moerl.* in quibus eſt, *orationem meam brevem eſſe, quam reſpui.* Sententia ſatis eſt perſpicua, & plane eadem illi, quam, licet alia emendandi ratione uſus, extudit *Acidalius.* Auſus itaque ſum lectionem hanc in textum recipere, qui ſine ea, quo quo te vertas, plurimum difficultatis & obſcuritatis habebit. IAEGERVS. Pro *reſpui*, quod ſane minus placere poteſt, malim

4 Itaque primum illud compendium faciam, quod, cum omnes vos, invictiſſimi Principes, quorum concors eſt & ſocia maieſtas, debita veneratione ſuſpiciam, hunc tamen quantulumcumque tuo modo, Conſtantine, Numini dicabo ſermo-
5 nem. Vt enim ipſos immortales Deos, quamquam univerſos animo colamus, interdum tamen in ſuo quemque templo ac ſede veneramur; ita mihi fas eſſe duco, omnium Principum pietate meminiſſe, laudibus celebrare praeſentem.

Cap.

lim *reſtringi*, i. e. coerceri, adeoque nimia verborum copia moleſtam videri; aut *oratione mea* legendum cenſeo, & alius verbi infinitivum, quod mihi tamen nunc non ſuccurrit, circumſpiciendum. SCHENKIVS. Praefat. Tom. I. Ed. *Iaegerianae*. Quod ex Codd. protulit *Iaegerus*, quem in textu exprimendo ſum ſecutus, eſt quoque in *Voſſii* excerptis.

4. *Illud compendium*] Neſcio, an *compendii*. ACIDALIVS.

Quod cum] *Non quod omnes*, *Bertin.* Male. LIVINEIVS.

Omnes, invictiſſimi] *Omnes vos*, *Bertin. Cuſpin.* IDEM. *Vos* etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, quod ante *Gruterum* fuit neglectum, poſt etiam a *Rivino*.

Invictiſſimi Principes] Infra: *quamquam tu ad ſeniores Principes de ſumma Republ.*, *quid fieri placeret*, *retuliſſes*, &c. Intelligit Galerium Maximianum A., Severum, ac Maximinum, qui Galerio A. nepos ex ſorore, Caeſares. LIVINEIVS. Lege *invictiſſimos*. ACIDALIVS. Conſtantinus, Licinius, & Maximianus. BAVNE. Tum temporis una cum Conſtantino Imperatores erant Maximianus Galerius, & Maxentius. CELLARIVS. Maximianum Armentarium, Maximinum Dazam cognomento, intelligit, & Severum. PATAROL. Inſerto iam ex Codd. *vos*, *Acidalii* minus eſt coniectura opus.

Concors eſt & ſocia] *Concors & ſocia eſt* Vet. LIVINEIVS. Forte *conſors*. ACIDALIVS. Melius *concors*; alterum enim nihil a *ſocia* diſtat.

Suſcipiam] *Suſpiciam*. RHENANVS. *Suſpiciam*, Schedae *Langii*. Non placet. LIVINEIVS. Pro *ſuſpiciam*, quod eſt in *Lang.* & margine Ed. *Rhenan.* & *Steph.*, habent MS. *Moerl.* & *Gud.* & Edd. *ſuſcipiam*. Quod minus convenit h. l. Conſtat, voces *ſuſcipere*, & *ſuſpicere* in Codd. non numquam permutari. Itaque receptum iam a *Pariſ. Patar.* & *Cellar.* *ſuſpiciam* retinui, licet *Livineio*, neſcio qua de cauſſa, diſpliceat. IAEGERVS. *Suſcipiam* quoque *Voſſii* excerpta. Vulgatum praeſtat, non enim huc pertinent, quae de uſu τῦ *ſuſcipere* notata ſunt ſupra ad *Mamertin.* p. 9. de utriusque vocis confuſione dixi ad *Sedul.* II. 132. adde *Drakenb.* ad *Liv.* IV. 59. 14. XXIV. 40. 1.

Numini] Male deeſt in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis.

5. *Interdum in ſuo*] *Interdum tamen* Vet. PVTEANVS. *Tamen* non eſt in *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. hoc poſt *quamquam* recte omitti notavit *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth 35. 9. & Pater meus ad *Plinii* Paneg. 90. 6. ut retinuerim, fecit Codd., & *Schonhovii* excerptorum auctoritas.

Fas eſt omnium] Vet. *fas eſſe duco*. PVTEANVS. *Fas eſſe duco omn.* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Eſſe duco* etiam *Guelferb.*, *Voſſii*, & *Schonhovii* excerpta, primusque edidit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* reliqui.

Pietatem meminiſſe] Lege, *pietate meminiſſe*, quod ſatis probant ſequentia, *laudibus celebrare*. neque enim de Principum, ſed de ſua pietate hic verba facit Rhetor, qua Principum meminiſſe debeat. RITTERSHVSIVS. & CELLARIVS. Nihil certius, nihilque magis neceſſarium hac *Rittershuſii* emendatione; nihil porro facilius, & magis obvium eſt in MSS., quam litteram vocis alicuius primam praecedentis ultimae adhaerere, & ſic geminari. Poterat h. l. vitium quoque a dictantis pronuntiatione, vel a Librario perperam audiente oriri. IAEGERVS. *Cellarium*, in recipienda primum *Rittershuſii* coniectura, ſunt ſecuti *Patarolus*, & *Iaegerus*. Ipſe quoque retinui, praeſertim in ſuſpicionem ductus ita quoque legi in *Guelferb.*; ſaltem ad oram *Cellarianae* nihil pro varianti erat lectione enotatum. Ipſa hanc confirmat Auctoris ſententia, *pietate* enim *meminiſſe* eſt idem, quod modo dixerat, *animo colamus*.

Praeſentem] Ex his verbis hanc Orationem coram Conſtantino habitam fuiſſe patet. BAVNE.

1. *Fortaſſe neſciunt*] Haud mirum, ſi hodie inter Viros doctos controverſia eſt, utrum Conſtantinus in Britannia, an in Bithynia natus. Vtrum ex Eutropia, Claudii Imperatoris, aut eius fratris filia natus ſit. Siquidem vel Conſtantini ipſius tempore id multis ignotum fuiſſe ait *Eumenius*. BAVNE. Quamvis hoc aliis ſatis eſſet cognitum, Galli,

li,

Cap. II. A primo igitur incipiam originis tuae Numine, quod plerique adhuc fortaſſe neſciunt, ſed, qui te amant plurimum, ſciunt. Ab illo enim Divo Clau- 2
dio manat in te avita cognatio, qui Romani imperii ſolutam & perditam diſciplinam primus reformavit, immanesque Gothorum copias, Ponti faucibus & Iſtri ore proruptas, terra marique delevit; utinam diuturnior recreator hominum, quam maturior Deorum comes! Quamvis igitur ille feliciſſimus dies, proxima 3
re-

li, ad quos dicebat, hoc neſcire potuerunt. De Conſtantio non in Britannia nato vide ad Incertum Maximian. 4. 3.

2. *Manat in te*] Sic Panegyriſtes Gratiar. action. Conſtantino cap. 2. vocat Claudium *parentem Conſtantini: & nuper*, inquit, *ut media praeteream, Divum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias vocaverunt.* & idem cap. 4. *Zonaras* Tom. II. loquens de Claudio Imperatore: τού-του τοῦ βασιλέως Κλαυδίου θυγατριδοῦς ἦν Κώνστας ὁ Χλωρὸς, ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατὴρ. Sic *Euſebius* in Chronic. in fine. Legendum autem eſt *manat*, non *manet*, ut inveni in Cod. *Pulm.* PVTEANVS. *Manat*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *manat.* Sic fere infra: *iam tamen ab illo generis autore in te imperii fortuna deſcendit.* ACIDALIVS. Claudii Gothici frater Criſpus per filiam Claudiam avus fuit Conſtantii Chlori, proavus Conſtantini Magni, ut *Trebellius Pollio* vita Claudii ad Conſtantinum cap. 13. ſcripſit: ipſe vero Claudius Auguſtus liberos nullos habuit. De Auctoribus, qui Claudii nepotem dixerunt Conſtantium, diſſeruimus in Programmatum faſciculo, pag. 472. CELLARIVS. Vide annotata ad *Eumen.* Gratiar. act. cap. 2. PATAROL. De origine Conſtantini, ipſius iam aetate, ut hic videmus, multis ignota, in ſuperioribus dictum eſt. IAEGERVS. Conf. *Spanhem.* ad *Iuliani* Orat. I. p. 49. praeſertim Not. ad *Eutrop.* IX. 22. & infr. ad Grat. action. 2. 5. *Manet* eſt quoque in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis: forte de ſubiunctivo a *manare* cogitavit Librarius; vulgata tantum recta eſt.

Solutam & perditam] Male *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, *ſolutam eſſe & perd.*

Reformavit] Gallieno a gubernaculis ſubmoto. *Trebellius* Claudio: *Neque enim fas erat, eum tacere Principem, qui tantam generis prolem* * (deeſt quippiam) *qui bellum Gotthicum ſua virtute confecit, qui manum publicis cladibus victor impoſuit, qui Gallienum, prodigioſum Imperatorem, etiamſi non auctor conſilii fuit, tamen ipſe imperaturus bono generis humani, a gubernaculis publicis depulit.* Auctor Gratiar. action. pro Flavienſibus: *Quod ſi vobis, & conatibus Aeduorum Fortuna faviſſet, atque ille Reip. reſtitutor implorantibus ſubvenire potuiſſet*, &c. ibi vide. LIVINEIVS. Fuit enim bellica diſciplina ſeverus. PATAROL. De voce *reformare* vid. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 14. 4.

Gothorum copias] *Euſebius* in Chron. *Claudius Gothos, & Macedoniam vaſtantes ſuperat, ob quae in Curia clypeus & aureus, & in Capitolio ſtatua aurea collocata eſt.* PVTEANVS. Claudius hoſtium exercitum, ex variis gentibus conflatum, claſſem vero amplius mille navibus conſtantem plane delevit. Caeſa in eo bello Gotthorum trecenta viginti millia. *Trebellius Pollio*, & numi CLAVDIO AVG. GOTTHICO. BAVNE. Vid. *Zoſim.* lib. I. pag. 652. *Sylb.* IAEGERVS. De *Gothici* titulo, ex hac victoria accepto, agit *Spanhem.* Vſu Numism. T. II. p. 636.

Poteſtati faucibus] *Ponti fauc.* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Lege apud *Suidam* in Σκύθαι, quae e *Zoſimo* Hiſtoriar. I. contracta ſunt, ex eoque aliquot locis emendanda. LIVINEIVS. *Ponti faucibus* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Non improbo. RITTERSHVSIVS. *Ponti* etiam *Guelf.* & *Voſſii* excerpta; *poteſtati* ſine ullo ſenſu idoneo dederat *Livineius*, qui tamen ipſe hoc ineptum iudicat ſupr. ad Noſtr. Conſtantio 2. 1.

Iſtri ore] Vet. *ora.* PVTEANVS.

Maturior Deorum comes] Nam duos tantum circiter annos imperavit, nempe a Kal. Apr. an. Chr. CCCIV. ad Kal. Aug. an. CCCVI. *Idatius.* BAVNE. & CELLARIVS. In imperii annis errare *Baunium*, non eſt, quod moneam; dudum enim A CCCIV. iam mortuus erat Claudius, Imperator ab anno CCLXVIII. & per breve tempus; *Deorum comes* eſt Divus, qui honor praeclaras propter virtutes ipſi eſt habitus, in Claudio non ex adulatione, ſed vero celebratas, de quibus *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 51. Convenit illud *Horatii* I. Od. 2. 45.

Serus in caelum redeas.

3. *Proxima religione*] Quae *proxima* illa *religio*? Nemo docet; nec poterit ſane ullus, cum omiſ-

religione celebratus, imperii tui natalis habeatur, quoniam te iſto habi-
tu primus ornavit, iam tamen ab illo generis auctore in te imperii fortu-
4 na deſcendit. Quinimo ipſum patrem tuum vetus illa Imperatoriae do-
mus praerogativa provexit, ut iam ſummo gradu, & ſupra humanarum re-
rum

omiſſa vocula in ſimilibus alterius litteris obhaereat. Scribendum enim: *ille feliciſſimus dies Diis proxima religione celebratus.* Notum ingenium erroris iis, qui vel ſemel has literas tractarint. Par illud *Claudiani:*

Diis proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira movet.

BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. Senſus eſt: Quamvis feliciſſimus ille inaugurationis tuae dies, magna populorum pompa, & acclamatione celebratus ſit, tuique imperii natalis eam ob rem habeatur, quod tum primum Imperatorio habitu ornatus prodieris; iam tamen antea a Conſtantio tuo parente imperandi ius, & fortunam acceperas. BAVNE. *Proxima religione celebratus* eſt nuper, ſive biennio, ante hanc Orationem habitam, quo A. CCCVII. Conſtantinus factus erat Auguſtus. Conf. ad Incertum Maximian. 1. 1. nulla igitur *Barthii* emendatione opus eſt, ipſi etiam Auctoris menti contraria, cum dies ille non a Diis, ſed civibus fuerit celebratus.

Natalis] Dies, quo Princeps imperium ſuſceperat, *natalis* quoque dictus fuit, probe diſtinguendus a natali vitae. *Spartianus* de Hadriano, quem IX. Kal. Febr. natum dixit, refert cap. 4. non ſolum *quinto Iduum Auguſti die natalem adoptionis*, verum etiam *tertio Iduum earumdem natalem imperii inſtituiſſe celebrandum.* CELLARIVS. Conf. *Schwarzium* Proleg. ad *Mamertin.* Genethl. p. 73. ad *Plin.* Paneg. 92. 4. *Heuman.* ad *Lactant.* M. P. 44. 7.

Imperii fortuna] Vox *imperii* abeſt Cod. *Moerl.* IAEGERVS. Etiam in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis; male. Conf. *Waſſe* ad *Salluſt.* Catilin. 42.

4. *Quinimo patrem tuum*] *Ipſum patrem tuum*, *Bertin.* LIVINEIVS. Imo & Conſtantium, veſtrae domui traditum ab eo tempore, ius imperii ad eum honorem provexit, ut poſt duos familiae tuae, nempe Claudium, & Conſtantium, tertius Imperator fieres. BAVNE. Pro *quinimo* in *Guelferb.* eſt, *quis enim omnino ipſum patrem tuum*, in *Voſſii* vero excerptis, *quis enim immo ipſum patrem tuum.* forte ſcripſit: *quid enim? imo ipſum patrem tuum.* Ex his Codd. & *Bertin.* verborum ordinem mutavi, cum in Editis legatur, *patrem tuum ipſum.*

Conſiſteres] Deeſt in *Guelferb.*

Familiae tuae tertius] *Tuae Principes* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Id eſt, e familia tua, & maioribus Auguſtos, & Imperatores, ne quis erret. Conſtantius quidem, Diocletiano ac Maximiano ſponte imperio defunctis, e Caeſare cum Galerio Maximiano factus eſt Auguſtus. LIVINEIVS. Claudium atavum, & Conſtantium Patrem. PATAROL. *Principes* omiſſum fuit ante *Gruterum*, & deinde a *Rivino*, tuentur illud Codd. etiam *Guelferb.*, *Voſſii*, & *Schonhovii* excerpta, & *Puteaneus* in ſeq. obſervat.

Tertius Imperator] Vet. *Princeps Imperator.* PVTEANVS. Ita in Edit. *Pariſienſi* varians ex *Puteaneo* lectio eſt notata, ſed in meis, quas ex eo Cod. habeo, legitur, *tuae principes tertius Imperatoris.*

5. *Participes maieſtatis*] In *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis eſt, *principes maieſtatis.* male.

Quod Imperator es] Trunca illa, quae non expleo ſine libris. Voculam de ſententia immittam, *quod natus Imperator es.* Infra illico: *imperium naſcendo meruiſti.* LIVINEIVS. An non & reliqui Imperatores? quomodo igitur participes maieſtatis? Sententia vult addi, *quod Imperator natus es.* Paulo poſt: *imperium naſcendo meruiſti.* ACIDALIVS. Scitum omnibus de ea nobilitate loqui *Eumenium*, quae ſimul cum nativitate dederit imperium; itaque inſerunt *Livineius*, & *Acidalius*, homines ingenioſi, τὸ *natus.* Sed cogitandum erat, voculam *es* tantumdem inferre, & quidem acute, cum non prius *eſſet* Conſtantinus, quam ſimul Imperator quoque; in lucem enim ſtatim felix venit, & ea, quae alii vix totius vitae laboribus conſequuntur, iam domi parta ſuſcepit, ut mox loquitur Noſter. Atque de nulla ego minus dubito, quam hac lectione, quae acumen affectet in conciſa ſtatione maius, quam facile videas, vel explices. Vt enim alii diceretur *homo es*, ſic huic *Imperator es.* BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. Id eſt, quod re ipſa Imperator, & quod habeas a natura, ut Imperator ſis. Lubenter voculam adderem, quam deeſſe ſuſpicati ſunt *Livineius*, & *Acidalius*, *quod Imperator natus es;* nam paulo poſt, *imperium naſcendo meruiſti.* Sed deeſt

rum ſata conſiſteres, poſt duos ſamiliae tuae Principes tertius Imperator. Inter omnes, inquam, participes maieſtatis tuae hoc habes, Conſtantine, praecipuum, quod Imperator es, tantaque eſt nobilitas originis tuae, ut nihil tibi addiderit honoris imperium, nec poſſit fortuna Numini tuo imputa-

deeſt veteris Codicis auctoritas. BAVNE. Haec ſi mens Rhetoris, errore abſolvi nequaquam poteſt. Nam Conſtantinus Magnus natus eſt Patre nondum Caeſare, nedum Auguſto, ut vel inde patet, quod cum Diocletianus & Maximianus eum, nec non Galerium adoptaſſent, & Caeſares fecisſent, ſimul voluerint, ut nuntium uxoribus remitterent, Galeriusque duceret Galeriam Valeriam Diocletiani, Conſtantius repudiata, ſive uxore ſive concubina, Helena, ex qua ſuſceperat Conſtantinum Magnum, Maximianam Theodoram, Maximiani filiam, vel, ut *Aurelius Victor* ſcribit, privignam. Crediderim quapropter eum ita loqui, quia Pater poſtea Imperator factus eſt, & natu maximum ſuccedere debere exiſtimaverit, licet ante regnum genitus ſit, quo ſpectant illa, *naſcendo* eum *imperium meruiſſe*. Hodie Rex, vel Princeps, a patre eadem dignitate praedito ſuſceptus, vulgo *Rex*, vel *Princeps natus* vocatur, id eſt, qui honores illos ipſa nativitate conſequitur, quomodo *Ovidius* ex Ponto lib. II. Ep 3 eleganter *natum amicum* dixit, qui genitus eſt patre, cum quo amicitiae iura colebat:

Movit amicitiae tum te conſtantia longae,
Ante tuos ortus quae mibi coepta fuit.
Et quod erat aliis factus, mibi natus amicus:
Quodque tibi in cunis oſcula prima dedi.

Huiusmodi autem titulo ſuperbit Aurelianus, in rariſſimo & unico nummo, quem edidit Ampliſſimus, & Doctiſſimus *Spanhemius* Diſſert. V. de Vſu & Praeſt. Num. In una area nobis conſpiciendus datur ipſe Imperator cum inſcriptione, DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. in altera binae figurae coronam tenentes, & RESTITVT ORBIS. Neque tamen eo ſenſu accipi ullo modo poteſt, quia obſcura familia Sirmii Pannoniae, matre tamen ſacerdote templi Solis fuit procreatus, uti teſtatur Callicrates Tyrius apud *Flavium Vopiſcum*. Quid igitur? Videtur indicare Aurelianus, ſe fatis datum *Dominum* Romanis, ſe a Diis deſtinatum eſſe Imperatorem, quod firmant varia auſpicia, quae puero ipſi, & matri, divinationis non imperitae, oblata fuerunt, atque ab eodem Auctore peti poſſunt. CVPERVS. Obſerv. IV. 1. Hoc *natus* abeſt a libris; neceſſarium vero, ut vel ipſum, vel ſimile inſeratur, quia Imperatorem eſſe non erat *praecipuum* Conſtantino, ſed cum aliis commune. Id autem tum temporis *praecipuum*, quod Pater ipſius etiam Imperator fuerat. Quamvis enim natus fuerat ante, quam Pater ad imperium eveheretur, tamen & cap. 3. mox Auctor dicit, *imperium naſcendo meruiſti*. CELLARIVS. Hanc vocem *natus*, quae etiam a MS. *Moerl.* abeſt, *Cellarii* exemplum ſecutus, textui, uncis incluſam, inſerui. IAEGERVS. Livineii, *natus* inſerentis, coniecturam tacite in textum admiſit *Patarolus*, uncis autem incluſam *Cellarius*, & *Iaegerus*. Eſt tamen fidei Hiſtoricae adverſaria, quia, cum naſceretur Conſtantinus, Pater ipſius nondum erat Caeſar, nedum Imperator, idemque *Barthii* arguit interpretationem. *Cuperi* explicatio vera eſt in loco ex cap. 3. hic vero, ut mihi quidem videtur, ab *Eumenii* mente aliena. Itaque ex Codd. textum dedi, ſcripſiſſe vero Auctorem arbitror, *quod Imperator ortus es*. poſterior ſyllaba in *Imperator*, & ſequens *es* illud *ortus* abſorpſit. *Oriri* ſcilicet is dicebatur, qui Caeſar, aut Auguſtus erat factus. Vid. ad *Mamertin.* Paneg. 6. 2. in Conſtantino autem hoc fuerat ſingulare, quod non antea, ut alii, Caeſar, ſed ſtatim a Patre in Britannia factus fuerat Imperator; erat itaque *ortus Imperator*, id eſt, ſtatim factus Auguſtus, ita ut, quod mox addit, *nihil ipſi addiderit honoris imperium*. Non alia ratione Incertus Maximian. 1. 1. *Conſtantine, oriens Imperator*. ibid. 4 3. *tu* (Conſtantine) *etiam nobiles illic oriendo feciſti*. ad quae loca pluribus vide, etiam de ratione, quare poſtea demum Auguſtea fuerit collata dignitas. —— Ceterum inde *ab hoc habes* usque ad *ut nihil*, omnia deſunt in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis.

Originis tuae] In Cod. *Moerl.* legitur *generis tui*. IAEGERVS.

Numini tuo] Forte *ſuo*. LIVINEIVS. Id eſt, beneficii inſtar tibi dare. Fortaſſe legendum fuerit, *Numini ſuo*, id eſt, ut Fortuna ſibi aſcribere non poſſit, quod tuum iam erat, quod tuis natalibus debebatur citra ambitum, & populi ſuffragia. BAVNE. *Suo* probaſſe videtur *Barthius*, ad *Claudian.* Laud. Stilicon. I. 363. ita locum excitans. Vulgatum eſt in Codd. & recte. *Imputare* enim his Scriptoribus eſt beneficii loco habere;

tare, quod tuum eſt omiſſo ambitu, & ſuffragatione.

Cap. III. Non fortuita hominum conſenſio, non repentinus aliquis favoris
2 eventus te Principem fecit. Imperium naſcendo meruiſti. Quod quidem mihi Deorum immortalium munus & primum videtur, & maximum, in lucem ſtatim venire felicem, & ea, quae alii vix totius vitae laboribus conſequuntur, iam
3 domi parta ſuſcipere. Quamvis enim magna ſit & admiranda felicitas, quae ſtipendiis in ordinem meritis, & militiae gradibus emenſis, ad faſtigium iſtud maie-

ſententiam igitur recte conſtituit *Baunius*. ita apud *Pacatum* Paneg. 40. 2. *ut non poſſint ſe tibi inputare ſucceſſus*, id eſt, ut tibi tamquam beneficium a ſe praeſtitum adſcribere nequeat Fortuna, quod res bellicas ita feliciter adminiſtraveris, ſive, quae *Baunii* quoque illic eſt interpretatio, caſibus nihil debeas.

Quod tuum eſt] Hoc eſt, quod uni tibi, & natalibus debes, citra ambitum, aut tuorum ſuffragia. Et tamen, Conſtantio mortuo, cunctis, qui aderant, annitentibus, ſed praecipue Eroco, Alamanorum Rege, auxilii gratia Conſtantium comitato, imperium recepit. Epitome *Sext. Victoris*. Addit *Zoſimus* Hiſtoriar. II. Praetorianos Conſtantii, qui e iuſtis liberis (intelligit, qui e Theodora, Herculii privigna) parem regno haberent neminem, apto & idoneo viſo Conſtantino, ſimul ſpe erectos largitionum, Caeſaris ei dignitatem contuliſſe. LIVINEIVS. Lege *imputare*, *quod tuum eſt omiſſ.* ACIDALIVS. Videtur voluiſſe *Acidalius*, comma poſt *eſt* delendum.

Omiſſo habitu] Vet. *ambitu*. PVTEANVS. *Omiſſis ambitu*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Omiſſis ambitu & ſuffragatione*, *Bertin. Langii* Sched. *Cuſp.* utrumque *Rittershuſio* probum. ACIDALIVS. Quibus ad imperium perveniebant, qui non nati erant Imperatores. PATAROL. Pro *omiſſis*, quod in *Lang.* & *Bert.* Cod. eſſe teſtatur *Livineius*, & exhibent Edd. nonnulli, repoſui *omiſſo*, ut eſt in *Rhenan. Stephan.* ac *Gud.* & *Moerl.*, a quibus non multum abludit *Cuſp.* praeferens *omiſſio*; & erravit *Livineius*, cum ſcriberet illud *omiſſis* etiam in *Cuſp.* inveniri. Ineptam vocem *habitu*, quae in nonnullis pro *ambitu* legitur, conſentientibus *Bert. Lang Cuſp. Schonbov. Put.* & *Moerl.* iam damnavere *Pariſienſes*, *Pat.* & *Cellarius*. IAEGERVS. *Omiſſis ambitu* primum recepit *Gruterus*; recte in *ambitu*, quod etiam eſt in *Voſſii* excerptis, ſunt adſtipulati ſequentes, in *omiſſo* tamen *Iaegerum* ſequor, propter Codd. & *Voſſii* excerptorum auctoritatem, idemque poſt *Gruterum* exhibuit *Rivinus*.

1. *Hominum conſenſio*] *Guelferb. confeſſio*, quod videtur eſſe *confeſſio*. Vulgatum melius. infr. 8. 2. *univerſus in te conſenſit exercitus*.

Favoris eventus] Delicata eſt coniectura *Bongarſii*, ſubſtituentis *favoris ventus*. Sic *ventum popularem*, *ventos concionum* legimus apud *Ciceronem*. GRVTERVS. & BAVNE. Inanis, mea ſententia, eſt divinatio illorum, qui legere malunt *ventus*. PATAROL. *Bongarſii* coniecturam ſolus, & tacite in textum admiſit *Cellarius*; id contra Codd., qui *eventus* etiam habent, omnesque reliquas Edd. non ſum auſus, unde priſtinam quoque lectionem ſecutus eſt *Iaegerus*. *Eventus favoris* eſt, ut *eventus temeritatis* apud Noſtr. Conſtantio 18. 3.

Naſcendo meruiſti] I. e. conſecutus es. Sic *Plinius* Epp. I. 8. 14. ubi vid. *Caſaubon. Claudian.* in Eutrop. l. 175. ſq.

Qui nihil optaſſet plus libertate mereri,
Iam iam diſſimulat dominos.

Vid. *Geſner.* ad h. l. & *Koenig.* ac *Schoettgen.* ad *Iuvenci* Hiſt. Euang. III. 496. Nec tantum modo a Scriptoribus ſequioris aetatis, ſed Auguſti iam aevo hac ſignificatione uſurpatum videtur verbum illud. *Propertius* III. 22. 9. ſq de tabellis amiſſis:

Qualeſcumque mihi ſemper manſere fideles,
Semper & effectus promeruere bonos.

IAEGERVS. Conf. de illo uſu *Burman.* ad *Virgil.* Aeneid. IV. 348. *Buneman.* ad *Lactant.* Inſtit. V. 23. 5. *van Dorp* Obſerv. p. 29. & me ad *Sedul* I. 331. ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 16. eſt quoque ſupra in Paneg. Incerti Maxim. 5. in ſin. Veram autem huius loci interpretationem pete ex notatis ſupr. ad cap. 2. 5.

2. *Felicem venire*] *Venire felicem* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, quem ordinem reſtitui, omnibus neglectum.

Vitae lobribus] Vet. *laboribus*. PVTEANVS. Vitium illud typographicum in Ed. *Rhenani* ſimili modo emaculant *Schonbovii* excerpta.

3. *Et-*

ieſtatis adſcendit, & ſolis virtutis nixa radicibus ad tantae potentiae robur invaluit; quod quidem etiam tu, quantum per aetatem licuit, conſecutus es, &, quamvis te ſuper omnes adquirendae gloriae moras fortuna poſuiſſet, creſcere militando voluiſti, & adeundis belli periculis, ac manu cum hoſtibus etiam ſingulari certamine conſerenda, notiorem te gentibus reddidiſti, cum non poſſes eſſe nobilior; magnum, inquam, eſt, ab ſe profectum ad maxima pervenire; 4
longe tamen aliud eſt, niti per ardua, & iuga montium petere e plano, aliud, ipſa

3. *Etiam magna*] Vet. *enim magna*. PVTEANVS. *Enim* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Hoc propter Diocletianum & Maximianum Imperatores, quibus non alia ad imperium aditus, quam virtute, uſuque bellorum. LIVINEIVS. Dictum illud in Diocletiani gratiam, qui tum privatus Salonae vivebat. Ita enim ille ad imperium promotus fuerat. BAVNE. *Enim* quoque *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, idque poſt *Gruterum* recte omnes retinuerunt praeter *Rivinum*.

In ordinem meritis] Forte, *ſtipendiis ordine emeritis*. ACIDALIVS. Magis *Stewechii* ad *Arnob.* adverſ. Gent. I. p. 62. coniecturam probo, *in ordinem emeritis*; ſaltem *emeritis* vulgatae praeſtare oſtendit ſequens *emenſis*.

Virtutis] *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, *virtutibus*: male; oportune vulgatum comparavit *Gothofredus* cum Conſtantini verbis in L. 1. C. *Theod.* de Famil. erciſc. *ſolis nixae radicibus voluntatis*. Locutionem *radicibus niti* confirmavit *Burman.* ad *Quinctil.* T. I. p. 34.

Tantum potentiae robur] Vet. *tantae*. PVTEANVS. Et *Moerl.* habet *tantae potentiae*. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, quod propter tot Codd. auctoritatem praetuli.

Invaluit] An *coaluit?* Vid. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 8. 2. & Paneg. Incerti Maximian. 2. 2.

Per aetatem] Quo tempore dicta eſt haec Oratio, non multum aetatis egiſſe Conſtantinum credibile eſt; nam paulo poſt Patris ipſius obitum dictam puto. Tunc autem agebat ipſe aetatis annum trigeſimum ſecundum circiter. PATAROL. Non puto *aetatem* ad tempus Orationis dictae referendam, tum enim ſcripſiſſet *liciet*, aut *licat*, ſed ad id, quo res illas geſſit, quas innuit. *Per aetatem* eſt propter aetatem, ut in ſimilibus exemplis apud *Burman* ad *Sueton.* Tiber. 52.

Super omnes] *Supra*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Pro *ſupra*, quod in ſolo *Cuſp.* invenit *Livineius*, amplexique ſunt *Pariſ. Patar.* cum *Cellario*, ceteri, quos vidi, omnes *ſuper*; quod nec ipſum damnandum. IAEGERVS. *Super* reddidi, quod eſt in Codd. etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis.

Fortuna poſuiſſet] In *Guelferb.* eſt, *fortunae poſuiſſes, creſcere*; in *Voſſii* excerptis, *fortunae potuiſſes credere.* in illa lectione obſtant praecedentia, *adquirendae gloriae*, niſi velis eſſe caſum tertium.

Singulari certamine] A Galerio Maximiano A., cui Pater obſidem eum dederat, Sarmatico proelio ducem, armatura inſignem, iuſſus invadere. Quem aggreſſus, ſublatum vivum ad Auguſtum detulit. Auctor *Zonaras* Annal. II. Tu adi locum, mi Lector. LIVINEIVS. & BAVNE. Cum Sarmatarum duce, quum adhuc obſes eſſet Patris apud Galerium. Anonymus de Conſtantio, & Conſtantino, quem *Valeſius* cum *Ammiano* edidit: *Hunc* (Conſtantinum) *Galerius obiecit ante pluribus periculis. Nam & in Sarmatas iuvenis equeſtris militaris ferocem barbarum, capillis tentis raptum, ante pedes ſupplicem Galerii Imperatoris adduxerat.* adde *Zonaram* T. II. pag. 246. itidem narrantem, quod & Galerius ſic προσέταξε, *mandaverit*, & Conſtantinum Sarmatarum ἀρχηγὸν ἀρπάτας ζῶντα τῷ Γαλλερίῳ προσεκόμισε, *ducem, vivum comprehenſum, ad Galerium adduxerit.* CELLARIVS. *Et ſingulari* eſt in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, praeterea *conſerendo* in *Guelf.* vitioſe. —— Mox *notiorem*, & *nobilior* ita diſtinguit *Abramus* ad *Ciceron* pro Coel. 13. ut illud ad facta pertineat, hoc ad familiae ſplendorem.

4. *Inquam eſt*] *Quidem eſt*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. In *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, voce tranſpoſita, *eſt, inquam*.

Ab ſe profectum] Alii *provectum*. RHENANVS. Vet. *provectum*. Recte. PVTEANVS. Excutiant acutiores, unde iſtud membrum huc pervenerit. nam mihi quidem gloſſam reſipere videtur; ſane non reſpondet ei *quamvis*, ſupra poſito, a quo iſthaec ſequentia pendere debebant, *longe tamen*. GRVTERVS. Non *provectum*. Vide, quae ad *Vellium* notavi. ACIDALIVS. Bene Vir doctiſſimus haec habet de gloſſa ſuſpecta. Melius vero coibunt ſuperioribus, ſi leges: *magnum, inquam, ſit ab ſe*, &c. Nam ſupra dixit, *quamvis enim magna ſit, & admiranda felicitas*, &c. Sed & illa

ipſa ortus ſui ſublimitate fultum, verticem tenere fortunae, &, quae ſumma ſunt, non ſperare, ſed habere.

Cap. IV. Sacrum iſtud palatium non candidatus imperii, ſed deſignatus in-
2 traſti, confeſtimque te illi paterni lares ſucceſſorem videre legitimum. Neque enim

illa *ab ſe* ſuſpecta ſunt. Malim autem *abs ſpe*, quod humilitatem notat originis. Sic poſt pauca de contraria felicitate; *verticem tenere fortunae, &, quae ſumma ſunt, non ſperare, ſed habere.* Humilis autem origo nec ſpem imperii habet. Si qui aliter iudicabit, acumen ſententiae aptum explicet; nos non inviti dabimus manum. BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. Ἀνακολουθία eſt ſatis manifeſta, cuius tamen exempla, praeſertim cum poſt interiectionem longiorem, (qualis hic eſt a verbis, *quod quidem etiam tu*, &c. usque ad *poſſes eſſe nobilior*) ad priora redeunt, optimi etiam Scriptores praebent. Vid. *Ciceron.* de Orator II. 64. Orat. pro domo ſua ad Pontif. 57. & Tuſcul. Quaeſt. II. 1. add. *Quinctilian.* VIII. 2. 15 & *Gataker.* ad *Antonin.* 3. §. 4. p. m. 92. Eſt vero, praeter medelam *Barthii*, & alia ratio huius loci explicandi, mutata ſcilicet interpunctione, & lectione hunc in modum: *Quod quidem mihi Deorum immortalium munus & primum videtur, & maximum, in lucem ſtatim felicem venire, & ea, quae alii vix totius vitae laboribus conſequuntur, iam domi parta ſuſcipere; quamvis etiam* (ſic pro *enim*, quod eſt in Codd. *Livin. Bert. Put. Moerl.* & Edd., habent alii) *magna ſit & admiranda felicitas, quae ſtipendiis in ordinem meritis, & militiae gradibus emenſis, adfaſtigium iſtud maieſtatis adſcendit, & ſolis virtutis nixa radicibus ad tant. pot robur invaluit. Quod quidem etiam tu —— eſſe nobilior. Magnum inquam* (vel *quidem*, ut illius loco eſt in *Bert.*) *eſt, ab ſe profectum ad maxima pervenire*, &c. Qua ſit eundum Ipſe tibi monſtret ductor Atlantiades. IAEGERVS. In *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis eſt *abs te*, quod non probo, quia non ad ſolum Conſtantinum, ſed generatim quoscumque pertinet elocutio. Mihi quidem ita cohaerere videtur ſententia; duo in praecedentibus monuerat, primum, maximum eſſe, in lucem venire felicem, deinde, per ſtipendia emerita, & virtutem ad maieſtatis faſtigium adſcendere: utrumque iam repetit, & velut coniungit, poſita una regula, magnum eſſe a ſe profectum ad maxima pervenire; *a ſe profectus* eſt, qui vel in lucem ſtatim felix venit, vel ſua ſibi virtute aditum ad maxima parat; uterque enim non fortuita hominum conſenſione, aut repentino favore, ut in principio dixit, ad tantum honorem adſcendit, ſed ſua ipſius felicitate, & virtute. At vero eamdem regulam in duas mox partes dividit, & utriusque hominis diſcrimen tangit, ut aliud ſit niti per ardua, id eſt, virtute ad maxima pervenire, aliud, ipſis natalibus & origine verticem fortunae tenere. Ita non anacolutho opus erit, cuius exemplis apud *Iaegerum* adde, quae dedit Theologus admodum eruditus, *Abreſchius* meus Paraphr. ad Epiſt. ad Hebraeos cap. 2. p. 105. De confuſione vocum *provectus* & *profectus* vid. *Gronov.* ad *Liv.* XXII. 20. Patrem meum ad *Plinii* Paneg 95. 4. & ibid. *Schwarzium* in ſua Edit. & ad cap. 65. 3.

Patere plano] Alii *petere plano*. RHENANVS. Forte *petere e plano*. LIVINEIVS. Alii *petere*. Lege *petere e plano*. ACIDALIVS. *Livineii* emendationem ſecutus ſum. Sententia eſt: Magnum eſt hominem, origine ſua clarum, ad ſupremas dignitates aſcendere: maius eſt, hominem e plebe ad ſummos honores ſeſe erigere. In *Puteana* Editione eſt, *patere plano*. BAVNE. *Petere e plano*; Haec eſt *Livineii* emendatio; vulgo *patere plano*; nullo ſenſu. Pro *patere* iam in ora Ed. *Rhen.* a *Schonhovio*, itemque in margine *Stephan.* adſcriptum eſt *petere*, quod etiam exhibet Cod. *Moerl.*, & recte, meo quidem iudicio, recepit *Baunius*, *Patar.*, & *Cellarius*. IAEGERVS. Etiam *petere Guelferb.* unde facile praepoſitio *e* in poſteriori latere ſyllaba potuit.

Ortus ſui] Vocem hanc puto reſtituendam hoc ſenſu *Ovidio* Triſt. II. 109.

> *Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo*
> *Clara, nec ullius nobilitate minor.*

patrio aevo nemo facile explicuerit; *Burmanno* in mentem venerat *arvo*, mihi *ortu*, ut ibid. vs. 115. ſuam domum dicit Poeta, *vel cenſu parvam, vel ortu.*

Tenore fortunae] *Tenere*. RHENANVS. Vet. *cernere*. PVTEANVS. *Tenere*. Apage *tenore* ACIDALIVS. Cod. *Put.* habet *verticem cernere*, quod minus placet. IAEGERVS. Pro vitioſo *tenore* recte *tenere* recepit *Livineius*, quem *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti, comprobantibus hanc lectionem *Guelferb* & *Schonhovii*, & *Voſſii* excerptis. Recte *cernere* ex *Puteaneo* reie-

enim erat dubium, quin ei competeret hereditas, quem primum Imperatori filium fata tribuiſſent. Te enim tantum ille & Imperator in terris, & in caelo Deus, in primo aetatis ſuae flore generavit, toto adhuc corpore vigens, illa praeditus alacritate, ac fortitudine, quam bella plurima, praecipue campi videre Vin-

reiecit *Iaegerus*, quod vel ſequens *habere* oſtendit. *Mamertin.* Genethl. 14. 2. *verticem teneat.*

Sperare] Recte. Forte tamen *ſuperare.* ACIDALIVS. Quid vero illud *ſuperare?* ſi quid video, plane a ſententia alienum, qua recte *ſperare*, & *habere* opponuntur.

1. *Intraſti*] Iam Conſtantius te ſibi haeredem deſtinarat, cum aut te ex Italia ad ſe evocavit, aut ad eum ipſe accurriſti. BAVNE.

2. *Primum Imperatori filium*] Incertus in Maximianum & Conſtantinum: *Cum talem hunc filium tuum* (ſermo eſt ad Conſtantium) *qui te primus patrem fecit, in imperii tui poſſeſſione idem pater, idem ſocer, idem Imperator induxerit.* Addo & unicum quoque, ut mox dicet, ex Helena quidem, nam caeteri eius, qua fratres, qua ſorores e Theodora, Herculii A. privigna. LIVINEIVS. Quem primum ex Helena ſuſcepit, cum eſſet in primo aetatis flore, antequam Theodoram, Maximiani filiam, coniugem accepit. BAVNE. & PATAROL. Conf. Excerpta poſt *Ammian. Marcell.* p. 710.

Tantum, ille &] In plerisque Edd. poſt *tantum* erat diſtinguendi ſignum. *Iaegeri* illud exemplo omiſi; quid ſi interpungas? *tantum ille, &.*

Aetatis ſuae flore] Incertus Maxim. & Conſtantino: *Divi, inquam, Conſtantii filium, in quem ſe prima illius iuventa transfudit.* PVTEANVS. Anno ſcilicet aetatis ſuae circiter vigeſimo quarto. PATAROL. Conf. *Baunium* in Vit. Conſtantii Chlori ſupr. p. 231.

Toto adhuc] *Adhuc toto*, *Bertin.* LIVINEIVS.

Quamquam bella] Hic locus male habet; forſan legendum, *quam bella.* RHENANVS. Vet. *quam bella.* PVTEANVS. *Qua cum bella*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Hic locus male habet: forſan legendum, *qua cum bella geſſit.* RIVINVS. *Qua cum* etiam *Schonbovii* excerpta, atque in his *cum* eſt praepoſitio; alii, qui mox *tum* inſeruerunt, pro adverbio habuerunt. Dedi *quam* ex *Puteaneo*, *Guelf.* & *Voſſii* excerptis, *Rhenani* coniecturam egregie confirmantibus; ſed de vera huius loci lectione mox latius vide. Ante *Gruterum* editum eſt *quamquam*, quod retinuit etiam *Rivinus.*

Plurima praecipue] *Tum praecipue*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Tum* abeſt a *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, primusque inſeruit *Gruterus*, ni fallor, quia *qua cum* receperat, cui hoc recte reſpondet. Secuti ſunt eum, praeter *Rivinum*, reliqui. Iterum eieci; conſilii ratio ex ſeq. obſervatione patebit.

Campi Vindonis idonei] Hic locus male habet: forſan legendum, *campi Vindonis idonei teſtes declararunt*, aut ſimile quippiam. RHENANVS. Sic Vet. *quam bella pl. pr. ca. videre Sydonii. Pulm.* *qua cum bella plurima pr. campis Vindonis geſſit.* Sequor tamen potius *Pith.* & *Fabr.* *quam bella plurima, praecipue campi videre Sydonii;* haud dubie vox *idonei* corrupta ex voce *Sydonii*, vel *Vindonis; Vindonis* meminit hoc Panegyrico cap. 6. PVTEANVS. *Campi Vindonis geſſit*, *Langii* Schedae, *Cuſpin.* Forte *campis. Videris* pro *Vindonis* corrupte eſt in *Bertin.* Infra *Vindoniſſae* Vet. *Bertin.* exhibent in hac ipſa hiſtoria, ut exiſtimo. Atque hic equidem lubens ſic reſcribam, niſi ſi *Vindoniis*, aut *Vindoneis* ex editae lectionis veſtigiis probamus. Sed in *Taciti* quoque Hiſtoriar. IV. cohortium, alarum, legionum hiberna lego, quae Mogontiaci, ac Vindoniſſae ſita. LIVINEIVS. *Tum praecipue campi Vindonis geſſit*, ſic libri meliores. nam deinde impreſſi, *fortitudine quamquam bella plurima praecipue campi Vindonis idonei. Inde* &c. Poſſet tamen adhuc, litera adiecta, ſcribi, *campis Vindonis*, ut etiam placebat *Livineio.* GRVTERVS. Infra *Vindoniſſae. Vindonus*, ſeu *Vindoniſſa* urbs in Helvetia, ad Ambronicum pagum, propter Arolam fluvium, nunc *Windiſch.* BAVNE. *Vindoniſſa* oppidum Helvetiorum, *Tacito* laudatum Hiſtor. IV. 61. & 70. cuius reliquiae in Bernatium vico *Windiſch* viſuntur. Circa Vindoniſſam *campi* fuere *Vindoni*, ſive, ut mox cap. 6. vocantur, *Vindonis campi*, in quibus Conſtantius Germanos clade maxima adfecit. CELLARIVS. Hic ſcripturae mendum eſſe communiter creditur. Neſcio, an Noſter Vindoniſſam intelligat, quae fuit olim, ubi nunc fere pagus *Vindiſch* in Helvetiis. Non longe ſane ab eo loco Conſtantius victoriam retulit de Germanis. PATAROL. In *Rhenan. Steph. Livin.* legitur, *quamquam bella plurima praecipue campi Vindonis idonei.* Cod. *Gud.* & *Put.* habet, ſatis bene, excepta voce ultima corrupta, *quam bella pl. pr. ca. videre Sydonii*,

3 Vindoniſſae. Inde eſt, quod tanta ex illo in te formae ſimilitudo tranſivit, ut
4 ſignante natura vultibus tuis impreſſa videatur. Idem enim eſt, quem rurſus
in te colimus, adſpectus, eadem in fronte gravitas, eadem in oculis & in
ore tranquillitas. Sic eſt index modeſtiae rubor, ſic teſtis ſermo iuſtitiae.
5 Accipe, Imperator, ancipitem noſtrorum ſenſuum confeſſionem. Dolemus,
quod Conſtantinus exceſſit a nobis, ſed, dum te cernimus, illum exceſſiſſe
6 non credimus. Quamquam quid ego illum exceſſiſſe dico, cuius immorta-
lia

nii, a quo non longe abit *Moerl.*, *qua bella plurima*, *praec. c. videre Sidonis.* *Schonhovius* in marg. *Rhenan.*, *fortitudine qua cum bella* &c. & in fine ſententiae pro *idonei* habet *geſſit*. *Cuſpin.* *qua cum bella pl. praecipue campi Vindonis geſſit.* Sic etiam, teſte *Livineio*, *Lang.* niſi quod hic poſt vocem *plurima* inſerit *tum.* Pro *campi Livin.* ex coniectura ponit *campis;* & ſic ediderunt *Pariſ.*, *Patar.*, & *Cellar.* Confirmatur haec lectio Cod. *Pulm.* in quo, teſte *Puteano*, invenitur: *qua cum bella plurima pr. campis Vindonis geſſit.* IAEGERVS. Oedipo indiget antiqua lectio, *campi Vindonis idonei*, quamvis a *Rivino* retenta. Quod dedit *Gruterus*, *tum praecipue campis Vindonis geſſit*, expreſſerunt reliqui, etiam *Iaegerus;* hoc mihi non ſatis habet auctoritatis, niſi ex ſolo *Pulmanniano*, & *Livineii* coniectura. Ad veram lectionem ducit *Putean. Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, *campi videre Sydonii*, aut *Sidonis*, quod ex *Moerl.* dedit *Iaegerus*, unde Pater meus coniecit *campi videre Vindonii ;* ut *campi Philippii*, quod forte ex Edd. vetuſtiſſimis, in quibus eſt *Philippis*, reddendum *Valerio Maxim.* I. 7. 1. Cum vero in *Langii* Schedis, & *Cuſpin.* ſit *Vindonis geſſit*, amplius emendandum puto, *campi videre Vindoniſſae*, quod ex Codd. reſtitui infr. 6. 3. cuius loci comparatione idem hic in textum recipere ſum auſus. De Vindoniſſa vid. *Cellar.* Geogr. antiq. II. 3. p. 179. adde *Antonin.* Itiner. p. 238. & ibi Not. Eleganter alacritatem, & fortitudinem *vidiſſe* dicuntur *bella*, & *campi*, ob ſenſuum vocabula inanimis ſaepe tributa.

3. *Formae ſimilitudo*] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *ferme ſimilitudo.* male. Incert. Maximian. 3. in fin. *Neque enim forma tantum in te Patris, Conſtantine.*

Signante] *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus* in prima, & *Schonhovii* excerpta, *ſignate.* male. Incertus Maximian. 3. in fin. ex quo hic locus deſumtus, de Conſtantino: *in cuius ore caeleſtes illius* (Conſtantii) *vultus natura ſignavit.*

4. *In fronte gravitas*] Gemina haec laudatione in Conſtantium Caeſarem: *ſiquidem in ipſo, Caeſar, tuo vultu videbant omnium ſigna virtutum, in fronte gravitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiae, in ſermone iuſtitiae.* LIVINEIVS. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 19. 3.

5. *Accipe noſtrorum*] *Accipientem noſtr.*, *Bertinienſ.* Forte, *accipe*, *inquam*, *noſtr.* LIVINEIVS. Loco poſterioris *accipe*, Cod. *Moerl.* & *Gud. ancipitem.* IAEGERVS. Etiam *ancipitem* excerpta *Voſſii*, quod recepi. Eſt autem *anceps confeſſio*, quae in utramque capi partem poſſit ; Conſtantium eſſe mortuum aegre ferebant, & tamen mortuum credere vix poterant, in Conſtantino velut viventem.

Dolemus] *Dolet* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *dolet*, quod legitur in Cod. *Livin.* & *Bertin.* & Edd. *Pariſ. Grut. Patar. Cellar.*, ceteri exhibent, *dolemus.* IAEGERVS. *Dolemus*, *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, & Edd. ante *Gruterum*, etiam poſtea *Rivinus.* Hoc revocavi ob *cernimus*, & *credimus.* *Nazarius* Conſtant. 34. in fin. *Ut non tam omnes dolerent, quod illum tyrannum ita diu tulerant.*

Sed dum] Deeſt *ſed* in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis. *Puteolanus* male *Conſtantinus.*

6. *Verſautur*] *Tullianum* pro Roſc. Amer. 6. adde ad *Mamertin.* Genethl. 19. 4.

1. *Ornaritque*] *Ornaveritque*, *Bertin.* LIVINEIVS.

2. *Adſcitus imperio*] Hoc eſt, Caeſar creatus. Sunt enim Caeſares quaſi quidam deſignati Imperatores, & Auguſti. Quae addit de hoſtium exercitu, eadem in laudatione, quam proxime dixi. IDEM. Qui Caeſar factus. Conſtantium, Conſtantini patrem, puta. CELLARIVS. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 2. 2. & 6. 1. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus* ediderunt, *adſcitus Imp.* id eſt, *Imperator*, contra fidem hiſtoriae; quae enim ſequuntur, a Conſtantio adhuc Caeſare ſunt geſta.

Hoſtium claſſe] Duce eorum Carauſio tyranno, de quo iam dixi ad *Mamertin.* Maximian cap. 2. ſeu, quod fortaſſe verius, duce Allecto, qui, ſub-

la-

lia facta vivunt, & in ore omnium hominum oculiſque verſantur?

CAP. V. Quis enim, non dico reminiſcitur, ſed quis non adhuc quodam-
modo videt, quantis ille rebus auxerit, ornaritque rempublicam? Qui adſci- 2
tus imperio, primo adventu ſuo innumerabili hoſtium claſſe ferventem exclu-
ſit Oceanum, exercitumque illum, qui Bononienſis oppidi littus inſederat,
terra pariter ac mari ſepſit, cum reciprocos curſus illius elementi, ia-
ctis inter undas vallis, diremiſſet, ut, quorum portas fluctus adlueret, mare
&,

lato Carauſio, tyrannidem arripuit; victumque hunc ſcimus ex *Eutrop.* lib. IX. armis Conſtantii Chlori. PATAROL. Errorem *Pataroli* in Allecto iam notavi ad Noſtr. Conſtantio 6. 1.

Excluſit Oceanum] Defixis in portus aditu ſaxis, & trabibus, ne Carauſii claſſis, quae oram hanc tenebat, Bononienſibus venire auxilio poſſet. Vide *Eumen.* Conſtantio cap. 6. BAVNE. Vbi recte iam legi, *ademit Oceanum*; hic locus oſtendit.

Exercitum, qui] *Exercitum illum* Vet. PVTEANVS. *Exercitumque illum*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Corruptum. ACIDALIVS. *Exercitum, qui* ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*; ſed *exercitum illum*, *qui*, *Livineius*, *Paull. Stephanus*, & ita eſt in *Guelferb.* poſt *exercitum* primus inſeruit *que Gruterus*, & ſequentes, quae cum lectio ſola nitatur *Cuſpiniani* auctoritate, neſcio, an contra Codd. *Puteani*, & *Guelf.* ſeſe tueri queat; retinui tamen, quia, omiſſo *que*, neſcio quid duri periodo inſit, & forte eſt in *Moerl.*, cum nihil monuerit *Iaegerus*.

Bononienſis oppidi] *Eumenius* Conſtantio cap. 6. *Itaque Gallias tuas, Caeſar, veniendo viciſti, ſiquidem illa celeritas, qua omnis ortus, atque adventus tui nuncios praevertiſti, cepit oppreſſam Geſſoriacenſibus muris pertinacem*, &c. ex quibus duobus locis colligitur, *Bononiam*, & *Geſſoriacum* unum idemque oppidum eſſe. PVTEANVS. Bononia haec eſt Belgica illa, in Morinis ſita, urbs maritima, ante *Geſoriacum* dicta, ut *Peutingeriana* tabula explicatur: hodie *Bologne.* CELLARIVS. & PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 6. 1. De verbo *inſidere*, *Buneman.* ad *Lactant.* de Opif. Dei 1. 8.

Reciprocos curſus] *Reciprocos ſenſus* Vet. *Bertin.* Forte *aeſtus.* LIVINEIVS Pro *curſus* in Cod. *Livin. Bertin. Cuſpin.*, & in ora Ed. *Froben.* notatum a *Schonbov.* legitur *ſenſus*, ſine ſenſu. IAEGERVS. Si mox *fluctus* non rediret, mallem *reciprocos fluctus*, ut apud *Mamertin.* Paneg. Maxim. 11. in fin. ubi vide; iam vulgatum ſervo. *mare reciprocum*, in eadem hac re dixit Conſtantio 6. 2.

Portas fluctus adlueret] *Portas fluctu allueret mare*, ſic hunc locum reſcripſi ex *Pulm.* nam antea legebatur, *quorum portus fluctu allueret*; corrupte. Similis locutio cap. 7. Panegyrico Flavienſ. nomine: *navigera flumina ipſas oppidorum portas alluentia.* & Conſtantio cap. 6. *atque illis olim mari fretis alluentem portas ademit Oceanum.* PVTEANVS. *Portas fluctu* Vet. *Bertin.* *alluerat* Schedae *Langii.* Probe *portas fluctus alluerat.* Sed nondum integer, & conſtitutus locus. Succedam ego, & in parte iuvem; *&* (non *ut*) *quor. port. fluct. all. mare etiam*, *quod tangerent*, *perdidiſſent.* *Quod tangerent*, id eſt, quo allui ſolerent. Deinde *etiam* pro *&* repoſui, a compendiis, quae iam toties incuſo. nam *&* veteribus libris *etiam* valet. LIVINEIVS. Corruptum, *ut quorum portus fluctu allueret mare*, *&*, *quod tangerent*, *perdidiſſent.* Res quidem eadem Panegyrico Conſtantio uberius multo narratur, ſed multo etiam aliter. ACIDALIVS. Scribe: *ut quorum portas fluctus alluerat*, *& mare*, *quo tangerent*, *perdidiſſent.* Secundo flumine per mare Barbari eum locum venerant. Obiectis molibus Conſtantius fluvium a mari ſecluſit: ita mare impellere fluvium, fluvius e mari iam illo procedere non poterat, demtus igitur etiam uſus navigiorum fuit Barbaris, quod per τὸ *quo* indicat. Cui ſententia perſpicietur, non abhorrebit hinc fortaſſis. BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. *Portas fluctus* legitur in Cod. *Livin.* & *Bert.* *adluerat* in *Lang.* Ceteri: *ut quorum portus fluctu adlueret mare*, *& quod tangerent*, *perdidiſſent.* Cod. *Moerl.* concordat *Livin.* & *Bert.* niſi quod τὸ *&* poſt *mare* omittit, & pro *tangerent*, *perdidiſſent*, habet *tangeret*, *perdidiſſet.* Vox *portas* non modo a *Pariſ.*, *Patar.*, *Cellario* recepta, ſed etiam a *Puteano* e Codice veteri prolata, & probata fuit. De cetero non neceſſe eſt, e *Lang.* pro *adlueret* reſcribere *adluerat* cum *Livineio*: poteſt enim illud ſignificare, *adluere alias ſoleret*, qua ratione *Livin.* ipſe τὸ *tangerent* expoſuit. Optimum mihi, & tutiſſimum viſum eſt, retinere lectionem *Pariſ*, *Patar.*, & *Cellar.* IAEGERVS. Ipſe quoque retinui, quamvis veram

ram

3 &, quod tangerent, perdidiſſent. Qui eodem exercitu virtute capto, clementia conſervato, dum aedificandis claſſibus Britanniae recuperatio comparatur, terram Bataviam, ſub ipſo quondam alumno ſuo a diverſis Francorum gentibus oc-

ram *Eumenii* manum exhibere non videatur. Quid enim eſt *perdidiſſent?* conſtructio poſtularet, *ut perdiderint*; porro nullius eſt efficaciae *&* poſt *mare*; denique quid eſt? *mare tangerent.* Comparabo, qui huic geminus eſt, *Eumenii* locum Conſtantio 6. 1. de eadem hac obſidione, periculum facturus, utrum hac ope ad verum pervenire queam; *Illis*, inquit, *olim mari fretis adluentem portas ademit Oceanum*, —— *omnem ſinum illum portus, quem ſtatis vicibus aeſtus alternat, defixis in aditu trabibus, ingeſtisque ſaxis, invium navibus reddidiſti.* Ex verbis *adluentem portas*, de qua locutione ibid. dixi, patet hic recte legi, *portas fluctus adlueret*, quod etiam eſt in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis. Poſteriorem vero huius loci periodum ita conſtituo: *diremiſſet*, *&*, *quorum portas fluctus adlueret*, *mare*, *quod frangerent*, *perdidiſſent.* Scripſi *&* *quorum* ex *Livineii* coniectura, *&* poſt *mare* eieci auctoritate *Moerl.* apud *Iaegerum*, praeterea *Guelferb.* & *Voſſii* excerptorum. Comparetur uterque locus, &, niſi omnia me fallant, egregie conſpirat. In illo eſt *mare adimebatur*, hic *mare perdidiſſent*; in illo mare *navibus fiebat invium*, hic dicitur *mare perditum*, *quod frangerent*, id eſt navibus peterent; *frangere* enim *mare* eſt navigantium, ob remorum praeſertim pulſum. *Plinius* Paneg. 81. 4. *certat frangere fluctus.* adde *Burman.* ad *Valer. Flacc.* I. 363. VIII. 355. itaque *mare*, *quod frangerent*, *perdere* nihil aliud eſt, quam invium navibus mare non poſſe ingredi. Vide tamen, nam neque hoc premam, utrum *frangerent* ad *portas* referri queat, ut portae, quas mare adluit, illud eodem modo *frangere* dicantur, quo littus tam *mare*, quam *fluctus*. *Ovidius* Faſt. IV. 282.

Quaque Cariſteis frangitur unda vadis.

Horatius II. Od. 14. 14.

Fractisque rauci fluctibus Hadriae.

Dionyſius Perieg. 132.

Ἔνθα δὲ κῦμα
Ῥησσόμενον νησοίσι περιβρέμεται Σποραδέεσσιν.

ex quo emendetur *Dionyſius* Perieg. 129.

Diſperſas vaſto qui gurgite Cycladas ambit.

lege *fracto qui gurgite.* ut *frangit littore pontum*, ibid. 330. & *frangitur aequor Ebuſo*, quod pro *aequore Buſos* ex *Carrionis* MS. repoſuit *Papius* vs. 464.

Et quod] *Et* abeſt a *Moerl. Guelferb.* & *Voſſii* excerptis. Conf. praeced obſerv.

3. *Eodem exercitu*] Id eſt, praeſidiariis, quas Carauſius Bononiae collocarat, copiis. BAVNE. Quod de *clementia* memorat, id Paneg. Conſtantio 7. 3. ita expreſſit; *ſtatim atque obſidionem neceſsitas*, *&* *clementiae veſtrae fides ſolverat.* adde ibid. 6. 1. —— De locutione *aedificare claſſes* vide ad *Mamertin.* Maximian. 12. 3. *Eumenium* Conſtantio 7. 6.

Terram Bataviam] Sic dixit, ut *Catullus*, *Celtiberia in terra.* & *Tibullus*;

Non tibi ſi pretium Campania terra daretur.

LIVINEIVS. Non *Batavicam*, ut emendant aliqui. BAVNE. *Schonhov.* in margin. *Rhenan.* adſcripſit *Batavicam*, ſed nihil mutandum. *Terram Bataviam*, ut *Livineius* iam vidit, ſic, ut *Catullus* p. 93. Ed. *Voſſ. Celtiberiam terram*, & *Tibull.* I. 10. 33. *Campaniam terram* dixit. Adde his *Gellium* I. 1. 2. II. 22. 28. XVI. 19. 20. & multis praeterea aliis locis; nam frequentandae huius rationis eſt ſtudioſiſſimus. IAEGERVS. Adde *Barth.* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 310. *Vataviam* conſueta litterarum permutatione *Guelf.* & *Voſſii* excerpta. *Batavicam* caret veterum auctoritate. Rem latius enarravit Paneg. Conſtantio 8. ſqq. *Matthaeus* de Nobil. I. p. 85.

Alumno ſuo] Carauſium ſentit, quem hinc ordines ſub Conſtantio duxiſſe ſuſpicor. *Victor* guarum habitum gubernandi, hoc eſt, rei nauticae, τῆς κυβερνητικῆς, eoque officio mercede adoleſcentiam exercuiſſe, memoriae prodidit. LIVINEIVS. Lego, *ſub ipſo quidem molimine ſuo*, id eſt, ut ipſe dicebat, *dum aedificandis claſſibus Britanniae recuperatio comparabatur.* ACIDALIVS. Carauſio, Menapiae, non in Hungaria, ſed in Flandria nato. BAVNE. Carauſium notat Batavum, in Britannis rebellantem, antea praefectum litori Bononienſi, & Armorico, de quo *Eutropius* IX. 13. & 14. CELLARIVS. An quod Carauſius ſub Conſtantio meruerit? Non negaverim; conſtat enim

occupatam, omni hoſte purgavit, nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes, ut non ſolum arma, ſed etiam feritatem ponere cogerentur. Nam quid ego de receptione Britanniae loquar? ad quam ita quieto mari navi- 4
ga-

enim ex *Eutrop.* lib. IX. eundem rei militaris peritiſſimum fuiſſe. PATAROL. *Acidalii* mutatio minus neceſſaria, & ex ſolo ingenio Viri, ad coniecturas nimis proni, profecta nemini, arbitror, probabitur. IAEGERVS. Nulla fuit *Patarolo* quaerendi cauſſa, cur hic Carauſius ſignificetur. Patet illud ex iis, quae dixi ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. pag. 2. & ad cap. 2. 6. ad *Eumenium* Conſtantio 6. 1. Eum *Bataviae alumnum* dicit, quia ortu erat Menapius, teſte *Aurel. Victor.* Caeſ. 39. 20. *ſuo* enim ad *Bataviam* eſſe referendum, ipſa oſtendit ſententia, & humani quid paſſus fuit ſummus *Wagenaarius*, cum Hiſtor. Patr. T. I. p. 222., hoc loco uſus, de Carauſio ſcriberet; *een' Menapiſchen Burger, van geringe afkomst, doch die Voedſterbeer geweest was van Konſtantius Chlorus.* hoc ad trecentos certe errores retuliſſet *Schraderus*, quos eum in *Wagenaarii* T. I. notaſſe refert *Waſſenberghius* meus, Laudat. funebr. *Schraderi* pag. 17. quamvis enim *alumnum* non negaverim eum poſſe deſignare, qui alterum alit, conf. *Iſidor.* Orig. X. init. & *Reitzium* Ambig. p. 58. tamen qui id de Carauſio, ratione Conſtantii, credas? Erat enim genere infimus, ut ſcribit *Oroſius* VII. 25. & viliſſime natus apud *Eutrop.* IX. 21. in cuius ideo hominis fidem, & tutelam non facile commiſſus fuit Conſtantius. Ipſa itaque poſtulat ſententia, ut *alumnus* de eo capiatur, qui altus eſt; θρεπτὸν explicant Gloſſae Nomicae in V. corruptae etiam in alia Gloſſa, in qua eſt Ἀλοῦμνος. ὁμογάλακτος. poſterius illud non eſt vera *alumni* interpretatio, cum collactaneum notet: mendi culpam Librario tribuit *Schultingius*; mihi magis eſſe deceptus videtur Gloſſographus loco *Theophili* corrupto, ad §. 5. I. Qui & quib. ex cauſſ. ἀλοῦμνος, ἢ ἀλοῦμνα; τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον ἀναθρεπτὸς, ἢ ἀναθρεπτὴ, τουτέστιν ὁμογάλακτος. ubi quamvis, mutato vocabulorum ordine, ſuccurrere conetur *Reitzius*, poſt ἀναθρεπτὴ excidiſſe videtur, ἢ κολλακτάνεος. Vocem ὁμογάλακτος legi Solonis in L. 4. D. de Colleg. & corpor. reddere conatus eſt *Arnaldus* Var. Coniect. II. 4. pro vulgato ὁμόταφοι, ſed veriſimilius ὁμότροφοι ſubſtituit *Suringar* Obſerv. ad Leg Solon. p. 27.

Francorum regibus, gentibus] *Regibus* Vet delet. PVTEANVS. *Regibus* abeſt Vet. *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Vocem *regibus* hic delendam putem, ex haeſitatione Librarii natam, qui dubius *regibus* ſcriberet, an *gentibus*, ſcripſit utrumque. ACIDALIVS. Vocem *regibus*, quae in *Rhenan. Steph.* & *Livin* legitur, delent, unanimi conſenſu, reliqui ſcripti & Edd. omnes. IAEGERVS. Abeſt quoque a *Guelferb. Voſſii*, & *Schonhovii* excerptis; eiecit iam *Gruterus*, retinuit *Rivinus.*

Purgavit] Vitioſe *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta, *pugnavit.*

Tranſtulit nationes] In Gallias Romanis ſubiectas, puta ut Ambianum, Bellovacum, Tricaſſinum, & Lingonicum agrum colerent. Paneg. Conſtant. cap. 21. BAVNE. Confer dicta Paneg. III. cap. 4. & quae ſequuntur cap. 6. PATAROL. Late ad *Eumen.* Conſtantio 1. 4.

Sed & feritatem] *Etiam fer.* Vet. LIVINEIVS. *Etiam* quoque *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, quod, tamquam elegantius, recte dedit *Gruterus*, & reliqui. *Feritas* Francis praeſertim tribuitur. Conf. ad *Eumenium* Conſtantio 9. 1.

4. *De receptione*] *Ipſa receptione*, *Cuſpin.* LIVINEIVS.

Britanniae] Supr. Incertus Maximian. 4. *Liberavit*, inquit, *ille Britannias ſervitute, tu etiam nobiles illic oriendo feciſti*, &c. Sic Incertus Conſtantino 25. *Recuperavit ille Britanniam, tu nobiliſſimas Africi maris inſulas, quae P. R. fuere provinciae.* PVTEANVS. *Britanniarum* Vet. LIVINEIVS. Recepta Britannia a Conſtantio per Aſclepiodotum, Praefectum Praetorio, poſt novem annos. *Aur. Victor* & *Eutrop.* Adde plura ex Panegyrico IV. CELLARIVS. Itemque Paneg. V. cap. 4. 3. & VIII. cap. 25. 2. IAEGERVS. Praeſertim, quae dixi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 21. 2. Conſtantio 6. 1. *Britanniarum*, quod ex ſuo Cod. eruit *Livineius*, defendi poſſet ex Incerti loco apud *Puteanum*, ſed hic obſtat ſequens *ad quam.*

Quieto mari] Subducta verba, *quieto mari*, a gloſſa putem. Melius enim certe nihil hic addi, quia poſtea nihil additur alteri membro, *ita perve-ctus.* ACIDALIVS. Poſt recuperatas decimo tandem anno Britannias huc victor ingreditur. *Eumen.* Conſtantio cap. 19 BAVNE. Alii *tranquillum* dicunt, de quo *Bunem.* ad *Lactant.* Inſtit. III. 23. 2. *tranquillum mare*, Incert. Maximian. 11. 4. *tranquillitas*, ibid. 12. 3. Rem ipſam explicui ad *Eumen.* Conſtantio 6. 1.

 Tan-

gavit, ut Oceanus ille, tanto vectore ſtupefactus, caruiſſe ſuis motibus videretur; ita pervectus, ut non comitata illum ſit, ſed praeſtolata victoria.

Cap. VI. Quid de miſericordia dicam, qua victis temperavit? quid de iuſtitia, qua ſpoliatis amiſſa reſtituit? quid de providentia, qua ſociis ſibi iunctis ſe eiusmodi iudicem dedit, ut ſervitutem paſſos iuvaret recepta liber-
2 tas, culpae conſcios ad poenitentiam revocaret impunitas? Quid loquar rur-
ſus intimas Franciae nationes, iam non ab iis locis, quae olim Romani invaſe-

Tanto vectore] Dubium, *vector* hic ſit, quem vehebat Oceanus, an qui ipſe claſſem, ut apud *Lucan.* V. 580.

Sola tibi cauſſa eſt haec iuſta timoris
Vectorem non noſſe tuum.

Conf. ad *Mamertin.* Paneg. Maxim. 11. 7. hunc locum cum *Iuvenco* Hiſt. Euang. II. 40. contulit *Omeiſius.*

Ita pervectus] Forte *pervectus eſt.* LIVINEIVS. Recte *pervectus*, poſtquam adpuliſſet, finito curſu: ita *pervecti Oceanum*, ſupr. Conſtantio 18. 3. aliud eſt *provectus* de navi adhuc in portum navigante. *Cicero* de Invent. II. 51. *tempeſtate iam commutata, navis in portum provehitur.* apud *Iuſtinum* XLIII. 3. 4. *inde in ultimos Galliae ſinus navibus profecta.* in *D'Orvilliano*, cuius penes me variantes, melius eſt *provecta*, probante etiam *Wopkenſio* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 336. adde *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 65. 3. Patrem meum ad *Victor.* Inluſtr. 22. 3. hoc diſcrimine admiſſo, facile conſtituemus de locis a *Bunemanno* tentatis ad *Lactant.* Inſtit. VII. 27. 1.

Comitata ſit] *Comitata illum ſit* Vet. *Bertin.* *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Illum* probant quoque *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, primusque inſeruit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

1. *Qua victis*] Lege, *qua a victis.* BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. Non neceſſe eſt interponere praepoſitionem. Nam & tertio caſui hoc verbum iungitur, cum *parcendi* notio ei ſubiecta eſt. *Cicero* in Verr. II. 6. in m. *Si cuiquam denique ulla in re umquam temperaverit, ut vos quoque ei temperetis.* IAEGERVS.

Sociis ſibi iunctis] Tranſponit *Guelferb.* *ſibi iunctis ſociis*; excerpta *Voſſii*, *ſibi iunctisque ſociis.*

Eiusmodi iudicio dedit] Melius *Pulm.* *ſe eiusmodi iudicem dedit.* Forte legendum, *ſe eiusmodi vindicem.* PVTEANVS. Poteſt hic quoque *iudicio* gloſſema eſſe, quod aliquis addiderit, quia de Providentia videbat dici. At *eiusmodi ſe dedit* eſt, talem ſe praebuit, & praeſtitit. ACIDALIVS. Abundare videtur vox illa *iudicio*; igitur, illa eiecta, ſenſus eſt, talem ſe praebuit, & praeſtitit, ut &c. BAVNE. *Iudicio* eſt in impreſſis omnibus. At melius Codd. *Gud.* *Put.* & *Moerl.* eius loco habent *iudicem*, pro quo *Puteanus* ſuſpicatur legendum eſſe *vindicem.* Has voces, ob cognationem ſcripturae & ſignificationis, ſaepe confundi docet *Drakenb.* ad *Sil.* II. 456. IAEGERVS. *Iudicem* etiam *Voſſii* excerpta, quod reſtitui. *Vindicem* non congruit ſequentibus de data *ſervitutem paſſis libertate*, & *culpae conſciis inpunitate*, quae *iudici* magis ſunt propria.

Servitutem paſſos] Britannos ſub Carauſio, & Allecto. CELLARIVS.

Culpae conſcium] *Conſcios* Vet. *Bertin.* Britannos provinciales intellexerit, credo, qui Carauſio, per Belgicae, & Aremoricae tractum pacando mari praefecto, connivente, a Francis & Saxonibus foede vexati, direptique. Quamobrem a Maximiano A. interfici iuſſus, re comperta, *Britanniam iuſto imperio* (ſic repono in *Victore* pro *hauſto imp.*) *capesſivit.* Ad extremum fruſtra bellis tentatis contra virum, rei militaris peritiſſimum, pax convenit, *ſolique remiſſum inſulae imperium, poſtquam iusſis, ac munimento incolarum contra gentes bellicoſas opportunior habitus.* Verba ſunt eiusdem *Victoris*, quae in tranſitu lucem a me accipient. Igitur quod ait *ſoli*, Conſtantium Caeſarem excludit, cui cuncta, quae trans Alpes, Galliae commiſſa; *iusſis*, id eſt, ad iuſſa dandum, & imperitandum. Denique quod *opportunior* addit, ad rei navalis peritiam traho, de qua ante iam dixi. *Conſcium* ergo hic, an *conſcios* legas, pili non intereſt. nam Carauſium, & ſocios ſignificat. LIVINEIVS. Qui Carauſio ſtuduerant. CELLARIVS. *Conſcios* tuentur *Guelf.* & *Voſſii* excerpta: eſt quoque in Edd., ſi a *Livineio*, & *Henr.* *Stephano* diſcedas.

2. *Non iam*] Vet. *iam non.* PVTEANVS. Eadem traiectio eſt in *Guelferb.* & *Voſſii* excerptis, & mox in *Moerl.* apud *Iaegerum*, quam reddidi.

His locis] MS. *Moerl.* *iam non aliis locis.* Repo-

ſerant, ſed a propriis ex origine ſui ſedibus, atque ab ultimis barbariae
littoribus avulſas, ut, in deſertis Galliae regionibus collocatae, & pacem
Romani imperii cultu iuvarent, & arma delectu? Quid commemorem Lin- 3
gonicam victoriam, etiam Imperatoris ipſius vulnere glorioſam? quid Vin-
doniſſae campos, hoſtium ſtrage completos, & adhuc oſſibus opertos? quid 4
immanem ex diverſis Germanorum populis multitudinem, quam dura-
tus gelu Rhenus illuſerat, ut inſulam, quam divortio ſui idem amnis
am-

pono, *ab iis.* IAEGERVS. *Iis* aperte in *Guelferb.* quod reſtitui.

Suis ſedibus] *Pulm.* legit, *ex origine ſui ſedibus.* infr. ſic loquitur: *inſulam, quam divortio ſui idem amnis amplectitur.* & cap. 13. *certe quidem iam tibi in exordio ſui hoſtium movit obſequia.* & *Nazarius* Paneg. cap. 38. *ſecurae facultates ambitione ſui gaudent.* PVTEANVS. Francos non modo in Galliis, & Batavia, ubi graſſabantur, ſed etiam in Germanici maris parte Septentrionali, id eſt, in originis ſuae loco, victos in deſertas Galliarum partes abduxit, ut & has terras colerent, & Romana ſigna ſequerentur. BAVNE. *Schonhov.* in marg. *Frob. ex origine ſui ſedibus.* Conf. Paneg. I. *Mamertin.* cap. 13. 4. & Genethl. cap. 2. 1. & quae ibi diſputantur. Quodſi his addas, quae in fin. cap. 1. huius Paneg. adnotavi, non facile dubitabis de veritate lectionis a me receptae. Ceterum de Francis, eorumque ſedibus vid. *Daniel* Hiſt. Franc. T. II. p. 57. ſqq. Ed. Germanicae. IAEGERVS. Integram hic Germaniam *Francorum* nomine intelligi, contendit *Barthius* Adverſ. XLVI. 1. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 21. 1. *Sui* exemplo *Iaegeri* recipiendum duxi, propter notata ad *Mamertin.* Maximian. 9. 3. & 13. 4. Genethl. 2. 1. *Eumen.* Conſtantio 8. 1.

Barbariae littoribus] *Guelf.* & *Voſſii* excerpta, *barbaricae nationibus littoribus.* forte, *barbaricae nationis littoribus.* ut *barbarica clades*, Incert. Conſtantino 23. 3. *depraedatio barbarica*, *Mamertin.* Iulian. 1. 4. *vaſtitas barbarica*, ibid. 4. 1. *barbarico aſtu*, *Gellius* XVII. 9. *Vltima littora* quae ſint, dixi ad *Mamertin.* Maxim. 5. 1. adde *Bentlei.* ad *Horat.* I. Od. 34. 29.

Etiam pacem] *Et pac.* Vet *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege &. ACIDALIVS. *Et* quoque *Guelferb.*, excerpta *Voſſii*, & *Schonhovii*; ante *Gruterum* omnes *etiam*, & poſtea *Rivinus.*

Dilectu] Aliis *delectu.* RHENANVS. *Delectu* ſcripſi ex *Guelferb.* Conf. ad *Eumenium* Pro inſtaur. Schol. 5. 3.

3. *Lingonicam victoriam*] Narrat *Eutropius* IX., quem non exſcribo. LIVINEIVS. Conſtantius iuxta Lingonas primum fugatus eſt a numeroſiſſimo Alamannorum exercitu: mox ipſo eodem die, accenſis ſuorum animis, tanta vi integravit pugnam, ut LX. eorum millia ceciderit. *Eutropius.* BAVNE. Lege *Eutropium* IX. 15. Cum Alamanis pugnatum in Lingonibus, quorum urbs primaria tum etiam *Lingones* dicta, nunc *Langres* in Campania Gallica. CELLARIVS. & PATAROL. Vitioſe *Bugonicam Guelferb.* & *Voſſii* excerpta. Recte *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 200. ex hoc loco eos refellit, qui LX. Alamanorum millia ad Vindoniſſam eſſe caeſa ſcribunt; utramque enim pugnam diſtinguit *Eumenius;* adde *Baunium* ſupr. Vit. Conſtantii p. 234. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 225.

Et imperatoris] *Etiam imp.* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Et* dele. ACIDALIVS. Nam primo conflictu Conſtantius victus eſt. PATAROL. *Etiam* confirmat *Guelferb.* Omnes ante *Gruterum* &, poſtea quoque *Rivinus.*

Vindonis campos] *Vindoniſſe* Vet. PVTEANVS. *Vindoniſſae* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Vindonisſae* eſt in Codd. *Gud. Moerl.* IAEGERVS. Etiam in *Voſſii* excerptis, idque reſtitui. Conf. ſupr. cap. 4. 2.

Hoſtium ſtrage] Scribo, *hoſtica*, vel *hoſtili tum ſtrage.* BARTHIVS. Adverſ. XIV. 11. Neceſſitatem non video.

Sed adhuc] Forte &. LIVINEIVS. Forte & *adhuc*, uti quoque volebant *Bongarſius*, & *Livineius.* GRVTERVS. & ACIDALIVS. *Et* dedit *Cellarius.* Recte, meo quidem iudicio. IAEGERVS. Nihil verius; Codd. quidem *ſed*, at vero adhaeſit prioris vocis ultima. Probavit hoc quoque *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 200. cum ita locum excitet.

4. *Diverſis Germanorum*] *Puteanus* exiſtimat, hos populos eosdem eſſe, qui Paneg. IV. c. 9. 3. *Chamavi*, & *Friſii* vocantur. IAEGERVS. *Puteani* ſententia proxime ſequitur. In *Guelferb.* eſt, *humanorum populis ex diverſis Germanorum.* Excerpta *Voſſii*, *diverſis humanorum populis.*

Rhenus illuxerat] Opinor legendum *illuſerat.* RHENANVS. *Illexerat* Schedae *Langii.* LIVINE-

amplectitur, pedeſtri agmine auſa transmittere, repente laxato flumine, clauderetur, &, demiſſis ſtatim obſeſſa navigiis, ita ſe dedere

NEIVS. Lege *illexerat*. ACIDALIVS. & RIVINVS. In MS. *Gud.* & Edd. *Rhenan. Stephan. Cuſpin. Livin.* legitur *illuxerat*. *Rhenanus* ad marginem; Opinor legendum *illuſerat*. Et ſic eſt in MS. *Moerl. Schonbov.* ad oram Ed. *Rhenan. illexerat* fortaſſe; & ita etiam nos legere iubet *Acidalius*, & in *Lang.* invenit *Livineius*, & ediderunt *Pariſienſes* cum *Patarolo*, & *Cellario*. Sequens *ut* ἐκβατικῶς eſſe capiendum, facile patet. IAEGERVS. *Illuxerat* quoque excerpta *Voſſii*. Primum *illexerat* recepit *Gruterus*, quem reliqui omnes, etiam *Baunius*, & *Iaegerus*, ſunt ſecuti; *Rivinus* tamen veterem retinuit ſcripturam. Illud cum ſit ex ſola coniectura, non multum apud me auctoritatis habet; in *Langii* enim Schedis eſſe ex Codice non videtur. Placuit illud quibusdam propter ſequens *transmittere*, ut, concreto flumine, ad tranſitum in inſulam fuerint excitati, quod frigoris, aut aeſtatis tempore ſolebant Barbari, unde ſacra faciebant incolae, ut aut flumen ſolveretur, aut pluvia aquae creſcerent. Conf. *Pontan.* Orig. Francic. I. 2. & 3. Attamen non dubitavi ex *Moerl.* reſcribere *illuſerat*, cui proxima eſt Codd. ſcriptura, idque refero ad ſequens *clauderetur*. Multitudinem in eo *illudebat* Rhenus, quod cum tuta per duratum flumen tranſiiſſet, illud mox ſolutum eam ita includeret, ut capi poſſet. —— Eleganter Rhenum *duratum gelu* dixit. Conf. *Burman.* ad *Valer. Flacc.* II. 158. ita *lacus durus*, id eſt concretus frigore, apud *Ovid.* Triſt. III. 12. 28. *pontus frigore duratus*, ibid. ex Pont. IV. 9. 85. *hiems mare durare*, ibid. Eleg. 10. 38. *aquas gelu*, *Gellius* Noct. Attic. XVII. 8. *Oceanus frigore durus*, *Priſcian.* Perieg. 278. apud quem vs. 20. legendum coniicio:

Sed terras Aquilo qua frigore durat iniquo.

non *damnat*, niſi id malueris exponere per damno adficit, ut interpretatur *Nonius* Propriet. Serm. 4. n. 111. & forte ita *damnati rigore* eſt apud *Priſcian.* vs. 658. apud *Horatium* III. Od. 24. 39. *durataeque gelu nives*, ſubſtituit *Bentleius*, pro *durataeque ſolo*, quod acutius, quam verius otioſum putat, quia nives non niſi ſolo durantur, ſed utrumne tum *gelu* etiam non eſt otioſum? & ſaepe ita Poetae, ut linter *aqua navigare* dicitur apud *Ovid* Faſt. II. 864. & *humi depreſſus* apud *Salluſt.* Catil. 58. ubi *humi* non eſt pro gloſſa habendum cum *Groſlotio* in Centuria *Goldaſti* p. 359. in *Horatio* quoque vulgatum confirmat antiquiſſimus Cod. *Franequeranus*, & tuetur *Cuningham.* Animadv. in *Horatium* p. 224. κρυσταλλοπῆγα πόρον ſimili ratione dixit *Aeſchylus* Perſ. 501.

Divortio ſui] *Eumenius* Conſtantio cap. 8. *quamque divortio ſui Rhenus amplectitur.* Sic *Cicero* Epiſt. 10. lib. II. *Cum veniſſem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortio.* & lib. de Oratore. Intelligit autem Panegyriſtes per *inſulam* Bataviam, puto tamen aliam eſſe hanc Batavicam victoriam ab illa, de qua ſupra loquitur. Nam hic *diverſorum populorum Germaniae* meminit, quos vocari puto cap. 9. Panegyr. ad Conſtantium Caeſar. *Chamavos*, ſive *Caunos*, & *Friſios*. PVTEANVS. Inſulam Bataviam, quam olim, teſte *Plinio*, prope centum M. paſſ. in longitudinem extenſam, nunc multo anguſtiorem, Rhenus, in duas partes ſe dividens, undequaque involvit. Idem autem ille fluvius ex altera parte *Rhenus* dicitur, *Vahalis* ex altera. Huc irrumpere auſos Francos obſedit pariter Conſtantius, & ad deditionem coegit. BAVNE. Inſulam Batavorum, Bataviam. CELLARIVS. & PATAROL. De *divortio ſui* vide ad *Eumen.* Conſtantio 8. 1.

Complectitur] *Amplectitur* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & *Voſſii* excerpta. Ante *Gruterum* legebatur *complectitur*, quod retinuit *Rivinus*. Male, *Eumenius* Conſtantio 8. 1. *divortio ſui Rhenus amplectitur.* *Mamertinus* Maximian. 7. 5. *Syriam velut amplexu ſuo tegebat Euphrates.*

Auſa repente] *Auſa aggredi*, vel ſimile quippiam aut addendum, aut ſubintelligendum. RHENANVS. *Auſa transmittere* Vet. PVTEANVS. *Auſa transmittere*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Transmittere* confirmant *Guelferb.*, *Voſſii*, & *Schonhovii* excerpta.

Et demiſſis] Lege *dimiſſis*, i. e. circum undique miſſis. alias ſimplex *miſſis* erat melius. ACIDALIVS. Obſecutus ſum *Acidalio*, iubenti nos legere *dimiſſis*, i. e. circum undique miſſis. Alias, inquit, ſimplex *miſſis* erat melius. *Demittere* & *dimittere* in MSS. facile, & ſaepe confundi ſatis conſtat. Fortaſſe tamen, ne quid diſſimulem, *demiſſis* h. l. idem eſt ac *deductis*, ſc. ex navalibus, in quibus hiberno tempore naves ſubductae ſervantur; ſed exemplum deſidero, qua probetur, τὸ *demit-*

re cogeretur, ut, quod difficilius eſt, ſorte communi eligeret, quos captivitati traderet, relatura cum reliquis ſuis infamiam prodi-

mittere hac in re adhiberi. Cogitabam quoque, an *demiſſa navigia* fortaſſe dicantur, quae amne ſecundo devecta ſunt. Verum & haec ratio auctoritate deſtituitur. IAEGERVS. *Dimiſſis* ſuſpicabatur quoque Pater meus, & ex *Guelferb.* ad oram *Cellarianae* eſt adnotatum; dubito, an ſatis adcurate, nihil monente *Iaegero*, quem in contextu exprimendo ſequi non ſum auſus, ob Codd. in *demiſſis* conſenſum. Neque video, quare *demittere* non poſſit naves indicare, ex ripa, tamquam altiori loco, inferius ſubductas, eo modo, quo ex mari altiori in terram dicuntur *demitti*, apud *Virgilium* Aeneid. V. 29. ubi *Burman.* Potius tamen accipio de navibus ex ſuperiori Rheni parte, ſecundo flumine, in inferiorem regionem miſſis, ut *pecora ſecunda aqua demittere* apud *Frontin.* Strateg. III. 14 4. De utriusque verbi permutatione dixi ad *Sedul.* III. 94. V. 393.

Sorte communi] Id eſt, morte in pugna. In Conſtantium Caeſarem: *nec vereri dubia bellorum, nec Martem, ut dicitur, putare communem.* LIVINEIVS. & CELLARIVS. Sed totum locum bene conſideranti patebit, ſortem communem captivitatis hic intelligendam eſſe; praeſertim ſi admittatur lectio *Cellariana*, de qua nunc videbimus. IAEGERVS. Neque *Livineii*, nec *Iaegeri* placet interpretatio; dicam ſeq. obſerv.

Eligeret & ex aequo] Vet. *eligeret, quos.* PVTEANVS. *Et equos captiv.* Vet. *Bertin.* Forte *aequo ſe captivitati. Ex aequo*, hoc eſt, integris copiis, & incerto utrimque proelii eventu. Infra: *ut ſibi non murum ſcandere, ſed ex aequo congredi viderentur.* Hoc vult aperte, aequo Marte, & paribus ad victoriam momentis, quae iniquiora in altum ſubeuntibus. LIVINEIVS. Lege *eligeret ex ſe, quos capt.* &c. ACIDALIVS. Non poſſum, quin *Acidalii* correctionem amplectar, quae perſpicuum ſenſum parit, quum vulgaris lectio *& ex aequo*, quod *aequo Marte* interpretantur, ſequentibus male concilietur. CELLARIVS. Sic retinui, ut eſt in Editione *Pariſienſi*, aliisque, item & in MS. S. D. *Marci.* Alii legunt *& quos*, alii *aequos* PATAROL. Haec eſt ſcriptura Edd. *Rhenan. Stephan. Livin. Pariſ.* & *Patarolì*, *Cuſpin.* habet vitioſe, *& ex equo.* Cod. *Livin.* & *Bert. equos captivit.* abſurde quidem, ſed tamen ita, ut verae ſcripturae veſtigia tranſluceant Cod. *Put.* pro *ex aequo* praefert *quos*, & ſic praeter *Gud.* etiam *Moerl.*, in quo legitur, *ſorte communi, eligeretur, quos captivitati traderet.* Haec lectio firmat coniecturam *Acidalii*, ita corrigentis, *eligeret ex ſe, quos capt.* Secutus veſtigia Codicum, & *Cellarii* exemplum a vulgata lectione diſceſſi. IAEGERVS. *Voſſii* etiam excerpta *eligeret, quos captivitati.* Scripturam *Rhenani* ſecuti ſunt quoque *Rivinus*, & *Baunius.* Quod dederunt *Cellarius*, & *Iaegerus*, *eligeret ex ſe, quos captivitati*, ſola eſt *Acidalii* coniectura, quam nulla Codd. adiuvat auctoritas, ut mittam *ex ſe* ſupervacaneum videri; etenim ſatisne ſuiſſet *eligeret*, cum ex aliis legere non poſſent? Prava loci tum interpretatio, tum vero etiam interpunctio effecit, ut in devia abierint Interpretes. Scilicet *communi ſorte* cum *difficilius* iunxerunt, idque de morte in pugna interpretati ſunt *Livineius*, & *Cellarius*, de captivitatis ſorte *Iaegerus.* Quid, quaeſo, ſimplicius? quam ut *ſortem* proprio ſenſu capiamus; omnes illi inter ſe Germani ſunt ſortiti, qui futuri eſſent captivi; hoc erat *difficilius*, propter *communem* cunctis ſine diſcrimine, honoratiores eſſent an viliores, hoc pacto conditionem praeſcriptam; *facilior* utique futura eſſet captivitas, quae fortiter pugnanti obveniat, quam quae ſorte, ſine ullo conditionis diſcrimine, inponatur. Itaque ſecundum Codd., ſed mutata interpunctione, locum conſtitui, *ut, quod difficilius eſt, ſorte communi eligeret, quos captivitati.* Eieci *ex aequo*, quod eſt in nullo Codice, niſi *Veneto* apud *Patarolum:* ſi neceſſe foret, poſſet admitti hoc modo, *eligeret, & ex aequo, quos*, id eſt, ſine ullo conditionis, & honoris diſcrimine, ut apud *Plinium* Paneg. 2. 8. *quam commune, quam ex aequo*, id eſt, quam illud ſine diſcrimine inter omnes obtinet. Sed noſtra lectio potior eſt, quia Codd. *Puteani*, *Guelferb.*, *Moerl.*, & *Voſſii* excerptorum auctoritate nititur, illud *ex aequo* ignorantium. Recte autem *eligeret* cum *ſorte* iungitur; *delectus ſorte* eſt apud *Iuſtinum* I. 5. 2. *ſorte lecti*, *Ovid.* Metam. XIV. 251. neque alio ſenſu capiendum συγκατεψηφίσθη in Actib. Apoſt. I. 26. ut ſimpliciter *ſorte lectum* deſignet, aut *adnumeratum*, non *communi ſuffragio electum*, ut habent Belgae Interpretes, aut *comprobatum*, ut alii; ſuffragio enim, & comprobatione non opus erat in re, ſorti commiſſa, indicaturae, quem Deus, non ſuo ſuffragio Apoſtoli, probaret.

Cum reliquiis] *Guelferb. reliquis*; ita ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus*, & *Patarolus*, ceteri *reliquiis*, ut *reliquiae* gen-

ditionis ſuorum.

Cap. VII. Dies me ante deficiet, quam oratio, ſi omnia patris tui facta vel hac brevitate percurram. Cuius etiam ſuprema illa expeditio non Britannica tropaea, ut vulgo creditum eſt, expetivit, ſed, Diis iam vocantibus, ad
2 intimum terrarum limen acceſſit. Neque enim ille, tot tantisque rebus geſtis,

gentis adflictae, infr. 13. 1. & *reliquiae barbaricae cladis*, Incert. Conſtantin. 23. 3. magis tamen placet *reliquis*, id eſt, iis, quibus ſors captivitatis non obtigerat.

Suorum] Quos elegiſſet in captivitatem tradendos. PATAROL.

1. *Quam ſic omnia*] Vet. *quam oratio*, *ſi omnia.* PVTEANVS. *Quam oratio*, *ſi*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Quam ſic omnia*, *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus* in prima; *quam ſi omnia*, *Livineius.* utraque lectio nihil habet, quod ſententiae obſtet. Melior tamen altera ex Codd., etiam *Guelferb.* & *Schonbovii* excerptis; eadem enim *Voſſii* hic deſinunt, recte a *Paullo Stephano* iam recepta, & ſequentibus. —— *Deficientem diem* arbitror ex *Daventrienſi* Cod. reſtituendum *Salluſtio* Iug. 52. ut legatur, *iam deficiente die veſper erat*, quamvis, omiſſo *deficiente*, *die* pro *diei* tueatur *Cortius.*

Suprema illa expeditio] Infra mox: *cum ad tempus ipſum*, *quo Pater in Britanniam transfretabat*, *claſſi iam vela facienti repentinus tuus adventus illuxit.* LIVINEIVS. Adverſus Pictos. BAVNE. Male *Guelferb. trophaea.* Vid. ad *Sedul.* V. 321.

Certum eſt] Vet. *creditum eſt.* PVTEANVS. *Crctum*, *Bertin.* Forte *creditum.* LIVINEIVS. Lege, *ut vulgo creditum eſt.* ACIDALIVS. *Certum* Edd. omnes, & MSS. plerique. *Creditum*, cum in *Put. Gud.* & *Moerl.* inveniatur, quo minus reciperem, nihil viſum eſt obſtare. IAEGERVS. *Creditum* praeplacet.

2. *Caledonum*] Populorum in Britannia Septemtrionali. CELLARIVS. *Caledones*, ſeu *Caledonii* populi Borealis Britanniae, in Scotia, ubi nunc fere regio incolis *Allibauun*, & urbs *Dun Kedd.* Melius autem locum hunc legit *Valeſius* ad *Ammian.* lib. XXVII. cap. 8. nimirum *non Dicaledonum*, pro *non dico Caledonum.* Et quidem *Dicaledonas*, tanquam partem Pictorum, una cum Vecturionibus altera parte, nominat citatus *Ammianus* ibid. PATAROL. Sed emendationi ſuae ipſe non multum tribuit *Valeſius.* adde *Cellar.* Geogr. antiq. II. 4. p. 278. Vulgatum tuetur *Mamertinus* Maximian. 5. 3. *non dico ſtipatione atque comitatu*, *ſed ſaltem.* & ipſe Noſter ſupr. 5. init.

Pictonum] Lege *Pictorum. Picti* in eo tractu. ACIDALIVS. Picti in eadem Scotia fuere, Caledoniis ad meridiem proximi. Solebant corpora ſua pingere, in iisdemque varia animalia deſcribere, teſte *Solino.* PATAROL. *Pictonum Guelferb.*, & ita ediderunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus.* male. *Pictos* etiam dixit ſupr. Conſtantio 11. 4. idque plurimorum Britannorum ad Boream eſſe nomen docet *Cellarius* Geogr. antiq. II. 4. p. 279.

Silvas] Celebris olim Caledonia ſilva, quae & *Deucaledonia* dicta, cuius adhuc hodie veſtigia viſuntur. PATAROL.

Hiberniam] Hibernia, ſeu Iernia, inſula Britanniae ſinitima in occaſum, viginti circiter milliaribus ab eadem diſtans; nobis nunc *Irlandia.* PATAROL.

Thulen ultimam] *Virgilius* Georg. I. ad Auguſtum:

Et tua nautae
Numina ſola colant, tibi ſerviat ultima
Thule.

LIVINEIVS. Vltima inſularum Oceani Thule, ſive Thyle, fuit credita. Vide, quae de Thule in Notit. orbis antiqui commentati ſumus. CELLARIVS. Quae fuerit priſcorum Thule, nondum convenit inter Auctores. Communior tamen ſententia eam putat, quae nunc *Islanda*, inſula Septentrionalis Oceani, ſub Arctico Circulo, inter Norvegiam ad ortum Europam verſus, & Terram Viridem Americae ad Occaſum. Hanc inſulam dixere olim *ultimam*, quod navigationibus tunc temporis non ultra in Boream progreſſi eſſent. *Virgilius* Georg. lib. I.

Tibi ſerviat ultima Thule.

Sic *Seneca* in Medea:

Nec ſit terris ultima Thule.

PATAROL. *Thilen*, *Guelferb. Tylen*, *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, *Rivinus.* eadem eſt varietas apud *Virgil.* Georg. I. 30. praeva-

ſtis, non dico Caledonum, aliorumque Pictorum ſilvas & paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Thulen ultimam, nec ipſas, ſi quae ſunt, Fortunatorum inſulas dignabatur adquirere, ſed, quod eloqui nemini voluit, iturus ad Deos, genitorem illum Deorum, ignea caeli aſtra refoventem, proſpexit Oceanum, ut, fruiturus exinde luce perpetua, iam videret illic diem pe-

valet tamen *Thule*, quia Graecis Θύλη. vide illic *Heinſium*, & V. D. ad *Pompon. Mel.* III. 6. 85. *Vltima* quoque dicitur a *Martiano Capell.* VI. p. 215. rationem vide apud *Barthium* ad *Claudian.* III. Conſ. Honor. 53. *Cellarium* Geogr. antiq. II. 4. *Burman. Secundum* ad Anthol. Latin. T. I. p. 235.

Fortunatorum inſulas] Infra *Mamertinus* Iuliano cap. 23. *Habitatas a iuſtis viris terras in Oceano ferunt, quas Fortunatorum inſulas vocant.* PVTEANVS. De *Fortunatis inſulis*, quas plerique iam credunt Canarias eſſe, earumque ſitu, variae opiniones erant veterum; ut nec defuerint, qui in Britannico mari eas quaererent. Vide *Mureti* Var. Lect. lib. V. cap. 1. CELLARIVS. Mentionem harum faciunt *Plinius*, & *Ptolomaeus*, ac ſex fuiſſe tradunt, quibus etiam varia eorum quiliber nomina affigit. Nunc ſeptem feruntur eſſe in mari Atlantico, contra Africam. Plura de ipſis fabulati Poetae, quae leges apud *Natal. Comit.* Mythol. lib. III. cap. 19 PATAROL. Conf. etiam de his *Iſidor.* Origin. XIV. 6. *Ianuar.* ad *Sigon.* Opp. T. I. Part. II. p. 58.

Dignatur] Vet. *dignabatur*. PVTEANVS. *Dignabatur*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus* in prima, *dignatur*. Codd. & reliquae Edd. vulgatum ſervant, & *Schonbovii* excerpta.

Nemo voluit] *Nemini* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Nemo* etiam *Paull. Stephanus*; alterum Codd. & reliquae Edd. *Eloqui* videtur adhibitum pro ſimplici loqui, de quo *Buneman.* ad *Lactant.* de Opif. Dei 10. 12. & quidem ea, quae ad Deos pertinent. Vid. ad *Mamertin.* Genethl. 11. 4.

Genitorem illum] Alluſit ad *Homeri* verſum Iliad. Ξ.

> Ὠκεανόν τε Θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.
> *Et Divum Tethyn matrem, Oceanumque parentem.*

LIVINEIVS. Fortaſſe, quia Solem, communem omnium parentem, quem ignem eſſe Stoici putant, aquis ſuis paſcit. BAVNE. Poetico heic more Panegyriſta, quod fati erat, *mori illo itinere*, ad conſilium refert, & voluntatem, ut conſecrationi ſimul inſerviat. CELLARIVS. Oceanum *genitorem Deorum* dicit ex priſca opinione, ut dixit & Iuno apud *Homerum* Iliad.

> *Oceanum viſura peto namque ultima terrae,*
> *Vnde genus Superis.*

& *Orpheus* Hymn.

> *Oceanumque voco patrem, Thetynque parentem,*
> *Vnde ortus Superis.*

PATAROL. Ex ſententia *Thaletis*, *Orpheique* etiam Oceanum *rerum principem* vocat *Claudianus* de IV. Conſ. Honor. vs. 23. ad quem locum vid. *Geſner.* IAEGERVS. De *Homeri Oceano* erudita ſcripſit Cl. Collega noſter *Royaards* Diatrib. Acad. cap. 5.

Ignea caeli aſtra] *Fluctibus ſuis ignea*, *Cuſpin.* De Cleanthis, ac Stoicorum ſententia dictum, qui & aſtra tota ignea eſſe, & Oceani humoribus ali putaverunt, quia nullus ignis ſine paſtu aliquo poſſit permanere. *Cicero* de Natur. Deor. II. Achoreas ſacerdos apud *Lucanum* X.

> *Nec non Oceano paſci Phoebumque polumque*
> *Credimus.*

LIVINEIVS. Ex Stoicorum ſententia, dicentium, aſtra ignea Oceani aquas haurire. Plura ſunt in *Cicerone*, *Seneca*, *Plinio*, aliiſque teſtimonia. Qui ſingula cupit, petat e *Lipſio* Phyſiol. Stoic. lib. II. Diſſert. 14. PATAROL. *Cuſpin.* his praeponit verba, *fluctibus ſuis*, quae quidem ſententiae adcommodata ſunt, ſed ex gloſſemate irrepſiſſe videntur. IAEGERVS. Hinc *Oceani unda renovatus* dicitur Lucifer, apud *Silium Italic.* VII. 639. ubi *Drakenborch.* —— *Proſpicere Oceanum* quid ſit, vide ad *Mamertin.* Maximian. 3. 3.

Fructurus] *Fruiturus.* RHENANVS. *Fruiturus*, *Bertin.* LIVINEIVS. Pro *fruiturus Cuſpin. Livin.* & MS. *Gud. futurus*, *Rhenan. Stephan. fructurus*, & in marg. *fruiturus*, uti etiam in *Bertin.* reperitur, & editum eſt a *Pariſ.*, *Patar.*, & *Cellar.*

3 pene continuum. Vere enim profecto illi Superûm templa patuerunt, rece-
ptusque eſt conſeſſu caelitum, Iove ipſo dexteram porrigente. Quinimo ſtatim
ſententiam rogatus, cui imperium decerneret, dixit, ut decebat Conſtantium
4 Pium. Manifeſte enim ſententia patris electus es Imperator. Quod quidem ita
nos

lar. IAEGERVS. *Fructurus* etiam *Puteolanus*, & *Rivinus*; *futurus*, *Paull. Stephanus*. Vulgatum primus dedit *Gruterus*. recte. Conf. ad *Vell. Paterc.* II. 104. 3.

Pene continuum] *Iuvenalis:*

Et minima contentos nocte Britannos.

Caeſar lib. Comment. de Bello Gallic. & infr. cap. 9. *certe quidem, propter quod vita diligitur, longiſſimae dies, & nullae ſine aliqua luce noctes.* PVTEANVS. Infra in Britanniae laudibus: *In qua longiſſimae dies, & nullae ſine aliqua luce noctes, dum illorum littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque & metam caeli, & ſiderum tranſit aſpectus. Vt ſol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat praeterire. Tacitus* Iulii Agricolae vita: *Dierum ſpatia ultra noſtri orbis menſuram, & nox clara, & extrema Britanniae parte brevis, ut finem, atque initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas. Quod ſi nubes non officiant, aſpici per noctem ſolis fulgorem, nec occidere, & exurgere, ſed tranſire affirmant. Scilicet extrema, & plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum & ſidera nox cadit.* Plura inibi lege, quae huc faciant. LIVINEIVS. & BAVNE. Non omnino continuum, quia talem non habent, niſi qui ſub ipſo Polo ſunt, quibus Sol per ſex menſes fulget, per totidem conditur. Quo quis igitur ab Aequatore Polum verſus progreditur, eo longioribus diebus fruitur, noctibusque contra brevioribus. PATAROL. Add. *Caeſar.* de B. G. V. 13. *Plin.* H. N. lib. II. cap. 75. & ibi *Hard.* & *Scalig.* ad *Manil.* Aſtron. lib. III. vs. 301. p. m. 212. & huius Paneg. cap. 9. 3. IAEGERVS. Conf. praeterea *Pompon. Mel.* III. 6. 85. *Solinum* Polyhiſt. 25. *Iſidor.* Orig. XIV. 6. *Martian. Capell.* VI. p. 215. ad *Eumen.* Conſtantio 4. 3.

3. *Illum Superûm*] Sic Vet. *illi Superûm.* PVTEANVS. *Illi* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin. Illi*; & *patuerunt* belle ſcribitur. Africanus de ſe apud *Ennium:*

Mi ſoli caeli maxima porta patet.

LIVINEIVS. Conf. ſeq. obſervat.

Templa petierunt] *Patuerunt* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Pariſ.*, *Patar.* cum *Cellar. illi ſup. temp. patuerunt*, ut Codd. *Liv. Bert. Lang. Schonhov. Put. Moerl.* & Ed. *Cuſp.* habent, pro depravato *Rhen. Steph.* & *Liv.*, *illum ſ. t. petierunt.* IAEGERVS. *Illi patuerunt* recte ſecundum Codd. dedit *Paullus Stephanus*, & reliqui praeter *Rivinum* in prima; *templa* paſſim *patere* dicuntur, ut apud *Ovid.* Faſt. I. 181. ex Pont. III. 1. 132.

Conceſſu caeli] *Conſeſſu.* RHENANVS. Vet. *conſenſu coelitum.* PVTEANVS. *Caeli tum Iove* Vet. *Bertin.* Forte, *caelitum*, *Iove.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan.*, *conceſſu caeli*, & in marg. *conſeſſu. Livin. conſeſſu caeli.* Put., *conſenſu coelitum. Moerl.*, *conſenſu coeli*, *Schonhov. conſeſſu caelitum*, & plane ita MS. *Gud.* cum Ed. *Cuſp.* (excepto, quod ſeparant, quod iunctim legendum eſt, *caeli tum*) & ſic *Pariſ.*, *Patar.* cum *Cellario.* IAEGERVS. *Gud.* ſcriptura prae reliquis placet in tanta Edd. varietate. De utriusque vocis permutatione vide ad *Eumen.* Grat. act. 3. 2.

Dexteram porrigente] Extat Conſtantini nummus, quadriiugo curru in coelum evolantis, deſuper manus e coelo porrecta: ſimilem haud dubie nummum Conſtantio fuiſſe oportet. BAVNE. Confer ad Incerti Paneg. Maximian. 14 3.

Sententiam rogatus] *Livineio* antiquiores, & poſtea *Rivinus* in prima, *ſententia*, idque videntur retuliſſe ad *decerneret*, cui ſententia ſua imperium decerneret. Monitu vix opus, meliorem eſſe vulgatam, ſuffragio Codd., & *Schonhovii* excerptorum probatam.

Vt decebat, dixit] *Vt dixit decebat* Vet. PVTEANVS. *Dixit, ut decebat* Vet. *Bertin.* Qui *Conſtantinum* ſcripſere, *dixit* interpretati ſunt, pronunciavit, nominavit; falſo. eſt enim ſenſus, rogatum ſub deceſſum patrem, cui imperium relinqueret, ea locutum, quae Pium decerent. Repone ergo auctoribus libris, *dixit*, *ut decebat Conſtantium*, &c. & poſt *decebat* ſectionem tolle. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. ut decebat, dixit Conſtantinum Pium.* Cod. *Liv. Bert. Moerl. dixit, ut dec. Conſtantium Pium* Recte. IAEGERVS. *Vt decebat, dixit* etiam *Puteolanus*, & *Rivinus.* Alteram lectionem, inde a *Grutero* receptam, Codd., etiam *Guelferb.*, confirmant.

Con-

nos dicere cum veritas iubet, tum pietati tuae, ut video, gratiſſimum eſt. Sed cur tantummodo privatis tuis adfectibus blandiamur? cum omnium Deorum fuerit illa ſententia, & quidem iam pridem auctoritate perſcripta, quamvis tum pleno firmata ſit conſilio. Iam tunc enim caeleſtibus ſuffragiis ad ſalutem rei-
pu-

Conſtantinum Pium] Vet. *Conſtantine.* PVTEANVS. *Conſtantium* Vet. *Bertin.* Indubie verum *Conſtantium.* Non longe infra: *Dii boni, quanta Conſtantium Pium, etiam in exceſſu ſuo, felicitate donaſtis.* Rurſum: *Gratulare, Conſtantine, naturae, ac moribus tuis, quod te talem Conſtantius Pius genuerit.* Incertus in Conſtantinum A. *Erat ille Maximiani ſuppoſitus, tu Conſtantii Pii filius.* Iterum mox: *Te, Conſtantine, paterna pietas ſequebatur*, &c. LIVINEIVS. Id reſpondit, quod pium Imperatorem deceret. Videtur autem Conſtantius peculiari quodam nomine *Pius* dictus, cap. 8. Paneg. VIII. c. 4. BAVNE. & IAEGERVS. *Conſtantinum*, *Guelferb.* & ita editum eſt usque ad *Gruterum*, poſtea etiam a *Rivino:* retulerunt illud ad *dixit*, ſed ſi ita legatur, bis idem monuit *Eumenius*, nihil enim *dixit Conſtantinum* a ſequentibus *ſententia patris electus* diſtat. Recte igitur, mutato verborum ordine, *Conſtantium* repoſuerunt, & ad *decebat* retulerunt, ea ſententia, quam in praeced. obſerv. explicuit *Livineius.*

Electus eſt Imperator] Vet. *es.* PVTEANVS. Forte *es.* LIVINEIVS. Lege, *es*, *quod.* ACIDALIVS. *Es*, ita reſtituendum fuit ad integritatem ſenſus, iuxta veterem Codicem. BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livineius*, *Pariſienſis* prior, *electus eſt Imperator.* Sed *Livineius*, & *Acidalius* iam vidit, legendum eſſe *es;* quod in Cod. *Gud. Put.* & *Moerl.* reperitur, & a *Baunio*, *Patarolo*, *Cellarioque* iam fuit receptum. IAEGERVS. Recte ita recepit *Baunius.* Rem ipſam explicui ad Incert. Maxim. 1. 1.

4. *Quod ita nos*] *Quod quidem ita* Vet. PVTEANVS. *Quod quidem* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & inde a *Grutero* receperunt, excepto *Rivino.*

Pietati tuae] Nihil enim aeque gratum tibi, quam ſi a Patre electus ſis Imperator. BAVNE.

Tantummodo privatis] *Tantum non pr.*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Private*, *Guelferb.* in quo ſequentia usque ad *perſcripta* deſunt.

Iam auctoritate] *Iam pridem* Vet. PVTEANVS. *Iam pridem* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Pridem* quoque in *Schonbovii* excerptis, primusque inſeruit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſecuti.

Praeſcripta] Vet. *perſcripta.* Quid ſit *Senatus auctoritas*, vel *auctoritas perſcripta*, notum eſt. PVTEANVS. Codicum non una lectio. In *Langii* Schedis, *Cuſpin.* eſt, *praeſcripta*, *quamvis pleno*, &c. in Vet. *Bertin. praeſcr. quamvis tum pleno ſit firm. conſ.* Quod equidem ſequar, & *pleno conſilio* exponam, frequente tanquam Senatu eorum, qui Conſtantio prius ad conſilia. Confer, quae notamus ſupr. c. 5. LIVINEIVS. Id eſt, irrevocabilis quaſi praeſcriptionis iure. BAVNE. Non miror, *Baunium* parum feliciter verſatum eſſe in explicando loco, qui levi medicina indiget. Eam vero adferunt Codd. *Gud. Put.* & *Moerl.*, in quibus legitur: *auctoritate perſcripta.* In conſilio Deorum, tanquam Senatu, ante adventum Conſtantii, non aderat legitimus quaſi & plenus Senatorum numerus, ideoque ſententia eorum auctoritate tantum perſcripta, ſive Senatus auctoritas *perſcripta* fuit; accedente autem Conſtantio, conſilioque tum pleno, ſententia illa veluti Senatus conſulto firmata eſt. Vocem *perſcribere* in hac re proprie uſurpari, multis probat *Manutius* ad *Cicer.* Epiſt. ad Div. I. 2. 11. p. 27. Ed. *Graev.* & facile fieri poſſe, ut *perſcribere* & *praeſcribere* confundantur, nemo ignorat. Non dubitavi itaque in contextum recipere hanc lectionem, probatam etiam *Puteano.* IAEGERVS. Nihil eadem certius; dubium tamen, ita dederit ex Codice *Puteanus*, an coniectura; ſaltem in variantibus, quas MSS. habeo, adſcriptum legitur *forte.*

Quamvis tum pleno] Variat ſcriptura. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent, *quae tum pl.* in *Lang. Cuſp.* & *Schonbov.* eſt, *quamvis pleno.* in Cod. *Livin.* & *Bertin.*, quibus & accedit *Moerl.*, *quamvis tum pleno;* quod recte ſecuti ſunt *Pariſ. Patar.* & *Cellar.* IAEGERVS. Secutus quoque *Baunius*, & probat *Guelferb. Rhenanum* expreſſit *Rivinus.*

5. *Tunc caeleſtibus*] *Tunc enim* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Enim* ſola ignorat *Livineii* Ed.

Signis ſuffragiis] *Signis* Vet. delet. PVTEANVS. *Signis* abeſt in Vet. *Bertin. Cuſpin.* Recte. LIVINEIVS. Addititium *ſignis* credo. ACIDALIVS. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* Verum importuna iſta vox *ſignis*, quae ſine dubio ex margine in contextum irrepſit, abeſt a Cod. *Livin. Bertin. Put. Moerl.* & *Cuſp.* poſterioribusque Edd.,

publicae vocabaris, cum ad tempus ipſum, quo pater in Britanniam transfretabat, claſſi, iam vela facienti, repentinus tuus adventus illuxit: ut non advectus curſu publico, ſed divino quodam advolaſſe curriculo videreris.

Cap. VIII. Non enim ulla Perſarum, Cydonumve tela tam certis iactibus deſtinata fixerunt, quam tempeſtivus patri tuo, terras relicturo, comes

eamque abeſſe debere, & *Livin.* & *Acidal.* recte iudicarunt. IAEGERVS. Retinuit tamen in prima *Rivinus.* deeſt quoque in *Guelferb.*

Transfretabat] In MS. *Moerl.* vitioſe legitur *transferebat.* IAEGERVS. *Transfretare fretum* dixit *Plinius* Paneg. 81. 4. vid. illic in ſua Edit. *Schwarzius.* —— *Ad tempus ipſum* occurrit quoque ſupr. Conſtantio 1. 1. ubi hunc locum contulit *Livineius.*

Illuxit] De eodem adventu Conſtantini *Eutropius* lib. X. *Exoptatiſſimus moderator acceſſit.* PATAROL. Hoc uſus eſt verbo ad indicandam celeritatem, ut adparuerit tamquam flamma, aut fulmen, de quo *Barthius* Adverſ. VI. 5. & ad *Claudian.* Laud. Stil. III. 64. Sed ineſt huic loco ſcrupulus, quem Panegyricorum tacite praetereunt Interpretes, ſenſerunt tamen *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 24. & *Grunerus* ad *Victor.* Caeſ. 40. 3. nec tamen exemerunt. Scilicet ad patrem pene moribundum veniſſe in Britanniam Conſtantinum, teſtantur Hiſtorici, & Noſter cap. ſeq. hic vero ſignificare videtur, eum una cum Patre, ſano adhuc & viribus valido, traieciſſe: quod anno, mortem Patris praecedente, fieri tum debuiſſet. Ne haec unanimi Hiſtoricorum ſuffragio adverſentur, duplex mihi Conſtantini ad Patrem videtur conſtituendus adventus; alter ad Bononiam, cum iu Britanniam traiecturus eſſet Pater, ſed quem in eam inſulam non eſt comitatus Conſtantinus; alter vero in Britannia, cum morti Pater eſſet vicinus. Duplex enim Deorum memorat ſuffragium *Eumenius*, quo, propter pietatem in Patrem, hoc dignus habebatur honore; primum, cum *auctoritas* tantum eſſet *perſcripta*, ſecundum, cum *pleno conſilio* illa *ſit firmata.* Auctoritas perſcripta erat *iam pridem*, id eſt anno praecedenti, cum traiecturus eſſet Pater, qui cum haud dubie Bononia ſolverit, ideo in excerptis Anonymi poſt *Ammian. Marcell.* p. 711. dicitur Conſtantinus *ad Conſtantium veniſſe apud Bononiam*, & forte hinc a Galerio obſes eſt retentus, de quo dixi ad Incert. Maxim. 1. 1. confirmata autem erat eadem auctoritas, cum imperium ipſi reliquiſſet Pater moribundus. Ita non opus eſt, Anonymum, aut Noſtrum erroris adcuſare, aut denique *Nourrium* ſequi, Diſſert. ad *Lactant.* p. 384.

Curſu publico] An? *curru.* De vehiculo publico notum. ACIDALIVS. Male. *Lactant.* M. P. 24. *Nudatus ei curſus publicus nunciatur.* intelliguntur autem equi diſpoſiti, & publici, de quibus late dixi in Miſcell. p. 318. ubi ſuſpicatus quoque ſum, in L. 2. D. de In ius vocand. legendum eſſe, *in curſu publico transvehatur*, & nondum poenitet. *Publica iumenta* dixit *Victor.* Epit. 41. 2. ἵππους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν, *Zoſimus* Hiſt. II. 8. Conf. *Caſaub.* ad *Spartian.* p. 15. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 197. & 522.

1. *Illa Perſarum*] *Vlla* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Illa* lectum fuit ante *Gruterum*, poſtea etiam in prima *Rivini.* Vulgatum tuentur Codd., & *Schonhovii* excerpta.

Cydonumve] *Cydones*, populi inſulae Cretae, quorum urbs a *Strabone Cydonia*, a *Ptolemaeo Cydonis*, ab aliis *Cydon* appellatur. BAVNE. Cretae populus Κύδωνες, *Cydones*, ut *Strabo* lib. X. refert, quorum oppidum *Cydonia*, *Cydonea*, & *Cydon* vocabatur. Arundinem illa regio fert telis aptiſſimam, unde *Virgilio* ſunt Eclog. X. vs. 59. *Cydonia ſpicula; Silio* lib. X. vs. 261. *Cydonea violatus arundine.* CELLARIVS. Populi fuere Cretae inſulae, ubi nunc *Canea*, iaculandi peritiſſimi, ſicuti & Perſae, ſeu Parthi. *Ovid.* Metam. lib. VIII.

Cydoneasque pharetras
Noverat.

PATAROL. Conf. *Ianuar.* ad *Sigon.* de Imp. Occid. II. Opp. T. I. Part. II. p. 58.

Iactibus deſtinata] MS. *Moerl.* exhibet, *certis ictibus.* IAEGERVS. *Ictibus* etiam coniecit Pater meus. Propter *deſtinata* magis placet *iactibus;* ſunt enim *deſtinata* tum, cum coniiciuntur, vid. Obſerv. Amſtelaed. Nov. T. II. p. 60. Not. ad *Victor.* Epit. 47. 4. ad coniecta, inlato vulnere, magis *ictus* pertinet, hinc *intra iactum teli ſtare*, *Nazarius* Paneg. 18. 4. *telorum irriti iactus*, ibid. 29. 5. *Auſonius* Grat. act. 27. 3. *nemo ſpicula crebrius*

mes adfuiſti, omnesque illius curas, quas praeſaga & tacita mente volvebat, praeſentiae tuae ſecuritate laxaſti. Dii boni, quanta Conſtantium 2
Pium etiam in exceſſu ſuo felicitate donaſtis! Imperator tranſitum facturus in caelum vidit, quem relinquebat heredem. Illico enim atque ille terris fuerat exemtus, univerſus in te conſenſit exercitus, te omnium mentes, oculique ſignarunt, &, quamquam tu ad ſeniores Principes de ſum-

brius iecit, *aut certius deſtinata percuſſit*. ſequens praeterea *fixerunt* magis *iactibus* favere videtur. in L. 5. §. 10. D. de Oper. nov. nunc. Florentiae eſt, *lapilli ictum*; ſed recte, ob Baſilicorum βολὴ, *iactum* praefert *Schulting.* ad *Quinctil.* Declam. p. 29. & latius explicat *Otto* in Iuriſpr. Symb. Exercit. II. cap. 9. confirmat illud L. 6. §. 1. D. Si ſervit. vind. L. 1. §. 6. Quod vi aut clam, & *lapillum iactare* in L. 20. §. 1. eod. neque opus auxilio *Hotomanni* Obſ. II. 4. apud *Iſidor.* Orig. XIV. 8. *Acroceraunia*, *montes propter altitudinem*, *& fulminum iactus vocati.* ex optimo *Groningano* ſcribe *ictus.*

Fixerunt] Malim *fixerint.* RITTERSHVSIVS. Praeter neceſſitatem; ſignificat enim, unquam fixerunt, aut figere ſolent, quae ſignificatio temporis praeteriti, ut apud Graecos indefiniti, in Latinis Scriptoribus haud raro obſervatur, & frequentiſſima eſt in ſcriptis *Senecae* Philoſophi. Sic. V. G. de Conſtant. Sapient. c. 11. *Pueri os parentum feriunt*, *& crines matris turbavit*, *laceravitque infans*, *& ſputo adſperſit*, *aut nudavit in conſpectu ſuorum tegenda*, *& verbis obſcenis non pepercit*, *& nihil horum contumeliam dicimus.* IAEGERVS.

Comes adfuiſti] *Adveniſti*, *Bertin.* LIVINEIVS. Ita *Euſebius* libro de vita Conſtantini. Addit vero *Zonaras*, Conſtantio aegrotanti, & ad ceterorum filiorum ineptam indolem moeſto, Angelum aſtitiſſe, qui iuberet, Conſtantino relinquere imperium. BAVNE. De Conſtantino *Aurel. Victor*: *Ad patrem in Britanniam pervenit. Et forte eisdem diebus ibidem Conſtantium parentem fata ultima perurgebant.* Sic & *Euſeb.* Vit. Conſt. lib. I. c. 21. *At Conſtantio ſub idem tempus ultima vitae dies imminebat.* Conſtantii ſepulchrum in Britannia repertum fuiſſe teſtantur *Florilegus*, & *Camdenus*, relati a *Ruperto* Obſerv. ad *Beſoldum.* PATAROL. Conf. *Baluzium* ad *Lactant.* M. P. 24. & *Nourrium* Diſſert. ad *Lactant.* p. 383. qui tamen male ad patrem aegrotum Bononiae veniſſe cenſet, cum duplex Conſtantini iter, quod ſupra monui, ſit diſtinguendum.

2. *Conſtantinum Pium*] Lege *Conſtantium.* De patre enim Conſtantini capienda haec omnino. ACIDALIVS. *Conſtantinum* etiam *Guelferb.* editumque fuit usque *Gruterum*, poſtea etiam a *Rivino.* *Conſtantium*, quod etiam in *Schonbovii* excerptis eſt, poſtulant ſequentia, & notata ad cap. 7. 3. denique *exceſſu ſuo*, quod non niſi de Conſtantii morte poteſt intelligi; ut cap. 4. 5. *exceſſit a nobis.* qua eadem notione adhibetur *exitus.* Conf. *Cortium* ad *Salluſt.* Catil. 55. 6. Cl. *Segaarium* ad *Lucae* Euang. p. 259. & me ad *Sedul.* V. 131.

Illico enim atque] Conf. *Livin.* ad *Eumen.* Conſtantio 7. 3.

Conſedit exercitus] *Conſenſit* Schedae *Langii*, *Cuſpin.*, *conſcendit* Vet. *Bertin.* Vix mihi dubium, quin verum ſit, *conſenſit exercitus*; non potui tamen, quin ſcripturam, quae in Vet. *Bertin.*, cum fide repraeſentarem, etſi ex ea nihil hactenus exſculpo. LIVINEIVS. Annitente Eroco, Alamannorum rege, qui ei adverſus Pictos, Britanniae populos, auxilio venerat, *Victor.* BAVNE. *Rhenan. Stephan. Livin. conſedit.* Cod. *Gud. Livin.* & *Bert. conſcendit. Moerl. conſcendet. Lang. Cuſp.* & *Schonbov. conſenſit.* Noſtram hanc lectionem exhibent cum *Pariſienſibus Cellarius*, & *Patarol.* IAEGERVS. *Conſedit* etiam *Puteolanus*, & *Rivinus.* ſed *conſenſionem* dixit ſupr. 3. init. Conſ. *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. 24.

Quamquam tua] Lego, *tu ad Sen. Princ.* &c. RITTERSHVSIVS. *Quamquam tu*; *Rhenani* Editionem ſequor. In aliis enim eſt, *& quanquam tua ad ſeniores Principes de ſumma republica*; mendoſe mea quidem ſententia. BAVNE. *Tu Guelferb.* quod cum *Rhenana* recte dederunt *Henr. Stephanus*, *Baunius*, *Patarolus*, & *Iaegerus.*

Ad ſeniores Principes] Dixi ad cap. 1. Incertus in Maximianum & Conſtantium Herculii quoque, qui, Diocletiano auctore, imperium poſuerat, partes aliquas firmando Principatu Conſtantini facit, ſi haec capio: *Quanquam quid ego in te aetatis tuae potius*, *quam gravitatis nomen uſurpo? cuius tanta maturitas eſt*, *ut*, *cum tibi pater imperium reliquiſſet*, *Caeſaris tamen appellatione contentus*, *expectare malueris*, *ut idem te*, *qui illum*, *declararet Auguſtum.* Locum perlege. LIVI-

ſumma republica, quid fieri placeret, retuliſſes, praevenerunt ſtudio, quod
3 illi mox iudicio probaverunt. Purpuram ſtatim tibi, cum primum copiam tui fecit egreſſus, milites, utilitati publicae magis, quam tuis adfectibus ſervientes, iniecere lacrimanti. Neque enim fas erat diutius fleri Principem
4 conſecratum. Diceris etiam, Imperator invicte, ardorem illum te depoſcentis exercitus fugere conatus, equum calcaribus incitaſſe. Quod quidem, ut verum audias, adoleſcentiae errore faciebas. Quis enim te Cyllarus, aut Arion

VINEIVS. Vid. huius Paneg. 1. 4. & antecedentis c. 5. 3. IAEGERVS. Rem explicui ſupr. ad Incert. Maximian. 1. 1. ex quibus lucem capient, quae hic *Livineius*, neque adeo opus eſt, ut ſolum hic Galerium Maximianum A., & Severum, & Maximinum Caeſares intelligamus cum *Baluzio* ad *Lactant.* M. P. 25.

Summa republica] *Reipublicae*, *Guelferb.* & ita *Rhenanus*, uterque *Stephanus*, *Rivinus*, *Baunius*, & *Iaegerus.* Vulgatum tuentur notata a *Zinzerlingio* Promulſ. Crit. 48. & ita *ſumma res*, de qua *Iaeger.* ad *Mamertin.* Iulian. 2. 6.

Tamen ſtudio] *Tamen* abeſt Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Abeſt quoque in *Guelferb.* horumque Codd. auctoritate delevi, cum a Librario, frequentem ellipſin poſt *quamquam*, *etſi*, & ſimilia ignorante, videatur inſertum. Exempla dederunt *Drakenb.* ad *Livium* XXII. 19. 1. XXXVI. 38. 7. ipſe ad *Arator.* II. 733. ſimilemque medelam adhibui *Mamertino* Maxim. 11. 2.

3. *Primos copiam*] *Primus.* RHENANVS. Vet. *primum.* PVTEANVS. *Primus*, ita *Rhenan. Stephan. Livin. Pariſ. Patar. Cellar.* habent; *cum primo Cuſpin.* & *Schonhov.* in ora *Rhenan.* *cum primum Put.* eiusque comes *Moerl.* quod praefero. IAEGERVS. *Primus Guelferb.* ſed *Iaegerum* ſequor. De purpura illa conf. *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. 25.

Affectibus] *Guelferb effectibus.* male.

Fas erat] Neque enim diutius erat in luctu immorandum, ut coelo donatum, & conſecratum Conſtantium defleremus. BAVNE. *Moerl. fas eſt.* IAEGERVS.

Conſecratum] Inter Deos relatum, Ethnico more. Extant eius nummi cum capite velato, quod ſignum olim conſecrationis erat. PATAROL.

4. *Calcaribus incitaſſe*] Equum quidem calcaribus Conſtantinum incitaſſe refert *Victor Schotti*, cum effugiens Roma, ubi obſes religionis a Galerio tenebatur, veredis poſt ſe truncatis, ad Patrem in Britanniam convolaret; id vero ipſum praeſtitiſſe, ut exercitus, ipſum ad imperium depoſcentis, votis ſeſe ſubduceret, nemo eſt, opinor, qui dixerit praeter Panegyriſten iſtum. BAVNE. Aliis eſt *admittere equum*, de quo *Torren.* ad *Valer. Max.* III. 8. 1. Quae ex *Victore* habet *Baunius*, reliqui quoque teſtantur Hiſtorici, ſed de eo, quod hic *Eumenius* tradit, nihil ſimile deprehendi, & forte verbum *diceris* indicat, magis ſe Oratorum more loqui.

5. *Cyllarus*] Vide *Auſon.* in fine Panegyr. ad Gratianum. PVTEANVS. Caſtoris equus eſt, quem Iuno a Neptuno acceptum ei tradidit. De huius pernicitate paſſim apud Poetas. *Propert.* lib. II. Eleg. 7.

Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.

Virgil. Georg. III. Pollucis equum fuiſſe dicit:

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis
Cyllarus.

Sed hic fratrem pro fratre poſuit licentia Poetica, ut notat cum ceteris *Virgilii* interpretibus *Servius.* BAVNE. Pernicium equorum exempla. *Cyllarus* quidem Caſtoris, aut Pollucis, *Arion*, Ἀρείων, Herculis, & poſtea Adraſti. *Virgil.* Georg. III. vs. 89.

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus.

& *Valerius Flaccus* lib. I. vs. 425.

Vectorem pavidae Caſtor dum quaereret Helles,
Paſſus Amyclaea pingueſcere Cyllaron herba.

Propertius lib. II. Eleg. 34. vs. 37.

Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion.

Tzetzes ad *Heſiodi* Scut. Hercul. vs. 120. Ἀρείων ἵππος, ᾧ ἐποχούμενος Ἄδραστος ἐν ταῖς Θήβαις ἐξέφυγεν

rion poſſet eripere, quem ſequebatur imperium? Illa, inquam, illa maieſtas, quae Iovis ſubiecta nutu, nec Iridi, Deum nuntiae, ſed pinnis commiſſa Victoriae, tam facile te comitata eſt, quam cito ad terras caelo miſſa perveniunt. Sic modeſtiam tuam, atque pietatem & differendi imperii conatus 6
oſtendit, & reipublicae felicitas vicit.

CAP. IX. O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quae Conſtantinum Caeſarem prima vidiſti! Merito te omnibus 2
cae-

γεν Ἀρείων ἵππος Ἡρακλέους. *Arion equus, quo Thebano bello Adraſtus effugit. Arion equus Herculis.* adde *Pauſaniam* Arcad. c. 25. *Apollodorum* III. 6. extr. CELLARIVS. *Barth.* ad *Claudian.* IV. Conſ. Honor. 557.

Arion] Equus Adraſto a Neptuno datus, cuius pariter pernicitatem celebrat *Statius* lib. VI. Theb. aliique paſſim Poetae. BAVNE. & PATAROL. *Auſon.* Epitaph. 35. 9.

Sequebatur imperium] *Seneca* de Benef. V. cap. 1. *Nam fere ſequuntur beneficia non repoſcentem, & ut gloria fugientes magis magisque ſequitur, ita fructus beneficiorum gratius reſpondet illis, per quos etiam eſſe ingratis licet.* LIVINEIVS.

Subiecta nutu] Lege *ſubvecta n.* ACIDALIVS. MS. *Gud.* vitioſe: *boni ſubrata nutu. Acidalius* legi iubet, *ſubvecta*, idque recepit *Cellarius.* Sed illud, quod omnes ſcripti & Edd. habent, non ſollicitandum videtur, nec ſcio, cur *ſubvehere alicui maieſtatem* facilius ferri queat, quam *ſubiicere*, quod h. l. idem eſt, quod adferre, dare, adponere. *Ovid.* Met. VII. 304.

Spes eſt virginibus Pelia ſubiecta creatis.

Idem Met. XIII. 717. ſq.

Nati rege Moloſſo
Irrita ſubiectis fugere incendia pennis.

Iovis itaque, cuncta ſupercilio moventis, nutu, in quo ipſo ineſt maieſtas, data eſt, & adiuncta Conſtantino maieſtas, & dignitas Imperatoria. De *maieſtate* vid. *Salmaſ.* ad *Trebell.* Gallien. c. 14. p. m. 228. IAEGERVS.

Sed prius commiſſa] Vet. *ſed pinis.* Lege *pinnis.* PVTEANVS. *Pinis*, *Bertin.* Forte *pennis.* LIVINEIVS. Lege: *ſed ipſi commiſſa.* ACIDALIVS. *Prius commiſſa* Edd. omnes, praeter *Cellar.*, in qua legitur, *ſed ipſi comm. Vict.* quod neſcio, unde ſit petitum. Cod. *Bertin.* & *Put.* exhibent *pinis*, *Moerl.* & *Gud.* adcurate *pinnis*, quod verum eſſe facile liquet. Victoriam *pinnatam* fingi quis neſcit? Vid. Paneg. *Nazar.* c. 32. 4. & *Pacat.* c. 39. 1. IAEGERVS. Optime locum integritati reſtituit *Iaegerus;* quem miror non vidiſſe, *Acidalii* coniecturam a *Cellario*, nihil etiam monente, eſſe in textum intruſam. Propter Codd. praevalet *pinnis*, quamvis *Livineii pennis* poſſet admitti. Conſ. ad Incert. Maximian. 6. 2. Victoriam alatam vide apud *Begerum* Theſ. Brandenb. T. III. p. 284. ſq. & in ruderibus arcis Britannicae in *Scriverii* Batavia p. 184. & 187. paſſim quoque in nummis.

Comitata eſt] *Continuata*, *Bertin.* Inepte. LIVINEIVS. Quod in *Bertiniano* Cod. reperit *Modius* olim noſter, *continuata eſt*, non dixerim ineptum. *Continuari* enim eſt ſequi, comitari. RITTERSHVSIVS. Lege *continuata eſt.* Verbum *continuari* ad *Latinum Pacatum* etiam emendavimus, & *Symmachum.* ACIDALIVS. *Continari*, vel *continuari* pro comitari, ſequi, apud *Symmachum* Epiſt. I. 53. legitur. IAEGERVS. Nihil muto. *Rittershuſii* notam, in *Pariſienſi* neglectam, ex Obſerv. eius in Panegyricos, poſt Paraeneticos veteres *Goldaſti*, revocavi.

Caelo miſſa] Conf. Paneg. VII. *Eumenii* Flavienſ. nomine, c. 10. 2. IAEGERVS. Vbi vid. *Livineius; Eumenius* Conſtantio 19. 1. *ut caelo delapſam.* & huic locutioni velocitatis ineſſe indicium oſtendit *Barthius* ad *Statium* Theb. III. 318.

1. *Nunc omnibus*] Forte *& una omnibus.* ACIDALIVS.

Caeſarem prima vidiſti] Adi, quae notamus ad cap. 6. ſupr. LIVINEIVS. Vtrum naſcentem, ut inde colligunt, quicunque Conſtantinum Britannum faciunt? an imperantem? aut *Caeſaris* certe appellatione inſignitum? ut contendunt alii. Idem enim Eboraci, quae Britanniae civitas eſt, contigiſſe nemini dubium eſt. BAVNE. Vid. Paneg. V. c. 4. 3. MS. *Moerl.* praefert *praevidiſti.* IAEGERVS. Quae hic dubitanter *Baunius*, late explicui ad Incert. Maximian. 1. 1. & 4. 3.

 2. *Cae-*

caeli ac ſoli bonis natura donavit, in qua nec rigor eſt nimius hiemis, nec ar-
dor aeſtatis, in qua ſegetum tanta foecunditas, ut muneribus utrisque ſufficiat
& Cereris & Liberi, in qua nemora ſine immanibus beſtiis, terra ſine ſerpen-
tibus noxiis; contra pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte diſtenta,
3 & onuſta velleribus; certe quidem, quod propter vitam diligitur, longiſſimae
dies, & nullae ſine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non
at-

2. *Caeli ac ſoli*] *Florus* III. 3. 13. *ſoli caelique clementia.*

Nimis hiemis] *Nimius*, aut *nimiae*. RHENANVS. Vet. *nimius*. PVTEANVS. *Minucius Felix* Octavio: *Britannia ſole deficitur, ſed circumfluentis maris tepore recreatur. Tacitus* libro, quem ſupra dixi: *caelum crebris imbribus ac nebulis foedum, aſperitas frigorum abeſt.* LIVINEIVS. Omnis haec varietas ab haeſitatione Librarii. Lege *rigor eſt hiemis.* ACIDALIVS. Auctor Panegyrici reſpexit ad locum *Taciti* de Agricolae vita, ubi id ipſum habet in lib. de Britanniae ſitu, temperie, fertilitate. BAVNE. Videtur hoc incredibile, cum Britannia ſit multum Septemtrionalis. Attamen confirmatur a *Guilielmo Camdeno*, in Britanniae deſcriptione, & omnino conſonat iis, quae apud *Tacit.* in Agric. leguntur. PATAROL. *Rhenan.* & *Stephan. nimis hiemis. Acidalius* putat, hunc errorem ab haeſitatione Librarii ortum eſſe, &, eiecta voce *nimis*, legi iubet *rigor eſt hiemis.* Verum illud *nimius* reperitur in Ed. *Cuſpin. Livin.* & poſterioribus, & in Cod. *Put.* & *Moerl.*, & adſcriptum eſt in margine Ed. *Rhenan.* a *Schonbovio.* IAEGERVS. *Nimius* etiam *Guelferb.*

Muneribus utriusque] Vet. *utrisque.* PVTEANVS. *Vtrisque* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. utriusque.* Verum *utrisque* eſt in Codd. *Livin. Bertin. Schonbov. Put. Moerl.* & Edd. *Cuſpin. Pariſ. Patar.* & *Cellar.* IAEGERVS. Eſt quoque in *Guelferb.* & inde a *Grutero* omnes retinuerunt, praeter *Rivinum* in pr. Pluralem illum tuentur *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. 30. 4. *Torren.* ad *Val. Max.* VI. 5. ext 3. apud *Ruffinum* III. 20. *utrisque* lege ex *Saresberienſi* VIII. 19.

Pecorum mitium] *Guelferb. pecorum nemora mitium.* vocabulum illud ex praecedentibus Librario videtur fuiſſe obverſatum. Fere eadem Britanniae laus eſt in Paneg. Conſtantio 11. init.

3. *Certe quod propter vitam*] *Pulm. Certe quidem quod vita diligitur.* Puto legendum: *certe propter quod vita diligitur.* Tamen magis probo lectionem *Pulm.* nam & ita infr. cap. 13. in fine: *certe quidem iam tibi in exordio,* &c. PVTEANVS. Obſcura ſententia, & libri variant, in queis optimi Vet. *Bertin.* referunt: *certe quidem propter vita diligitur*, nullo omnino ſenſu. Egregie eſt in *Cuſpin. certe quidem, quod propter vita diligitur*, &c. Ait caram, & iucundam eſſe vitam, diei ac luminis cauſſa, φυσικώτατα. Quae eſt enim ſine luce, & tanquam in Cimmeriis tenebris gratia voluptasque vivendi? id adeo de ſe aeſtimet quisque. LIVINEIVS. *Propter quod*, non *quod propter*, ut in vulgaribus Edd eſt. BAVNE. Propter quod vita diligitur. Nam iucundior vita aeſtivis diebus ob lucis diuturnitatem, quam quum protractiores ſunt hibernae noctes, & lucem diurnam coartant. CELLARIVS. *Rhenan. Stephan. Livin. certe, quod propter vitam diligitur.* Lectionem *Cuſpin.* ſequuntur *Pariſienſis* prior, *Patar.* & *Cellarius. Baunius* vero, *certe quidem, propter quod v. d* ut in ora Ed. *Frob.* notavit *Schonbov.* & probavit etiam *Puteanus. Gud.* & *Moerl.* mendoſe: *c. quid. propter vitam dil.* IAEGERVS. Qui ſecundum *Baunium* dedit, *certe quidem propter quod vita*, ſed haec magis eſt lectio ex coniectura. Emendavi textum ſecundum Codd. in quibus *quod* propter praecedens *quidem*, compendioſe ſcriptum, videtur omiſſum. Sententia ex *Livineii* interpretatione patet. *Quidem* omiſſum eſt ante *Gruterum*, & poſtea a *Rivino*.

Longiſſimae dies] Vide *Lipſ.* ad *Tacit.* in Curis ſecundis. PVTEANVS. Ob Sphaerae obliquitatem. PATAROL. *Longiſſimae dies*, ſine ulla ſcripturae varietate, invenitur in omnibus, contra Grammaticorum praecepta, & Latinitatis exempla. *Voſſius* quidem de Analog. I. 28. in fin. adfert locum *Tullii* ex Orat. pro Cn. Plancio c. 41. *o reliquas omnes dies*, &c. Sed ibi in melioribus libris legitur: *o reliquos omnes dies.* Ceterum de Britannia vid. Not. ſupr. ad c. 7. 2. IAEGERVS.

Noctes] *Iuvenalis* Sat. XII.

Minima contentos nocte Britannos.

ibi lege, quae Interpres *Pithoeanus* notavit, & *Plinium* II. cap. 75. *Tacitum* quidem iam adduxi, quem

attollit umbras, noctiſque metam caeli & ſiderum tranſit adſpectus; ut ſol
ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat praeterire. Dii boni, quid hoc 4
eſt, quod ſemper ex aliquo ſupremo fine mundi nova Deûm Numina, univerſo orbi colenda, deſcendunt? Sic Mercurius a Nilo, cuius fluminis origo neſcitur, ſic Liber ab Indis, prope conſciis ſolis orientis, Deos ſe gentibus oſtendere praeſentes. Sacratiora ſunt profecto mediterraneis loca vici- 5
na

quem omnino conferre operae pretium eſt. LIVINEIVS. & CELLARIVS. Gratis dictum; nam hoc ſtricte loquendo Polo tantum fere ſubiectis contingit. Iis quoque, qui in Sphaera maxime obliqua ſunt, aliquas eiusmodi noctes dari non negandum: iſtis enim non adeo globus terraqueus obſtat, quin quandam ſubobſcuram lucem a ſole, ad Tropicum oppoſitum digrediente, recipiant, ſicut obſtat iis, qui in Sphaera recta, & minus obliqua ſunt. Britannia vero non adeo obliqua eſt, protenditur enim a quinquageſimo ad ſexageſimum circiter gradum latitudinis, eiusque longior dies horarum XVIII. eſſe dicitur. PATAROL.

Illa littorum] *Illorum littorum*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Tacitus* Agric. 12. de Britannia, quem hic imitatur *Eumenius: Extrema & plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum & ſidera nox cadit.*

Sol ipſe] Haec, & alia ſatis ſibi ipſi explicabit, quisquis vel leviter Sphaerae Armillaris uſum novit. Confer locum hunc cum illo *Taciti* init. Vitae Agricolae, a quo Noſter mutuatus eſſe verba ipſa pene videtur. PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 4. 3.

4. *Mercurius*] Plures Mercurii fuere. Alius in Cyllene, Arcadiae monte, natus, de quo Aeneid. lib. VIII. 138. Alius in Boeoticis, non procul a Tanagris in Corycio monte. Hic de eo ſermo eſt, qui in Aegypto natus: notior vero eſt, quam ut eius geſta commemorem. BAVNE. Plures fuiſſe Mercurios auctor eſt *Cicero* lib. III. de Nat Deor. Inter hoſce unum ipſe refert Nilo genitum. Nili autem fonte nihil obſcurius olim fuiſſe omnes iam ſciunt. PATAROL. Quinque Mercurios enumerat *Muncker.* ad *Fulgent.* I. p. 652.

Origo neſcitur] De Nili origine *Iſaacus Voſſius* in Commentario ſuper ea re, quem tu conſule. BAVNE. Vitioſe *naſcitur Guelferb.* Ob fontem ignotum *ſecretus* dicitur Nilus a *Claudiano* Epigr. 11. vs. 11. & *ſecreta Nili naſcentis littora* apud eumd. in Rufin. II. 245. adde *Freinshem.* ad *Curtium* IV. 7. 2.

Ab Indis] Atqui Thebanus erat, ſed & Indos petiit, delevitque. Vnde victor reverſus divinis honoribus exceptus eſt. BAVNE. In Graecia quidem Bacchus, qui & *Liber* dictus, natus eſt; Noſtro tamen dicitur ab Indis veniſſe, quod iis in locis multo tempore floruerit, ubi etiam Nyſam urbem fertur condidiſſe. PATAROL.

Conſciis Solis] Ποιητικῶς, ut Darii glorioſa vox apud *Curtium* IV. 14. *per Solem* precantis, *intra fines regni ſui exorientem.* CELLARIVS. Reſpectu Europae, cui India ad Orientem eſt. PATAROL. Conf. ſupr. ad *Mamertin.* Paneg Maxim. 2. p. 14.

5. *Sacretiora*] Opinor ſic legendum: *Sacratiora ſunt profecto.* RHENANVS. Vet. *ſacratiora.* PVTEANVS. *Sacratiora*, *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Sacretiora*, *Rhenanus*, *Secretoria*, *Livineius.* admodum vitioſe. *Sacratiora* iam *Henr. Stephanus*, & *Schonhovii* excerpta.

Dii terraneis loca] Opinor ſic legendum, *mediterraneis l. v. c.* RHENANVS. Vet. *Diis.* PVTEANVS. *Mediterraneis* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Viciniora caelo dicit litora Oceani, tamquam ultima terrarum, quibus caelum innitatur: ex vulgi opinione, qua terrarum orbem ut diſcum concipit, in extremitate caelo undique cohaerentem, quod Appendix noſtrae Geographiae antiquae exemplis pluribus illuſtravit. CELLARIVS. Videtur noſter eius fuiſſe opinionis, cuius plurimi etiam ex S. S. P. P. fuere, Terram ſcilicet planam eſſe, non ſphaericam, nec dari Antipodes, aut ullam Sphaerae obliquitatem. In eorum quidem ſententia ultimi terrae limites viciniores coelo erant, at in recentiorum ſententia, quae iam communis eſt, & dubio omni maior, nullus terrae locus vicinior coelo dicendus, ſed omnes aequaliter a coelo diſtare. PATAROL. In *Guelferb.* etiam *Diis terraneis.* Codd. ſcriptura adeo eſt vitioſa, ut nihil inde in contextu conficere potuerim: itaque retinui *mediterraneis*, quamvis ſit ex ſola *Rhenani* coniectura, exemplo *Gruteri*, qui primus id recepit, cum in antiquioribus, & *Rivini* Edd. ſine ſenſu legatur, *ſunt profecto Dii terraneis.* Si *Diis* videretur retinendum, & *terraneus* Latine diceretur, Codd. apud me praevaleret ſcriptu-

na caelo, & inde propius a Diis mittitur Imperator, ubi terra finitur.

Cap. X. Imperatoris igitur filius, & tanti Imperatoris, & ipſe tam feliciter adeptus imperium, quo modo rempublicam vindicare coepiſti? Ignobilem, credo, aliquam barbarorum manum, quae repentino impetu, & improviſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſet, adfeciſti poe-

ptura hoc ſenſu; loca vicina caelo ſunt profecto Diis ſacratiora locis terraneis. Mihi vox rarior Librarium adegiſſe videtur, ut *Diis terraneis* ſubſtitueret, cum ſcripſiſſet *Eumenius*, *profecto meridianis loca.* *Gellius* Noct. Attic. II. 30. *venti a Septemtrionibus ex altiori caeli parte in mare incidentes.* —— *Auſtri vero, & Africi ad meridianum orbis circulum, atque ad partem axis infimam depreſſi.* —— *Loca caelo vicina* dixit, quae Septemtrioni ſubiacent, quaeque veteribus habebantur altiora. Conf. *Gellium* Noct. Attic. II. 30. inde *Boream adſcendere* dicitur Carambis apud *Priſcian.* Perieg. 149. Auſter vero *vergere* credebatur. Vid. *Sellium* Obſerv. 2. & *ad medium vergere* apud *Manilium* Aſtron. I. 653. *Avienus* O. D. 371.

Notiam pars vergit ad oram.

ex egregia *Schraderi* emendatione, Obſerv. I. 4. *Virgilius* Georg. I. 240.

Mundus ut ad Scythiam, Riphaeaſque arduus arces
Conſurgit; premitur Libyae devexus in Auſtros.

itaque apud *Priſcian.* Perieg. 260. male de Europa legitur:

Similis Libyae eſt, ſed vergit ad Arctos.

veriſſime enim Cod. *Suecic.* in Act. Societ. *Ienens.* Part. V. *vertit*; apud *Dionyſium* enim vs. 272. eſt μετ' ἄρκτους ἐστραπται. Apud eumdem vs. 199.

Marmaridae poſt hos Aegypti ad flumina vertunt.

recte *vergunt* *Burmannus* Addend. ad *Claudian.* p. 1017. conſpirante Cod. *Langiano* apud *Papium*, & *Dionyſiano* προνενευκότες Perieg. vs. 215. conf. Obſerv. Miſcell. Vol. I. p. 385. forte hoc modo *ſupra* de loco ad boream ſito capi poſſet apud eund. *Priſcianum* vs. 333.

Calpen qua ſummam ſuſtinet unam
Herculis e ſtatuis, quam ſupra dives & alta
Carteſſus.

Sed apud *Dionyſium* vs. 335. eſt, τῆς δ' ὑπενέρθε Τάρτησσος. eſt autem ὑπενέρθε non *ſupra*; *Heſychius* in V. interpretatur per ὑποκατώθεν, & Scholia parva ad *Homerum* Iliad. B. 150. mallem itaque, *quam ſubter dives.* Eiusdem opinionis veſtigia ſupereſſe nonnumquam arbitror in κατελθεῖν, & ἀναβῆναι, ut apud *Lucam* Act. Apoſt. 18. 5. & 22. ut illo iter auſtrum verſus, hoc ad Boream indicetur: ita apud eumdem cap. 19. 1. interpretor τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, regiones ad Boream, non Orienti propiores, ut volebat *Krebſius* Obſerv. p. 235. locaque *Ioſephi*, quae adhibet, magis de locis ad Boream ſitis ſunt capienda, quam, quod contendit, ad Orientem, aut mediterraneis. Ad haec non ſemper adtendiſſe illi videntur, qui in ſimilibus locutionibus de locis in monte ſitis cogitaverunt, cum hoc ſenſu de planis *adſcendere*, aut *deſcendere* recte adhibeantur.

Proprius a Diis] Opinor ſic legendum: *propius a D.* RHENANVS. Vet. *propius.* PVTEANVS. *Propius* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. *Guelferb. propriis.* recte *propius* iam recepit *Paull. Stephanus.*

Terra fruitur] Opinor ſic legendum, *t. finitur.* RHENANVS. Vet. *finitur.* PVTEANVS. *Finitur* Vet. *Bertin. Langii* Sched. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta, & ita iam dedit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

1. *Aliquem barbarorum, manumque*] Opinor ſic legendum; *Ignobil. credo aliquam barbarorum manum rep.* RHENANVS. Sic Vet. *aliquam barb. manum, quae rep.* PVTEANVS. Tangit Maximiani de Bagaudis victoriam, quam, ut Conſtantino aduletur, elevat. Maximianus autem videtur tum obiiſſe. BAVNE. *Aliquam barbarorum manum, quae* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, deterius ante *Livineium* legebatur, *aliquem barbarorum, manumque repentino*, &c. ipſe autem, eiecto *que*, dedit *aliquam barbarorum manum repentino impetu* —— *tentaſſe*, quod ſecuti ſunt ſequentes, praeter *Rivinum*, qui antiquiſſimam ſcri-

poena temeritatis. Reges ipſos Franciae, qui, per abſentiam patris 2
tui, pacem violaverant, non dubitaſti ultimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua, & inexpiabiles iras. Cur e- 3
nim ullam reputet iuſtae ſeveritatis offenſam Imperator, qui, quod fecit, tueri poteſt? Tuta clementia eſt, quae parcit inimicis, 4
&

ſcripturam retinuit, usque dum, emendata interpunctione, & mutata ad Codices lectione, locum integritati reſtituit *Iaegerus*. Antea enim ita interpungebatur; *Ignobilem credo aliquam barbarorum manum —— ortus tui auſpicia tentaſſe. Adfeciſti poena temeritatis Reges ipſos Franciae, qui —— pacem violaverant: non dubitaſti ultimis*, &c. De notione *ortus* vide ad *Mamertin*. Paneg. 6. 2. ad *Eumen*. Conſtantio 2. 2. & 6. 1. Reddita autem ſua huic loco interpunctio me admonet Epiſtolae *Iacobi* 4. 5. ubi difficultas, quo Sacri Codicis loco legantur illa πρὸς φθόνον, κ. τ. λ. tolli poteſt, ſi interpungas, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται· ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει. tum ſequatur nova periodus: πρὸς φθόνον. per γραφὴν, quod ad adulteros, ſignificare videtur, quae ſcripta ſunt a *Paullo* Epiſt. ad Galat. 5. vs. 19. & 21. praeſertim cum ſuam ſcripſerit Epiſtolam *Iacobus* ad redarguenda, quae ex prava illius ad Galatas interpretatione colligerent, iudice *van der Meerſch* Anim. Chronol. ad *Euſeb*. p. 71. ceterum apud *Iacobum* poſt λέγει, & ἐν ἡμῖν ſubaudiendum eſſe μηδαμῶς iam vidit eruditus Anglus in Paraphr. huius Epiſt. p. 86. quod Actorum Lipſienſium indicio didici A. 1742. p. 12.

Tentaſſe] Vet. *tentaſſet*. PVTEANVS. Omnibus examinatis, diſtinguendum, reſcribendumque viſum, *auſpicia tentantem affeciſti poena temeritatis Reges ipſos Franciae*. At minutos quosdam perduelles perſecutus es primis tuis auſpiciis minime, inquit, ſed in Francorum Regem ſtatim invectus es. GRVTERVS. Hanc emendationem *Gruteri* egregie confirmant Codd. *Put.*, & *Moerl.*, quorum interpunctionem, & lectionem, a *Gruteri* coniectura non multum diverſam, re ipſa ſuadente, ceteris praetuli, adeoque in contextum recepi. IAEGERVS. Codd. ſcilicet, ut etiam *Guelferb.*, habent *tentaſſet*, ſed meliorem interpunctionem quoque *Schonhovii* excerpta, deleto poſt *tentaſſe* puncto. —— *Gruteri* interpretatio oſtendit, recte *Baunium* accepiſſe *ignobilem* de victoria a Maximiano, in primo dignitatis ortu, a Bagaudis reportata, de qua ſupra dixi.

2. *Reges ipſos*] Aſcaricum, & Regaiſum, qui contra foedus cum Conſtantio initum ſe commoverant. Hos Conſtantinus in theatrum induxit belluis dilaniandos, *Eutropius*. BAVNE. Qui cap. ſequenti 11. ſect. 6. nominatim notati ſunt. CELLARIVS. & PATAROL.

Odia & inexpiabiles] *Odia perpetua* Vet. PVTEANVS. *Perpetua*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Perpetua* eſt in *Schonhov. Moerl.* & Edd. *Pariſienſ. Cellar. Patar.* reliqui illud omittunt. IAEGERVS. Habet quoque *Guelferb.* & *Baunius*, nec male huic ſubſtantivo id adiungitur, ut ſequenti *inexpiabiles*.

3. *Severitatis offenſam*] Male *Guelferb. ſeveritas offenſas.*

Tua clementia eſt] Sic forte legendus hic locus; *ſtulta clementia eſt*, *quae parcit inimicis*, & *ſibi magis proſpicit*, *qui ignoſcit*. Priorem vocis *ſtulta* ſyllabam praecedentis dictionis poſterior ſyllaba abſorpſit. PVTEANVS. *Sua clementia eſt* fortaſſe. SCHONHOVIVS. Indubie rectum eſt *tuta*, id eſt, cauta & provida. Infra mox: *cautior licet ſit*, *qui devinctos habet venia perduelles*, &c. Iterum: *Hoc eſt*, *Imperator*, *non pacem emere parcendo*, *ſed victoriam quaerere provocando*. LIVINEIVS. Non poſſum eis accedere, quibus libet reponere, *ſtulta clementia eſt*, *quae parcit inimicis*, *nec ſibi*, &c. eſt enim directe contra mentem Panegyriſtae. Sed neque divinationi illi ſua eſt ratio. Placet mihi adhuc, quod dudum poſui in Suſpicionum nugis, *tuta clementia eſt*, &c. confirmavique idem pluribus argumentis ad illa *Taciti*: *Apud Galbam T. Vinii potentia defenſus Tigellinus*, *praetexentis ſervatam ab eo filiam*, *& haud dubie ſervaverat*, *non clementia*, *ſed effugio in futurum*, lib. I. Hiſt. cap. 72. hinc & Alexander apud *Iuſtinum* lib. XI. cap. 21. *Gratiarum actionem ab hoſte ſupervacaneam eſſe reſpondit*, *nec a ſe quidquam factum in hoſtis adulationem*, *neque quod in dubios belli exitus*, *aut in leges pacis ſibi lenocinia quaereret*: *ſed animi magnitudine*, *quae didicerit adverſus vires hoſtium*, *non adverſus calamitates contendere*. GRVTERVS. Lege, *ſtulta clementia eſt*. ACIDALIVS. Alii, *ſtulta clementia eſt*, id eſt, ſtultum eſt parcere inimicis ex metu, & ſibi potius proſpicere, quam ex pia quadam voluntate aliis ignoſcere. *Gruterus*, *tuta clementia eſt*, id eſt, cautior eſt; & utrumvis elige. BAVNE. *Tuta*;

ſic

4 & ſibi magis proſpicit, quam ignoſcit. Te vero, Conſtantine, quantumlibet oderint hoſtes, dum perhorreſcant. Haec eſt enim vera virtus, ut non ament, & quieſcant. Cautior licet ſit, qui devinctos habet venia perduelles,
5 fortior tamen eſt, qui calcat iratos. Renovaſti, Imperator, veterem illam Romani imperii fiduciam, quae de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſu-

ſic lego cum *Livineio*, & *Grutero.* In plerisque eſt *tua*, in aliis *ſtulta*; quam lectionem tuetur *Acidalius.* Omnino autem improbo lectionem *Puteani*, *ſtulta clementia* &c. *& ſibi magis proſpicit*, *qui ignoſcit.* PATAROL. Secutus exemplum *Cellarii*, & *Pataroli tuta* in contextum admiſi. IAEGERVS. Nec intercedo, quamvis ſit ex coniectura; reſpicit enim praecedens *tueri.* Ex *Guelferb.* pro varia lectione nihil notaverat *Cortius*; in eo igitur an ſit *tuta*, non adfirmo.

Et ſibi] Lege, *nec ſibi.* ACIDALIVS. Non opus hac coniectura. Conſtantini factum, quo reges cruciatibus adfecerat, a ſeveritate ideo excuſat, quod non ſit dicenda ſeveritas, ſi quis id agat, quod tueri, & defendere queat, ſed magis clementia tuta, ex qua nihil victori ſit metuendum, ſi hoſtibus quidem parcat, quamdiu illis parcere ſit conſultum, ſi vero inde maius metuat malum, ſibi potius proſpiciat, quam iisdem ignoſcat. Duplicem itaque tutae clementiae notam tradit, quod parcat, aut poenas ſumat, ſi vitae ſuae, & imperio hoc conſultius victor arbitretur.

Quam ignoſcit] Paullo ſuperius emendabat *Puteanus*, *qui ignoſcit.* Vulgata placet propter *magis.*

4. *Quantumlibet oderint*] Manifeſta imitatio illius, ex veteri tragoedia a *Cicerone* relati, *Oderint*, *dum metuant.* Tyrannica vox, ſi de ſubditis ita loquatur, qui praeeſt; tolerabilis, ſi de hoſtibus dicatur. RITTERSHVSIVS. Tragicum, *oderint*, *dum metuant*, quo C. Caeſar Caligula adverſus cives uſus erat, *Sueton.* c. 30. Noſter in Conſtantino rectius ad hoſtes adplicavit. CELLARIVS. & PATAROL.

Vera virtus] Vera virtus eſt, facere, ut, vel qui te non ament, placide tibi obtemperent. BAVNE.

Per veniam] *Venia*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Sic plerique: at rectius *Cuſp. Schonhov. Gud. Moerl. venia*, cuius illud interpretamentum eſſe videtur. IAEGERVS. *Venia* quoque citat *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 203. forte ex *Cuſpin.* Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 20. 2.

5. *Fiduciam*] Mendoſe *Guelferb. fiducia*, & mox *capitis.*

6. *Necabantur*] Sic plerumque de more, & Imperator exire de Capitolio non ſolebat, niſi poſtquam captivos occiſos nunciatum eſſet. Vide *Bulenger.* de Triumph. cap. 28. PATAROL. *Cicero* in Verr. V. 30. *At etiam qui triumphant*, *eoque diutius vivos hoſtium duces ſervant*, *ut*, *his per triumphum ductis*, *pulcherrimum ſpectaculum*, *fructumque victoriae P. Rom. percipere poſſit. tamen cum de foro in Capitolium flectere currum incipiunt*, *illos duci in carcerem iubent: idemque dies & victoribus imperii & victis vitae finem facit.* IAEGERVS. Not. ad *Ciceron.* de Prov. Conſul. c. 8. ad *Plinii* Paneg. 17. 1.

7. *Vnus pro ſe*] *Vnus Perſes*, Schedae *Langii.* Pulcherrimam hiſtoriam, foede a verbis acceptam, conſtitui; nunc illuſtrandae *Plutarchum* adiungam ex Aemilio: Τῷ δὲ Περσεῖ, καίπερ (forte οἰκτείρας) οἰκτεῖραι τὴν μεταβολὴν, καὶ μάλα βοηθῆσαι προθυμηθεὶς, οὐδὲν εὕρετο, πλὴν μεταστάσεως ἐκ τοῦ καλουμένου κάρκερε παρ' αὐτοῖς, εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ φιλανθρωποτέραν δίαιταν. *Perſae tametſi vicem miſeratus*, *& opitulari impenſe cupiens*, *aliud non obtinuit*, *quam ut e carcere*, *quem vocant*, *in purum domicilium*, *& humaniorem diaetam transferretur.* LIVINEIVS. In verbis eſſe mendum arbitror, ita reſtituendum ex veteri hiſtoria: *Vnus Perſeus*, *ipſo Paulo*, *qui ſede adeuntem ſe acceperat*, *deprecante.* Nam ſummittentem ſe ad pedes Perſea Paulus, *Livio* teſte, in conſilium conſidere iuſſit, &, ut a *Valerio* cap. 1. lib. V. etiam *Plinio* in lib. de Viris illuſtribus traditur, conatum ad genua procumbere dextra manu allevavit, ſermoneque grato ad ſpem exhortatus eſt, introductum etiam in tabernaculum lateri ſuo proximum in conſilio ſedere fecit, nec honore menſae indignum iudicavit. FABER. Semeſtr. II. 3. Lege, *Vnus Perſeus ipſo Paullo.* ACIDALIVS. Perſes, Macedonum rex, A. V. C. DLXXVI. Philippo patri ſucceſſit. Is, undecimo poſt anno a Paulo Aemilio victus, ante victoris ſui triumphalem currum ductus eſt. *Livius* lib. XL. *Iuſtinus* lib. XXXIII. *Plutarchus* in Paulo Aemilio, *Velleius Paterc.* &c. BAVNE. & PATAROL. Hic locus, foede corruptus in MS. *Gud.* & Ed. *Cuſpin. Rhenan. Stephan.*, in quibus legitur, *unus pro ſe ipſo Paulo*, *qui ſedentem ſe acceperat*, optime emendatus eſt a *Livineio*, qui *pro ſe*, auctoritate *Lang.*, mutat in

ſumebat. Tunc enim captivi reges, cum a portis usque ad forum triumphan- 6
tium currus honeſtaſſent, ſimul atque in Capitolium currum flectere coeperat
imperator, abrepti in carcerem, necabantur. Vnus Perſes, ipſo Paullo, qui 7
dedentem ſuſceperat, deprecante, legem illius ſeveritatis evaſit. Ceteri omnes,
in vinculis luce privati, aliis regibus dedere documentum, ut mallent amici-
tiam

in *Perſes.* IAEGERVS. Veriſſimum eſt, quod *Eumenius* notavit, captivos reges, ſimul atque in Capitolium currum flectere coeperat Imp., abreptos in carcerem fuiſſe, & necatos. Non item, quod ſubiungit; *Vnus pro ſe ipſo* &c. Neque enim de uno Perſeo id veteres prodidere. Ergone oblitus eſt *Eumenius* Ariſtobuli Iudaei? oblitus Gentii, Illyriorum regis, qui, poſtquam ante L. Anicii currum ductus fuerat, cum liberis, & coniuge, & fratre Spoletium in cuſtodiam ex Senatus conſulto miſſus eſt? *Livius* lib. XLV. 43. oblitus etiam Bitis, regis Thracum filii, qui in cuſtodiam Carſeolos fuit ductus? Fallit ergo *Eumenii* obſervatio, eſtque Oratoria magis, quam vera. WESSELINGIVS. Obſerv. II. 30. Lege, *unus Perſeus*, ut *Faber*, & *Acidalius*, quem nunc demum inſpicere licuit, iam occupavere. VAN HOVEN. Otiis Litterar. Vol. I. p. 52. Egregie emendatum eſt *Perſes*, & a *Grutero* primum receptum, quamvis adhuc depravatam ſit lectionem ſecutus *Rivinus*. *Perſes*, & *Perſa* huic regi vindicatum eſt ab Eruditis ad *Livium* XLII. 25. 2. *Valerium Max.* I. 5. 3. V. 1. 21. *Cortio* ad *Salluſt.* Catil. 51. 5. Patre meo ad *Victor.* Inluſtr. 56. 3. *Verheykio* ad *Eutrop.* IV. 6. *Burmanno Secundo* ad Antholog. T. I. p. 191. *Perſes* magis depravatae Codd. ſcripturae eſt proximum, quam *Fabri Perſeus*, a quo genitivus *Perſi* eſt apud *Boethium* Conſol. Philoſ. II. Proſ. 2. de quo videantur citati a *Drakenborchio* ad *Livium* d. l. & *Burmannus* l. cit.

Sedentem ſe acceperat] Vet. *qui decentem ſuſceperat.* Vide Hiſtoriam. PVTEANVS. *Dedentem ſe acceperat* Vet. *Bertin. dedentem ſe ceperat*, *Langii* Schedae. LIVINEIVS. Lege, *dedentem ſe acceperat.* ACIDALIVS. Lege, non, ut puto, invita Minerva: *qui ſe dedentem ſede*, vel, *ſede dedentem ſe*, *acceperat*, &c. *Eutropius* lib. IV. c. 4. p. m. 41. *Ipſe Rex —— venit in Paulli poteſtatem. Sed honorem ei Aemilius non quaſi victo habuit. Nam & volentem ad pedes ſibi cadere non permiſit, ſed iuxta ſe in ſella collocavit.* *Aurel. Victor* de Vir. Illuſtr. c 57. *Perſen —— victum flevit, & aſſidere iuſſit.* Eum enim honorem habuerunt Regibus legitimis, etiam victis, cum primis eis, quos amicos P. R. antea dixerat. VAN HOVEN. Otiis Litter. Vol. I. p. 52. Hic locus optime emendatus eſt a *Livineio*, qui pro *ſedentem* ex Vet. Cod. ſuo, *Bert.* & *Lang.* reſcribit *dedentem*, a quo non valde abludit *Put.* praeferens *decentem*; idem tamen, una cum *Moerl.* & *Gud.*, omiſſa voce *ſe*, pro *acceperat* habet *ſuſceperat.* minus bene. IAEGERVS. Antea legebatur *ſedentem ſe acceperat*, unde in praecedenti nota *Faber* coniiciebat, *ſede adeuntem ſe.* Recte ex Codd. *dedentem* recepit *Gruterus*, non autem *Livineius*, quod *Iaegero* placuiſſe videtur; is enim, varia ad marginem lectione poſita, corruptam in textu expreſſit. Neque illud *ſuſceperat*, quod eſt in Codd., reiecerim. Cum enim *Valerius Max.* I. 1. 8. Paullum nec honore menſae Perſen indicaſſe indignum teſtetur, *ſuſceperat* erit honorifice habuerat, ut *ſuſcipere convivio* apud *Hegeſipp.* Excid. Hieroſ. I. 38. in fin. *honorifice ſuſceptus* apud *Iuſtinum* XXVIII. 4. ubi tamen *exceptus* eſt in *Franequerano*, & uno *D'Orvillii*, quem a *Wopkenſio* collatum habeo. Aut forte per *ſuſcipere* indicavit *Eumenius*, Paullum Perſen, ad pedes ſe ſubmittentem, e terra *ſuſtuliſſe*, ut ſcribit *Livius* XLV. 8. aut *adlevaſſe*, ut *Valer. M.* V. 1. 8. ſaltem *ſuſcepti* ſunt infantes, a patre e terra elevati, apud *Claudian.* in Ruſin. I. 92. idemque erit, quod *iacentes ad pedes adtollere* dixit *Eumenius* Gratiar. act. Conſtantin. 9. 4. & *ſtratum ante pedes ſublevare* ibid. 1. 3. Omiſſum vero in Codd. *ſe* nihil nocet, ex frequenti ellipſi, de qua ad *Mamertin.* Maximian. 4. 2. & 10. 6.

Illius ſeveritatis] Non enim poſt triumphum interfectus eſt, ſed Albam cum filio in cuſtodiam miſſus. *Livius* XLV. 42. & quidem εἰς τόπον καθαρὸν, καὶ φιλανθρωποτέραν δίαιταν, *in liberalem cuſtodiam*, in qua brevi poſt inedia ſe confecit, & filius quoque mortuus eſt. *Plutarchus* in Paullo p. 274. CELLARIVS. *Rittershuſ.* ad Noſtr. Grat. act. 10. emendat, *legis illius ſeveritatem.* Non neceſſe: illic vide.

Ceteri in vinculis] *Ceteri omnes* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Poſt *ceteri* inſerta eſt vox *omnes*, omiſſa in reliquis, ex Cod. *Livin. Bertin. Cuſp.* IAEGERVS. *Omnes*, quod etiam eſt in *Guelferb.*, iam a *Grutero* inſertum eſt, & a ſequentibus retentum, excepto *Rivino.* —— In

Guel-

8 am colere Romanam, quam exaſperare iuſtitiam. Adeo & hoc boni confert poena hoſtibus irrogata, ut non ſolum inimici ferocire non audeant, ſed etiam amici impenſius revereantur.

Cap. XI. Inde eſt igitur, Imperator, pax iſta, qua fruimur. Neque enim iam Rheni gurgitibus, ſed nominis tui terrore munimur. Quamlibet ille aut are-
2 ſcat aeſtu, aut reſiſtat gelu, neutro hoſtis audebit uti vado. Nihil enim tam in-

Guelferb eſt *privaſti*.

Colere Romanorum] *Romanam* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Editores ceteri, *Livineium* ſecuti, locum hunc ita, ut nos, dederunt. In Ed. *Patarol* poſt *documentum* eſt τελεία σιγμή, omiſſis verbis, *ut mallent* —— *iuſtitiam*. Credo, errorem eſſe operarum: nam in tranſlatione verborum omiſſorum ſententiam exprimit. IAEGERVS *Romanam* quoque *Guelferb.*, primusque edidit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes.

8. *Revereantur*] *Te vereantur*, *Cuſpin.* Non placet. LIVINEIVS. *Vereantur* poſſent tueri notata ad Noſtr. Conſtantio 19. 1. ſed vulgatum habent Codd. Apud *Puteolanum* typographi error dedit *revertantur*.

1. *Eſt igitur*] *Igitur eſt* Vet. LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* eumque ordinem expreſſi; alterum omnes Editi.

Neque enim in Rheni iam] Vet. delet *in*. Idem *iam Rheni*. PVTEANVS. *Neque Rheni*, *Bertin.*, *iam Rheni* Vet. LIVINEIVS. Forte delendum *in*. ACIDALIVS. *In* recte omiſit *Livineius*, quem praeter *Rivinum* reliqui ſunt ſecuti. *Mamertinus* Maxim. 7. 4. *Gallias eo amne muniri*. *Eumen.* Conſtantio 13. in fin. *munitus Oceano.* adde ad Incert Maxim. 4. 4. Mutato ordine ex *Puteaneo*, & Vet. *Livineii* ſcripſi *iam Rheni*, pro vulgato *Rheni iam*.

Areſcat aeſtu] Supr. *Mamertin.* Maxim. 7. in fin. *Exinde igitur ſoluto animo, ac libero ſumus, licet Rhenus areſcat, tenuique lapſu*, &c. PVTEANVS. Vbi vide, & ad Genethl. 14. 1. ſupr. 6. 4. adde Not. ad *Ciceron.* in Piſon. 33.

Reſidat gelu] *Reſiſtat* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte illud *reſiſtat*, quod etiam eſt in *Guelferb.*, recepit *Gruterus*, & ſequentes, praeter *Rivinum* in pr. Edit. Probaſſe quoque videtur in margine *Brouwerus* Annal. Trevir. III. p. 203. antiquiores *reſidat*. Adhibuit *reſiſtere* eo modo, quo hominibus, & animalibus, a curſu quiescentibus, tribuitur, & rex *reſtitiſſe* dicitur apud *Curtium* VII. 11. 20 adde *Burman.* ad *Valer. Flacc.* Argon. VI. 755. ad *Quinctil.* I. O. XI. 2. *Schwarz.* ad *Plinii* Paneg. 10. 4. & 48. 3.

2. *Nihil enim*] MS. *Moerl.* omittit τὸ *enim*. IAEGERVS.

Praecluſit] *Praecludit* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. MS. *Moerl.* cum Cod. *Gud.* habet *praecludit.* IAEGERVS. Hoc Codd. auctoritate reddidi, cum ederetur *praecluſit*. Imitatio eſt *Tulliana* pro Roſc. Amer. 26. *nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia.* quamvis Noſtrum potius expreſſiſſe *Curtium* putet *Loccenius*, VII. 11. 10. *Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſet eniti.* ex quo loco forte hic ſcribendum, *quo non*, quamvis *quod* ad proximum *vallo* etiam referri queat. —— Quare mox *eius audacia* maluerit *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 203. non video.

Spes relinquatur] Fere eſt, ut exiſtimem ſcribendum, *ſpes reliqua*. GRVTERVS.

Fama virtuti] Forte *virtutis*. LIVINEIVS. & ACIDALIVS. *Virtutis*. Ita reſtitui poſt *Acidalium*, pro *fama virtuti*. BAVNE. *Fama virtutis*, pro *virtuti*, ex coniectura & emendatione neceſſaria *Livineii*, & *Acidalii* bene iam receptum eſt a *Baunio*. IAEGERVS. *Virtuti* Codd, ſed frequenti errore *s* abſorpſit ſequentis vocis prima littera. Verum certe *virtutis*, quod poſt *Baunium* negligere non debuiſſent *Cellarius*, & *Patarolus*.

3. *Sciunt poſſe*] Forte *poſſe ſe*. LIVINEIVS. Addidi *ſe* ex ſuſpicione *Livineii*. Ita enim videtur ſenſus requirere. BAVNE. *Schonhov.* *ſciunt poſſe Franci tranſiri Rhenum.* Non male quidem; ſed ſine dubio a correctoris manu. Verior eſt ſcriptura Edd., & Codd. reliquorum, quam hic exhibemus. Nam penes modum infinitum *me*, *te*, *ſe*, *illum*, *nos*, *vos* omitti ſolent. *Terent.* Heaut. IV. 1. 48. *Quid renuntiavit olim feciſſe?* ſcil. *ſe*. *Salluſt.* Catil. 31. 7. *ea* (ſcil. *ſe*) *familia ortum.* ad quem locum vid. *Cortium.* Conf. *Curt.* IX. 1. 7. & 2. 15. & 4. 17. Quamvis itaque τὸ *ſe* ſenſus requirat, non tamen in contextum fuit recipiendum; ideoque receptum a *Baunio* delendum iudicavi. IAEGERVS. Recte etiam *Baunianam* lectionem neglexerunt *Cellarius*, & *Patarolus*. Conf. cap. praeced. n. 7.

Trans-

inſuperabili vallo natura praecludit, quod non penetret audacia, cui aliqua
conandi ſpes relinquatur. Ille eſt inexpugnabilis murus, quem exſtruit fama
virtutis. Sciunt poſſe Franci tranſire Rhenum, quos ad necem ſuam libenter 3
admittas; ſed nec victoriam poſſunt ſperare, nec veniam. Quid ipſos maneat,
ex regum ſuorum cruciatibus metiuntur, ideoque tantum abeſt, ut amnis il-
lius tranſitum moliantur, magis ut coepto ponte deſperent. Vbi nunc eſt illa 4
fe-

Tranſiet Rhenum] Vet. *tranſire*. PVTEANVS. Illud *tranſiet* in Ed. *Rhenani* erat errore typographi. *Schonbovii* excerpta *tranſiri*, ſed vide proxima obſerv. de eo *Iaegeri* iudicium.

Cruciatibus] Hos enim Conſtantinum, cum magnificum muneris ſpectaculum paraſſet, beſtiis obieciſſe tradit *Eutropius* X. 3. quod in aliis quoque captivis moris fuit. Vid. *Cellarium* inſr. 12. 3. Incertum Conſtantino 23. 3. *Valeſium* ad *Ammian.* XIV. 2. *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 175. ex quo facto *Iulianum* Caeſar. p. 336. Conſtantinum μιαιφόνον dixiſſe tradit *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 230. qui tamen locus magis ad caedem filii pertinere videtur, quem illic loquentem pingit Iulianus, quamvis de Conſtantini crudelitate facile iis adſentiar, quae illic tradit *Wagenaarius*. —— Spectaculum illud, ab *Eutropio* memoratum, fuiſſe Treviris editum, cum illic in hibernis victoriae Francicae ludos ingenti pompa haberet Conſtantinus, ſcribit *Pontanus* Orig. Francic. IV. 4. ubi quoque *Sigonio* obloquitur, arbitranti, eum hoc tempore Ticini templum D. Michaeli dedicaſſe, cum Conſtantinum poſtea demum Chriſtianum eſſe factum doceat.

Coemta poteſtate deſperent] *Coemta pace*. RHENANVS. Lego, *coepto ponte*. Error natus ex compendio notarum; & ita in *Pulm.* inveni ſcriptum. Infr. de hoc ponte cap. 13. *Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciendo reliquiis afflictae gentis inſultas.* & in fin. PVTEANVS. Ingens hic, qua in ſcriptis, qua in editis, varietas, ſed quae ab uno fonte & origine, ut iam dicam, manarit. In Vet. *Bertin.* lego, *coempta ponte*, iratis Orbilio, & Grammaticis. In *Cuſpin.* *coepto ponte.* In *Rhenan.* *coempta poteſtate*, & in margine, *al. pace*. Suſpicor in exemplari principe fuiſſe, *compta ponte*, qua in ſcriptura oblitus ſit Librarius per imum *p* lineolam traducere, hoc nimirum modo *p*. id veteribus libris *per*, aut *par* valet. Dixi ſupra. Hoc compendium qui non aſſecuti, *c* interſecere, ut eſſet *coempta*, de quo poſtea. Quod proximum eſt, de illo *pote* adi, quae notamus ſupr. Igitur, quod hoc opere rarum, litem ſecundum hanc noſtram lectionem do, addico, & *comperta poteſtate* expono, comperto tranſiri poſſe. Oſtendi, quam praeferam; nunc reliquas confutabo. Qui *coempta* reſcripſerunt, quae meo animo labes haud ſane nupera, vellem, quid ad tranſeundi deſperationem faceret *coempta* facultas, expediſſent. Deinde quis ſtupor redimere, quod deſperes? Acceſſit, ſi DIs placet, *Rhenanus*, qui *al. pace* annotaret. Audio; ſed, ex antiqua formula, res ſuas ſibi habere eum ſine invidia iubeo, poſtquam ne id quidem ad deſperationem quidquam. Supereſt extrema, *coepto ponte*, quam a correctoribus eſſe paene eſt, ut aſſeverem. Nam primum, non mihi poteſt eripi, quin *ponte* ex illo *potē*, hoc eſt, *poteſtate* ſit corruptum, & pons ille Agrippinenſis, opus Conſtantini, de quo infra, (eum enim intelligunt) non a Barbaris, ſed in Barbaros comparatus, neque, hercule! nudus, ac ſine praeſidio relictus. Prolixior fui, quam ſtatueram, ſed illuſtrem locum indictum praeterire non debui. LIVINEIVS. *Comperta poteſtate*; legitur alias, *coempta poteſtate*, alias, *coepto ponte deſperent*. Vtrumque mire ſugillat *Livineius*, ſed non ita tamen, quin magis mihi placeat illud *coepto ponte*, quam vulgatum. At pons, inquit, a Conſtantino non Barbaris, ſed in Barbaros comparatus fuit. Adſentior: & hoc eſt, quod vult Auctor, eos, audito iniici pontem Rheno, animis ſtatim deiectos; ac tantum abeſt, ut molirentur tranſitum Rheni, deſperarent ſalutem propriam. Certe pontem nondum perfectum, liquet ex ſequentibus cap. 13., tam initio, quam fine, ubi eſt: *ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi ſint, qui iam ſerviunt inchoato.* GRVTERVS. Alii *pace*. Sed lego, *coempta poteſtate deſerant*. Patet ex ſequentibus. ACIDALIVS. *Comperta poteſtate*, id eſt, ex quo intellexerunt, quid poſſis. *Gruterus* mavult legi, *coepto ponte*; quia enim in MS. erat *pote* pro *ponte*, acceptum illud ab imperitis Librariis pro *poteſtate*. Pro qua coniectura facere videtur illud cap. 13. *Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciundo reliquiis afflictae gentis inſultas*; —— *ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi ſint, qui iam ſerviunt inchoato.* BAVNE. *Coepto ponte*; pon-

ferocia? ubi ſemper infida mobilitas? Iam ne procul quidem in Rhenum oculos audetis attollere, & vix ſecuri flumina interiora potatis. Contra hinc per intervalla diſpoſita magis ornant limitem caſtella, quam protegunt. Arat illam

ponte Agrippinenſi, cap. 13. ſect. 1. quem Conſtantinus exſtruere coepit, ut Germanos terreret, quaſi bello illos petiturus eſſet. Variant libri, ex diverſa notarum interpretatione; ſed noſtra lectio & ſimplicior eſt ceteris, & *Grutero*, magni iudicii Viro, probata maxime. CELLARIVS. *Comperta poteſtate;* hanc certus lectionem tueor; nec aſſentior legentibus, *caepto ponte*, aut aliter: & ſic locum interpretor, ut ſenſus ſit, Francos tunc immo magis deſperare fluminis tranſitum, cum comperiant ſibi alioquin poteſtatem fieri tranſeundi. PATAROL. *Acidalius* pro *deſperent* legit *diſerant*, idque patere adfirmat ex ſequentibus. Sed hoc nihili eſt, nec tollit difficultatem. *Baunius* haec verba, *comperta poteſtate*, ita explicat: *ex quo intellexerunt, quid poſſis.* Sed multo melior videtur expoſitio *Livineii.* In MS. *Moerl.* legitur, *cotempta pote,* unde non facile ſani quid poteſt extricari. *Gud. coemta pote. Schonhov.* notat, *coepto ponte*, uti *Puteanus* quoque legi iubet, & in *Pulm.* ſcriptum ſe inveniſſe teſtatur. Cum his etiam facit *Cellarius*, quem ſequor. IAEGERVS. In antiquioribus Edd. & prima *Rivini* eſt, *coemta poteſtate;* ſed *comperta poteſtate*, *Pariſienſes*, in ſecunda *Rivinus*, *Baunius*, & *Patarolus;* ita *ponte* & *poteſtate* permutata quoque ſunt apud Noſtr. Conſtantio 2. 1. ubi *Livineius.* Collata Codd. ſcriptura ſuſpicatus ſum aliquando, utrum ſcripſerit, *comperto ponte*, id eſt, poſtquam pontem fieri audiviſſent, ſed magis eſt, ut retineam *coepto ponte*, Cod. *Pulm.* apud *Puteanum* auctoritate munitum, quod confirmatur, tum quia pons dicitur *faciundus*, infr. 13. 1. tum quia ibid. n. 5. haec leguntur; *iam tibi in exordio ſui* (id eſt, interprete *Cellario*, cum pons coepit fieri) *hoſtium movit obſequia*, —— *ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi ſint, qui iam ſerviunt inchoato.* Eſt quoque *coepto* ſecutus *Wagenaarius* Hiſt. Patr. T. I. p. 232. Intelligitur autem pons, quem ad Agrippinenſem coloniam Rheno inponere inceperat Conſtantinus, de quo vide *Teſchenmak.* Annal. Cliv. I. p. 80. *Freher.* ad *Auſonii* Moſell. 11. *Brouwer* Annal. Trevir. III. p. 205.

4. *Infida nobilitas*] Alias *mobilitas.* RHENANVS. Pro *nobilitas* etiam rectius ad marg. *mobilitas.* ACIDALIVS. *Mobilitas* etiam *Guelf.* & *Schonhovii* excerpta. Alteram lectionem ſoli habent *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus*, & ad marginem poſuit *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 203. Vulgata praeſtat. ſed frequenter ita peccatum. Vid. *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* IV. 1. 60. *Bentlei.* ad *Horat.* I. Od. 1. 7. *Burman.* ad *Lucan.* VI. 355. *Drakenb.* ad *Liv.* X. 20. 8. *Burman. Secund.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 195. & 605. & 649.

Rhenum audetis attollere] *Audetis accolere*, fortaſſe. SCHONHOVIVS. *Accolere* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Lege *accolere.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Stephan. Livin.*, *attollere.* MS. *Moerl.* & *Gud. oculos audetis attollere;* vox *oculos* ſine dubio a correctore, neſciente, quid ſibi vellet τὸ *attollere*, adiecta fuit. *Schonhov.* & *Acidal.* coniicit, *accolere*, & ſic, teſte *Livineio*, habent Scidae *Langianae*, quarum auctoritatem poſteriores editores merito ſunt ſecuti. IAEGERVS. *Attollere* eſt in Edd. *Gruterianam* praecedentibus, & in prima *Rivini;* fuit etiam in Cod. *Puteaneo*, quia ex eo nulla eſt notata varietas. Poſtquam vero *accolere* in textum recepiſſet *Gruterus*, pari illud ſuffragio probarunt ſequentes. Sed tantum huic coniecturae tribuere non auſim, praeſertim cum quadam laborare difficultate videatur. Ecce enim; qui *procul* a flumine habitat, isne id *adcolere* dici poteſt? eſtne *procul adcolere* ſibi invicem contrarium? pertinet enim *adcolere*, & *adcola* ad vicinos, non qui procul habitant. Vid. *Burman.* ad *Claudian.* Epiſt. V. 1. veram *Eumenii* manum dediſſe cenſuerim Codd. apud *Iaegerum*, in quibus tamen praepoſitio ab ultima in *quidem* abſorpta videtur. Lego itaque, *ne procul quidem in Rhenum oculos audetis attollere;* tantus erat metus, ut ne oculos quidem in Rhenum, quem antea intrepidi tranſierant, convertere auderent, gnari, quam facile per inchoatum pontem, ſi eum perficeret, adgredi poſſet Conſtantinus. De emendationis veritate certus praepoſitionem textui inſerui, quia in Codd. latere videbatur.

Et vix] Male *Guelferb. ut vix.*

Interiora petitis] Vet *potatis.* PVTEANVS. *Potatis* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Belle. *Virgilius*:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

in oraculo Pythio, Megarenſibus dato:

Γαίης

Iam terribilem aliquando ripam inermis agricola, & toto noſtri greges flumine bicorni merſantur. Haec eſt tua, Conſtantine, de Aſcarici, Regaiſique ſup- 6
plicio quotidiana, atque aeterna victoria, omnibus quondam ſecundis praeliis an-

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
Ἵπποι Θρηϊκίαι, Λακεδαιμόνιαι τε γυναῖκες,
Ἄνδρες δ', οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

Omnibus e terris Argo laus prima Pelasgo,
At Thrax praeſtat equus, Lacedaemoniaeque puellae,
Et iuvenes, Arethuſa, tui quis pocula fontes.

citat *Theocriti* Scholiaſtes in Idyll. XIV. LIVINEIVS. Poſtquam ab Rheno, metu Romanorum, longius receſſerant. *Potare flumen* eſt accolere. *Virgilius* lib. VII. v. 715.

Qui Tiberim, Fabarimque bibunt.

CELLARIVS. Loco τȣ̃ *petitis*, ut eſt in *Rhen.* & *Stephan.*, *Livineius* ex Cod. ſuo, *Bertin. Lang. Cuſpin.*, quibus & *Schonhov. Put.* & *Moerl.* accedunt, reſtituit *potatis*. *Horat.* Od. II. 20. 20. *Rhodani potor*, & *Claudian.* in *Eutrop.* II. 251.

Pro Rheno poturus Halyn.

IAEGERVS. *Potatis* etiam *Guelferb.* quod recte primum *Gruterus* dedit, & poſt eum omnes praeter *Rivinum*. *Bibere flumen* adſeruerunt *Heinſius* ad *Ovid.* Heroid. VII. 145. *Burman.* ad *Gratium* Cyneg. 314. & *Nemeſian.* Cyneg. 68.

5. *Caſtella*] Varia erant diſpoſita ad Rheni ripam caſtella; quibus Germanorum incurſiones prohiberentur. BAVNE. De caſtellis hiſce plenius *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 65. & 226. *Freher.* ad *Auſonii* Moſell. vs. 456. *Burgos* a Germanis eſſe vocata notat *Conring.* Rep. imp. German. Exercit. III. §. 22. unde illa adpellatio poſtea ad civitates eſt tranſlata, de quo dixi Inſtit. iur. Belg. de Condit. homin. Part. I. Tit. 11. §. 1.

Toto noſtri] Malim *tot*. RHENANVS. *Et toto* Vet. PVTEANVS. *Et toto* Vet *Toto*, non *tuto*, quod in *Langii* Schedis offendi, probo. Infra: *Cum totus armatis navibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus usque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat.* LIVINEIVS. *Toto* etiam *Guelferb.* in quo praeterea *&*, quod ex *Puteaneo*, & *Livineii* Cod recte inſeruit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum*.

Flumine bicorni verſantur] *Flumine bicorni*, Rheno. *Merſantur* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* quod ſequor. Alluſum eſt enim ad illud *Virgilii* Georg. I.

Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

LIVINEIVS. & BAVNE. Rheno merſantur. *Virgilius* lib. VIII. extremo:

Rhenusque bicornis.

Scilicet propter duplex oſtium, antequam tertium, Druſiana foſſa, adderetur. CELLARIVS. Vnde *verſantur* ediderint *Livineius*, & *Paull. Stephanus*, ignoro. Alterum recte Codd., etiam *Guelferb.* in quo tamen eſt, *greges bicorne merſantur.* utrum ſcripſit *greges bicorni*, ut per excellentiam illud pro Rheno poſuerit. De *Rheno bicorni* vide ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 21. 1.

6. *Conſtantine*] Forte *Conſtantine Pie*, vel relicto *de*. ACIDALIVS.

Aſacari cinere Gaiſique] Vet. *Aſacari cumero Geaſi.* De his vide, quae ad Paneg. *Nazarii* cap. 16. in fin. PVTEANVS. *Aſcarici Regaiſique* Schedae *Langii.* Palmaris correctio. *Aſcaricus* quidem nominatus *Nazario* Conſtantin. cum *Comite ſuo*, qui, ut puto, hic ipſe eſt Regaiſus. LIVINEIVS. Ex *Nazarii* Panegyrico videntur emendanda, ſi modo illic Regum horum nomina ſatis recte perſcripta. Ibi ita eſt: *Tu ferociſſimis Regibus, Aſcarico & Comite, captis, tanta laude res bellicas auſpicatus es.* Nec refert tantum, quod ait *captis*; nam poſt de his ipſis: *quaſi geminos dracones necares, per ſaeviſſimorum Regum famoſa ſupplicia ludebas.* Ergo hic videatur reponendum, *Aſcaraci nece Comitisque ſupplicio.* ACIDALIVS. A ſcriptura *Lang.* non longe diſcedit *Schonhov. de Aſcharygi Ragayſique ſuppl.* Ceteri exhibent monſtra verborum, ſc. *Cuſpin. Rhenan. Livin. de Aſacari cinere Gaiſique ſuppl.*; *Putean. de Aſacari cumero Geaſique*; *Gud. de Aſſacari Cymero Craiſique*; *Moerl. de Aſacari Cymero Gaiſique.* Satis probabiliter *Livineius* putat, comiti illi Aſcarici nomen fuiſſe *Regaiſi*, adeoque palmarem correctionem vocat hanc lectionem noſtram, quam Ed. *Gruter. Baun. Patar.* & *Cellar.* iam exhibuerunt. IAEGERVS. *Aſacari cinere Gaiſique* eſt ex principe *Puteolani* Ed., quod uterque etiam *Stephanus* habet, & poſt *Gruterum Rivinus.* Nul-

7 anteponenda. Semel acie vincitur, ſine fine documento. Cladem ſuam, quamvis multi pereant, vulgus ignorat; compendium eſt, devincendorum hoſtium duces ſuſtuliſſe.

CAP. XII. Vt tamen omnibus modis barbarorum immanitas frangeretur, nec ſola hoſtes regum ſuorum ſupplicia moererent, etiam immiſſa Bructeris vaſtatio-
2 ne feciſti, Imperator invicte. In quo prima conſilii tui fuit ratio, quod exerci-

Nullius momenti eſt *cinere;* beſtiis enim hos eſſe Reges obiectos tradit *Eutropius* X. 3. eoque pertinent *regum cruciatus*, hoc cap. n. 3. *beſtiis obiici* apud Incert. Conſtantino 23. adde Not. ad Incert. Maxim. 4. 2. Secutus *Iaegerum* dedi Schedarum *Langianarum* ſcripturam, quam in *Aſcarico* confirmat *Nazarii* locus Paneg. 16. 5. eamdemque ſecuti ſunt *Gothofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p. 175. *Teſchenmak.* Annal. Cliv. Part. I. p. 80. *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 203. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 229. & *Pontanus* Orig. Francic. III. 7. qui nomen ex *aſch*, ſive *eſchrich* compoſitum putat, tamquam fraxinorum divitem deſignaverit. In Cod. tamen *Veneto* legi *Aſacrari* teſtatur *Gronovius* Epiſt. ad *Salmaſium*, in Syllog. *Burman.* T. II. p. 601. *Aſaricum* habet *Sigon.* de Occid. Imp. Opp. T. I. Part. II. p. 63. In *Regaiſi* autem nomine maius mihi ſupereſt dubium; ſequuntur id *Gothofredus*, *Brouwerus*, *Wagenaarius* d. l. *Ragayſum* adpellat *Teſchenmakerus*, *Pontanus* vero *Regaiſum*, *Radagiſum*, & *Radegiſum*, putatque celerem caprum denotare, ex *rad* & *geys.* Vid. Orig. Franc. III. 6. & 7. IV. 4. *Gaiſonem* dixit *Sigonius* d. l. videtur adhuc aliud quid latere in *Cymero*, quod conſtanter eſt in Codd., etiam *Veneto* apud *Gronovium* d. l. nomen inde proprium eruere, ob hiſtoriarum ſilentium, eſt difficile; neque ductus litterarum facit pro *Comitis*, quod ex *Nazarii* loco placebat *Acidalio.* Ampliandum cenſeo, neque enim ſatisfacit, quod aliquando conieci, *Aſcarici cum Erogaiſo;* tuentur enim Codd. *que*, quod ſecundum caſum iunxiſſe videtur. —— Reges hos accipe, ut explicui ad *Mamertin.* Genethl. 5. 4. Incertum Maxim. 4. 2.

7. *Semel acie*] Semel acie viciſti, ſed hoc iuſtae ſeveritatis exemplo in perpetuum eos comprimis. BAVNE.

Duces ſuſtuliſſe] Videtur in eo loco nimius, ſed nimirum, ut actum illud, quod paulo duriuſculum erat, hac arte emolliat. BAVNE. Parum diſtat ab hoc *Iuſtini* XIII. 9. 6. *Si poſſint, in uno capite orbis bella finire.* Interpunxit autem *Iaegerus*, *comp. eſt devincendorum hoſtium, duces ſuſt.*

1. *Nec hoſtes*] *Sola hoſtes* Vet. PVTEANVS. *Sola* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Sola* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod poſt *Gruterum* recte omnes praeter *Rivinum* inſeruerunt.

Immenſam Bructeris vaſtationem] Sic Vet. *immiſſa Bructeris vaſtatione.* PVTEANVS. *Immiſſa Br. vaſtatione* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Bructeri*, Germaniae populus, ut *Tacitus* deſcripſit, inter Flevum & Amiſiam, indeque longe ſuper Luppiam habitantes, ut ultimi ad ſaltum ferme Tentoburgicum excurrant. Vide Annal. I. 60. CELLARIVS. Vide adnotata Paneg. *Nazarii* cap. 18. PATAROL. Haec eſt lectio optimorum, & plurimorum. *Rhenan. Stephan. Livin.* habent, *nec hoſtes regum ſ. ſ. m. etiam immenſam B. vaſtationem feciſti.* ſenſu parum commodo. IAEGERVS. *Immiſſa vaſtatione* etiam *Guelf.* & poſt *Gruterum* omnes, praeter *Rivinum* in prima. Antiquiores Edd. *Bruteris*, frequentius tamen dicuntur *Bructeri*, haud dubie a ſoli uliginoſi natura, & perpetuis paludibus, quas *Broeck* adpellant Belgae. Ita *Pontanus* Orig. Francic. I. 9. *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 66. quamvis ab eiusdem nominis oppido derivet *Conring.* Dedicat. ad Antiq. Academ. a pontibus, *Van Hattum* Hiſt. Zwollana T. I. p. 47. ubi de his copioſe; qui pag. 61. recte obſervat, quamvis a Chamavis penitus dicantur exciſi apud *Tacitum* M. G. 33., tantam non fuiſſe cladem, qua prorſus ſint deleti, ſed, qui ſuperfuerint, alias deinde terras inſediſſe, ad quos hic locus pertinet, & *Nazarius* Paneg. 18. init. adde *Wagenaar* Hiſt. Patr. T. I. p. 231.

Imperator invicte] Sic aliquoties. Paneg. ſeq. *Caeſar invicte.* Vſitatior ſuperlativus, *invictiſſime Imperator.* Gloſſar. Vet. *Invictiſſimus*, καλλίνικος. Ortum epitheton ab acclamationibus fauſtis τήνελλα καλλίνικε, &c. RITTERSHVSIVS. Conf. ſupr. ad *Eumen.* Conſtantio 1. 1.

2. *Fuit ratio*] *Guelferb.* inverſo ordine, *ratio fuit*, & mox *excitu repente.*

Non quo] *Arnobius* I. *Huic omnes ex more proſternimur, ab hoc iuſta & honeſta, & auditu eius condigna depoſcimus, non quo ipſe deſideret ſup-*

citu repente traiecto inopinantes adortus es, non quo aperto Marte diffideres,
ut qui palam congredi maluiſſes, ſed ut illa natio, perfugiis ſilvarum & palu-
dium bellum ſolita fruſtrari, fugae tempus amitteret. Caeſi igitur innumerabi- 3
les; capti plurimi. Quidquid fuit pecoris, captum, aut trucidatum eſt. Vici
omnes igne conſumti. Puberes, qui in manus venerunt, quorum nec perfidia
erat apta militiae, nec ferocia ſervituti, ad poenas ſpectaculo dati, ſaevientes
be-

ſupplices nos eſſe, aut amet proſterni tot millium venerationem videre. Vtilitas haec noſtra eſt, & commodi noſtri rationem ſpectans. Idem II. *Non quo illos negemus aut morum* (*eſſe* MS.) *integritate laudabiles, aut non omni genere ſtudiorum peritos* (*paratos* MS. ut infra: *nec ſaeculum eſſet ullum, quod artis eſſet ignarum alicuius, aut rerum experientia non paratum*) *ſed quid iſtud ad cauſam? Vopiſcus* Aureliano: *Ipſe autem, ſi vita ſuppetet, breviter ſaltem tanti Viri facta in litteras mittam, non quo illius geſta munere mei ſermonis indigeant, ſed ut ea, quae miranda ſunt, omnium voce praedicentur.* Ipſe *Cicero* frequenter. Pro P. Sextio: *Dux, auctor, actor rerum illarum fuit, non quo periculum ſuum non videret, ſed in tanta Reipub. tempeſtate nihil ſibi, niſi de patriae periculis, cogitandum putabat.* Iterum: *De cuius laude plura dicam, non quo ipſe haec dici, quam aeſtimari malit, ſed quod exiſtimo, ſi Milonis cauſam accuſatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextii cauſam exiſtimaturos.* Philippica I. *Tum vero tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti ſatisfacerent, non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed ne tardius, quam cuperem, Reipub. gratularer.* Rurſum: *Atque utinam, P. C., Calendis Sextilibus adeſſe potuiſſem, non quo profici potuerit aliquid, ſed ne unus modo Conſularis dignus illo honore inveniretur.* Non longe poſt: *Primum igitur acta Caeſaris ſervanda cenſeo, non quo probem; quis enim id quidem poteſt? ſed quia rationem habendam maxime arbitror pacis, atque otii.* LIVINEIVS. Etiamſi lectionem iſtam cohortibus quaſi exemplorum firmarit *Livineius*, maluerim tamen, vel euphoniae cauſſa, *non quod aperto.* GRVTERVS. Iure *Gruterus.* PATAROL. *Gruterus*, ſine ulla auctoritate, praefert *non quod a. M.* eumque ſequitur *Cellarius.* Verum nimis ſuperbum videtur hoc aurium iudicium. IAEGERVS. Solus fuit *Cellarius*, qui *Gruteri* coniecturam contra Codd. in textum admiſit, a quo tamen abſtinuit eius laudator *Patarolus*; in excitando loco eamdem quoque probaſſe videtur *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 203. Exemplis *Livineii* adde, quae habet *Perizon.* ad *Sanctium* Minerv. IV. 12. 2. *Burman.* ad *Ovid.* Heroid. XVII. 37. V. D. ad *Livium* XXXIX. 13. 2. ex quibus patebit, quo iure in hac locutione *quod* praetulerit *Stephan.* Schediaſm. II. 7. Apud *Terentium* Adelph. V. 3. 39. edidit *Bentleius:*

> *Non quo diſſimilis res ſit, ſed quo is, qui facit.*

quae lectio ſi vera eſſet, tamen in altero membro *ſed quod* fuiſſet ſervandum; in priori etiam *non quod* praefero, idque in Codd. *Leidenſi*, *Traiectino*, & meo inveni.

Perfugiis ſilvarum] *Moerl.* habet *profugiis*, quae vox quamquam in vetuſtioribus operum *Ciceronis* exemplis aliquot locis occurrat, in accuratioribus tamen ceſſit τῷ *perfugiis*, adeoque nec hic admittenda eſt. IAEGERVS. *Eumenius* Conſtantio 8. 4. *perfugia ſilvarum barbaros tegere potuerunt.* ubi vide. Par eſt *Livii* locus XXXIV. 48. *quoad progredi ſilvae, paludesque paſſae ſunt.*

Paludium] *Guelferb. paludum*, & ita *Baunius*; utraque huius caſus in quibusdam nominibus terminatio ſatis eſt explorata. *Civitatium* inveni in *Daventrienſi* apud *Salluſt.* Catil. 41. *cohortum* in eodem, Iugurth. 51. & plura dedi in Miſcellan. 18. p. 207.

Tempus amitteret] *Pontanus* Orig. Franc. IV. 4. citat *omitteret*, quod neque in Codd. nec Editis inveni; & vulgata praeſtat.

3. *Captum*] Vnde *interceptum* habeat *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 205. ignoro: & potuiſſet ita ſcribere Noſter, ne offenderet proximum *capti*, & ut indicaret pecora vindicata, quae paſſus non fuerat Conſtantinus in hoſtium poteſtate manere, de qua notione *Duker.* ad *Flor.* II. 4. 4.

Vici omnes] De vicis illis conf. *Conring.* Republ. imp. Germ. III. §. 20. adde ad *Eumen.* Conſtantio 2. 1.

Spectaculo dati] Inhumanus mos, captivos beſtiis obiicere, adverſus quem *Prudentius* in Symmach. II. vs. 1125.

 Nul-

4 beſtias multitudine ſua fatigarunt. Hoc eſt, Imperator, fretum eſſe virtute ſua, atque fortuna; hoc eſt, non pacem emere parcendo, ſed victoriam quaerere provocando.

Cap. XIII. Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciundo reliquiis adflictae
gentis inſultas, ne umquam metus ponat, ſemper horreat, ſemper ſupplices ma-
nus tendat, cum tamen hoc tu magis ad gloriam imperii tui, & ornatum limitis
facias, quam ad facultatem, quoties velis, in hoſticum tranſeundi: quippe
cum totus armatis navibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus usque ad
2 Oceanum diſpoſitus miles immineat. Sed pulcrum tibi videtur, & re vera pul-
cerrimum eſt, ut Rhenus ille, non ſolum ſuperioribus locis, ubi aut latitudine
va-

Nullus in urbe cadat, cuius ſit poena voluptas.

CELLARIVS. Edit. *Pariſ. vati.* Mallem vero *ſervati*, pro *dati*, aut *vati*, niſi hic forte Typographi ſit error. Illud vero *ad poenas*, ut gloſſema, valde nobis ſuſpectum eſt. VAN HOVEN. Otiis Litter. Vol. I. p. 53. De errore typographico nulla eſt dubitatio; emendatione autem non opus. *Dati ſpectaculo* eſt in ſpectaculum, quod propter hos Reges dediſſe Conſtantinum tradit *Eutropius* X. 3. & quidem *ad poenas*, ut beſtiis obiecti punirentur. —— Pro *ferocia* vitioſe *Guelferb. fortiora.*

4. *Pacem emere*] Hoc ſenſu Caeſar apud *Lucanum:*

Et nihil hac venia, ſi viceris ipſe, paciſcor.

PATAROL.

1. *Agrippinenſi ponte faciendo*] *Faciundo* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Ad Agrippinenſem coloniam pontem coeperat Rheno imponere, ut hoſtes terreret. *Faciundo*, id eſt, *coepto*, ut ſupra dixit, & *incboato*, ut ſub finem huius capitis, quo a perfecto, qui non fuit, diſtinguit. CELLARIVS. *Faciundo* etiam *Guelf.* alterum habent ante *Gruterum* omnes. De hoc ponte confer, quos excitavi ſupr. 11. 3. —— Habito autem A. CCCX. hoc Panegyrico, ut ad princip. expoſui, infirmum eſt, quod ex hoc ponte deducit argumentum *Gotbofredus* ad Cod. *Theodoſ.* T. IV. p. 56. ut oſtendat, A. CCCXII. in inferiore Gallia haeſiſſe Conſtantinum, quod certe ex ponte, ante hanc Orationem iam inchoato, non liquet. In ſimilem tamen errorem ductus eſt, in *Gotbofredo* redarguendo occupatus, *Pagius* Differt Hypat. p. 143. pontem hunc ad annum CCCXI. referens. —— *Reliquis* eſt in *Guelferb.* & ita *Puteolanus;* ortum hoc forte ex Cod., in quo *i* maiuſculum.

Metus ponat] *Guelferb. metum.* ſed pluralem adhibuit quoque Incertus Conſtantin. 2. 2. & 6. Indicant autem haec verba, pontis faciundi conſilium fuiſſe, ut in hoſtes flumen traiiceret, ſed ex adulatione hoc dictum cenſet *Pontanus* Orig. Francic. IV. 4. veramque rationem in ſola gloria imperio, & reverentia limiti addenda, quod mox addit Noſter, eſſe quaerendam.

Manus tendat] *Guelf. tendant*, quod quamvis cum *gens* conſtrui poſſet, tamen propter *horreat* eſt reiiciendum.

In hoſtem tranſeundi] Vet. *hoſticum.* PVTEANVS. *Hoſticum* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Recte. RITTERSHVSIVS. *In hoſticum;* ſic Cod. *Livin. Bert. Cuſp. Schonhov.* cum melioribus: ceteri *in hoſtem.* IAEGERVS. *Hoſticum* etiam *Guelferb.* editumque inde a *Grutero*, praeter *Rivinum. Nazarius* Paneg. 31. 2. *nihil ex hoſtico recepit.* adde *Drakenb.* ad *Livium* XXXVI. 43. 6. pro *hoſticolo* reponunt id etiam nonnulli, in L. unic. D. de Bonor. poſſeſſ. conf. ibi *Gebauerum.* —— Pro *tranſeundi* in *Guelferb.* eſt *transferendi.*

Totus armatis navibus] In *Moerl.* legitur, *tot arm. nav.* IAEGERVS. *Totis* eſt in *Guelferb.* ſed *totus Rhenus* eſt, quod mox *ripis omnibus.* In Danubio, & Rheno claſſes Romanos habuiſſe duplices, naves armatas, & luſorias ad prohibendas hoſtium vicinorum incurſiones, docet *Pontanus* Orig Francic. I. 2. poſteriores hic intelligunt *Pithoeus* Subſec. I. 14. *Salmaſius* ad *Vopiſc.* p. 475. & *Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. II. p. 407. utitur quoque hoc loco *Mattbaeus* de Nobilit. I. 22. ut oſtendat, Romanos milite praeſidiario aliquando Gallias coercuiſſe, quod pluribus horum Panegyriſtarum teſtimoniis confirmare potuiſſet. Oſtendit autem ex eodem hoc loco *Pontanus*, imperii ius Romanis patuiſſe ab utraque Rheni extima ora, ut Helius circa occaſum, ad boream Flevus fuerit.

2. *Vt*

vadoſus, aut vicinia fontis exiguus, ſed etiam ibi novo ponte calcetur, ubi to-
tus eſt, ubi iam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius, & bar-
barus Nicer, & Moenus invexit, ubi iam immani meatu ferox, & alvei unius
impatiens in ſua cornua geſtit excedere. Servit profecto, Conſtantine maxi- 3
me, ipſa rerum natura Numini tuo, cum in illa gurgitum altitudine tantarum
molium fundamenta iaciuntur, fidam & ſtabilem firmitatem habitura. Iunxerit 4
quondam licet Helleſponti anguſtias claſſe connexa Perſarum rex potentiſſimus;
temporarius ille tranſitus fuit. Simili navium continuatione Baianum ſinum
ſtraverit ab Auguſto tertius Caeſar; delicata fuit illa vectatio Principis otio-
ſi. Hoc opus & difficile factu, & uſu futurum eſt ſempiternum. Certe qui- 5
dem

2. *Vt Rhenus*] Vſum particulae *ut* adtigi ad *Eumenium* Conſtantio 9. 1. *Iaegerus* ad Incert. Maxim. 8. 5.

Sed & ibi] *Etiam ibi*, *Bertin.* LIVINEIVS. Ad Coloniam ſcilicet, cum enim tunc pervenerit, iam recepit fluvios Hellelum, Nicrum, Maenum, Lanum, aliosque. PATAROL. *Sed &* editum fuit ante *Gruterum*, & poſtea a *Rivino*. Altera lectio melior, quae quoque eſt in *Guelferb.*

Novo ponte] Pontis huius, & munimenti etiam, ad pontem illum a Conſtantino conſtructi, cui loco nomen hodie *Duitsch*, mentionem facit *Petrus Bertius*. PATAROL.

Noſter ingens fluvius] Hic *noſter* ſignificat Moſellam, ut puto, nam coniicimus hanc Orationem Treveris coram Conſtantino habitam, quam urbem id flumen alluit. RHENANVS. Aſſentior *Rhenano*, cui *ingens* hic *fluvius* Moſella eſt, qui & alluit Treveros, ubi dicta haec laudatio, & ad Confluentes Rheno miſcetur. *Noſter* autem, id eſt, Romanus, ne quis erret, cui contrarium *barbarus*. *Nemeſianus* Cynegetico:

Mox veſtros meliore lyra memorare triumphos
Accingar, Divi fortiſſima pignora Cari,
Atque canam noſtrum geminis ſub finibus orbis
Litus, & edomitas fraterno Numine gentes,
Quae Rhenum, Tigrimque colunt.

LIVINEIVS. & PATAROL. Intelligit quoque Moſellam *Freherus* ad *Auſon.* Moſell. 32. & 352. adde ſupr. ad princip. p. 347. eadem adpellatione uſus *Mamertin.* Maxim. 12. 6.

Barbarus Nicer] Sueviae fluvius eſſe videtur, quem hodie quoque Germanice *Neccer* vocamus, quidam *Neccarum*. Labitur in Rhenum infra Spiram. RHENANVS. & PATAROL. Adde *Freher.* ad *Auſon.* Moſell. 423.

Et Moenus] Nunc *Mayn*, Germaniae pariter fluvius; e Franconia, in qua oritur, in Rhenum labitur ad Moguntiam, auctus praecipuis fluminibus Rednitz, Tauber, & Bintz. PATAROL. *Et meus* dedit *Patarolus*, forte pro *Menus*, quod habet *Rhenanus*.

Cornua] Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 21. 1.

3. *Conſtantine maxime*] Cod. *Moeil.* τὸ *maxime* omittit. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.*, in quo praeterea eſt *ipſarum rerum natura.* Vulgatum ſervo. Conf. me ad *Arator.* I. 49. ſupra ad *Mamertin.* Maxim. 12. 8.

4. *Perſarum rex*] Xerxes, Darii Hyſtaſpis filius, paterni regni, atque odii in Graecos haeres, navibus Helleſpontum iunxit, atque, ut *Eutropii* verbo utar, contabulavit, Olymp. LXXV. *Herodot. Diodor.* ſic *Iuſtin. Plutarchus*, &c. BAVNE. & PATAROL. Conf. *Lyſiam* adverſ. Corinth. ſoc. p. 45. opem fero *Arnobio* adv. Gent. I. p. 5. *Vt ille inmanis Xerxes mare terris inmitteret, & greſſibus maria tranſiret, noſtri nominis effectum eſt cura*; lege *effectum eſt cauſſa*; reſpice antecedentia, *nos fuimus cauſſa*. Xerxem intellexerunt nonnulli apud *Manilium* Aſtron. V. 275.

Perſidis & victor ſtrarat qui claſſibus aequor.

unde & *Faber* coniiciebat *rector*; ſed ad Graecos locum pertinere meliori ſucceſſu docuit Vir eruditus in Obſerv. Miſcell. Amſtel. T. I. p. 103. In *Guelferb.* omnia ſunt omiſſa a *connexa* ad *Baianum*.

Auguſto tertius Caeſar] *Aug.* Vet. *Auguſto*, *Tertius Caeſar* Caligula. Vide *Sueton.*, *Dion.* PVTEANVS. *Tertio Caeſare*; *tertius Caeſar* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Bene. Nam Caligulam ſentit, qui ab Auguſto tertius. Adi *Sueton.* Calig. cap. 19. LIVINEIVS. & RITTERSHVSIVS.

Sue-

dem iam tibi in exordio ſui hoſtium movit obſequia, qui pacem ſupplices petierunt, nobiliſſimos obſides obtulerunt. Ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi ſint, qui iam ſerviunt inchoato.

CAP. XIV. Talibus te pro utilitate, ac dignitate publica rebus intentum averterunt in ſe novi motus eius hominis, quem ſucceſſibus tuis maxime favere

Suetonii loco quoque *Baune*, *Cellarius*, & *Patarol* ſunt uſi. Solus edidit *Livineius*, *tertio Caeſare;* unde, me latet.

5. *Iam ter*] Vet. *iam tibi*. PVTEANVS. *Iam tibi* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod, ex noto Dativi uſu, recte recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum* in prima.

In exordio ſuo] Vet. *ſui*. PVTEANVS. *Sui* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. Supple *imperii*. BAVNE. Quum pons coepit fieri. De ponte enim dicit, initiis ſuis *obſequia* barbarorum moviſſe, id eſt, ad obſequendum terrore illos perduxiſſe. CELLARIVS. *Imperii* apud *Baunium* quid ſibi velit, equidem neſcire me fateor. Recte exponit *Cellarius*. Ceterum pro *tibi in exordio ſui*, *Rhenan. Stephan. Livin.* in contextu, *ter in exordio ſuo;* noſtra vero lectio reliquorum omnium nititur auctoritate, nec poteſt cuiquam dubia videri. IAEGERVS. Recte *ſui*, quod etiam habent *Schonhovii* excerpta. Vid. ad *Mamertin.* Genethl. 2. 1. & alibi ſupra. Ridicule *Baunius* ſupplet *imperii; exordium* enim pontis nihil aliud eſt, quam pons *faciundus*, hoc cap. princ. & mox *inchoatus*. Tota haec periodus a *certe* ad *petierunt* omiſſa eſt in *Guelferb.*

1. *Avertunt*] Vet. *averterunt*. PVTEANVS. *Averterunt*, *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Averterunt*, *Moerl. Gruter. Pariſ. Patar. Cellar.* Reliqui *avertunt*. IAEGERVS. Vulgatae etiam favet *Guelferb.* quam recte reſtituit *Gruterus;* alterum in prima retinuit *Rivinus*. In prioribus vitioſe *Guelferb. talibus porro te utilitate*, niſi ſcripſerit, *porro te pro util.*

Eius hominis] Scilicet Maximiani, qui reſumere imperium voluit. Vide *Zonaram*, *Euſebium* Eccleſ. Hiſtor. & de vita Conſtantini, *Eutrop.* principio lib. X. PVTEANVS. Maximiani, quem a Maxentio pulſum, eiectum ex Italia, Treveris perhumaniter exceperat, accepta etiam in uxorem Fauſta, eius filia. BAVNE. Maximiani Herculei, genero ſuo Conſtantino inſidiantis, & ſollicitantis exercitum. *Eutrop.* X. 2. *Lactant.* Mort. Perſec. c. 29. CELLARIVS. Maximiani Herculei, ſoceri ſui. Hic, tyrannidem occupante filio ſuo Maxentio, regnandi cupidine percitus, novaque molitus ad Conſtantinum generum confugit; ſed & ipſi mox ſtruxit inſidias, quibus Conſtantino ab uxore Fauſta detectis, eiusdem iuſſu Herculius Maſſiliae ſtrangulatus eſt. *Eutrop.* lib. IX. & X. *Zoſim.* lib. II. PATAROL. Adde etiam *Valeſii* Anonymum poſt *Ammianum Marcell.* p. 712. ſtrangulatione fuiſſe a Conſtantino punitum, tradunt Hiſtorici, ipſum vero ſibi mortem intuliſſe, neque Conſtantini beneficio de ſervanda vita uti voluiſſe, ſcribit Noſter infr. 20. 3. aliter tamen *Lactantius* M. P. 30. qui non, ut reliqui Hiſtorici, tradit, ita a Conſtantino fuiſſe punitum, at vero hunc liberae mortis ipſi dediſſe arbitrium, atque tunc eliſo & fracto gutture perire maluiſſe. Conf. *Baluzium*, & *Scaliger.* ad *Euſeb.* p. 247. Not. ad *Eutrop.* X. 3. infr. *Livineium* 14. 5. *Puteanum.* 18. 6. *van der Meerſch* ad *Euſebii* Hiſt. Eccleſ. VIII. in fin. *Homo* eſt per contemtum, ut apud *Ciceron.* Catil. II. 12. adde Patrem meum ad *Pacati* Paneg. 23. 3. hinc illud Pilati, ἴδε ὁ ἄνθρωπος, Euang. *Ioann.* 19. 5. ex contumelia interpretatur *Petitus* Miſcell. Obſerv. III. 15.

Maxime favere] Deeſt *maxime* in *Guelferb.* Male; videtur enim ea voce uſus *Eumenius* ex Conſtantini verbis apud *Lactant.* Mort. Perſ. 29. quibus Maximianum in hac perfidia feciſſe dixit, *quod ipſum praecipue non deceret.*

Ferme dubito] An? *per me.* ACIDALIVS.

2. *Vox prima*] *Vox patria*. RHENANVS. Vet. *privata*. PVTEANVS. *Privata mod. Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Lege *privata*. ACIDALIVS. *Privata;* ſic praeter *Rhenan. Stephan. Livin.*, qui mendoſe praeferunt *prima*, reliqui recte. *Rhenanus* in ora, *al patria*, quod perinde ineptum eſt. IAEGERVS. *Privata* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, quod recte iam reddidit *Paull. Stephanus*, deinde *Gruterus*, eumque ſequentes praeter *Rivinum*.

Qui tibi] Vox *tibi* deeſt in Cod. *Moerl.*, recte quidem, ut arbitror. Nam *ingratus*, cum beneficii immemorem ſignificat, non tertium caſum, ſed praepoſitiones *in*, *ergà*, *adverſus* cum quarto ſibi ſolet adſciſcere. IAEGERVS. Apud *Pacatum* tamen Paneg. 24. 2. eſt, *ingratum virtuti*, id eſt immemorem.

Beneficiis tuis] Infra: *quem tu ab Vrbe pulſum, ab*

re decuiſſet. De quo ego, quemadmodum dicam, adhuc ferme dubito, & de
nutu Numinis tui exſpecto conſilium. Quamlibet enim merito pietatis tuae que- 2
ſtibus arguatur, debet tamen ſibi vox privata moderari, praeſertim cum eum,
qui tibi ex tantis beneficiis tuis, & tanto neceſſitudinum fonte ingratus exſtite-
rit, adhuc contemplari cogat, ut quaſi ira referveat. Quid faciam igitur, ut 3
tam

ab Italia fugatum, *ab Illyrico repudiatum*, *tuis provinciis*, *tuis copiis*, *tuo Palatio recepiſti.* LIVINEIVS.

Et tanto neceſſitudinum fore] Hic locus mendoſus eſt, forte in hunc modum reſtituendus, *iure ingratus exſtiterit*, *adhuc contemplari vi cogatur*, *quamvis iratum revereatur.* RHENANVS. Vet. *neceſſitudinum fonte.* PVTEANVS. *Favore*, *Langii* Schedae, *Cuſpin. Neceſſitudinum*, hoc eſt, ductae in matrimonium Fauſtae, eius filiae. In quo ipſo cum *favorem*, & *beneficium* ponit, blanditur ſcilicet Conſtantino. LIVINEIVS. *Favore;* ita quidem libri, ſed eſt in aliis, *neceſſitudinum fore*, ut ſuſpicari liceat fuiſſe, *neceſſitudinum iure.* GRVTERVS. Forte *neceſſitudinum iure*, vel *foedere.* ACIDALIVS. Bene pluralis uſurpatus, nam duplex Maximiano cum Conſtantino *neceſſitudo*: ille enim e duabus filiabus ſuis alteram Conſtantio Patri, alteram Filio Conſtantino uxorem dedit. PATAROL. *Gud.* & *Moerl.* habent *fonte*; *Schonhov. favore*, quod *Cellarius*, ac *Patarol* probavere. IAEGERVS. *Favore* edidit primus *Paull. Stephanus*, idque reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti. Mihi tantum videtur eſſe ex coniectura. Sola placet Codd. apud *Puteanum*, & *Iaegerum* ſcriptura *fonte*, quam reſtitui. *Fons neceſſitudinum* ſunt Conſtantini cum Fauſta nuptiae, ex quibus illae promanabant neceſſitudines. L. 195. §. 4. D. de V. S. *ſicuti dicimus familiam Iuliam*, *quaſi a fonte quodam memoriae.*

Ingratus exiſterit] Vet. *extiterit.* PVTEANVS. *Moerl. extiterat.* IAEGERVS. Depravatum *exiſterit* dederunt *Puteolanus*, *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & in pr. *Rivinus.*

Adhuc contemplatui cogat] Vet. *contemplari. Ioh. Mercerus*, *contemplatio tui.* PVTEANVS. Foede inquinata verba, nec adiuvant libri, *Langii* excepto, in quo eſt, *adhuc contemplari cogamur*, *tuque*, *quamvis iratus*, *revereare.* plane, & melius. Quis neget? Sed in quo *contemplari* meis auribus reſponſet, cui ſignificationem idoneam non invenio. Mihi, ſi coniecturam admittimus, reſcribi placeat, *adhuc contemplatio tui cogat*, *ut*, *quamvis irati*, *revereantur. Revereantur*, inquam, κατὰ τὸ σημαινόμενον, ut Grammatici loquuntur, etſi praeceſſit *vox privata*, in quo *privati* continentur. Ante etiam *contemplatio tui* repoſui, curte in autographo fuiſſe *conteplo tui* leviter ſuſpicatus. Atque ita ICtus *mutuam pecuniam dare alicuius contemplatione*, *arborum contemplatione fundum comparare*, & ſimilia dixerunt. LIVINEIVS. *Rhenanus*, *adhuc contemplari vi cogatur*, *quamvis iratum revereatur.* Quid hoc ſententiae? non capio. Coniiciemus & nos, etſi verum vix tangemus: forte; *adhuc clementia tua tegat*, *quamvis iram mereatur.* Lege etiam: *adhuc contemplatui tui cogat*, *ut*, *quamvis irati*, *revereamur.* Panegyrico *Eumenii* Conſtantio: *niſi quod veſtri contemplatione conſtabat*, *de victoria nobis poſſe dubitari.* ACIDALIVS. *Contemplatio tui*; ſic locum emendavi, auctoritate partim *Livineii*, partim *Acidalii*, quos ſecutus eſt etiam *Cellarius.* PATAROL. *Moerl.* una cum *Gud. adhuc contemplari cogat*, *ut quaſi ira referveat.* Optimum videtur ſequi *Acidalium*, a quo non multum diverſus abit *Livineius*, itemque *Cellarius*, qui pro *contemplatio*, neſcio qua de cauſſa, *contemplatione* exhibet. IAEGERVS. *Contemplatui cogat*, *ut quamvis irati revereat*, edebatur ante *Cellarium*, niſi quod *contemplativi Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Rivinus.* Primus tacite lectionem mutavit *Cellarius* ſcribendo, *contemplatione tui cogat*, *ut*, *quamvis irati*, *revereamur.* ita etiam *Patarolus*, niſi quod, ex *Merceri* apud *Puteanum* coniectura, dederit *contemplatio*, huic vero adſtipulatur *Iaegerus. Rhenani* coniectura, quam dedit praeced. obſerv., etiam in *Schonhovii* excerptis eſt adſcripta. Miror, Cod. apud *Puteanum* receptam non fuiſſe lectionem, quam in ſuis quoque invenit *Iaegerus.* In contextu igitur eidem locum dedi, plana, ni fallor, ſententia: vocem privatam, id eſt orationem ſuam, moderari debebat, praeſertim cum Maximianum adeo ingratum contemplari cogat haec Oratio, ut ira, ante iam ſedata, propter eius perfidiam quaſi referveat, eoque facile eveniret, ut modum excederet oratio, quod fieri nolebat, a Conſtantino conſilium exſpectans, qua ratione de homine adeo perfido, & ingrato eſſet dicendum.

Quamvis irati revereamur] Sic Vet. *ut quaſi ira referveat.* PVTEANVS. Conf. modo notata.

tam profunda vulnera ſuſpenſa manu tractem? Vſurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia, quae tamen plerumque etiam a ſapientibus adferuntur, neminem hominem peccare niſi fato, & ipſa ſcelera mor-
4 talium actus eſſe fortunae, contra autem Deorum munera eſſe virtutem. Gratulare, Conſtantine, naturae, ac moribus tuis, quod te talem Conſtantius Pius genuerit, talem ſiderum decreta formarint, ut crudelis eſſe non poſſis.
5 Illum autem non credo, cum, venturus in lucem, optionem vitae, qua uteretur, acciperet, ſortem incurriſſe fugiendam, quae multis hominibus iniuſtum,

3. *Suſpenſa manu tractem*] *Pacatus* Paneg. 3. dixit *pendente manu*. Proprie uterque. At tranſlate *Plinius* lib. VI. Epiſt. ad Fabatum: *tu vero*, inquit, *non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas.* PVTEANVS. & LIVINEIVS.

A ſapientibus adferuntur] Stoicis. LIVINEIVS. Nota callidam Stoicorum nequitiam, qui, ut tuto ſibi eſſe improbis liceret, ſcelerum ſuorum cauſam in fatum, neſcio quod, reiiciebant. BAVNE. Stoicis fere, quam ſententiam Chryſippo obiicit *Plutarch.* de Stoic. Repugnant. Vide plura apud *Lipſium* Phyſiolog. Stoic. lib. I. Diſſ. 14. PATAROL. Tangit hic Stoicos, qui, ut apud *Euſebium* legitur, Praepar. Euang. lib. VI. p. 143. Ed. *Rob. Steph.* δίκην ἀψύχων κινεῖσθαι ἡμᾶς τῇδε καὶ τῇδε ὑπό τινος ἔξωθεν δυνάμεως νευροσπαστουμένους εἰς τὸ ἐπ᾽ ἀνάγκαις ἐθελῆσαι τάδε πρᾶξαι, καὶ ἑλέσθαι παρὰ προαίρεσιν ἕτερα docebant. Virtutem vero Deorum munus eſſe, nec natura, nec exercitatione parari, Platonis ſententia fuit, non Stoicorum, qui illam hominum ſtudio poſſe parari credebant. *Diogen Laert.* in vit. Zenon. VII. 1. 54. ὅτι δὲ διδακτή ἐστι (ſc. ἡ ἀρετὴ) δῆλον ἐκ τοῦ γίνεσθαι ἀγαθοὺς ἐκ φαύλων. IAEGERVS. De virtute alia etiam fuit *Iuliani* ſententia Orat. I. p. 12. quocum haec *Eumenii* contulit *Spanhemius*. Pro *adferuntur* legendum coniiciebat Pater meus, *adferuntur.*

4. *Gratulare*] Haec, & praecedens vox deeſt in *Guelferb.* Imitatus videtur *Ciceronem* pro Marcell. 6. *Gaude tuo iſto tam excellenti bono, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiam natura, & moribus tuis.* ubi & hunc locum contulit *Abramus.*

Genuerit] *Moerl. generaverit.* IAEGERVS.

Siderum decreta formarint] Ex ſuperiorum ſententia. Vnde Fatum Mathematicum eidem *Lipſio* ibi diſtinctum. PATAROL. *Formarunt*, *Puteolanus*, & mox *Guelferb. non poſſes.*

5. *Non credo*] Dele *non.* ACIDALIVS. Negationem ſuſtuli poſt *Acidalium*, ut ſenſus ſit: cum animo tuo abeundum fuit in mortale corpus, o Conſtantine, te talem ſiderum decreta formarunt, ut crudelis eſſe non poſſis: Maximiano vero illa ſors obtigit, quae & ipſi, & multis aliis exitio fuit: ſortitio autem illa ex Epicureorum doctrina ſumpta eſt. BAVNE. Importunum illud *non*, licet pleroſque libros inſederit, *Pataroli* exemplum ſecutus, exeſſe iuſſi. De voluntario Maximiani exitio *Lactant.* de Mort. Perſec. 30. 5. ita: *datur ei poteſtas liberae mortis*,

At nodum informis leti trabe nectit ab alta.

IAEGERVS. Illud mihi non ſumſerim, ut vocem, conſtanti omnium Codd. auctoritate munitam, eiiciam, & ex unius quidem *Acidalii* coniectura. Fuit, cum ſuſpicarer, in *non* forte latere *hominem*, ea ratione, qua in capitis princip. *hominem* potuit abire in *oem*, ex quo haud difficulter *non* ſit effectum, unde etiam *non*, & *nomine* permutantur, & L. 77. §. 5. D. de Legat. 2. emendare conatur *Hotomann.* Amicab. reſp. I. 14. Iam vulgatum potius tueor. Duo diſtinguit *Eumenius*, facinora eſſe ex fato, virtutem ex Deorum munere; hanc habet homo ex optione, Deorum munere ſibi conceſſa, illa ex ſolo fato ſine optione invitus. Itaque tradit, ſe *non credere*, Maximianum ſortem ſuam, adeo fugiendam, ex optione, ſed ſolo magis fato habuiſſe, idque eſt, quod addit, *hoc ipſum nonne fati neceſſitas tulit*, quae praecedentibus hiſce oppoſuit, atque hoc modo ingratum ipſius in Conſtantinum defendere animum conatur, ideoque *patrocinium* adpellat n. 3. Mox *optio* eſt arbitrium eligendi ex duobus. Conf. *Cort.* ad *Salluſt.* Iugurth. 79. 8.

Sortem incurriſſe fugiendam] Sentit velut ſortitionem quandam agitari animis in corpora abituris, in qua negat hoc ei fatum obtigiſſe, ut hominem quandoque infamis, & Conſtantinianorum manu properata nex muneret, fractaque gula ſexagenarius perfidiae poenas lueret. ita enim clare Epitoma *Sex. Victoris*, *Zonaras.* Ceteri aut iure in-

ſtum, & poſtremo ipſi voluntarium ferret exitium. Vt enim alia mittam, hoc 6
ipſum nonne fati neceſſitas tulit, ut ille pietati tuae hanc referret vicem, quem tu ab Vrbe pulſum, ab Italia fugatum, ab Illyrico repudiatum, tuis provinciis, tuis copiis, tuo palatio recepiſti?

Cap. XV. Quid, oro, ſibi voluit? quid optavit? ut quid amplius adipiſceretur his, quae a te fuerat conſecutus? cui tu ſumma & diverſiſſima bona, privatum otium & regias opes, dederas, cui digredienti ad anulos ſederas, cui impenſius etiam, quam tibi, occurrere obſequia noſtra mandaveras, cuius omni-

interiſſe, aut poenas dediſſe iuſtiſſimo exitu ſcripſerunt. Vnus *Zoſimus* Tarſi morbo extinctum prodidit, perſpicue falſo. Sed ὁμωνυμίᾳ deceptus Maximiano Herculio tribuit, quod conſenſu Maximino accidiſſe autores referunt, Maximino inquam, qui Galerio Maximiano nepos ex ſorore, quem *Maximianum* confuſe ipſe nominat. LIVINEIVS.

6. *Fati*] *Guelferb. facti.* male. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 7. 6.

Ille pietati] *Moerl.* pro *ille* habet *illi*; falſo. IAEGERVS.

Referret vicem] Id eſt, inſidias tibi, & parricidium moliretur. *Eutropius*, *Victor*, alii. LIVINEIVS. Inſidias, & parricidium moliendo, quum Conſtantinus illum undique pulſum exceperat, quod munus fuit *pietatis.* CELLARIVS. Hiſtoriam perſequitur *Nourry* Diſſert. in *Lactant.* de M. P. p. 287.

Vrbe pulſum] Roma eiectum, ubi Maxentium filium ad privatam vitam redigere, ſibi ſumpta eius purpura, conatus milites renitentes deturbanteſque habuit. *Eutrop.* X. 2. ſect. 7. CELLARIVS.

Illyrico repudiatum] Quum per litteras Diocletianum, Salonis agentem, hortatus eſt, ut depoſitam reſumeret poteſtatem. *Eutrop.* X. 2. ſect. 5. IDEM. Hiſtoriam enarrat *Baluzius* ad *Lactant.* M. P. p. 73.

Palatio cepiſti] *Recepiſti* Schedae *Langii*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Recepiſti*; ſic plures, & meliores pro *cepiſti*, uti legitur in *Rhenan. Stephan. Livin.* IAEGERVS. *Recepiſti* etiam *Schonbovii* excerpta, quod dedit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* ſequentes. Codd. tamen alterum tuentur, etiam *Guelferb.* in quo *caepiſti.* Palatium illud eſſe Maximini coenobium, ante urbem Treviros ſitum, ſcribit *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 204.

1. *Sibi voluit*] His verbis ipſe uſus eſt Conſtantinus, teſte *Lactantio* l. c. cap. 29. 7. *Accedit propius Imperator, & in muro adſtantem adloquitur, non aſpere, nec hoſtiliter, ſed rogat, quid ſibi voluiſſet?* &c. IAEGERVS.

Aut quid] Vet. *ut quid.* PVTEANVS. Notanda hic eſt varietas lectionis in Cod. *Moerl.* *Quid, oro, ſibi voluit, quod optavit, ut quid amplius adipiſceretur iis —— conſecutus? quin tu*, &c. *Gud. ut quid amplius adipiſceret is.* IAEGERVS. Ex Codd. reſtitui *ut* pro eo, quod omnes habent, *aut quid.* permutata haec eſſe dixi ad *Arator.* I. 1065.

Cui tu] *Gud. quin* pro *cui.* Sed nihil mutandum. IAEGERVS.

Ad anulos ſederas] Vet. *anulos dederas.* PVTEANVS. Proculdubio reponendum, *annulos dederas.* Huncque locum iam pridem emendaveram, cum poſtea confirmatam coniecturam repperi fide V. C. *Pithoeani.* IVRETVS. Non explico. Doce tu me, quid ſit, *ſedere alicui ad annulos.* Quid ſi legas, *ad mulos?* Non diſſimilis mos temporum noſtrorum Dynaſtis, ut honoris deferendi cauſſa, cum alter eſſedo vehatur, ipſe curulibus equis ſedeat, aut mulis. *Suetonius* in Auguſt. cap. 64. *Neque iter fecit umquam, niſi ut nepotes vehiculo anteirent, aut circa adequitarent.* LIPSIVS. ad *Giſelinum* Epiſt. Quaeſt. III. 24. Corrigo, *cui digredienti ad annulos haeſeras. Plinius* Panegyr. *Tenuis adhuc, & obſcurus obtinenti Africam comes haeſerat.* PONTANVS. ad *Macrob.* Saturn. II. 10. *Ad annula foederas*; hoc quid ſit, ne Pythius quidem dixerit. Ceteri omnes libri exhibent, *ad annulos*, ſeu *anulos ſederas*, aeque obſcure, ſed quod exponeret amicus, Vir doctus, ſiniſter ſederas, a conſuetudine, qua veterum Graecorum, qua Romanorum, qui annulum habuere in digito ſiniſtrae manus, qui minimo eſt proximus, ut *Agellius* X. cap. 10. ac *Macrobius* ex eo Saturn. VII. cap. 13. prodiderunt. Quod equidem nec refutem, nec ſane laudem; nam & longius petitum eſt, & exemplum eius phraſeos deſiderem. Calide etiam Adoleſcenti, qui *Macrobium* nuper edidit, *ad annulos haeſeras* reſcriptum, & acceptum, ut eſſet, comes aderas; ſic enim in No-

omnibus iuſſis ſic ſtatueras obedire, ut penes te habitus, penes illum poteſtas eſ-

Notis ad II. cap. 10. Quod nihil attinet coarguere. Ceterum Vir eruditus, qui *ad mulos* olim correxit, non mihi perſuadeo fuiſſe, ut ſibi ipſe ſatisfaceret. Cui enim probet, *ad mulos ſedere* id eſſe, honoris deferendi cauſa mulis adequitare ei, qui curru vehatur? Mihi velut quarto pedato, ut ſymbolum quoque conferam, in mentem venerat ſuſpicari, latere in his nomen aliquod loci, quo Conſtantinus Herculium, digredientem in Galliam Narbonenſem, pro officio comitatus ſit, quod nunc quidem in lucem non educo. Tu, videſis, mi Lector, & huic, ut ita dixerim, lampadi ſuccede. LIVINEIVS. *Ad annula foederas;* foeda lectio, neque iuvant exemplaria calamo exarata: Editiones veteres exhibent, *ad annulos ſederas*, quod ferri poſſet, ut dicat ſediſſe ad ſiniſtram, in qua annuli potius, quam in dextra, ne impediant actiones eiusdem manus. Verum eſt, non reperio exemplum eius phraſeos: ſed quam multa extant apud Auctores, quibus haud facile invenias fratrem geminum germanum? GRVTERVS. Manifeſta corruptio. Dubia, & varia medicina. *Mercurialis*, *digredienti annulos dederas*, quomodo, credo, & *Lipſius*, qui & habet, neſcio quid, de *mulis*. *Caeſar Baronius* in Annalib. Eccleſiaſticis vulgatum retinet, & annulos interpretatur, ad quos, in parietibus defixos, equi, aut iumenta alia deligantur; quaſi Conſtantinus deſederit ad illos annulos, usque dum equum aſcenderet Maximianus. O Criticum! Coniiciam ego quoque, ſed pari venia. Forte, *cui digredienti adambulo baeſeras*, quod ſane magnae humanitatis in principe viro. *Adambulo*, ut *anteambulo*. *Adambulandi* verbum nobis commendatum in *Sueton.* Tiber. c. 25. ACIDALIVS. Quis hic non acumen ſuum fuit expertus? Merebitur & noſtra coniectura veniam. Id monſtri, *ad annula foederas*, natum mihi videtur ex hoc verbo *adambulaferas;* quod ſcribi debuerat *adambulaveras*. Emendatio, ut vides, niſi quod ſyllabam *de* iugulat, eſt leviſſima. ZINZERLINGIVS. Critic. Iuvenil. Promulſ. cap. 34. Erant annuli portarum ad fores apprehendendas, pulſandasque; horum meminit *Ioannes Diaconus* in Vit. Sanct. Gregorii M. c. 93. lib. IV. deque illis explicandum autumo Panegyriſten, ubi ait *ad annulos ſedere* digredienti hoſpiti Maximiano ſolitum Conſtantinum, ſeu *cedere*, id que obſequium maximum reputatur, & una cum eruditiſſimo Cardinale *Baronio* T. III. Annal. Eccleſ. ad A. CCCVII. p. 17. cenſeo Conſtantinum comitari conſueviſſe, ſeu deducere Maximianum, quando apud eum hoſpes diverterat, inviſendi, ſalutandive cauſa, deorſum usque, ubi parati equi annulis ferreis, muro innixis, alligari ſueti manerent, immo ad annulos usque portarum, ibique *ſedere* Conſtantinum, ſeu potius *cedere*, ac honorem praeſtare Maximiano diſcedenti. Vnde non legendum puto, *ad annula foederas*, ut corrupte legebatur, nec, ut Critici emendarunt, *ſiniſter ſederas*, vel *ad mulos ſederas*, vel *ad annulos baeſeras*, ſive, ut *Acidalius* corrigit, *adambulo*, id eſt ante ambulo, *baeſeras*, nec quemadmodum *Triſtanus* Tom. III. Hiſtor. p. 526. excogitat, & probare conatur, *cui digredienti te ad aram annulo foederaveras;* verum repono, *ad annulos cedebas*, etſi *Tomkus*, Epiſcopus Boſnenſis, in Conſtantin. p. 527. in Illyric. Sanct. p. 83. vitae Conſtantini, eruditione non minus, quam dignitate illuſtriſſimus, aliam olim mihi adſcripſerit opinionem. SVARESIVS. De Foramin. lapid. Tom. I. Theſ. *Sallengr.* p. 322. *Ad annulos ſederas;* veteres Editiones ſequor; ſenſusque eſt, honoris cauſa ſederas ad ſiniſtram, in qua Graecos, & Romanos annulum geſtare ſolitos teſtantur *A. Gellius* lib. X. c. 10. & *Macrob.* Saturn. VII. c. 13. In *Puteana* Edit. eſt, *ad annula foederas*, an legendum? *te ad aram annulo foederaveras*, ſeu quando foedus cum eo iniſti, ſeu cum eius filiam in uxorem accepiſti. Duplex haec enim obtinebat apud Romanos conſuetudo. BAVNE. Pravae hoc loco membranae, referentes, *ad annula foederas:* cuius nemo divinabit ſententiam. Cuſi olim, *ad annulos ſederas*, quod genuinum eſſe ſpondere nolim; *Gruterus* tamen retinet. CELLARIVS. Reciperem potius lectionem *Iureti*, *anulos dederas*, auctoritatis nempe ſignum. At nec ſic a Noſtro ſcriptum auſim affirmare. PATAROL. *Ad annula foederas Livin. Francof.* & *Pariſ.* prior. Codd. *Put. Gud.* & *Moerl.* habent, *anulos dederas*. Etſi ea, *ad annulos ſederas*, quam cum *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Gruter. Baunio*, *Cellar. Patar.* damus, lectio non vacat difficultate, meliorem tamen eſſe aliis liquido apparet. *Livineii* coniectura nimis ſoluta eſt, & incerta, nec quidquam ex illa conficitur. Merito etiam diſplicet *adambulo Acidalii*, qui in *Sueton.* Tiber. c. 25. nullum invenit praeſidium; ibi enim *obambulans* legitur: *Apuleii* tamen auctoritate tutum eſt *adambulandi* verbum eo, quo hic accipiendum eſt, ſignificatu, ſcil. ut idem ſit, ac comitari eundo pedibus. Ille enim

eſſet imperii. Quisnam ille tantus fuit non ardor potentiae, (quid enim, te 2
im-

enim Metam. VIII. p. 213. Ed. *Elmenb.* lin. 35. ſqq. *iuvenis* — *circumgeſtantibus Deam* — *adambulabat.* Alias ſignificat accedere, ut *Plaut.* Bacchid. IV. 5. 8. Nec feliciores ſunt *muli Lipſiani*, ut iam *Livin.* & *Acidal.* viderunt. Et *ſedere ad mulos* qua ratione idem eſſe poſſit, ac *ſedere curulibus mulis*, (haec enim *Lipſii* eſt explicatio) equidem non expedio. Verum *Lipſius* ipſe tantum abeſt, ut multum huic coniecturae tribuerit, ut potius nugas ſe loqui ſit confeſſus. Scriptura *Mercurial. Put. Moerl.* commodo ſenſu nobis carere videtur; *Iuretus* tamen ſic legi debere coniecit, eamque coniecturam fide Cod. *Pitboeani* confirmatam reperit. Probat eam quoque *Patarol;* ſed nimium friget ſententia. Relinquitur itaque, ut, dum adferantur meliora, amplectamur lectionem Codd. ſuffragio munitam, & quadamtenus explicabilem. Siniſtrum quidem latus dextro fuiſſe dignius, & nobilius tradidit *G. Longus* de Annul. Signator. c. 9. p. m. 76. ſqq. itemque *Io. Goropius;* ſed hunc *Lipſius* Elect. II. 2. refutat, omnemque opinioni huic ſpeciem adimit. Verum eſt, non reperiri exemplum huius phraſeos: *ſed quam multa*, inquit *Gruterus* ad h. l., *exſtant apud Auctores*, (addo, *praecipue ſequioris aetatis*) *quibus haud facile invenias fratrem geminum germanum?* Addenda eſt, quam paene praetermiſi, coniectura *Baunii*, qui ex verbis *ad annula foederas* exſculpit, *te ad aram annulo foederaveras.* Talia multis confutare nihil attinet. Vix quidquam poteſt infelicius excogitari. IAEGERVS. Non video, lectionem *ad annulos ſederas*, quam expreſſit quoque *Iaegerus*, in Codd. eſſe, omnes enim habent, *anulos dederas;* altera autem, certe ex coniectura, habetur in *Cuſpiniani*, & *Rhenani* editionibus, ex quibus in *Gruterianam* fluxit, & inde in omnes ſequentes. Coniectura, quam profert *Baunius*, eſt *Baronii.* Si quis autem ſit in Panegyricis locus, in quo operam collocarint Critici, hic certe eſt, ſed, in quo id infelicius ſucceſſerit, nullus. Quamvis de anulo in ſiniſtrae manus digito rem probaverint, tum alii, tum vero etiam *Kirchmann* de Anul. cap. 4. tamen, qui *ad anulos ſedere* pro ſedere ad ſiniſtram accipi poſſit, non video. *Grutero* largior, multa eſſe apud alios non obvia, ſed haec ſitne ad ea referenda locutio, in eo quidem ad eorum provoco iudicium, qui Latine ſciant; *ad enſem ſedere* an interpretaberis ad ſiniſtram, quia in hoc latere eodem quis adcinctus eſt? Ipſum quoque *digredienti* refragatur, quod Maximianum a Conſtantino diſcedentem indicat, at vero *ad laevam ſederas* magis itineris in curru comitem. Eadem premit ratio *Lipſii*, & *Pontani* coniecturas. Miror *Scaligeri* neminem meminiſſe, qui ad *Propert.* IV. p. 281. emendat, *mannulos dederas*, quae quidem coniectura hercle ingenioſa, ad veram, ni fallor, lectionem ipſa nos manu ducet. *Mannulos* non probo, quia hi magis ſunt puerorum, ut apud *Plinium* IV. Epiſt. 2. 3. *habebat puer mannulos multos*, & huc videtur etiam pertinere *Martialis* Epigr. XII. 24. qui itaque itineri faciundo, de quo hic loquitur, minus videntur apti, & pares, magisque ad voluptatem puerorum adhibiti. *Eumenium* itaque ſcripſiſſe puto, *mannos tuos dederas.* Coniectura fiet veriſimilior, ſi cogitaveris, in Gallia videri Maximianum a Conſtantino diſceſſiſſe, in qua *manni* dicebantur equi, qui poſtea *burici*, vel *buricii* adpellati, a quibus *mannuli.* Vtrumque enim vocabulum eſt Gallicum, cuius uſus non adeo vulgaris occaſionem loco corrumpendo dedit Librariis, neſcientibus, quid hoc ſibi vellet. Gloſſarium *Iſidori: Mannulus, caballus buricus.* emendetur hinc *Iſidorus* Orig. XII. 1. *Mannus equus brevior eſt, quem vulgo brunitum vel brunitium vocant.* in membranis *Groninganae* Bibliothecae deſunt *brunitum vel*, itaque lege, *vulgo buricum vocant.* dici quoque *burdones* in L. 49. D. de Legat. 3. putat *Rhodiginus* Antiq. Lect. XXIII. 5. ſed meliora docuit *Scheffer.* de Re vehicul. II. 6. p. 117. *Mannis* autem illis iter facere ſolebant, unde *celerem mannum* memorat *Auſonius* Epiſt. VIII. 7. *Appiam mannis terere* dixit *Horatius* Epod. IV. 14. qui locus *Hieronymo* videtur obverſatus, cum *vias publicas mannibus terere* ſcriberet, in Eccleſ. cap. 10. id enim pro *mannis* eſſe adhibitum notat *Voſſius* de Vit. Sermon. IV. 57. de his mannis confer plenius *Savaronem* ad *Sidon. Apoll.* Epiſt. VI. 12. *Schefferum* de Re vehicul. II. 6. Beneficium itaque, & honor a Conſtantino datus is erat, quod Maximiano, homini poſt imperium privato, mannos in iter conceſſerat, & quidem κατ᾽ ἐξοχὴν addit *tuos*, tibi Imperatori proprios, quo ipſo eum pro Principe, & velut Imperatore habebat; mannis enim uti virorum erat principum; quo modo Scholiaſtes *Cruquii* ad *Horat.* d. l. Poetam illum explicat, ut Volteio Menae, homini molli & delicato, det vitio, quod in agros non pedibus iter faceret, *ſed equis, non quibuslibet, ſed mannis, quod eſt virorum principum.* Plerarumque

ra-

imperante, non poſſet?) ſed error iam deſipientis aetatis, ut tot iam na-
3 tus annos graviſſimas curas, & bellum civile ſuſciperet? Nullis, ut res
eſt, muneribus fortunae explentur, quorum cupiditates ratio non termi-
nat; atque ita eos felicitas ingrata ſubterfluit, ut ſemper pleni ſperum, va-
4 cui commodorum, praeſentibus careant, dum futura proſpectant. At enim
divinum illum virum, qui primus imperium & participavit & poſuit, conſilii
& facti ſui non poenitet, nec amiſiſſe ſe putat, quod ſponte transſcripſit.
Fe-

tamen Edd. lectionem in textu retinui, ne coniecturam obtrudere viderer.

2. *Non poſſet*] *Guelferb. poſſit.*

Vt tot natus annos] Sexaginta. Epitoma *Victoris.* LIVINEIVS. MS. *Moerl.* & *Gud.*, *tot iam nat. annos.* IAEGERVS. Voculam inſerui, quae ſententiam hic fortius intendit.

3. *Vt res eſt*] Conf. *Livin.* ad *Mamertin.* Genethl. 9. ad *Eumen.* Conſtantio ad princip. & 6. 4.

Felicitas ingrata ſubterfluit] Nove *ingrata*, ut apparet, pro cui grati non ſint, qui eius compotes. LIVINEIVS. *Ingrata* eſt *felicitas* eorum, qui bona ſua non norunt, nec iis delectantur, nec adeo gratiam Diis habent. Hic ſignificatus novus haberi non poteſt. IAEGERVS. Pro *ſubterfluit* Pater meus coniiciebat *ſubterfugit.*

Pleni ſpei] *Sperum* Vet. *Bertin.* Ἀρχαΐζει; nam *ſperum*, & *ſperibus* antiqui inflexerunt. *Nonius* in *Sperem.* LIVINEIVS. In *Cuſpin. Rhenan. Steph.* & textu *Livin.* legitur *ſpei*; *ſperum* eſt ex Cod. *Livin.* & *Bertin.*, quos reliqui ſequuntur. Archaiſmus eſt, ſi a *ſperes* ducas. Sed tunc potius *ſperium* legeretur. Malim itaque habere pro genit. plur. vocis *ſpes*, quae πληθυντικῶς apud *Ciceronem*, & optimum quemque ſaepius reperitur. IAEGERVS. *Sperum* etiam *Guelferb.* quod recte recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*. Eſt enim exprimendae cupiditatum magnitudini, & copiae aptior pluralis. —— Male *Guelferb. & ſemper.*

4. *Divinum illum virum*] Diocletianum. LIVINEIVS. Diocletianum, qui Salonae, ubi privatus vivebat, per literas a Maximiano ad reſumendum imperium invitatus, *utinam*, inquit, *Salonae poſſetis viſere olera noſtris manibus inſtituta, profecto numquam iſtud tentandum iudicaretis.* BAVNE. & CELLARIVS. Conf. *Cuperum* ad *Lactant.* M. P. 42. p. 229.

Participavit] Maximiano, quem ſibi in collegam aſſumpſit, cui etiam auctor fuit imperii deponendi. Niſi forte abſolute a Noſtro de Diocletiano dictum, quod primus Imperatorum imperium ultro participaverit, ac depoſuerit, quod quidem verum. Nam licet ante ipſum etiam M. Aurelius imperii collegam fecerit L. Verum, illud tamen non ſponte praeſtitit, ſed ex iuſſu Antonini. PATAROL.

Sponte transſcripſit] Eos itaque ſequitur *Eumenius*, qui Diocletianum ſua ſponte ſe imperio abdicaſſe putaverint, eiusdemque ſe ſententiae eſſe profitetur *Aurel. Victor.* Caeſ. 39 in fin. *quamquam*, ut addit, *aliis alia aeſtimantibus, veri gratia corrupta ſit*, id eſt, quamquam vera ſententia ob varias opiniones definiri nequeat, interprete *Bunemanno* ad *Lactant.* M. P. 18. 1. qui tamen ibi oſtendit, vero proximam eſſe eorum opinionem, qui coactum depoſuiſſe referant, praeſertim ob *Lactantii* teſtimonium, cui maior fides habenda, quia, Nicomediam a Diocletiano accerſitus, in Palatio melius, quae agerentur, ſcire potuit. Conf. *Nourry* Diſſert. ad *Lactant.* p. 257. *Gruner.* ad *Aurel. Vict.* d. l.

5. *Tantorum Principum*] Galerii & Conſtantini obſequia ſenem Diocletianum colebant. CELLARIVS. & PATAROL. *Obſequia* illa *Noriſius* de Numiſm. Dioclet. Diſſ. I. cap. 5. & de Quadrig. Elephant. cap. 5. refert ad Conſulatum, Diocletiano, quamvis privato, devoti animi & obſequii cauſſa a Galerio Maximiano oblatum; ſed contra vide *Pagium* Diſſert. Hypat. p. 244. qui ad privata magis obſequia refert, de quibus conf. *Spanhem.* ad *Iulian.* Orat. I. p. 61. quomodo autem hic locus cum *Lactantio*, ſcribente M. P. 42. Conſtantini iuſſu Maximiani, & Diocletiani imagines fuiſſe avulſas, ſit conciliandus, adcurate disquirit *Bunemannus.*

Tegitur laetus] *Guelf.* inverſo ordine, *laetus tegitur.*

Et ſua ſtirpe] Aliis *e ſua.* RHENANVS. Vet. *ex ſua.* PVTEANVS. *Ex ſua* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Per adoptionem. Nam Maximiano Herculio ad imperii ſocietatem aſcito, Galerium quoque Maximianum Caeſarem creavit, a quo deinceps Severus, Maximinus, Licinius aſſumpti. Herculius vero & ipſe Caeſarem Conſtantium dixit, qui decedens Conſtantium filium ſuffecit. LIVINEIVS.
Trans-

Felix beatusque vere, quem veſtra, tantorum Principum, colunt obſequia 5
privatum. Sed & ille multiiugo fultus imperio, & veſtro tegitur laetus um-
braculo, quos ſcit ex ſua ſtirpe creviſſe, & glorias veſtras ſibi iuſte vindi-
cat. Hunc ergo illum, qui ab illo fuerat frater adſcitus, puduit imitari; 6
hunc illum in Capitolini Iovis templo iuraſſe poenituit. Non miror, quod
etiam genero peieravit.

Cap. XVI. Haec eſt fides, haec religio Palatini ſacrarii devota penetralibus,

Transponenda haec credo: *& veſtro tegitur laetus umbraculo, & glorias veſtras ſibi iuſte vindicat, quos ſcit e ſua ſtirpe creviſſe. Hunc ergo illum.* Non aliter aequabilis oratio. ACIDALIVS. Non quidem ſanguinis, ſed adoptionis: nam electio tot Caeſarum, qui temporibus iis Romanae rei praefuerunt, per adoptionem veluti facta eſt, primo auctore Diocletiano. PATAROL. *Ex* magno conſenſu habent libri ſcripti, & editi, pro vitioſo *&*, quod in textu *Rhenan. Stephan.* & *Livin.* legitur. IAEGERVS. *Ex* quoque *Guelf.* & *Schonbovii* excerpta, & ita primus reſtituit *Gruterus*, quod reliqui ſecuti, etiam in ſec. *Rivinus.* —— Plurale *glorias* adſerui ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 6. 4. —— Mox *Guelf.* ordine inverſo, *iuſte ſibi.*

6. *Hunc ergo illum*] Diocletianum *puduit* Herculeum, quem ipſe olim fratrem, & Auguſtum adſciverat, quum ille nunc repeteret imperium, *imitari.* CELLARIVS. *Guelferb. ergo eum.*

Fratre adſcitus] *Frater* Vet. *Cuſpin. Rhenan. Frater* recte ſcribitur, id eſt, conſors imperii. De quo alibi iam dixi. LIVINEIVS. & PATAROL. Lectio, quam hic damus, in omnibus, quos conſulere potui, libris reperitur, excepto *Livin.* exemplo, quod vitioſe, *Hunc ergo illum, quae ab illo fuerat fratre adſc.*, exhibet. IAEGERVS. *Qui ab illo fuerat fratre*, dedit *Paull. Stephanus*, quod fere *Livineio* convenit. De *fratre*, imperii conſorte, vid. ad *Mamertin.* Maxim. p. 11. & cap. 9. 1. *Baluz.* ad *Lactant.* M. P. cap. 8. alia quaedam ad h. l. habet *Cuperus* ibid. cap. 42. p. 229.

Hinc illum] Vet. *Hunc illum.* PVTEANVS. Herculeum poenituit, Diocletiano iuraſſe de abdicatione imperii. CELLARIVS. *Cuſpin.* mendoſe, *huic illum ne C. I. t. Rhenan. Stephan. Livin. huic illum & C. I. t. Schonhov. huic illumine Capitolini*, monſtroſe quidem, ſed tamen ita, ut vera reliquorum ſcriptura, quam noſter contextus oſtendit, facile tranſluceat. IAEGERVS. *Hinc illum &* editum eſt ante *Gruterum*, & poſtea in pr. a *Rivino.* Ex *Guelferb.* & *Puteaneo* dedi, *hunc illum*; poſt *Gruterum* conſtanter *huic* editum eſt. Maximianum poenituit, illum, id eſt Diocletianum, de imperio deponendo iuraſſe.

Et Capitolini Iovis] Vet. *in.* PVTEANVS. *In* Vet. *Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Vid. praeced. obſerv. Intelligit Mediolanenſe Capitolium *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 19. & certe Mediolani imperium depoſuit Herculius. Sed ſi *Eumenium* conſideremus, illud Iovis templum magis ad Diocletianum pertinet, qui Nicomediae depoſuit. Videtur itaque Oratorum more locum deſcripſiſſe, ut non intelligatur templum proprie dictum, ſed locum illum altum extra Nicomediam, ubi columna cum Iovis ſigno erat erecta, & in quo imperium depoſuit Diocletianus, quae cuncta teſtatur *Lactant.* M. P. 19. hunc propter Iovis ſignum *templum* potuit adpellare, quod omni loco ſacro eſt proprium, docente *Erneſtio* ad *Tacit.* Germ. 40.

Non mirum] *Miror* Vet. *Cuſpin.* LIVINEIVS. Cod. *Livin. non miror.* Sic etiam *Cuſpin.* & *Schonbov.* qui inſuper *iam* poſt *etiam* intrudunt, ex vitioſa repetitione ultimarum litterarum. Melius in MS. *Moerl.* & *Gud. non miror, quod & g. p.* IAEGERVS. Codd. obſecutus *miror* reſtitui, pro quo ceteri omnes *mirum.* Sententia eſt, Maximianum poenitebat Diocletianum iuraſſe, malebat itaque eum peieraſſe, & imperium iterum ſumſiſſe. Non itaque miror, cum adeo levis ipſi haberetur iurisiurandi religio, eum in generum Conſtantinum fuiſſe periurum.

Etiam genero] *Etiam iam*, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Conſtantino, cui etiam, ut diximus, ſtruxit inſidias. PATAROL.

1. *Haec eſt fides*] Ironia, perfidiam Maximiani Herculei perſtringens. CELLARIVS.

Palatini ſacrarii] Imperatorii Palatii, quod *ſacrarium* dicit, utpote ſacrorum Principum ſedem. Saepe per haſce Orationes vox haec uſurpatur. PATAROL.

Devota penetrabilis] Vet. *penetralibus.* PVTEANVS. *Penetrabilis* fuit typothetae vitium in *Puteolana*, emendatum quoque in *Schonbovii* excer-

bus, ut lente & cunctanter, iam ſcilicet cum illis belli conſiliis, itinere con-
fecto, conſumtis copiis manſionum, ne quis conſequi poſſet exercitus, repen-
te intra parietes conſideret purpuratus, & bis depoſitum tertio uſurparet impe-
rium, litteras ad ſollicitandos exercitus mitteret, fidem militum praemiorum
oſtentatione turbaret; ſecure ſcilicet uſurus exercitu, quem venales manus ha-
2 bere docuiſſet. Quo quidem illius errore declaratum eſt, Imperator, quantus
te militum tuorum amor complecteretur, qui te omnibus donis, quae ille pro-
3 miſerat, omnibus honorum oblationibus praetulerunt. Rara illa virtus conti-
nentiae, vix a paucis ſapientiae praeceptoribus, tamen aliquando, ſervata, pro-
pter te, Conſtantine, omnium hominum eſt facta communis; nec ſolum hi,
quos ratio litterariae vitae quieſque mitigavit, ſed etiam ille militarium ardor
ani-

cerptis. *Devota* recte de fide Principi debita, & praeſtanda. Conf. *Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 22. —— Sequens *ſcilicet* eſt *Eumenio* frequens; dixi ad Paneg. Conſtantio 5. 4.

Lente & cunctanter] Pugnat cum verbis *Eutropii*, ſcribentis init. lib. X. *Romam advolavit e Lucania.* PATAROL. *Guelferb. conctanter. Cunctanter & languide* ſimiliter iungit *Plinius* Paneg. 30. init.

Cum illis] Haec verba deſunt in MS. *Moerl.* IAEGERVS.

Itinere confecto] E Lucania Romam verſus. PATAROL.

Copiis manſionum] Commeatibus, & annona. LIVINEIVS. Recte *Cuperus* ad *Lactant.* M. P. 45. oſtendit, in viarum *manſionibus* fuiſſe horrea, ad condendam militarem annonam, militibusque per vias militares euntibus dividendam. Conf. de his *Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* T. I. p. 51. T. IV. p. 18.

Purpuratus] Herculeus videlicet, genero Conſtantino doloſe adverſus barbaros proficiſci iuſſo, in Palatio Arelatenſi reſumſerat imperium. Vide cap. 18. CELLARIVS.

Bis depoſitum] Aegre primum Diocletiani monitu, cum uterque privatus, ille in Lucaniam, hic Salonam, ruſticatum conceſſit, deinde cum facti poenitens, receptis inſignibus Auguſti, Maxentium filium, ut tantis rebus gerendis imparem, ſpoliare purpura conatus, militum convitia tulit, vim quoque, ni abſiſteret, comminantium. Quo periculo demum territus, detracto ſibi ex humeris amictu, fugit, cum quidem ab Vrbe pulſus, (verba ſunt Laudatoris) ab Italia fugatus, ab Illyrico repudiatus, perbenigne a Conſtantino eſt exceptus. A quo digreſſus, iam tum initis belli conſiliis, repente Arelati imperium reſumpſit. LIVINEIVS. Primum Mediolani, ubi Diocletiani, quem patris loco habebat, exemplo, & auctoritate inductus depoſuit purpuram. Tum reſumptum imperium iterum Treveris abdicavit. Ac tandem tertio abdicavit imperium. BAVNE. & PATAROL.

Tertio] In Galliis, cum apud Conſtantinum eſſet. PATAROL.

Turbare tentaret] Quid ſi *turbare* addititium hic? ACIDALIVS. Cod. *Gud.* cum *Moerl.* habet *turbaret*, omiſſa voce *tentaret.* Satis recte. IAEGERVS. Elegantiorem hanc Codd. lectionem reſtitui, cuius altera eſt gloſſa. Vſum hunc inperfecti, quo magis conatum, quam effectum exprimat, oſtendi ad *Arator.* I. 594.

Scilicet uſurus] Κατ᾽ εἰρωνείαν. LIVINEIVS. Εἰρωνικῶς: haud enim tutum eſt eo uti exercitu, qui venales habere manus didicerit. BAVNE.

2. *Quid quod illius*] Vet. *quo quidem illius.* PVTEANVS. *Quo quidem illius* Vet. *Langii* Schedae. LIVINEIVS. *Quo quidem*, haec eſt ſcriptura plurimorum, & optimorum pro *Quid? quod illius err.* ut in Edit. *Rhenan. Stephan. Livin.* & *Quod quidem ill. e.* ut in *Cuſpin.* vitioſe, ſed tamen proxime verum, legitur. IAEGERVS. Recte lectioni. *quo quidem*, quae etiam eſt in *Guelferb.*, locum dedit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Omnibus honorum] *Guelferb. omnibus horum.*

3. *Rara illas virtus*] Vet. *illa* PVTEANVS. *Illas* tantum eſt in *Rhenana.* Suſpicabatur Pater meus, utrum forte illud ex *alias* ſit corruptum, ut conveniat *Floro* I. 3. 5. *rarum alias decus.*

Tantum aliquando] Vet. *tamen.* PVTEANVS. *Tamen* Vet. Probe. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. tantum aliquando*; verum Cod. *Livin. Put. Moerl.* cum Edd. ceteris *tamen:* probe. IAEGERVS. *Tantum* eſt quoque in antiquiſſima *Puteolani*, & pr. *Rivini.* Recte alterum dedit *Gruterus*, & reliqui, confirmante

etiam

animorum, reſpectu tui, lucra contemſit. Fuerint aliqui exercitus alacritate 4
ac viribus tuis ſimiles; tibi uni contigit exercitum habere ſapientem. Multi o- 5
lim fortaſſe pravi duces, armis impares, largitione certarunt, ſed brevis eo-
rum fuit & caduca popularitas, quos facile vicit, quisquis imitatus eſt. Hic 6
firmus, hic aeternus eſt reipublicae cuſtos, quem ipſum per ſe milites amant,
cui non blandita, nec vendita ſervit adulatio, ſed ſimplex, & ſincera devo-
tio. Dona tua, Conſtantine, manifeſte ſunt grata militibus, ſed hoc gratio 7
ra, quod tua ſunt. Quaecumque porrigis, manu tua fiunt acceptiora. Quam 8
nemo poteſt tecum hac ambitione contendere! Inſuperabile genus eſt largi-
tionis, cum ipſe militi praemium eſt imperator. Itaque tribuis tu tuis qui- 9
dem exercitibus etiam plura, quam cupiunt, ſed tuum te magis nomen, tua
de

etiam *Guelf.* Conf. ad *Sedulium* II. 190. & Cl. *Bondam* Var. Lect p. 108.

Eſt ſcientia communis] *Eſt facta communis* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* LIVINEIVS. *Livin.* in textu, *omnium hominum eſt ſcientia cōmunis:* male; nec quisquam ex reliquis Editoribus, quod quidem ſciam, cum illo facit. IAEGERVS. In *Guelferb.* eſt *omni homini.*

Nec ſolum his] Vet. *ſolum ii.* PVTEANVS. Lege *hi.* ACIDALIVS. *Guelferb. iis*; in *Puteolani*, *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. eſt *his*, ſenſu non idoneo; *hi* iam dedit *Livineius*, certe ex ſuis Codd. quamvis etiam *ii* ex *Puteaneo*, cui *Guelf.* proxime adcedit, placere poſſet.

Quos litterae, vitae quies] Sic Vet. *quos ratio litterariae vitae quisque mitigavit.* Forte *quiesque.* PVTEANVS. *Quos ratio, litterae, vitae quies* Vet. *Bertin Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Variant h. l. libri. *Rhenan.* & *Stephan. Nec ſolum his, quos literatae vitae quies,* &c. *Livin. nec ſolum hi, quos litterae, vitae quies mit. Cuſpin. nec ſolum his, quos rō* (ratio) *lrāe, vitae quies m.* Eamdem vocem *ratio* agnoſcunt etiam Codd. *Liv. Bert. Lang. Put. nec ſolum ii, quos ratio litterariae vitae, quisque mitigavit:* forte *quiesque* addit *Puteanus:* atqui ſic habet aperte *Gud.* ac *Moerl.* In Edd. *Francof. Pariſ. Pat.* & *Cellar. nec ſ. hi, quos ratio, literae, vitae q. m.* Sequor *Put.* & *Moerl.*, quorum lectio ſine controverſia ceteris elegantior eſt. *Litterae* ex compendio ſcripturae non recte intellecto pro *litterariae* irrepſit. IAEGERVS. *Livineii* lectio eſt etiam in antiquiſſima *Puteolani*; *Rhenanum* ſecutus eſt *Rivinus*, *Cuſpinianum* vero *Baunius.* Codd *Iaegeri* ſum ſecutus. Conf. ad *Sedulium* Epiſt. ad Macedon. p. 3. —— De *animorum ardore* vid. ad *Eumen.* Conſtantio 14. 4.

4. *Fuerint aliqui*] MS. *Moerl. fuerunt.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.*

Tui ſimiles] *Tuo* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. MS. *Moerl. tui ſimiles.* *Tui* etiam legitur in *Rhenan. Stephan. Cuſpin. Livin*, *tuis Gud.* Sed Cod. *Lang.* cum reliquis Edd. *tuo.* IAEGERVS. Illud *tuo* in reliquas Edd. manavit tantum ex *Langii* Schedis, in quibus mihi magis videtur fuiſſe ex coniectura. Reſtitui *tuis* ex *Gud.* ſive *Guelferb.* eique favet *Moerl.* quia in *tui* litteram *s* abſorpſit prima ſequentis. In *Puteaneo* hoc quoque fuiſſe ſuſpicor, quia ad *Rhenanam* varians non eſt lectio notata. In *tuis* ſupple *exercitibus;* ita enim n. 9. *tu tuis quidem exercitibus.* —— Mox inverſo ordine, *Guelferb. habere exercitum.*

5. *Largitate certarunt*] Vet. *largitione.* PVTEANVS. *Largitione* Vet. *Bertin. Cuſpin.* LIVINEIVS. *Largitate Rhenan. Stephan. Livin.* Rectius ceteri omnes *largitione.* IAEGERVS. *Largitate* ab omnibus editum eſt aute *Gruterum*, & poſtea a *Rivino.* Vulgata eſt quoque in *Guelferb.* & *Schonhovii* excerptis, & probat ipſe *Eumenius* n. 8. *inſuperabile genus eſt largitionis.* & cap. 18. 1. —— Mox ordine inverſo *Guelf. brevis fuit eorum.*

6. *Non blandita*] In *Guelferb.* eſt, *cui nec blandita ſervit.* Altera lectio verior; *blandita adulatio* opponitur *ſimplici devotioni*, *vendita* autem *ſincerae.*

7. *Conſtantine, manifeſte*] Non mutem, *Conſtantine max. per ſe ſunt.* ACIDALIVS. Quis ita mutandum cenſuerit?

Manu tua] *Tua* deeſt in MS. *Moerl.* IAEGERVS. *Henr. Stephanus*, & *Patar.* diſtinguunt, *porrigis manu tua, fiunt acc.* ſententiae tamen vulgata aptior.

8. *Quam nemo*] Vet. *quoniam.* PVTEANVS. In *Put.* legitur *quoniam;* male. IAEGERVS. *Guelferb.* ordine inverſo *tecum poteſt.*

9. *Tu tuis quidem*] Vet. *quidem tuis.* PVTEANVS.

de memoria patris auctoritas , tua aetatis gratia , tua denique iſta venerabilis forma commendat.

CAP. XVII. Pulcrum enim, Dii boni! & caeleſte miraculum, Imperator
adoleſcens, in quo illa, quae iam ſumma eſt, fortitudo adhuc tamen creſcit:
in quo hic fulgor oculorum, haec veneranda pariter & grata maieſtas praeſtrin-
2 git ſimul, & invitat adſpectus. Talem magnum illum regem, talem Theſſalum
virum mente concipio, quorum ſumma virtus pulcritudini coniuncta celebra-
3 tur. Non fruſtra enim doctiſſimi viri dicunt, naturam ipſam magnis mentibus
domicilia corporum digna metari, & ex vultu hominis, ac decore membrorum
4 colligi poſſe, quantus illos caeleſtis ſpiritus intrarit habitator. Itaque te cum
in-

NVS. *Tu quidem tuis*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.*, ordine verborum paullulum mutato, *tu tuis quidem*, quod neſcio, an lectioni reliquorum ſit praeferendum: *Put.* & *Moerl. tu quidem*, *exerc. tuis.* Cod. *Bertin.* cum Edd. ceteris ita, ut nos quoque exhibemus. Sed haec minutioris ſunt curae. IAEGERVS. Ante *Gruterum* conſtanter, & poſtea a *Rivino*, fuit editum, *tu tuis quidem.* quod ex *Puteaneo* mutari non debuiſſet, ideoque revocavi, ob ea, quae notat Pater meus ad Plinii Paneg. 51. 2. ipſe *Eumenius* ſtatim, *tuum te magis nomen.* Conf. ſupr. ad Noſtr. Pro inſtaur. Schol. 1. 2.

De memoria] Praepoſitio *de* apud eius aetatis Scriptores ferme ſumitur pro eo, quod eſt *propter.* Ita apud *Tertullianum*, & *Cyprianum*, ceterosque eius aetatis Scriptores. BAVNE. Hoc ſignificatu *de* etiam a Scriptoribus optimae aetatis frequenter adhibetur. V. C. *Terent.* Eunuch. III. 2. 3. *Ecquid nos amas de fidicina iſthac?* ubi *Donatus: De* propter; ut ſit propter fidicinam. IAEGERVS. Conf. ad *Arator.* Epiſt. ad Florian. 6.

Tua aetatis gratia] *Tuae*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* & MS. *Moerl. tua aet. gr. Tuae* eſt in *Bertin.* cuius lectionem Edd. reliquae ſequuntur. IAEGERVS. Non debuiſſet illud *tuae* adripere *Gruterus*, a quo in reliquas Edd., praeter illam *Rivini*, manavit; pro *tua* ſtat etiam *Guelferb.*, & repetitio in *tuum nomen*, *tua auctoritas*, *tua forma. Aetatem*, & *formam* iungi aliis quoque exemplis oſtendit *Wopkens.* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 62. ſimilia ad h. l. vide in Notis ad *Pacati* Paneg. 6. 2.

1. *Maieſtas perſtringit*] *Praeſtringit* Vet. LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* & MS. *Gud. perſtringit*; melius Cod. *Livin.* cum reliquis *praeſtringit*; ſiquidem, uti docet *Cannegieterus* ad *Avian.* Diſſert. p. 319. aliter *praeſtringi*, aliter *perſtringi* oculus dicitur; illud fit, cum ſplendore hebetatur, hoc, cum telo, rimam vel vulnus faciente, percutitur. Conf. etiam *Schwarz.* ad Paneg. II. 2. 1. IAEGERVS. *Perſtringit* eſt ante *Gruterum* editum, & poſtea a *Rivino.* Alterum tuetur *fulgor oculorum*, & quae, etiam ad huius loci lectionem, dedi ad *Mamertin.* Genethl. Maxim. 2. 1. ſimilia ad h. l. habet *Pacatus* Paneg. 6. 2. & de eximia Conſtantini forma ſupr. ad Incertum Maximian. 3. 3.

2. *Illum regem*] Agamemnonem. LIVINEIVS. Alexandrum, quem non minus formoſum, quam fortem fuiſſe Hiſtorici ferunt. BAVNE. Alexandrum Magnum, de cuius forma *Plutarchus* in vita. CELLARIVS. & PATAROL. *Livineius* intelligit Agamemnonem; minus probabiliter. IAEGERVS.

Theſſalum virum] Achillem, cuius pulchritudinem *Homerus* multis in locis laudat. BAVNE. Achillem, Pelei, Theſſaliae regis, filium. *Statius* II. Silv. 7. v. 55. de Achillis, & Hectoris pugna:

Ludes Hectora, Theſſalosque currus.

CELLARIVS. Achillem, Pelei filium, ex Theſſalia, quae *Aemonia* etiam dicta. Vnde *Statius* Sylv. lib. II. Carm. 1.

Semifer Aemonium vincebat Pelea Chiron.

PATAROL. In MS. *Moerl.* deeſt vox *virum.* IAEGERVS.

Pulcritudini coniuncta] Illius nempe a *Plutarcho*; *colore candido fuiſſe perhibetur. Mixtus candori rubor multum, & pectus illius illuſtrabat*; huius autem *Homerus* pluribus locis. PATAROL. In MS. *Moerl.* pro *pulchritudini* corrupte legitur *multitudini.* IAEGERVS. Etiam in *Guelferb.*

3. *Di-*

ingredientem milites vident, admirantur, & diligunt, ſequuntur oculis, animo tenent, Deo ſe obſequi putant, cuius tam pulcra forma eſt, quam certa divinitas.

CAP. XVIII. Statim igitur ut foedum illud facinus audierant, ultro a te proficiſcendi ſignum petiverunt; cum viatica dares, id ipſum ſibi moram facere, plusque iam ſe, quam ſufficeret, ex largitionibus tuis habere dixerunt. Inde 2
arreptis armis portas petierunt, tot dierum iter a Rheno usque ad Ararim ſine ulla requie peregerunt, indefeſſis corporibus, animis flagrantibus, creſcente in dies ardore vindictae, quanto propius accederent. Tum quidem tua, Impera- 3
tor, cura, qua refovendis eorum viribus a Cabillonenſi portu navigia provideras,

3. *Digna metari*] Interdum tamen in turpi domicilio, hoc eſt in foedo corpore, latet elegans, & illuſtris anima. Vetus illud de Galba, viro quam ingenioſo, tam deformi: *ingenium Galbae male habitat.* BAVNE. Confer haec cum *Pacati* loco Paneg. c. 6. PATAROL. Quem ad modum *gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus*, & forma pro praeiudicio quaſi indolis, ac ingenii ſaepe accipitur: ita e contrario deformitas degeneres animos creditur arguere. Sic *Velleius* II. 69. 4. de Vatinio: *in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo, ut animus eius digniſſimo domicilio incluſus videretur.* Novimus, quo usque noſtrae aetatis ſagacitas in rimandis hiſce arcanis ſit progreſſa. IAEGERVS. Adde Not. ad *Ciceron.* pro Coel. 3.

Quantus illos] Lege *illo.* ACIDALIVS. & BAVNE. Pulchritudo utique caeleſtium laus eſt. Ideo veteres, cum Deos, Deasque alloquerentur, pulchritudinis encomio eas honorabant, iuxta *Philip. Carol.* in *Agell.* lib. XIII. cap. 25. PATAROL. Neceſſaria emendatio *Acidalii*, niſi malimus *illos* referre ad *hominis*, quod generatim ſummum multitudinis habet ſignificationem. Sed praeſtat certe lectio *Acidalii.* IAEGERVS. Malim ad *hominis* referre.

Caeleſtis ſpiritus] Animi particulae ſunt aurae divinae. Nam

Igneus eſt ollis vigor & caeleſtis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra,
Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.

Virgil. Aeneid. VI. 730. ſqq. IAEGERVS.

4. *Sequuntur oculis*] *Mamertin.* Maximian. 5. 3. *neque milites —— oculis ſequi poſſent.* ubi vide. *Et* ante *diligunt* omittunt *Baunius*, & *Iaegerus* contra Codd.

1. *Plusque iam ſe*] *Guelferb. plus iam ſe ſufficere.*

2. *Portas petierunt*] *Portus* fortaſſe, ſcil. Cabillonenſes. SCHONHOVIVS. Portas caſtrorum. CELLARIVS. & IAEGERVS. Recte; *Schonhovii* coniectura rei geſtae eſt contraria; poſtquam enim portis his eſſent profecti, in Cabillonenſem demum portum pervenerunt. Conf. ſequentia. De caſtrorum portis vide ad *Livium* XL. 27. 3. *Guelf. petiverunt*, ut num. 1.

Ararim] *Guelf. Ararin.*

Indefeſſis corporibus] Suſtuli errorem, qui plurima exempla typis exſcripta inſedit, in quibus legitur, *inde feſſis*, diſiunctis ſyllabis unius vocis. IAEGERVS. Iam ita recte dederant *Rhenanus*, *Henr. Stephanus*, & *Patarolus.*

Accederent. Tum quidem] *Accederent cum* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. *Moerl. cum.* IAEGERVS. Etiam *Guelf.* in quo mox *cura* deeſt. *Quanto* adhibuit non praecedente *tanto*, cuius moris exempla vide apud *Drakenb.* ad *Livium* IX. 37. 2. & Patrem meum ad *Plinii* Paneg. 73. 3.

3. *Cabillonenſi portu*] Fluviali portu in Arari, flumine navigabili, ad Cabillonum oppidum. Vetus inſcriptio apud *Gruterum* p. 375.

PATRONO. NAVTARVM
ARARICORVM. ET. RHO
DANICORVM.

CELLARIVS. Non maritimo, ſed fluviali. Eſt enim Cabillonum urbs in Burgundiae Ducatu iuxta Ararim; ideo *Chalon ſur Saone* hodie nuncupatur. PATAROL.

Provideras] *Guelf. praevideras.* male. *Eumenius*

raſ, feſtinantibus praeire non placuit. Segnis ille & cunctabundus amnis numquam fuiſſe tardior videbatur. Carinis tacite labentibus, & ripis lente
4 recedentibus, ſtare ſe, non ire clamabant. Tum vero uſum pedum manibus adgreſſi incubuere remigiis, & naturam fluminis urgendo vicerunt, & tandem eluctati Araris moras, vix ipſo Rhodano fuere contenti: parum illis videba-
5 tur concitus ruere, minus ſolito Arelate properare. Quid multa? confitendum

nius Pro inſtaur. Schol. 5. 1. *frequentiam honeſtiſſimae iuventutis providerint.* Voces permutatas notavit quoque *Waſſeus* ad *Salluſt.* Iugurth. p. 367.

Pene non placuit] *Moerl.* pro *paene* exhibet vitioſe *praeire.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* *praeire*, eaque eſt vera *Eumenii* manus, quam reſtitui. Cura Conſtantini in dandis navigiis militibus, praeire feſtinantibus, diſplicebat, quia propter amnem ſegnem navigia magis, ut mox addit, ſtare, quam ire videbantur, ipſique pedibus *praeire* malebant.

Segnis ille] Tardiorem Araris lapſum etiam *Claudianus* notavit de Conſ. Mall. Th. v. 53.

Lentus Arar, Rhodanusque ferox.

CELLARIVS. Et *Silius* lib. III.

Tacitoque liquore
Mixtus Arar.

De Rhodano flumine *Plinius* lib. III. cap. 4. *ſegnemque deferens Ararim.* PATAROL. Inde mox *Araris moras* dixit, ubi *Livineius. Lucanus* I. 433.

Qua Rhodanus raptum velocibus undis
In mare fert Ararim.

in his *Lucani* errorem arguiſſe videtur *Oudendorpius*, cum alias Ararim in ſe ſegnem, & lenem eſſe adſcripſerit: ſed *velocibus undis* refer ad Rhodanum; niſi legere malles, *tardum velocibus*, quod propter oppoſitas voces *tardus* & *velox* ego quidem maluerim. De Arari *Caeſar* B. G. I. 12. *incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat, iudicari non poſſit.* ubi Not. adde *Dempſter.* ad *Claudian.* in Rufin. II. 111. *Barth.* ad eumd. p. 86. & 1204. *Cerd.* & *Emmen.* ad *Virgil.* Ecl. I. 63. Ex natura fluminis nomen, quia *ara* Britannis *lentum* ſignificat, deduxit *Boxhorn.* Origin. Gallic. p. 43.

Ripis lente recedentibus] Imitatio *Virgiliana.* *Seneca* Epiſt. 71. *Praenavigamus Lucili vitam, & quemadmodum in mari (ut ait Virgilius noſter) terraeque urbesque recedunt, ſic in hoc curſu rapidiſſimi temporis primum pueritiam abſcondimus, deinde adoleſcentiam, deinde quidquid eſt illud inter iuvenem & ſenem medium, in utriusque confinio poſitum, deinde ipſius ſenectutis optimos annos. Noviſſime incipit oſtendi publicus finis generis humani.* Verba, quae auro contra redimas. LIVINEIVS. A portu enim ſolventibus, ut eſt apud *Virgil.* Aeneid. III. 72. *terrae* videntur *recedere:* ſed quia non ſatis celeriter provehebantur, ripae lentius, quam optabant videbantur ipſis recedere. BAVNE. Seſe in diverſum moventibus, quae fixa ſunt, recedere videntur. *Cum enim navigio vehimur, quoniam in eo ſtamus, oculus conquieſcere nos iudicat*, &c. inquit *Pontan.* in *Virgil.* lib. VIII. quare etiam *Lucret.* lib. IV.

Quae (navis) *manet in ſtatione, ea praeter creditur ire,*
Et fugere ad puppim colles, campique videntur. &c.

ibi vide, ſis, *Lambinum.* PATAROL. Phraſis, uti vocant, optica, quae orationi non parum venuſtatis conciliat, & a Poetis praecipue frequentatur. Sic *Virgil.* III. 72.

Provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.

& eiusdem libri V. 536.

Refugitque a littore templum.

& lib. V. v. 198. ſq.

Vaſtis tremit ictibus aerea puppis,
Subtrahiturque ſolum.

Ovid. Met. VI. 512.

Admotumque fretum remis, tellusque repulſa eſt.

&

dum eſt, Imperator, cum hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore laboraſti interdum, ut, quem ducebas, ſequereris exercitum. Tanto enim 6
omnes impetu ferebantur, ut, cum illum, Arelate deſerto, comperiſſent abiiſſe Maſſiliam, confeſtim navibus evolarent, effuſoque curſu non iam Rhodani curricula, ſed ipſa quodammodo ventorum flamina praeverterent.
Tantus illos incenderat amor Numinis tui, ut, quamvis ſcirent oppugnan- 7
dam

& VIII. 139.

> *Vnda ſonat, mecum ſimul ab mea terra recedit.*

IAEGERVS. *Lucas* Actib. Apoſt. 27. 27. ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

4. *Incubuere navigiis*] Vet. *remigiis*. PVTEANVS. *Remigiis* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Belle, ut idem *Virgilius* Aeneid. VI.

> *Nunc nunc incumbite remis,*
> *Hectorei ſocii.*

& eiusdem operis X.

> *Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis.*

LIVINEIVS. & BAVNE. Recte *remigiis*, quod Codd. *Liv. Bert. Cuſp. Schonhov. Put.* & *Moerl.* & Ed. *Cuſp.* pro vitioſo ceterorum *navigiis* praeferunt, receptum iam in Ed. *Francof. Pariſ. Cellar.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* & poſt *Gruterum* reliqui praeter *Rivinum*. *Virgilii* locis apud *Livineium* addatur *Ovidius* Art. II. 31.

Naturam flumini] Vet *fluminis* PVTEANVS. Variantem ex *Puteaneo* dedi ſecundum excerpta MS. penes me, vitioſam in Ed. *Pariſina*, tamquam in eo Cod. *flumini* legeretur, quod ex typographi errore eſt in Ed. *Rhenani*; ita *natura loci* eſt apud Noſtr. Conſtantio 6. 2.

Araris moras] Poeta, neſcio quis:

> *Lentus Arar, Rhodanusque celer.*

Lucanus VI. de vi carminis magici, rerum naturas convertente:

> *Nilum non extulit aeſtas,*
> *Maeander direxit aquas, Rhodanumque morantem*
> *Praecipitavit Arar.*

Hercules apud *Senecam*, Ludo in mortem Claudii Caeſaris:

> *Vbi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,*
> *Ararque dubitans, quo ſuos curſus agat,*
> *Tacitus quietis alluit ripas vadis.*

LIVINEIVS.

Arelate] *Arles*, urbs Galliae Narbon. Archiep. ad Rhodanum fluvium, de qua *Auſonius* in Catal. clararum urbium BAVNE. & PATAROL. Conf. *Cellar.* Geogr. II. 2. p. 151.

5. *Cum hoc tuo*] Superflua omnino eſt vox princeps *cum*; forſan etiam tertia *tuo*. GRVTERVS. & CELLARIVS. *Cum* uncis incluſerat *Cellarius*; fruſtra; ita enim ſaepe additur, ubi omitti potuiſſet. *Oudendorp.* ad *Caeſar.* B. G. VIII. 52. 1. Obſerv. Miſcell. Nov. T. II. p. 66. in *Daventrienſi* apud *Salluſt.* Catil. init. vidi *cum ſilentio*.

6. *Abiiſſe Maſſiliam*] *Eutropius* de Maximiano: *inde* (Roma) *in Gallias profecto parans Conſtantino genero ſuo inſidias, detectus eſt a Fauſta filia, quae dolum viro enuntiavit, profugitque Maſſiliam, ubi poenas dedit.* *Aurelius Victor*, & *Paul. Diacon* ſcribunt, Herculium Maſſiliae obſeſſum, & captum fractis laqueo cervicibus interiiſſe. *Zonaras* ait, quosdam dicere, eum ſibi laqueo necem conſciviſſe. Sic etiam *Euſeb.* Hiſtor. Eccleſ. & de Vita Conſtantini. PVTEANVS. *Abiſſe* Vet. LIVINEIVS. Conf ſupr. 14. 1.

Effuſoque curſu] *Guelferb. effuſo iam curſu*. male.

Flamina praeverterent] *Flava* Vet. Forte *flabra*. LIVINEIVS. Nihil mutandum. IAEGERVS. *Virgilius* Aeneid. I. 317. *Praevertitur Hebrum.* *Eumenius* Conſtantio 6. 1. *nuntios praevertiſti.* ubi Not. Rectum eſt *flamina*. Conf. me ad *Sedul.* III. 225. ſimiliter *flatus* apud *Priſcianum* Perieg. 371.

> *Perſica nam flatus Eoi littora turbant.*

ſed ex Cod. *Suecic.* in Actis Societ. *Ienens* Part. V. & altero Bibliothecae *Leidenſis*, cuius varian-
tes

dam eſſe munitiſſimam civitatem, ſufficere ſibi crederent, pervenire.

Cap. XIX. Maſſilia enim, ut audio, in profundum mare prominens, & munitiſſimo accincta portu, in quem anguſto aditu meridianus refluit ſinus, ſolis mille quingentis paſſibus terrae cohaeret, qua firmiſſimus & tur-
2 ribus frequens murus opponitur. Quippe olim Graecos, Italosque illuc convenas, cum artibus ingenioque pollerent, etiam ipſe docuit locus, omnia, quae bello uſui forent, largius in eam partem, quae adiri

tes ad manum, lege *flatus Euroi*, probante iam *Heinſio* ad *Virgil.* Aeneid. III. 533. *Dionyſii* enim in Perieg. vs. 930. eſt, Ἔυροιο κελεύθυς.

7. *Crederent praevenire*] Vet. *pervenire.* PVTEANVS. *Pervenire*, *Bertin.* Recte. LIVINEIVS. *Pervenire.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. praevenire.* Noſtram lectionem, petitam ex *Bertin.*, cui & *Put.* cum *Moerl.* ſe addunt comites, iam recepere *Francof. Paris. Patar. Cellar.* IAEGERVS. *Pervenire* etiam *Guelferb.* recte, idque poſt *Gruterum* habent omnes, praeter *Rivinum.*

1. *Profundum mare*] Mediterraneum, ut dixi. PATAROL. *Moerl. prof. maris.* Minus recte. IAEGERVS. Mox *munitiſſimus portus* eſt loci oportunitate, & natura, de quo *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 75. 2. & 76. 2.

Meridianus refluit] Quid eſt *meridianus ſinus?* Meo monitu reſcribe, *mediterraneus ſinus.* PONTANVS. ad *Macrob.* Saturn. V. 15. Forte *mediterraneus.* LIVINEIVS. An *marinus?* Sed verum, credo, eſt *mediterraneus.* Sic Panegyr. Conſtantio: *Quam late omnis Oceanus, & mediterranei ſinus abluunt.* Sic *Mamertini* Genethliaco Maxim. Aug. dicto: *Qua Tingitanum littus Calpetano monti obviam latus* (lege *latius*) *in mediterraneos ſinus admittit Oceanum.* ACIDALIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin. Francof. Pariſ.* prior, *Patar. meridianus*, & ſic etiam *Moerl.* Verum huic voci hic non eſt locus. Mare *meridianum Plinio* H. N. VI. c. 17. ſ. 21. idem eſt, quod Indicum. Itaque cum *Pontano* ad *Macrob.* Sat. V. 15. *Livineius* iam coniecit, legendum eſſe *mediterraneus*, cui ſocium ſe adiungit *Acidalius.* Iure igitur, meritoque hanc emendationem recepit *Baunius*, & *Cellarius*, quos ſequimur. IAEGERVS. Male ex ſola coniectura *mediterraneus* ſubſtituerunt Eruditi, cum *meridianus* tueantur. Codd. & editi usque ad *Baunium.* *Sinus meridianus* eſt ad meridiem ſpectans, & ita Maſſiliae portum deſcripſit *Strabo* Geogr. IV. p. 270. ὑποπέπτωκε ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, βλεπούσῃ πρὸς τὸν νότον. pari ſenſu *meridiana vallis* apud *Livium* XXXIX. 35. in fin. *meridiana regio*, ibid. XXXVIII. 20. *meridianum caelum*, *Mamertin.* Maxim. 12. 5.

Sinus, mille] *Sinus, ſolis mille* Vet. PVTEANVS. *Solis mille* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Antiqua enim Maſſilia, teſte etiam *Caeſar.* de Bell. civil. lib. II. a tribus partibus mari alluebatur. At hoc de hodierna accipi non poteſt, inquit *Iſac. Voſſius* in *Melam* lib. II. cap. 5. iuxta hunc auctorem vetus Maſſilia diſtabat a loco, ubi ſita hodierna eſt; illa enim fuiſſe dicitur ad promontorium, nunc *la Crocetta*, ubi rudera veteris urbis viſuntur. PATAROL. *Solis*, quod non comparet in *Cuſpin. Rhenan. Stephan.* & textu *Livin.*, auctoritate Codd. *Livin. Bertin. Put. Moerl.* ſtabilitum, recte legitur in Edd. reliquis. IAEGERVS. Legitur quoque in *Guelferb.*, primusque inſeruit *Gruterus*, & praeter *Rivinum* reliqui.

Quingentis] *Moerl.* exhibet *ducentis.* IAEGERVS.

2. *Olim Graecos*] Phocaea, Ioniae in Aſia urbe, ab Harpalo, ſeu Harpagus eſt, Cyri Praefecto, pulſos. *Lucano* in hac ipſa hiſtoria *Phocais iuventus* dicitur. Verſus e III. hi ſunt:

Cumque alii famae populi terrore paverent,
Phocais in dubiis auſa eſt ſervare iuventus
Non Graia levitate fidem, ſignataque iura,
Et cauſas, non Fata ſequi.

Dioni quoque XLI. Phocaea Maſſilienſium urbs mater eſt. *Oppianus* Halieut. III.

Ῥοδανοῖο περὶ ςόμα θηρητῆρες
Κελτοὶ, Φωκαίης τε παλαίφατοι ἐνναετῆρες.

Tu adi, Lector, *Strabonem* IV. *Iuſtinum* XLIII. *Caeſarem* Civilis Belli I. & II. LIVINEIVS. Phocaeenſium Ioniae colonia Maſſilia fuit. *Mela* II. 5. *Plinius* III. 4. CELLARIVS. & PATAROL. De conditoribus, ſitu, & diſciplina Maſſilienſis civitatis vid. *Strabo* lib. IV. non procul ab initio p. m. 124. ſq. *Pomp. Mela* II. 5. 25. ibique Inter-

ri poſſet, impendere, cum natura in ceteris ſumtum operis remiſiſ-
ſet. Itaque illam tum, gravi fato, Caeſari portas pro duce ſeniore clau- 3
dentem, terra marique, admotis machinis, aggeribus exſtructis, navali-
bus praeliis ſaepius oppugnatam, quam territam, vix obſeſſio diuturna pa-
tefecit; cum tamen Graeculi magiſtratus & ipſum Caeſarem, & mox duces
eius, & copias non tam viribus ſuis, quam moenibus, repuliſſent. At 4
enim primo tuo, Imperator, adventu, primoque impetu exercitus tui nihil
eius-

terprett. *Iuſtin.* XLIII. 3. ſqq. IAEGERVS. Conf. *Ritterſhuſ.* ad *Oppiani* Hal. III. 544. *Cort.* ad *Salluſt.* Catil. 34. 2. Ab hac autem Graecorum colonia deducenda eſt Graecorum rituum, Deorumque in Gallia cognitio, quam quidem ad vicinos Maſſilienſium penetraſſe tantum ſtatuit *Cannegiet.* de Iſid. ad Turnac. invent. p. 32. mihi ulterius porrigenda videtur; Hiſpanos enim Dianae Epheſinae, eiusque rituum ſcientiam a Maſſilienſibus hauſiſſe teſtatur *Strabo* IV. p. 271. neque dubito, quin Graecarum litterarum, & quorumdam Pythagorae praeceptorum intelligentia ex eodem fonte ad Gallos manaverit, quo pertinet *Caeſaris* locus, B. G. VI. 14. ubi *Davies.*

Italosque] In hanc urbem, Gallicarum vetuſtiſſimam, artes omnes, & litteras Graeci, & Itali ex ſuis oris primum induxerant. BAVNE. Eidem propinquos. PATAROL.

Sumtum operis] Conf. *Waſſe* ad *Salluſt.* Iugurth. 79. ita *Italiam natura vallaſſe* dicit *Mamertin.* Genethl. 2. 4. adde ad *Eumen.* Conſtantio 6. 2.

3. *Illam tum*] *Iam tum gr.* LIVINEIVS. Cod. *Moerl* habet *illam tam.* IAEGERVS. Cum *Moerl.* facit *Guelferb.*

Caeſari portas] C. Iulio Caeſari. Vid. *Velleium* lib. II. PVTEANVS. *Caeſarem* B. Civ. I. 35. ſeq. lege. Fatum deſcriptum lib. II. c. 22. CELLARIVS. & PATAROL.

Duce ſeniore] Pompeio. LIVINEIVS. Pompeio. Quod quidem ipſi exitio fuit. Vid. Comment. *Caeſaris* de Bello Gallico. BAVNE. CELLARIVS. & PATAROL. *Lucanus* I. 129.

Nec coiere pares: alter vergentibus annis
In ſenium, longoque togae tranquillior uſu
Dedidicit iam pace Ducem.

IAEGERVS.

Obſeſſio diuturna] Maſſilienſes *omnibus defeſſi malis*, &c. *gravi etiam peſtilentia conflictati ex diutina concluſione*, &c. *ſeſe dedere ſine fraude conſtituunt*, *Caeſar* citat. lib. II. PATAROL.

Cum tamen] Τὸ *tamen* deeſt in *Moerl.* IAEGERVS. Etiam in *Guelferb.*

Et nos duces] Vet. *& mox.* PVTEANVS. *Mox* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. Dele ineptiſſimum *nos*, niſi forte *mox* mutandum, quod conſideretur. ACIDALIVS. *Rhenan. Stephan. Livin.*, *& nos duc.* Bene. *Mox* legitur in Codd. *Livin. Bert. Lang. Cuſp. Schonhov. Put. Moerl.* & Edd. inde a *Francofurtenſi.* IAEGERVS. Poſt *Gruterum mox* placuit, praeterquam *Rivino* in pr.

Repuliſſent] Acta a Caeſare, & Bruto, eius duce, in oppugnatione Maſſiliae vide apud eundem *Caeſar.* lib. I. & II. Notanda & verba *Paterc.* lib. II. c. 50. *Feſtinationem itineris eius* (Caeſaris) *aliquandiu morata Maſſilia eſt*, &c. PATAROL.

4. *At enim non primo*] Alias *enim in primo.* RHENANVS. Vet. delet *non.* PVTEANVS. *Non* abeſt *Langii* Sched. *num* Vet. *Bertin.* Corruptum, ac nihili utrumque, & *non*, & *num.* Melior lectio, quae in *Langii* Sched. Sed obſervo & alibi ſubſtitutum *non* pro *vero.* Eſt autem, expertus loquor, permagna utriusque vocis vicinitas, maxime ſi hanc curte, & per compendium ſcribas. Nam ecce in Conſtantium Caeſarem, ubi legitur, & recte, *ultra Oceanum vero quid erat praeter Britanniam?* in Vet. eſt mendoſe, *ultra Oceanum non quid erat*, &c. Haec mihi ratio, cur emendatius rear, *At enimvero primo*, &c. LIVINEIVS. *Non* abeſt in *Lang.* Abiicio & ipſe. RITTERSHVSIVS. Legitur alias *num*, ex quo formandum *nunc*, nam reſpondet illi; *Itaque illam tum gravi fato Caeſari portas*, *pro duce ſeniore*, *claudentem*, &c. GRVTERVS. Alias *in*; utrumque deleo, *in* & *non.* ACIDALIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* In *Lang. Put.* & *Moerl.* & Edd. cett. importunum *non* omiſſum eſt. IAEGERVS. *Non* primus eiecit *Gruterus*, quem reliqui praeter *Rivinum* ſunt ſecuti. *Gruteri nunc* non diſplicet propter praecedens *tum*, cui opponatur, niſi quis mallet *iam primo.* Potius tamen vulgatum tuëor, quia ipſa illa, quae memorat,

ſa-

eiuſdem Maſſiliae altitudo murorum, nihil creberrimae turres, nihil loci natu-
ra remorata eſt, quo minus & portum caperes, & urbem continuo, ſi velles.
5 Quippe tanta fiducia murum omnem milites invaſerant, ut ſtatim ſine dubio ad-
ſcenſuri fuiſſent, niſi in parandis, quas admoverant, ſcalis coniecturam oculo-
6 rum ſublimitas feſelliſſet. Sic quoque multi, ſcalarum brevitate decepti, quod
ſupererat adſcenſui, extentis corporibus aequabant, & ſuccedentium humeris
ſublevati iam intervalla pinnarum uncis manibus invaſerant: adeo nihil periculi in
vindictae exſecutione metuebant, ut ſibi non murum ſcandere, ſed ex aequo
congredi viderentur.

Cap. XX. Sed, o ſingularem tuam, Conſtantine, pietatem, & ſua ſemper officia etiam inter arma ſervantem! ſignum receptui dediſti, & victoriam diſtuliſti,

ſatis praecedenti *tum* opponuntur; & favet etiam *Guelferb.*

Eiuſdem Maſſiliae] Deleam, ut gloſſema. LIVINEIVS.

Celeberrimae turres] Vet. *creberrimae*. PVTEANVS. *Creberrimae*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* Aperte rectum. Supra: *qua firmiſſimus*, *& turribus frequens murus opponitur.* LIVINEIVS. Quid ſi? *creberrimae turres.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Sic *Rhenan. Stephan.* & *Livin.* in contextu. Sed *Bertin. Lang. Cuſp. Put. Moerl.* cum ceteris Edd. *creberrimae*, probante *Livineio*, & *Iac. Gronovio* ad *Melam* II 5. 25. & re ipſa loquente. IAEGERVS. Probat etiam *Guelferb.*, & recte inde a *Grutero* editum, praeterquam *Rivino.*

Si velis] *Velles* Schedae *Langii.* LIVINEIVS. Illud *velles* recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum*: tamen *Guelferb.* etiam *velis.*

5. *Invaſerunt*] *Invaſerant*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Invaſerant* etiam *Guelferb.* & receptum eſt a *Grutero*, ſequentibusque praeter *Rivinum* in pr.

Niſi parandis] *In parandis* Vet. PVTEANVS. *In* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Etiam *Guelferb.*, & ita recte *Gruterus* cum ſequentibus, praeter *Rivinum.* —— Mox *Guelferb. admorant.*

6. *Sic quoque*] *Sed ſic quoque*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* & Cod. *Moerl.* omittit τὸ *Sed:* quod ex *Bertin.* Cod. poſterioribus Edd. inlatum eſt. IAEGERVS. Primus intulit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum;* cum tamen ignoret quoque *Guelferb.* priſtinam revocavi lectionem, frequentiori Codd. ſuffragio ſtabilitam.

Extentis corporibus] *Moerl.* habet *extenſis.* IAEGERVS.

Intervalla praeviarum] Quid ſi *pinnarum* legas? RHENANVS. Vet. *pennarum.* Lege *pinnarum.* PVTEANVS. *Pinnarum*, *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* & egregia coniectura *Rhenanus.* LIVINEIVS. *Henr. Stephanus*, Vir eruditiſſimus, legebat *intervalla pinnarum.* Ego veram lectionem exiſtimaverim *perticarum.* MEVRSIVS. Auctar. Philol. cap. 31. Pro *intervalla praeviarum*, uti abſurde legitur in *Rhenan. Stephan. Livin.*, iam *Rhenanus* egregia coniectura ſubſtituit *interv. pinnarum;* & ſic invenitur in Ed. *Cuſpin.* librisque *Bert. Lang. Schonhov. Put.* (aliquantulum tamen corruptum *pennarum*) & *Moerl.* IAEGERVS. *Pinnarum* etiam *Guelferb.* & recte iam recepit *Paull. Stephanus;* priſcam lectionem retinuit *Rivinus.* Quod ſequitur *uncis manibus* petitum eſt ex *Virgilio* Georg. II. 365. Rem explicat *Brouwer.* Annal. Trevir. III. p. 206.

Metuebant] Ignorat *Guelferb.*

Videretur] Vet. *viderentur.* PVTEANVS. *Videretur* male eſt in Ed. *Puteolani*, & *Rhenani.* *Ex aequo* interpretatur *Livineius* ſupr. 6. 4. integris copiis, & incerto utrimque praelii eventu. Potius planum notat campum, *muro* oppoſitum.

1. *Sua ſemper*] Cod. *Moerl. tua ſemper.* Minus recte. IAEGERVS. Mox *Guelferb.* inverſo ordine, *receptui ſignum.*

Ne quid] Forte *neu quid.* LIVINEIVS.

2. *Caveris*] Cod. *Moerl.* mendoſe *carueris.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb.*

In fraudem] Maximiani pollicitationibus. *Zoſimus* lib. II. *At cum is largitionibus*, *ac ſupplicationibus ſuas in partes eos pertraxiſſet*, &c. PATAROL.

Senſus tuos] *Guelferb.* inverſo ordine, *tuos ſenſus.* Hauſit haec ex *Ciceron.* pro Marcell. 3. *cuius mentem*, *ſenſusque*, *& os cernimus.* ubi & hunc locum contulit *Abramus.* Sequentia his quoque *Ciceronis* conveniunt pro Ligar. 12. *Nihil eſt enim*

ſti, ut omnibus tibi liceret ignoſcere, ne quid atrocius faceret miles iratus, quam clementiae tuae natura pateretur. In quo licet optimi Imperatoris ſollici- 2
tudine caveris, ut inducti in fraudem milites poenitendi tempus acciperent, atque ultro veniam precarentur; nos tamen, qui mitiſſimos ſenſus tuos intuemur, (nihil eſt enim tam perſpicuum, quam in pectore tuo bonitas) illi te intelligimus peperciſſe, quem, ſi prima copiam habuiſſet irruptio, eripere ferro nemo potuiſſet. Ita, quod ad pietatem tuam pertinet, Imperator, & illum, & o- 3
mnes, quos receperat, reſervaſti. Sibi imputet, quisquis uti noluit beneficio tuo, nec ſe dignum vita iudicavit, cum per te liceret, ut viveret: tu, quod ſufficit conſcientiae tuae, etiam non merentibus peperciſti. Sed ignoſce di- 4
cto, non omnia potes: Dii te vindicant & invitum.

Cap.

enim tam populare, quam bonitas. —— *Nil habet nec fortuna tua maius, quam ut poſſis, nec natura tua melius, quam ut velis ſervare quam plurimos.* ubi neſcio, an meus Cod. poſterius *tua* recte omittat.

Illi te] Maximiano Herculio. LIVINEIVS.

Fere nemo] *Ferro nemo, Bertin Langii* Schedae, *Cuſpin.* IDEM. Militum tuorum vindicare te cupientium. PATAROL. Sic *Rhenan. Stephan. Livin.* Rectius autem *Bertin. Lang. Cuſp. Schonhov.* una cum ceteris omnibus *ferro.* IAEGERVS. Etiam *Guelf. fere.* alterum recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr.

3. *Quos receperat*] Lege *deceperat.* Paullo ſuperius: *ut inducti in fraudem milites poenitendi tempus adciperent.* ACIDALIVS. & BAVNE. Collegerat. Non improbo vulgatam lectionem, placet tamen *Acidalii* coniectura. PATAROL.

Reſervaſti] Forte *conſervaſti.* LIVINEIVS. Haec *Livineii* coniectura non videtur improbabilis, ſi cogitemus, has voces etiam alibi inter ſe permutari. Sic in Paneg Flavienſ. nom. dicto c. 14. ſ. 4. pro *conſervator* in aliis legitur *reſervator.* Verum & vulgata lectio poteſt defendi, eo, quod verba compoſita ex *re* pro ſimplicibus a ſequioris aevi Scriptoribus adhibita fuerunt, uti iam monuimus. Et licet fortaſſe nullum aliud huius uſus in hoc verbo exemplum proferri poſſit, id tamen neceſſe non eſſe, ſed ſufficere analogiam docet *Erneſtius*, Vir ſummus, ad *Sueton.* Aug. 78. IAEGERVS.

Sibi imputet] Tota haec comprehenſio velut facta ad imitationem illius in *Latino Pacato*, etſi de re plane diſſimili; *ſibi humilitatem, & tenebras ſuas imputet iacens virtus, quae non obtulit ſe probandam: quod conſcientiae tuae ſufficit, honoratus eſt, qui probatus.* ACIDALIVS. Error *Acidalii*, cum contra haec ſub Theodoſio imitatus ſit *Pacatus.*

Vt viveret] Vult itaque violentas ſibi manus intuliſſe Maximianum, quem Conſtantini iuſſu ſtrangulatum alii adfirmant. Vide, quos citavi ſupr. 14. 1. & 5. id autem Maſſiliae, non, quod alii ſcribunt, Tarſi factum fuiſſe hic locus oſtendit. adde *Scalig.* Anim. ad *Euſeb.* p. 247. Not ad *Eutrop.* X. 3. Liceat mihi hoc loco uti ad confirmandam in *Ovidio* coniecturam, loco vexatiſſimo Triſt. I. 3. 101.

> *Vivat: & abſentem, quoniam ſic fata tulerunt,*
> *Vivat, & auxilio ſublevet usque ſuo.*

varias dederunt coniecturas *Burmannus*, & Patruus in Notis, & Nepos Addend. ad *Lotichium* p. 665. *Antholog.* Latin. T. II. p. 304. & *Wackerus* Amoen. Litter. p. 13. *Burmanno Secundo* adſentior legendum eſſe, *vivat ut*, ſed nondum omnia erunt plana, niſi hoc modo interpungas:

> *Vivit, & abſentem (quoniam ſic fata tulerunt,*
> *Vivat ut) auxilio ſublevet usque ſuo.*

cum fata tulerint, ut ſuperſtes vivat uxor, me abſentem ſublevet. ſimili conſtructione *Sabinus* Epiſt. III. 31. *Nec ſi fata ferant.* —— *Vt poſſim.*

4. *Dii te vindicant*] Maximianus enim ſtrangulatus eſt iuſſu Conſtantini, ut alii tradunt auctores. Vide, quae ſupr. ad cap. 18. PVTEANVS. Gemina, & paene totidem verbis, haec *Pacati* ad Theodoſium: *Sed bene eſt, quod non omnia potes. Tui te vindicant, & invitum.* LIVINEIVS Mirificus locus, &, ſi quis alius eſt, artificii plenus. Quia enim Conſtantinus Maximianum aut revera ſtrangulari iuſſerat, aut iuſſiſſe credebatur, necem hanc Deorum ultioni attribuit, atque ipſo invito con-

CAP. XXI. Quod quidem nobis ſemper optandum eſt, ut proſperos habeas etiam ultra tua vota ſucceſſus, qui omnem ſpem in gremio maieſtatis tuae ponimus, & tuam ubique praeſentiam, quaſi dari poſſit, expe-
2 timus. Ecce enim, dum a limite paullisper abſceſſeras, quibus ſe terroribus barbarorum perfidia iactaverat ſcilicet, dum ſibi illa proponunt, quando perveniet? quando vincet? quando feſſum reducet exercitum? cum repente, audito reditu tuo, velut attoniti conciderunt, ne tuum pro republi-
3 ca votum amplius, quam unius noctis, cura tetigiſſet. Poſtridie enim quam,

contigiſſe ait. Quem locum poene exſcripſit *Pacatus* in Theodoſii Paneg. c. 44. BAVNE. *Guelferb. te iudicant etiam invitum.* ſed vulgatum tuetur *Pacati* locus.

1. *Vltra vota*] Vet. *tua vota.* PVTEANVS. *Tua vota*, *Bertin.* LIVINEIVS. *Gud. ultra tua vota.* IAEGERVS. Vocem primus inſerui, tot Codd. ſuffragio confirmatam.

2. *A limite*] A Rheni limitibus. BAVNE. Conf. ad *Mamertin.* Maxim. 7. 3. *Ecce*, quod praeceſſit, non tantum ad adtentionem excitandam adhibet, quod vulgo putant, ſed etiam indicandam rei gravitatem, quem uſum recte adſtruit *Abreſchius* meus Paraphr. ad Epiſt. ad Hebr. 2. p. 116. neque aliter *Mamertin.* Maxim. 12. 6. Genethl. 15. 2. *Nazarius* Conſtant. 12. init. & alibi.

Se terroribus] Vet. *te.* PVTEANVS.

Barbarorum] Francorum. BAVNE.

Quando perveniet] *Guelferb. Quando proveniet*, *qui vincet.* male; reſpicit enim illud vulgatum, *veni*, *vici.*

Quando veniet] *Quando vincet* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Adulatorie dictum, quaſi Conſtantino unum & idem fuerit, aliquo *pervenire*, & ibi *vincere.* BAVNE. *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* abſurde, *quando veniet?* Noſtram lectionem, a *Livineio* iam e ſuo, & *Bert.* Codice prolatam, tuentur ceteri omnes. IAEGERVS. *Vincet* etiam *Guelferb.* quod recte primus reſtituit *Gruterus*, quem reliqui ſequuntur praeter *Rivinum* in pr.

Conciderunt. nec tuum] *Concid. me tuum*, *Bertin.* Forte *ne tuum.* LIVINEIVS. *Livineius* effingit, *ne tuum*, quod conſpirat cum *Bert.*, uti & *Moerl.* lectione, quae pro *tetigit* in fine ſententiae habet *tetigiſſet.* IAEGERVS. Etiam *Guelferb. ne* —— *tetigiſſet*, quod repoſui ex hoc Codd. ſuffragio.

Tetigit] *Tetigiſſet*, *Bertin.* LIVINEIVS. Conf. praeced. obſerv.

3. *Recediſſe*] Vet. *reſediſſe.* PVTEANVS. *Recediſſe* erat ex vitio typographi in Ed. *Rhenani.* Conf. ad Incertum Maxim. 12. 8. —— Mox *Guelferb. reliqueris.*

Rediiſſe] *Rediſſe* Vet. LIVINEIVS.

Ornante fortuna] Poteſt rectum eſſe: tamen *ordinante.* ACIDALIVS. *Ornante* legitur in MS. *Gud.* & Ed. *Rhenan.* & *Stephan.* in reliquis omnibus *ordinante.* IAEGERVS. *Ornante* etiam *Guelferb. Ordinante* iam recepit *Paull. Stephanus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* Si *ornante* rectum foret, deberet idem eſſe, ac praeparante, ſignificatione inde ſumta, quod *ornari* dicebantur provinciae, ſi Romae omnia ad bellum, & adminiſtrationem neceſſaria praeparentur, in quo illud ab *ordinare* diſtinxit Pater meus ad *Victor.* Inluſtr. 55. 1. ſed haec longius videantur ducta, itaque vulgatum tueor, quod cum *ordinare* paſſim permiſcetur. Vid. Not. ad *Sueton.* Caeſ. 18. ad *Valer. Max.* IX. 1. ext. 2. *Drakenb.* ad *Livium* XXIV. 48. 7.

Quae noveras] Lege *voveras.* RITTERSHVSIVS. In meis Edd. conſtanter eſt *voveras.* Conf. ad *Mamertin.* Genethl. 1. 2.

Ad templum] Apollinis, quod Auguſtoduni erat celeberrimum, de quo iam in Orat. Pro reſtaur. Schol. c. 9. BAVNE. Apollinis templum, cuius Numen praecipue, antequam Chriſtianus fieret, videtur coluiſſe: ſed qua urbe Galliarum id fanum fuerit, minus certum eſt. *Iacobus de la Baune* Auguſtodunenſe templum intelligit, Pro reſtaurand. Schol. cap. 9. laudatum: ſed hoc mox *Eumenius* a pulcherrimo illo diſtinguit; *praecipue*, inquit, *Apollo noſter*, id eſt Aeduorum. Deinde nondum Conſtantinus Auguſtodunum venerat, ideo cap. 22. votis precibusque ſic invitatur ab Rhetore: *ut patriam meam videas ducente pietate:* de pulcherrimo autem templo illo dicitur: *ad praeſentem ut veniſti Deum.* Vrbem ergo in via ſitam, qua tranſiit Conſtantinus, intelligo, Lugdunum forſan, aut Viennam, aut aliam eiusdem tractus. *Gruterus* p. 36. ex Viennenſi lapide:

APOL-

quam, accepto illo nuntio, geminatum itineris laborem ſuſceperas, omnes fluctus reſediſſe, omnem, quam reliqueras, tranquillitatem rediiſſe didiciſti; ipſa hoc ſic ordinante fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret, Diis immortalibus ferre, quae voveras, ubi deflexiſſes ad templum, toto orbe pulcerrimum, imo ad praeſentem, ut vidiſti, Deum.
Vidiſti enim, credo, Conſtantine, Apollinem tuum, comitante Victoria, co- 4
ronas tibi laureas offerentem, quae tricenûm ſingulae ferunt omen annorum. Hoc eſt enim humanarum numerus aetatum, quae tibi utique debentur ultra Py-

APOLLINI. AVG
SACRVM
NATTIA. SOILII. FIL
SEVERA
EX. VOTO

CELLARIVS. Templum Apollinis Toloſae intelligit Auctor la Religion. des Gaul. I. 18. conf. *Hultman* Miſcell. Epigr. p. 447.

Vt veniſti] *Vidiſti* Vet. *Bertin.* LIVINEIVS. Apollinem, ut mox; at non illum Auguſtodunenſem, ut videtur hic adnotare *P. de la Baune;* de ipſo enim ſermo tantum infra. PATAROL. Sic Edd. omnes; ſenſu parum commodo. Veram nobis lectionem oſtendunt Codd. *Livin. Bertin. Gud. Moerl. vidiſti;* quam proinde recipere non dubitavimus. IAEGERVS. Confirmat repetitum mox *vidiſti*, & deinde n. 5.

4. *Apollinem tuum*] Videtur Conſtantinus praecipuo cultu Apollinem coluiſſe, quod confirmant numi aliquot, in quibus ſub Apollinis forma exhibetur. Titulus SOLI INVICTO. Sed hanc ſuperſtitionem feliciſſime eiuravit Imperatorum omnium primus Chriſtianus. BAVNE. Cur *tuum?* An quod Conſtantinus Apollinem praecipue coluerit? Magis credam, quod coniectavit *Patinus* in Numiſm. Imper., quia ille Imperator laetus erat, & pulcherrimus. Inducunt me, ut plus aſſentiar, quae ſequuntur in Noſtro; *cum tu ſis*, *ut ille*, *iuvenis*, &c. Quidquid ſit, nummos ſane videmus Conſtantini, quorum averſa facies Apollinem, ſeu Solem refert. PATAROL. Conf. infr. c. 22. ſ. 2. Ex hoc loco πολυθρύλλητον illud viſum Conſtantini M. explicat, idque, ſeu fictum, ſeu in ſomnis oblatum, ab *Euſebio* longo poſt tempore ad modum Patrum Eccleſiae expoſitum, interpolatumque fuiſſe tradit V. C. *Wernsdorf* in Muſ. Crit. Vol. II. Faſc. I. n. 1. IAEGERVS. Ob pulcritudinem. Conf. ad Incert. Maxim. 3. 3.

Comitante Victoria] Encomiaſtice, ac modo Poetico. Praeſtat nummum cernere, qui omnes Conſtantini victorias complectitur, aptiſſima epigraphe: VBIQVE VICTOR. PATAROL.

Laureas offerentem] Imperatoris, ac victoris proprias, ipſiusque etiam Apollinis: nam eiusdem templis coronas e lauru appendi ſolitas ſcribit *Natal. Com.* Mythol. lib. IV. cap. 10. IDEM.

Omen annorum] Quod pulcherrimum illud toto orbe templum, quodve tricenum annorum in coronis laureis omen, fruſtra in *Zoſimo*, & Hiſtoriis veſtigo. Nec ſcire fas eſt omnia, inquit ille. Tu admone, quisquis es, Lector. LIVINEIVS. Fruſtra veſtigo, quodnam hoc *omen annorum* ſit, & merum Oratoris leporem iudico: niſi dicamus, laureas coronas longam aetatem polliceri ex qualitate arboris ipſius, quae fulmine non percutitur, quare dicta eſt Graece *Alexichacos*, ſive *arcens*, ſive *repellens mala*, ut notat Auctor citat. Aut vero Noſtrum adhaerere vanae illi divinatorum veterum opinioni, cuius ſpecimen affert *Cicero* lib. I. de Divinat. narrans de Cyro, quod ex eo, quia per ſomnum ſibi viſus eſſet ter Solem appetere, Magi dixerunt, ex triplici appetitione Solis XXX. annos Cyrum regnaturum eſſe portendi. PATAROL. *Guelferb. tricenorum.*

Hic eſt humanarum] *Hic eſt enim* Vet. PVTEANVS. *Enim*, *Bertin.* Vet. LIVINEIVS. Ergo aetas una tricenûm annorum. Hanc Graeci γενεὰν dixerunt, quam *Cenſorinus* cap. 17. ex *Heraclito*, & *Zenone* definit XXX. annis: quaſi *orbem aetatis*, *dum natura humana a ſementi ad ſementim revertitur.* Vnde eſt, quod *Herodianus* III. 8. ludos ſaeculares dicit τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι, *trium ſpatio aetatum decurſo celebrari.* CELLARIVS. *Enim* etiam *Guelferb.* quod primus recte inſeruit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.*

Vtique debent] Vet. *debentur.* PVTEANVS. Lege *utique debentur.* ACIDALIVS. *Debentur*, ſic *Livin. Francof. Pariſ. Cellar. Patar.* & Codd. *Put.* & *Moerl.* pro *debent*, ut legitur in ceteris. IAEGERVS. Vulgatum confirmat *Guelferb.*, quod omnes poſt *Livineium* habent, praeterquam *Ri-*

5 Pyliam ſenectutem. Et imo quid credo? vidiſti, teque in illius ſpecie reco-
gnoviſti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt.
6 Quod ego nunc demum arbitror contigiſſe, cum tu ſis, ut ille, iuve-
7 nis, & laetus, & ſalutifer, & pulcerrimus Imperator. Merito igitur au-
guſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, ut iam vetera non quae-
rant. Iam omnia te vocare ad ſe templa videantur, praecipueque Apollo
no-

Rivinus in pr. Conf. ad *Eumen.* Conſtantio 10. 3.

Pyliam ſenectutem] Id eſt, Neſtoris, ita dicti a *Pylo* patria, quae agri Meſſeniaci oppidum eſt, in tractu occidentali Peloponneſi, ubi regnabat. Cum autem Neſtor *tria ſecula* vixiſſe tam ſaepe apud Auctores dicitur, non intelligendum, inquit *Muretus*, quaſi trecentos annos vixiſſet, ut falſo putant, quicunque pro centum annis ſemper accipiunt, ſed octogenario maiorem: γενεὰν enim triginta ſaepe annos ſignificare tantum oſtendit Variar. Lect. lib. X. c. 8. Quanquam ſecus ſentiunt *Plautus*, *Propertius*, *Ovidius*, *Iuvenalis*, & alii, qui non uno in loco trecentos Neſtorem annos vixiſſe diſertis verbis aiunt. Et vero nihil eſſet cauſae, cur Neſtoris ſenectus tantopere celebraretur, ſi is nonaginta tantum annos attigiſſet. BAVNE. & PATAROL. Conf. *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* IV. 1. 50.

5. *Imo quod credo*] Vet. *quid dico Credo.* PVTEANVS. *Quid credo* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Bene, ſed addo inſuper & a diſtinctione lucem, & *immo (quid credo?) vidiſti.* Correctio enim quaedam eſt eius, quod praeceſſit, *vidiſti enim, credo, Conſtantine*, &c. LIVINEIVS. Lege, *etſi quid credo? imo vidiſti.* ACIDALIVS. Epanorthoſis, qua ſuperiora ſect. 4. *Vidiſti enim, credo, Conſtantine*, revocantur, & corriguntur hoc ſenſu: quid dico dubitanter, *credo* te vidiſſe? certum eſt, & omnino tu vidiſti. CELLARIVS. Eadem haec explicatio a Librario inſerta eſt Cod. *Put. Gud.* & *Moerl.* in quibus legitur: *quid dico credo*? IAEGERVS. *Quid* recte recepit *Gruterus*, & reliqui praeter *Rivinum* in pr.

Illius ſpem] *Specie* Vet. *Rhenan.*, *ſpem Cuſpin.* LIVINEIVS. *Specie* Vet. *Rhenan.* Retineo. RITTERSHVSIVS. *Specie* bene *Rhenan. Stephan. Francof. Pariſ. Cellar. Patar.*, cum quibus faciunt Codd. *Livin.* & *Moerl.* pro *ſpem*, ut reliqui habent. IAEGERVS. *Spem* eſt in ſola Ed. *Puteolani*, & *Schonhovii* excerptis. Conf. Patrem meum ad *Victor.* Inluſt. 54. 1. *Gronov.* ad *Livium* XXVIII. 24.

6. *Quod ego*] *Moerl. quid enim*; mendoſe. IAEGERVS.

Iuvenis] Forte *& iuvenis.* LIVINEIVS. Fabulati ſunt Poetae, Apollinem ſemper iuvenem, & ſine barba. Vnde inter caeteros *Callimachus*:

> *Idem formoſus ſemper, ſemper iuvenisque, nec illi*
> *Foemineae quantum nigrent lanugine malae.*

PATAROL. *Et* ante *laetus* male ignorat *Guelferb.* *Iuvenis* pertinet ad Apollinem *inberbem*, de quo *Muneker.* ad *Fulgent.* p. 647. *Salutifer* indicat Apollinem Σωτῆρα, de quo *Spanhem.* ad *Callim.* in Apoll. 40. unde cum Aeſculapio iunxit *Cicero* ad Diverſ. XIV. 7. denique *pulcerrimus* laudatam paſſim Apollinis formam ſignificat, adeo perfectam, ut Bathyllum ſuum tamquam Apollinem a pictore fieri cupiat *Anacreon* Od. 29.

7. *Templa videantur*] Forte *videntur.* LIVINEIVS. Et ſic bene dedit *Patarol.* IAEGERVS. Qui in textu illud expreſſit, quod contra omnes Codd. non ſum auſus, & poteſt hoc tempus pro indicativi futuro accipi, ut ſupra notavi.

Apollo noſter] Auguſtodunenſe Apollinis delubrum. Idem *Eumenius* pro reſtaur. Scholis cap. 9. *Maeniana inter Apollinis templum, atque Capitolium.* CELLARIVS. Quin immo *Chaſſeneus* Catal. Glor. mundi P. XXII. Conſid. 60. Apollinem Auguſtoduni conditorem fuiſſe contendit. PATAROL. Conf. ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 9 3.

Ferventibus aquis] *Philoſtratus* ſimilia narrat lib. I. de Vit. Apoll. cap. 4. Sic veteres ſe lavabant Mercurii aqua extra portam Capenam, ut a periurio ſolverentur, teſte *Ovidio* lib. V. Faſtor. ibi eſt aqua Mercurii: adde *Solinum* cap. 10. in fine, *Macrobium* Saturn. lib. V. cap. 19. periurii vindex Iupiter apud *Pauſaniam* lib. V. IVRETVS. De aquis, periurii ultricibus, multa referunt Auctores. Apud Palicos in Sicilia fontem fuiſſe aiunt, in quem, teſte *Ariſtotele* libr. de Admirand. audition. n. 55. ſi inſcriptam iurisiurandi tabellam proiiceret iuraturus aliquis, ſupernatabat tabella, ſi fidem ſervaturus erat, ſin minus, ibat illa peſſum, periuro combuſto. *Macrob.* lib. V. Saturn. c. 19. *Hanc aquam vitae integris hominibus ſuavem eſſe, periuris vero lethiferam.* Id ipſum de eodem fonte tradit *Diodor. Siculus* lib. XI. quem tamen *Soli-*

noſter, cuius ferventibus aquis periuria puniuntur, quae te maxime oportet odiſſe.

Cap. XXII. Dii immortales, quando illum dabitis diem, quo praeſentiſſimus hic Deus, omni pace compoſita, illos quoque Apollinis lucos, & ſacras ſedes, & anhela fontium ora circumeat? quorum ſcaturigines, leni tepore nebuloſae, arridere, Conſtantine, oculis tuis, & oſculis ſeſe inſerere velle videantur. Mi-

linus cap. 4. in Sardinia ponit, in quo errare *Salmaſio*, & aliis viſus eſt, qui in Sicilia eum fuiſſe volunt: eumque periuris non necem, ut alii volunt, ſed caecitatem tantum attuliſſe. Idem *Philoſtratus* in Vita Apollonii refert de fonte, iuxta Tyanam, Cappadociae urbem, Iovi ſacro, *qui & frigidus ebullire, &, cum ceteris foret innoxius, periuris puſtulas liventes, & vomicas facere calamitoſas dicebatur.* Idem extat apud *Plinium* lib. XXXI. cap. 2. De fonte alterius generis agit *Ovidius* Faſt. lib. V. in quo dum ſe periuri mercatores abluerent, a Mercurio petebant, ut non praeterita tantum, ſed & futura periuria aqua eluerentur:

Ablue praeteriti periuria temporis, inquit,
Ablue praeterita perfida verba fide.....
Nec curent Superi, ſi qua locutus ero.

BAVNE. At huiusmodi naturae aquas Auguſtoduni fuiſſe non reperio, nec apud citatum *Chaſſenaeum*, qui tamen nihil memoria dignum, ne leve quidem, omiſit, quo urbem ſuam Auguſtodunum illuſtraret. PATAROL. Conf. ad cap. ſeq. init. Vnde *frequentibus aquis* habuerit *Rivinus*, me latet.

Oportet odiſſe] Neſcio, quid inconcinnum in hac ſententia. An mutandum, *quae te maxime optant adiiſſe?* Non tamen muto. ACIDALIVS. Ex eo, quia ſocerum periurum paſſus es, iuxta ſupra dicta c. 15. PATAROL. Neſcio, qua de cauſſa *Acidalius* de mutando hoc loco cogitaverit. Nihil verius, & planius. Periuria maxime *odiſſe* oportebat Principem, *cuius maxime intereſt, non peierari*, ut *Plinius* ait Paneg. 65. 2. IAEGERVS.

1. *Hic Deus*] Conſtantinus. BAVNE. Conſtantinus, quem Ethnice de more *Deum* appellat. PATAROL.

Apollinis lucos] Auguſtodunum, ubi haec omnia. BAVNE. Luci fortaſſe in monte illo, ad occaſum urbis, qui *calidus* dictus ob continuam Solis reverberationem, qui tota die ibi ſplendere conſpicitur, iuxta citatum *Chaſſen.* PATAROL.

Sacras ſedes] *Sacras aedes* Vet. *Sedes* placet, non *aedes.* Supra: *immortales Deos in ſuo quemque templo, ac ſede veneramur.* infra mox: *Numinis tui ſedem.* Pro reſtaur. Scholis: *quantum me ſtudium par ſit impendere non ipſis modo litteris, ſed etiam templo, ac ſedibus litterarum.* Pacatus in Theodoſium: *quod facere magnas urbes ingreſſi ſolemus, ut primum ſacras ſedes, & dicata Numini ſummo delubra viſamus*, &c. Sed e *Bertin.* exſcriptum *hedes*, quod non capio, ſidei tamen cauſa, & quia inſolens, annotandum putavi. LIVINEIVS. *Aedes* quoque *Guelferb.* frequenter haec ſunt permutata. Vid. *Duker.* ad *Flor.* I. 7. 9. *Drakenb.* ad *Livium* V. 42. 1. *Van Dorp* Obſerv. p. 20. apud *Martialem* Epigr. XI. 35. ex *Thuaneo* notatum habeo *ſedes.* Dubia in his lectio ex Codd. auctoritate eſt conſtituenda, cum paſſim *ſedes* pro aedibus adhibeantur, ut *Melam* tuetur *Voſſius*, II. 1. 18. adde *Brouckhuſ.* ad *Tibull.* I. 11. 18. ſubſtituunt *ſedibus* nonnulli in pr. l. de Milit. teſtam. ut *Stewech.* ad *Veget.* de R. M. III. 18. & *Lindenbrog.* ad *Ammian.* p. 12. adde ibid. *Otton.* & recte, ut puto, non tamen ut cum *Theophilo*, aliisque pro *ſedetis* capiamus; illa enim poſſent ſub *aliis locis* comprehendi, quae cum *ſedibus*, id eſt, aedibus iungit Imperator, & ceteroquin vix dixeris, quae ſint alia loca a ſedetis diverſa.

Leni tepore] *Chaſſeneus* fontem maxime celebrat, quem *fontem Olei ſancti* vocat, ubi Ducum vulnera, cum victores e bello ſauciati redibant, hac aqua mundabantur. PATAROL. Vitioſe *Guelferb. tempore.*

Velle videantur] Forte *videntur.* LIVINEIVS. Noſtrum imitatus videtur *Pacatus* Paneg. 29. 4. *hi in oculis eius, atque etiam in oſculis erant.* ubi profitetur *Baunius*, ſe neſcire, apud quem *eſſe in oſculis* legatur, huius certe loci inmemor. Apud *Quinctilianum* Declam. X. 2. eſt, *ab huius oſculis, ab huius feminae cervice pendebat.* in meo Cod. eſt *oculis*, quod etiam in *Voſſian.* pr. invenit *Burmannus*; forte ſcripſit, *ab huius oculis & oſculis*; qua eadem ratione *Senecam* emendare ex ſimili lectionis varietate conatus eſt *Schulting.* ad Controv. p. 89.

2 Miraberis profecto illam quoque Numinis tui ſedem, & calentes aquas ſine ullo
ſoli ardentis indicio, quarum nulla triſtitia eſt ſaporis, aut halitus, ſed talis hau-
3 ſtu & odore ſinceritas, qualis fontium frigidorum. Dabis & illic munera, con-
ſtitues privilegia, ipſam denique patriam meam, ipſius loci veneratione, reſtitues.
4 Cuius civitatis antiqua nobilitas, & quondam fraterno populi Romani nomine
gloriata, opem tuae maieſtatis exſpectat, ut illic quoque loca publica, & tem-
pla pulcerrima tua liberalitate reparentur; ſicut hic video hanc fortunatiſſimam
civitatem, cuius natalis dies tua pietate celebratur, ita cunctis moenibus reſur-
gen-

2. *Muneris tui ſedem*] Vet. *Numinis tui*, Apollinis. PVTEANVS. *Numinis* Vet. *Bertin. Cuſpin.* Praeclare, id eſt, Apollinis, cuius prae DIs ceteris ſtudioſus, ut apparet, Conſtantinus. Supra: *vidiſti enim*, (*credo*) *Conſtantine*, *Apollinem tuum*, &c. Peccatum vero in hac eadem voce & extrema laudatione in Conſtantium Caeſarem. *Templi* quoque *Apollinis*, quod hic commemorat apud Flavienſes inſigne*, meminit & Pro reſtaur. Scholis, ſed hic quidem hoc amplius, quod aquae inibi ferventes, ſine ullo ſoli ardentis indicio, aliaque, quae ſequuntur, & quibus adeo periuria punirentur, ut ante dixit. Magna aquarum laus, ſed quae, neſcio, an ab aliis Hiſtoricis celebrata. Itaque fides ſit penes Auctorem. LIVINEIVS. Lege *Numinis*, id eſt, Apollinis, ut ſupra. ACIDALIVS. & BAVNE. *Numinis*; ſic optimi Codd., & Edd. omnes, exceptis *Rhenan. Stephan. Livin.* in quibus legitur *muneris*. *Numen* eſt Apollo, quem Conſtantinus praecipue coluit. Quod confirmant, *Baunio*, & *Patarolo* teſte, numi aliquot, in quibus ſub Apollinis forma exhibetur, addito titulo, SOLI INVICTO. IAEGERVS. *Numinis* quoque *Guelferb.* ita iam edidit *Paull. Stephanus*, & ſequentes, praeter *Rivinum*, qui *muneris* retinuit; quodque tuetur quoque *Rittershuſ.* infr. ad Noſtr. Grat. act. 4. quia pecunias fuerat largitus Imperator, in exſtruenda lavacra collapſa: ſed praeſtat vulgata. *Baunii*, quo utitur *Iaegerus*, teſtimonium vide ad cap. praeced. n. 4.

Calentes aquas] De aquis ad illam urbem calentibus nulla mentio: nec tepentes aquas in Gallia fuiſſe reperio, niſi iuxta aquas Tarbellas, in ultimo Aquitaniae littore, ubi nunc *Aqus*, & Sextias in Narbonenſi provincia, ubi nunc *Aix*; teſte *Plinio* lib XXXI. cap. 2. PATAROL.

Soli ardentis] *Moerl.* & *Gud.* mendoſe praefert *Solis.* IAEGERVS.

Halitus] Male *Guelferb. habitus.*

3. *Patriam meam*] Hanc Orationem aut *Eumenii*, aut alicuius certe Aeduenſis Rhetoris eſſe hinc liquet. BAVNE. Auguſtodunum. CELLARIVS. Aquisgranum intelligit *Fabricius* Biblioth. Latin. T. II. p. 770. ſecutus videtur *Pighii* ſuſpicionem Hercul. Prodic. p. 50. Bibracte placet *Sigonio* de Occid. imp. Opp. T. II. Part. II. p. 72. ſed, quae mox memorat, Auguſtoduno magis ſunt congrua. Confer ſupr. ad init.

4. *Fraterno*] Sic *Eumenius* Pro reſtaur. Scholis: *civitatem iſtam olim fraterno Populi Rom. nomine gloriatam*, &c. PVTEANVS. Haec intelliges ex iis, quae ſunt in Gratiar. action. *Eumenii* cap. 11. *Quaenam igitur gens toto orbe terrarum in amore Rom. nominis Aeduis ſe poſtulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliae gentes plurimis SCtis fratres P. R. appellati ſunt*, &c. *ſoli & conſanguinitatis nomine gloriari*, &c. RITTERSHVSIVS. Quia Aedui antiquo foedere Romanorum fratres haberi voluerunt: neque negarunt Romani. *Tacitus* XI. 25. adde Paneg. III. Pro reſtaur. Schol. c. 4. n. 1. CELLARIVS. & PATAROL. Conf. dicta Pro inſtaur. Schol. 4. 1.

Exſpectant] Vet. *expectat.* PVTEANVS. *Exſpectat* quoque *Schonhovii* excerpta; in *Puteolani* enim, *Rhenani*, *Henr. Stephani*, & *Rivini* Edd. eſt *exſpectant*, quod aperte vitioſum.

Illic quorum loca] Malim *quoque.* RHENANVS. *Quoque* Vet. PVTEANVS. *Quoque loca* Vet. *Bertin. Langii* Schedae, *Cuſpin.* LIVINEIVS. *Quoque* etiam *Guelferb.* & *Schonhovii* excerpta, & recte ita *Gruterus* cum ſequentibus praeter *Rivinum.* —— *Publica* mox omittit *Guelferb.*

Sicut hic video] Forte, *ſicuti video.* LIVINEIVS. *Guelferb. ſic hic video.*

Fortunatiſſimam civitatem] *Fortiſſimam*, *Bertin.* Non placet. LIVINEIVS. Treverenſem, ubi hanc Orationem dicebat. BAVNE. *Guelferb.* etiam *fortiſſimam.* Vulgatae favet ſequens *gaudeat*, & *auctior beneficiis*, quae magis *fortunam* commendant.

5. *Sideribus & caelo*] Notat hic caſuum diſcrimen,

gentem, ut ſe quodammodo gaudeat olim corruiſſe, auctior tuis facta beneficiis.
Video Circum maximum, aemulum, credo, Romano: video baſilicas, & forum, 5
opera regia, ſedemque iuſtitiae in tantam altitudinem ſuscitari, ut ſe ſideribus &
caelo digna & vicina promittant. Quae certe omnia ſunt praeſentia munera.
Quaecumque enim loca frequentiſſime tuum Numen illuſtrat, in iis omnia & ho- 6
minibus, & moenibus, & muneribus augentur: nec magis Iovi, & Iunoni recu-
bantibus novos flores terra ſubmiſit, quam circa tua, Conſtantine, veſtigia ur-
bes & templa conſurgunt. Ideoque hoc votis meis ſufficit, ut patriam meam 7
vi-

men, ut *ſideribus* ad *digna*, *caelo* ad *vicina* refe-ratur, *Wopkenſius* in Obſerv. Miſcell. Nov. T. X. p. 48.

Praeſentia tua munera] *Tua* abeſt in Vet. *Bertin.* Non video, quem ſenſum ex his eliciam. Placet *praeſentiae tuae*, idque aperte ſequentia flagitant. LIVINEIVS. Lege *praeſentiae tuae.* ACIDALIVS. & BAVNE. *Livineii* coniecturam primus in textum recepit *Cellarius*, eumque ſecuti *Patarolus*, & *Iaegerus.* Omittit quoque *tua Guelferb.* Codicum itaque lectioni magis obtemperare, quam coniecturam recipere malui. *Praeſentia munera* ſunt munera eodem hoc tempore data, adeoque etiam cum praeſens eſſet Conſtantinus. Non alio modo *beneficia praeſentia* apud Noſtr. Grat. action. 4. 1.

6. *Frequentiſſime*] Lege *praeſentiſſimum.* ACIDALIVS. Nulla emendationis neceſſitas; *frequentiſſime* Imperatores Treviros veniſſe ex hiſtoriis, & Legum in Cod. *Theodoſiano* ſubſcriptionibus notum eſt, praeſertim de Conſtantino. Conf. *Cellar.* ad Noſtr. Grat. act. 2. 1.

Numen illuſtrant] *Illuſtrat* verum eſt, non *illuſtrant*, quod alii praeferunt. nam *illuſtrat* expono adit, inviſit. Supra vide *Mamertin.* Genethl. cap. 4. LIVINEIVS. Volebam mutare *luſtrat:* ſed illo altero ubique in ea re utuntur. Paneg. Flaviens. *Vrbem illam ſola opis tuae exſpectatione viventem illuſtrare dignatus es.* Panegyr. Maximian. Aug. *has provincias tuas frequenter illuſtres. Mamertin.* Genethl. Max. Aug *Tu modo Galliae oppida illuſtraveras.* ACIDALIVS. Primus *illuſtrat* edidit *Livineius*, cum antiquiores, & in pr. *Rivinus* habeant *illuſtrant*, quod etiam eſt in *Guelferb* *Acidalii luſtrat* non probo; vide ad *Mamertin.* Genethl. 4. 2.

Et hominibus omnia] Vet. *omnia hominibus.* PVTEANVS. *Omnia & hominibus*, *Bertin.* LIVINEIVS. Lege *in his omnibus omnia & moenibus.* ACIDALIVS. Cod. *Moerl. in iis omnia & hominibus & m.* &c. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* quod reſtitui.

Augentur] Supra n. 4. *auctior tuis facta beneficiis.* ita ex Codd. *Bodleiano*, *Oxonienſi*, *Suecico*, *S. Galli* in Act. Societ. *Jenenſ.* & *Leidenſi* membranaceo, cuius ad manum ſunt variantes, lego apud *Priſcianum* Perieg. 547.

Moenibus antiquis Samothracia cernitur aucta.

non *alta.* Noſtri locum adhibuit *Waſſeus* ad *Salluſt.* Catil. 6. Vocem *munera* inluſtravi ad *Eumen.* Pro inſtaur. Schol. 17. 1.

Iovi & Iunoni] *Iovi Iunonique*, *Bertin.* Sumptum hoc de *Homero*, cuius Iliad. Ξ. hi ſunt verſus:

Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην,
Λωτόν τ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν, καὶ μαλακὸν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψὸς'
ἔεργε.

Quos vertebam:

Ollis ſubmiſit tellus herbamque recentem,
Lotumque, halantemque crocum, maeſtumque hyacinthum,
Plurimus ut molli ſurgebat in aëra ſilva.

LIVINEIVS. & BAVNE. *Moerl. Iovi ac Iunoni. Rhenan. Stephan. Cuſpin. Livin. Iovi & Iunoni; Bertin. Iovi Iunonique*, idque arripuerunt *Francof. Pariſ. Patar. Cell.* IAEGERVS. *Guelferb Iovi & Iunoni*, quod plurium Codd. ſuffragio probatum reſtitui.

Conſurgunt] Exſtruuntur, quo modo *conſurgunt horrea* tueor apud *Rutilium* Itiner. I. 149. cum *Burmanno* ad *Lucan.* VI. 109. quamvis ipſe ibid. II. 222. & ad *Virgil.* Eclog. 5 36. probaſſet *D'Orvillii* coniecturam, in Obſerv. Miſcell. T. III. p. 369.

7. Du-

videas, ducente pietate, quia ſtatim erit reſtituta, ſi videris. Sed enim iſta felicitas, viderit, an adhuc meae debeatur aetati.

Cap. XXIII. Interim, quoniam ad ſummam votorum meorum tua dignatione perveni, ut hanc meam qualemcumque vocem, diverſis otii & Palatii officiis exercitam, tuis auribus conſecrarem, maximas Numini tuo gratias ago; tibique, quod ſupereſt, commendo liberos meos, praecipueque illum, iam ſumma Fiſci patrocinia tractantem, in quem me totum tranſtulit pietas; cuius felix ſer-
2 vitus; ſi quando reſpexeris, maxime tuae conveniet aetati. Ceterum, quod de omnibus liberis dixi, lata eſt, Imperator, ambitio. Praeter illos enim quinque,

7. *Ducente pietate*] Cod. *Moerl.* *ducentem*, i. e. quae te pietate ſua invitat, & allicit: quod valde arridet. IAEGERVS. Praeſtat vulgata: ipſa Conſtantii pietas illuc eum erat ductura.

Si videris] Invitat Conſtantinum, ut Auguſtodunum divertat, eamque urbem, uti Treveros, reficiendam curet. BAVNE.

Felicitas, viderit] Rectum *viderit*, etiam *videris*. ACIDALIVS. Sic libri omnes, quos conſului, ſcripti & editi: excepto *Grut.* & *Cellarii* exemplo, quod praefert *videris*, & MS. *Gud.* qui *videas*. IAEGERVS. In *Guelferb.* deeſt *iſta* Felicitas illa, quam ſibi viventi vix obventuram ſuſpicatur, eſt ad praeſentiam Conſtantini in Auguſtodunenſium urbe referenda, & ad inſtauranda opera publica, quia haec cum praeſentia coniungit. Vtriusque voti in vita ſua compos fuit, propter ea, quae memorantur Paneg. ſeq. 1. 1. & 3. ſi ſaltem eum *Eumenio* tribuas. —— Ceterum de hac *Eumenii* aetate vide ad ſeq. Panegyr. init. & cap 4. 2. adde *Baunium* ſupr. vit. *Eumenii* p. 169.

1. *Hanc meam*] Vox poſterior deeſt in *Guelferb.*

Palatii officiis] Fuerat enim Sacrae Memoriae Magiſter, de quo officio ſupra Paneg. III. cap. 11. praeterea Maenianis Scholis a Conſtantio praefectus fuerat, quod *otii officium* vocat. BAVNE. & PATAROL. Conf ad init. huius Paneg. & ad Paneg Pro inſtaur. Schol. 6 2.

Tuis auribus] *In tuis* Vet. *Cuſpin. Rhenan.* Non placet. Hoc eſt, te auditore, & *conſecrarem* ſic dixit, ut *Pacatus* in Theodoſium: *Ille coboneſtatus affatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Rurſum: *ut crebro civilique progreſſu non publica tantum opera luſtraveris, ſed privatas quoque aedes divinis veſtigiis conſecraris.* LIVINEIVS Habita coram te oratione conſecrarem. BAVNE. Cod. *Livin. Cuſp. Rhenan. Stephan.*, quibus etiam accedit *Moerl.*, habent *in tuis aur.* quod merito diſplicet *Livineio*; adeoque hic, & *Francof.* cum poſterioribus Edd. particulam *in* recte omittunt. IAEGERVS. Habet quoque *in Guelferb.* & *Puteolani* Ed. cum pr. *Rivini.*

Fiſci patrocinia] Primarium, ut puto, Fiſci advocatum. LIVINEIVS. *Summa Fiſci patrocinia tractare* nihil aliud eſt, quam fungi munere advocationis Fiſci, ſeu eſſe Advocatum, & Patronum Fiſci, quae duo munera interdum ab uno eodemque gerebantur. Is autem cauſis Fiſcalibus pro Fiſco interveniebat, in aula apud Comitem theſaurorum, id eſt ſacrarum largitionum; in Vrbe apud Praefectum aerarii; in provinciis vero apud Procuratorem Caeſaris. Atque hic quidem nihil decernere poterat, quin prius Advocatum Fiſci audiiſſet, L. ult. C. de Advoc. Fiſc. BAVNE. Male *Baunius* duo facit munera, quod unum modo eſt; *Advocatus* a *Patrono Fiſci* non magis eſt diverſus, quam in foro advocatus a patrono cauſſae. Vid. *Guther.* de Offic Dom. Aug III. 1. p. m. 408. ſqq. IAEGERVS. Adde *Briſſonii* Antiq. III. 21. & ibi *Trekell Gothofred.* ad Cod. *Theodoſ.* T. III. p 500.

2. *Ambitio*] Petitio, & votum. LIVINEIVS. Ambitus, votum deſiderium; nec diverſe capio, quamvis vox durior ſit. PATAROL. Duriorem vocem non agnoſco. Optimis enim Scriptoribus *ambitio* eſt ſtudium, quo alicuius favorem nobis adiungere cupiamus. Vid. *Schulting.* ad *Senec.* Controv. III p. 255. *Cortium* ad *Plinii* Epiſt. III. 9. 10. V. 14. 6. hanc *latam* dicit, quia Conſtantini favorem non tantum pro ſuis filiis, ſed omnibus, quos formaverat, diſcipulis quaerere conabatur.

Enim] Male Cod. *Moerl.* omittit. IAEGERVS.

Meos numero] Sic Lucilio, diſcipulo ſuo, ſcribebat *Seneca* Epiſt. 34. *Aſſero te mibi, meum opus es.* PATAROL.

Ad tutelam fori] Ad cauſas agendas, & clientes defendendos. PATAROL.

Ex

que, quos genui, etiam illos quaſi meos numero, quos provexi ad tutelam fo-
ri, ad officia palatii. Multi quippe ex me rivi non ignobiles fluunt, multi ſe-
ctatores mei etiam provincias tuas adminiſtrant, quorum ſucceſſibus laetor, o-
mniumque honorem pro meo duco, &, ſi forte hodie infra exſpectationem mei
dixero, in illis me confido placuiſſe. Si tamen hoc quoque tuum mihi Numen 3
indulſerit, ut ex hac oratione non eloquentiae, quod minimum eſt, ſed quantulae-
cumque prudentiae, & devotae tibi mentis teſtimonium referam, cedant priva-
torum ſtudiorum ignobiles curae; perpetua mihi erit materia dicendi, qui me
probaverit, Imperator.

Ex meri humo ignobiles] Forſan *ex mea humo.* Dura metaphora. RHENANVS. Vet. *ex meri vino.* Forte leg. *multi quippe ex me rivi nobiles fluunt*, vel *M. q. ex me rivi non ignobiles.* PVTEANVS. Foeda labes. ſed quam ſub manu, & in veſtigio, quod aiunt, olim citra libros correxi, *ex me rivi non ignobiles*, &c. *Rivos* appellat, quos proxime *ſectatores* ſuos, id eſt, diſcipulos, venuſta, & in primis elegante metaphora. Atque eam lectionem in *Langii* Schedis, *Cuſpin.* diſertim poſt repperi. In *Bertin.* eſt, *ex meo rivo ignob.* &c. non obſcuris eius, quod repoſuimus, veſtigiis. LIVINEIVS. Ad marginem *Rhenanus*, *ex mea.* ſed & *humo* non convenit, &, quod *ignobiles* dicit, plane contra ſententia vult. Legendum forte, *ex mea domo non ignobiles.* ACIDALIVS. Locus hic, foeda antea labe corruptus, ſanitatem debet ingenio *Livineii*, qui citra libros medicam ei manum feliciter admovit. In Ed. *Rhenan. Stephan.* & contextu *Livin.* legitur, *multi quippe ex meri humo ignobiles fluunt.* In not. *Schonhov.* proxime verum legitur, *ex me vivi non ignobiles.* In Cod. *Put.* ut & *Gud.* pro *humo* eſt *vino.* Ex quo *Puteanus* facile eruit, *ex me rivi nobiles*, vel *ex me rivi non ignobiles.* Haec vero eſt ipſiſſima emendatio *Livineii*, quam diſertim poſt reperit in *Lang.* & *Cuſp.*, excepto, quod hic pro *fluunt* mendoſe exhibet *fiunt.* Lectionem ſic emendatam amplexi ſunt editores *Francof. Pariſ. Patar. Cellar.* IAEGERVS. Corrupta in Ed. *Rhenani* lectio iam eſt in antiquiſſima *Puteolani*, & in prima ſervavit *Rivinus.* Locum primus dedit emendatiorem *Gruterus*, quem ceteri ſecuti; adſtipulantur autem Codd., in quibus eſt, *ex meri vino ignobiles*; ſi enim diſiungantur male cohaerentes ſyllabae, facile vulgata exit. Vnde autem in ſec. Ed. hauſerit *Rivinus*, *ex me viri non ignobiles*, ignoro; forte ex coniectura, & veſtigiis ſcripturae in *Schonhovii* apud *Iaegerum* excerptis, neque haec lectio adſpernenda videtur: propter *ſectatores* tamen, & *fluunt* duxerim *rivi* convenientius. Pertinet huc, quod *irrigare* aliquando de adoleſcentum inſtitutione occurrat. Vid. Obſ. Miſcell. Amſtel. T. IX. p. 185.

Fluunt] *Fiunt*, *Cuſpin.* inepte. LIVINEIVS.

Etiam provincias] Cod. *Moerl.* τὸ *etiam* omittit. IAEGERVS. Similiter *Guelferb.* & abeſſe poſſet.

3. *Sed tamen hoc*] *Si tamen* Vet. *Bertin.* Praeclare. LIVINEIVS. Sic *Cuſpin. Rhenan. Stephan. Livin.* Praeclare vero Cod. *Livin.* & *Bertin.* *Si tamen*; quod deinceps ab omnibus Editoribus eſt receptum. IAEGERVS. *Si* etiam *Guelferb.* recte hoc recepit *Gruterus*, & ſequentes praeter *Rivinum.* —— Mox *Guelferb.* inverſo ordine, *mihi tuum.*

Nimium eſt] Cod. *Moerl.* habet, *minimum eſt*; falſo. IAEGERVS. Etiam *Guelferb.* eaque, ni fallor, vera eſt *Eumenii* manus, quam ideo reddidi, prae vulgato ab omnibus *nimium*, quae paſſim permutata inveniuntur. Vid. *Drakenb.* ad *Livium* XXXIV. 15. 6. XXXVI. 9. 8. Sententia enim eſt, ſi hodie minus in dicendo exſpectationi ſatis fecerim, cedant privatorum ſtudiorum curae, id eſt bene dicendi ſtudium, ſi modo devotae Tibi mentis teſtimonium referam, quod maius eſt, cum idem eloquentiae ferre ſit minimum. Pluris certe *Eumenio* erat, ex devota mente apud Imperatorem probari, quam eloquentem cenſeri.

Cedant] Vitioſe *Guelferb.* *cedat.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 2. lin. 12. b. *fuit* lege *fuit.*
Pag. 3. lin. 1. a. *Ganethliacum* lege *Genethliacum.*
——— ——— 17. a. *Teshenmacker* lege *Teſchenmaker.*
——— ——— 25. a. *Authol.* lege *Anthol.*
——— ——— 28. a. *Rvinius* lege *Rivinus.*
——— ——— 41. a. *mentis* lege *meritis.*
Pag. 4. lin. 36. b. *Tarubii* lege *Tarutii.*
——— 5. lin. 2. a. την lege τὴν.
——— ——— lin. 41. b. αιτιολογιαν lege αἰτιολογίαν.
Pag. 6. lin. 4. a. *defectus* lege *defectus.*
——— ——— 4. b. *cognominareur* lege *cognominaretur.*
——— ——— 33. b. *adcuratuis* lege *adcuratius.*
Pag. 7. lin. 13. a. ἀπό lege ἀπὸ.
——— ——— 35. a. *Qunictilian.* lege *Quinctilian.*
——— ——— 14. b. *indicavit* lege *iudicavit.*
——— ——— 15. b. *Famiam.* lege *Famian.*
Pag. 8. lin. 2. a. *Sulpicum* lege *Sulpicium.*
——— ——— 35. a. *teſtans* lege *teſtaris.*
——— ——— 18. b. *Corpegnae* lege *Carpegnae.*
Pag. 9. lin. 8. a. *Pauſanius* lege *Pauſanias.*
——— ——— 20. a. δε τω lege δὲ τῷ.
——— ——— 21. a. ἐν lege ἐν.
——— ——— 23. a. τὴν ἀκριβειαν lege τὴν ἀκρίβειαν.
——— ——— 14. b. *edidit*i lege *edidit.*
Pag. 10. lin. 27. a. *qua* lege *de qua.*
——— ——— 29. a. *Sulpicum* lege *Sulpicium.*
——— ——— 1. b. poſt *Livium* Praefat. §. 3. adde: *Moller.* Diſſert. Iurid. p. 28.
Pag. 11. lin. 29. b. *Bertinenſ.* lege *Bertinienſ.* & lin. 33. & 38.
Pag. 12. lin. 4. a. *iuduci* lege *induci.*
——— ——— 25. b. *praefixerit ita: Noriſius*, interpunge, *praefixerit: ita Noriſius.*
——— ——— 41. b. *ſribit* lege *ſcribit.*

Pag. 13. lin. 2. a. *incertum* lege *incertam.*
——— ——— 14. b. *Aneid.* lege *Aeneid.*
——— ——— 36. b. *Carios* lege *Curios.*
Pag. 15. lin. 2. a. *ſit* lege *ſis.*
Pag. 17. lin. 2. b. Τέῤῥος lege Γέῤῥος.
——— ——— 33. b. ισον & τουτων lege ἴσον & τούτων.
Pag. 18. lin. 1. a. *liteae* lege *literae.*
——— ——— 34. a. *pro deducto* lege *pro diducto.*
——— ——— 40. a. *Daunbio* lege *Danubio.*
——— ——— 4. b. *Genethliae* lege *Genethliac.*
Pag. 19. lin. 21. a. *victoria* lege *victores.*
Pag. 20. lin. 12. a. *Ammien.* lege *Ammian.*
——— ——— 27. a. *Criſius* lege *Cruſius.*
——— ——— 37. a. poſt PATAROL. inſere: Auratos radios innuit, ςέμματος & coronamenti genus, quod regi Latino tribuit *Virgil.* Aeneid. XII. 163. & numi in Imperatorum aliquot capitibus, praecipue Auguſti, Probi, & huius ipſius Maximiani exhibent; ut recte ad h. l. obſervant *Livineius*, & *Baunius.* Solebant radii ſignis Deorum apponi; inde adulatio eos Principibus non modo conſecratis, ſed etiam vivis adhuc tribuit. Vid. *Lucan.* VII. 458. *Lipſ.* ad *Tacit.* Annal. I. 10. *Plin.* Paneg. 52. 1. *Horum unum ſi praeſtitiſſet alius, illi iam dudum radiatum caput*, cet. ubi vid. *Schwarz.* Add. *Plutarch.* πρὸς ἡγεμ. ἀπαιδευτ. p. 1397. Ed. *H. Steph.* & *Lucian.* Timon. T. I. Ed. *Graev.* p. 154. IAEGERVS.
——— ——— 8. b. *deſtinguam* lege *diſtinguam.*
——— ——— 44. b. *Schegt.* lege *Schegk.*
——— ——— 45. b. *Graevium* lege *Graevius.*
Pag. 21. lin. 32. b. dele *Quem Codicem* —— *veterem intelligit*, & repone: Per *Viennenſem Codicem* intelligit *Baunius* Editionem *Cuſpiniani*, Viennae editam.

Pag.

Pag. 22. lin. 31. b. inſere: Ex his patet, *Goldaſtum* ad *Valerian.* de bon. diſciplin. ſermon. p. 36. male *perpeti* habere infinitivum a *perpatior*, ut *perpeti tranſigere* ſit eadem conſtructione, atque *patior facere*, & ſimilia, quamvis interpunctionem poſt *perpeti* recte cenſuerit delendam, quae in nonnullis Edd. exſtat.

Pag. 23. lin. 2. a. *δέ* lege *δὲ*.

——— 3. a. *ἀντεποσήσατο* lege *ἀντεποιητήσατο*.

——— 4. a. *ἦψατο* lege *ἥψατο*.

——— 5. a. *κοίνανὸν* lege *κοινωνὸν*.

——— 7. a. *Μαξιμιανον* lege *Μαξιμιανὸν*.

——— 8. b. *Bargandas* lege *Baogandas*.

——— 23. b. poſt BAVNE. inſere: Fallitur *Baunius*. *Schwarzius*, rationibus accuratius ſubductis, in Proleg. ad hunc Panegyricum §. 5. oſtendit, eum dictum fuiſſe A. C. CCLXXXIX. Galerius vero & Conſtantius Chlorus adoptati, declaratique ſunt Caeſares A. C. CCXCII. cum *Mamertinus* iam alterum Genethliacum dixiſſet, uti idem Vir ſummus ſatis probabiliter docet in Proleg. ad Paneg. ſequentem §. 7. Rectius igitur ſic expoſueris: cum ad reſtituendam poſt priorum temporum labem rem publicam Princeps modo, divina origine clarus, (qualis ferebatur Diocletianus,) ac ne is quidem unicus, ſufficeret; ſed alter adhuc deſideraretur, cuius genus itidem cum Diis coniunctum eſſet. Diocletianus generis ſui auctorem Iovem, Maximianus Herculem haberi voluit. Vid. infr. c. 7. & *Schwarz.* in Proleg. ad ſeq. *Mam.* Paneg. Genethl. §. 4. IAEGERVS.

——— 39. b. *Nicodemiae* lege *Nicomediae*.

Pag. 24. lin. 28. b. *Diocletiana* lege *Diocletiano*.

Pag. 25. lin. 35. b. poſt SCHWARZIVS. inſere: Herculis virtute gigantas, caeleſte regnum affectantes, repulſos eſſe narrant Poetae. *Horat.* II. 12. 5. ſeqq.

Domitosque Herculea manu
Telluris iuvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris.

Seneca Herc. fur. v. 444. ſq.

Poſt monſtra tot perdomita, poſt Phlegram impio.
Sparſam cruore, poſtque defenſos Deos,
Nondum liquet de patre?

Macrob. Saturn. I. 20. *Ipſe* (Hercules) *creditur & gigantes interemiſſe, cum pro caelo pugnaſſet, quaſi virtus Deorum.* add. *Claudian.* de IV. Conſul. Honor. v. 532. ſeqq. ibique *Geſner.* IAEGERVS.

Pag. 26. lin. 13. b. *Ec hiſce* lege *Et hiſce.*

——— 30. b. poſt SCHWARZIVS. inſere: Quum alii libri habeant *& hiſce terris*, niſi vera eſt, certe haud abhorret a veriſimilitudine, correctio *Lindenbrogii* ad Anthol. Lat. I. p. 22. *biformium & excetris fuit.* Haec Bibliotheca Critica. Correctione hac probata habemus exemplum utriusque caſus coniuncti cum adiectivo *ſimile*, quemadmodum apud *Salluſt.* Cat. 33. 1. *patriae* & *fama* atque *fortunis expertes* iunguntur; ubi vid. *Cort.* Eadem variatio in iis, quae adhaerent ſubſtantivis, e g. *Gell.* N. A. III. 16. *Eodem nomine & eiusdem argumenti comoedia*, non inſolens eſt. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 27. lin. 33. a. *incmendatum* lege *haud emendatum.*

——— 16 b. poſt SCHWARZIVS. inſere: Sine dubio reſpicit, quod gigantes *Ovidio* dicantur *anguipedes*. Simili ratione Centauri dicuntur *gemini*, *Ovid.* Met. II. 630. *biformes*, ib. v. 664. *bimembres*, eidem *Ovidio* Ep. Her. II. 71. & Met. XV. 288. *Virg.* Aen. VIII. 293. vid. *Gronov.* ad *Sen.* Herc. fur. v. 93. & ipſum *Schwarzium* ad *Mam.* Genethl. c. 3. De Bagaudis conſ. *Baſnag.* Annal. Polit. Eccleſ. ad A. CCLXXXV. n. 11. *Rittershuſ.* ad *Salvian.* de Gub. D. p. m. 50. *Heumann.* in Addend. Ed. *Eutrop. Gruner.* ad p. 172. ubi ex voce *Bugad*, i. e tumultuatio, natum eſſe cenſet vocabulum *Bagaud*. Satis probabiliter. Ex Francorum lingua id nomen ortum eſſe non videtur. Franci ea tempeſtate nondum in Gallia ſedem ceperant. Praeter ea *Eutrop.* IX. 13. *ruſticanos tumultuantes* dicit *factioni ſuae Bagaudarum nomen impoſuiſſe*; quod proinde tam ignominioſum eſſe haud potuit. IAEGERVS.

——— 20. b. *veſtaverant* lege *vaſtaverant.*

Pag 28. lin. 15. b. *Teſchenmek.* lege *Teſchenmak.*

——— 21. b. *quis Germaniae* lege *gens Germaniae.*

Pag. 29. in contextu lin. 2. *am inſperat am* lege *tam inſperatam.*

Pag. 30. lin. 8. b poſt *p.* 640. inſere, & Origin. Francic. I. 5. & II. 1.

Pag. 32. lin 20. a. poſt GRVTERVS. inſere: Imago, uti monet Bibliotheca Critica, ducta ex *Homer.* Iliad. E. v. 85. ſqq. Hinc quoque colorem duxit Paneg. Incert. de Conſtantino Aug. 9. 5. Sed uterque verborum ornatum ex Latinis as-

aſſumſit Poetis, qui *Homericam* imaginem expreſſerant, veluti *Lucret.* I. 287. *Virgil.* Aen. II. 496. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 32. lin. 4. b. poſt *Internicione*] inſere: Non dubium, quin adumbrata ſit oratio ex *Cic.* pro L. Manilia c. 9. —— *tanta fuit* (noſtra calamitas) *ut eam ad aures L. Luculli non ex praelio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret.* Addi poteſt huic loco, in Bibliotheca Critica indicato, ſimilis *Senecae* de Ira lib. I. c. 11. *Cimbrorum, Theutonorumque tot millia ſuperfuſa Alpibus ita ſuſtulit, ut tantae cladis notitiam ad ſuos non nuntius, ſed fama pertulerit.* Omnino ſaepius ſic Hiſtorici cladis magnitudinem declarant. *Ioſeph.* B. I. III. 9. 5. *Διεσώθη γὰρ οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλὰ αὐτομάτη διεκήρυσσε ἡ φήμη τὴν ἅλωσιν* (Iotopatae) *οἰκεῖα φύσει τῶν σκυθρωποτέρων.* IAEGERVS. Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 35. lin. 3. a. poſt SCHWARZIVS. inſere: Formulam *Ciceronianam* eſſe monet Bibliotheca Critica, petitam ex Orat. pro M. Marcello c. 1. *Tantam enim manſuetudinem, —— tam denique incredibilem ſapientiam, ac paene divinam tacitus nullo modo praeterire poſſum.* Ceterum non adeo neceſſarium videtur huic Viro docto, quod *Schwarzius* in fine huius loci vocem *opera* revocat, ut oratio ita expleatur: *unoque ſol curriculo ſuo, eoque breviſſimo, & officia te Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris opera implentem?* Quis enim dubitet, quin *officia* quoque ad vocem *Imperatoris* pertineant? Contra vero in Bibliotheca Philologica *Schwarzius*, propter vitium ſagaciter indagatum, laudatur; orationis enim concinnitatem ante vocem *Imperatoris* verbum aliquod requirere, quod alteri *officia* reſpondeat: —— deſiderari quidem exemplum locutionis *implere opera*, ſed haec talia facilem & paratam excuſationem habere ex ipſius orationis, membris ſibi invicem oppoſitis contextae, figuratione. Haec ſatis probabiliter diſputantur. Verbo *officia* bene & *συνωνύμως* reſpondet alterum *opera.* Vid. *Gronov.* ad *Sen.* Phoeniſſ v. 108. nec eſt, quod locutio *implere opera* quemquam offendat, cum ſimili fere ratione apud *Herodot.* II. 117. *τὸν νόμον ἐκπλῆσαι*, in *Claudiani* Carm. de Nupt. Hon. & Mar. v. 255. *explere labores* uſurpetur. Taceo formulam *πληρῶν τὸ ἔργον* in libris N. Teſt. obviam. Denique Librarii omittendis, vel depravandis, quam intrudendis vocabulis, ſaepius peccare ſolent. IAEGERVS. in Adpend. Obſ. ad Panegyr.

———— 43. a. poſt *vix audeo* inſere: vel enim illae ſunt corruptae, vel ex *Triboniani* arbitrio adſcriptae, quod iam monuerunt *Baſnage* Annal. T. II. p. 450. & *Noriſius* de Num. Diocles. Diſſ. I. cap. 3. niſi malis Maximianum, quamvis adhuc Caeſarem, dici tamen Auguſtum ex more, quo duorum Impp. nomina poſuit *Tribonianus*, quorum alter diu poſt latam legem demum factus eſt Auguſtus, de quo Vir Eruditus in Obſerv. Miſcell. T. IV. p. 281. quo tunc etiam referenda ſunt exempla, quae dedi pag. 29.

Pag. 40. lin. 14. b. poſt IVRETVS. inſere: V. Cl. *Henricus Stephanus* legit *arbitriorum*, quod nimium quantum a vulgata ſcriptura recedit. Ego minima mutatione, *qui tuorum eſſet armorum.* MEVRSIVS. Exercit. Critic. Part. II. lib. IV. cap. 19.

———— penult. dele: *adde Meurſium Exercit. Crit.* p. 229.

Pag. 41. lin. 15. b. poſt GRVTERVS. inſere: Bibliotheca Critica addit ſimilem huic locum ex *Eumenii* Paneg. ad Conſtantin. Aug. c. 11. ſ. 1. & praeterea monet, utrumque colorem duxiſſe ex *Ciceronis* Orat. de Provinc. Conſul. c. 14. & in L. Piſon. c. 33. IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 43. lin. 3. & 4. b. inſere:

1. *Diu aemula*] Dictio eſt, iudice Bibliotheca Critica, *Salluſtiana*, Catil. c. 10. *Carthago, aemula imperii Rom. Vellei.* lib. II. c. 1. *remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii aemula*, ubi vid. *Ruhnkenius.* IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 44. lin. 8. in contextu pro *Rhaetiae* lege *Raetiae.*

Pag. 45. lin. 24. b. idem vitium corrige.

———— 47. poſt *Lucani* locum inſere: infr. Genethl. 5. 4. & ita *Eumenius* Conſtant. 3. 3. *terminos virtute protulerant.*

Pag. 51. lin. 22. a. poſt *Eſadech* inſere: *Genneboud* probat *Pontanus* Origin. Francic. III. 6. & IV. 3. ſed *Eſatech* putat corruptum.

———— 26. a. poſt *Wagenaarii* locum adde: quamvis id ex huius loci auctoritate in illis Annalibus ſcripſiſſe videatur *Brouwerus.*

Pag. 52. lin. 1. a. pro *Conſtantino* lege *Conſtantio.*

Pag. 58. in contextu lin. 2. pro *paene* lege *pene.*

———— lin. 11. b poſt BAVNE. inſere: Carauſius, de quo vid. *I. Douſae* Batav. p. 33. ſq. Memoriam eius, ex numis terra erutis, illuſtrat *Hiſtoire de Carauſius*, par *Genebrier*, *a Paris.* 1740. 4. item *The Medallic Hiſtorij of Carauſius* —— *by W. Stuckeleij*, *London.* 1757. 1759. 4. cuius commenta, veritati rerum addita, recte ſper-

ſpernit *Gibbon*, *in Hiſt. of the decline and fall of the Rom. Emp.* cap. 13. & not. 25–30. Eodem fere tempore, quo Carauſius in Britannia purpuram ſumſit, vel non multo poſt, floruiſſe fertur *Oſſianus*. Pro argumento habetur Carmen inſcriptum *the War of Caros*, i. e. ut *Iac. Macpherſonus* contendit, *Bellum Carauſiacum*. Sed vid. Cel. *Sprengel Geſch. van Grosbritannien* I. Th. 2. cap. p. 44. ſq. ubi non modo res geſtae Carauſii narrantur, ſed & fabulae *de Carsdike*, ſeu Carauſii foſſa, nec non de epinicio *Oſſiani* refelluntur. A Carauſio S. Albanus Fabris liberalibus ius hetaeriae impetraſſe traditur. Sed ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς. IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 32. lin. 37. & 38. b. inſere:

Saxa rapiatur] Niſi locum *Euripidis* Med. v. 1306. ante oculos habuit Rhetor, certe ab illo ad alios haec ſententia venit. Conf & *Virgil.* Aen. XII. 892. Haec debentur Bibliothecae Criticae. IAEGERVS. in Adpendic. Obſervat. ad Panegyr.

Pag. 79. lin. 36. b. pro *Conſtantinum* lege *Conſtantium.*

Pag. 91. lin. 3. a. poſt *Incert.* inſere *Conſtantino.*

Pag. 102. lin. 32. a. poſt *Nemora*] inſere: Quamquam ſententia non abſurda, tamen Bibliotheca Critica pro *nemora* malit *maria*, quod, niſi ab Auctore ſit, tamen eiusmodi eſt, ut ita ſcribere debuerit. Habet hoc magis efficacem oppoſitionem ad *terras*, & eſt ita de Hercule proditum, & a Rhetoribus frequentatum. *Plutarch.* Theſ. p. 4. A. dicit, Herculem καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν. *Ariſtides* T. I. p. 32. Ἡρακλῆς —— ἐκάθηρε τὴν Ἑλλάδα —— πάντας ἐφεξῆς ἐπιὼν τούς τε ἐν ταῖς νήσοις, καὶ τοὺς κατ᾽ ἤπειρον. Et continuo: Λῃστὰς δὲ χερσαίους τε καὶ θαλαττίους —— πανωλεθρίᾳ διαφθείρων. Et paucis interiectis dicitur οὐ μόνον γῆν καὶ θάλατταν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα (pulſis avibus Stymphalicis) ἐλευθερῶσαι. *Arrianus* Indic. p. 524. περὶ Ἡρακλέους λέγουσιν, ἐπελθόντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν· καὶ καθήραντα ὅ, τι περ κακόν. *Liban.* T. I. Orat. Baſil. p. 106. Hercules dicitur ἀνακαθαιρόμενος γῆν τε καὶ θάλατταν. Maiorem ſimilium locorum copiam ſi quis deſideret, inſpiciat Bibl. Crit. Vol. III. P. 1. p. 48. IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 109. lin. 42. b. poſt BAVNE. adde: Elegans locus, quem cum exemplo, unde ductus eſt, ſcilicet *Cicer.* Orat. pro L. Manil. c. 1. *Vnde illam* —— *ad quietem*, confert Bibliotheca Critica, & addit, Rhetorem *Ciceronianam* ubertatem ad breviorem orationem contraxiſſe, &, quod de ſuo adiecerit, ſi quidem proprium eius ſit, *ne ipſa quidem victoriarum veſtrarum laetitia*, hac igitur figura ſententiae vim mirifice auxiſſe. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 121. lin. 45. a. poſt SCHWARZIVS. adde. Comparatio ab oculis ducta, quamquam veriſſima, frigere videtur Bibliothecae Criticae. *Schwarzii* correctionem *qua ſolem* iam propoſuit *Daviſ.* ad *Caeſ.* B. C. I. 39. & confirmavit loco *Pacati* c. 2. ſ. 1. —— *ab ultimo Galliarum receſſu, qua littus Oceani cadentem excipit ſolem.* IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 140. lin. 7. b. poſt SCHWARZIVS. adde: *Lindenbrogius* ad Conſol. ad Liviam Aug. v. 136. *totis* tuebatur ex *Tertulliano* de Spectacul. 16. *Nuntiant invicem, quod ſimul ab omnibus viſum eſt.* Bibliotheca Critica. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 159. lin. 32. b. pro *gentes* lege *vires.*

Pag. 175. lin. 21. b. poſt *haberi debuit* adde: *Tillemontium* ſecutus ad hunc quoque annum refert *Scheijb.* Diſſert de Tabul. *Peutinger.* cap. 1.

Pah. 182. inter lin. 10. & 11. a. inſere:

2. *Perturber*] Bibliotheca Philologica bene monet legendum eſſe *perturbor.* IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr. Vulgatum ex uſu ſubiunctivi ſervo.

Pag. 183. lin. 15. b. poſt IAEGERVS. adde: Ablegavi Lectorem ad *Manutii* Commentar. in *Cicer.* Ep. ad Attic. I. 19. ubi ad verba, *Aedui fratres noſtri*, monet, Senatum, cognita Aeduorum fide, *Fratres Conſanguineosque* ſaepenumero illos appellaviſſe, teſtesque laudat *Caeſarem*, *Plutarchum*, *Strabonem*, *Tacitum.* Sed, auctore Bibliotheca Philologica, debebam annotare *Ciceronis* locum ex Ep. ad Trebatium lib. VII. 10. *Vna noſtra* —— *congreſſio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Aedui.* IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pap. 186. lin. 11. b poſt CELLARIVS. adde: Vitioſa ſupereſt lectio *irrogaret*, quam intactam reliqui, contentus adtuliſſe *imploraret*, *invocaret*, a *Cellario* iam propoſitas. Bibliotheca Philologica tutiſſime *imploraret* reponi potuiſſe pronuntiat. Id ſi repoſuiſſem, aliusque deinde Cenſor ad ductus verbi *irrogaret* propius accedere *invocaret* iudicaviſſet, non haberem, quod ei referrem. IAEGERVS. in Adpendic. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 189. lin. 18. a. poſt PATAROL. adde: Vitium in voce *indolem*, quod Interpretes non viderunt, deprehendit Bibliotheca Philologica, re-

reſcribitque *iuventutem.* Debebam docere exemplis, *indolem* pro ſobole dici. *Seneca* Thyeſt. 492.

> *Et ipſum & una generis inviſi indolem*
> *Iunctam parenti cerno.*

Indoles hic dicuntur tres Thyeſtae filii, quos Atreus v. 523. alloquitur:

> *Vos quoque, ſenum praeſidia, tot iuvenes meo*
> *Pendete collo.*

Salvianus Epiſt. 4. *Perorans quondam pro periculo exiſtimationis atque incolumitatis ſuae in Romano foro Servius Galba, cum ob difficultatem negotii, & invidiam facti ſui parum non modo in cauſa, ſed etiam in eloquentia ſpei poneret, arte uſus eſt, ut iudicum animos, quos inflectere precum ambitione non poterat, rerum tentaret affectu. Itaque, conſumtis iam admodum cunctis oratoriae artis ingeniique ſubſidiis, cum parum ſe promoviſſe intellexiſſet, parvulum, quem ſecum habebat, Galli, —— clariſſimi, & nuper mortui viri filium, & parvas ante ſubſellia auditorum indoles ſuas in conſeſſu iudicum conſpectuque produxit.* Conf Epiſt. 8. & Commentar. *Rittershuſ.* p. m. 122. Quae hic *parvae indoles* dicuntur, *Ciceroni*, in eadem re narranda, de Orat lib. I. c. 53. *filii parvi* ſunt, *Valerio Max.* lib. VIII. c. 1. n. 2. & *Quinctiliano* Inſtit. Or. lib. II. c. 15. ſ. 8. *liberi parvuli*, & in Epit. *Liv.* lib. XLIX. *filii praetextati.* Quemadmodum *ſoboles* de ſingulis unius hominis liberis dicitur, ut *Lucan.* II. 331. *tertia ſoboles*, & de ſobole univerſa, non modo hominis, ſed & regionis, vel civitatis, (ut *Horat.* Carm. IV. 3. 13. 14. *Romae ſoboles*) ſic a *Seneca*, & *Salviano* *indoles* pro filiis viri alicuius, ab *Eumenio* pro iuventute Galliarum uſurpatur. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 195. lin. 34. b. poſt PATAROL adde: De hoc loco Ill. *Heynius* Opuſc. Acad. Vol. II. p 305. ita iudicat: „ An Herculem Muſageten Fulvius, *in Graecia cum eſſet imperator, acceperit*, ut *Eumenius* tradit, admodum dubitamus, cum nondum ulla eius rei in vetere Graecia auctoritas occurrerit; ſin is recte id adfirmavit, Herculis Muſagetae nomen vix aliunde ortum videtur, quam ab artificis opere aliquo inſigni, qui Herculem cum Muſis exhibuerat, eo forte conſilio, ut praeclara facta Muſarum praeconiis decorari ſignificaret." IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 200. lin. 26. b. poſt IAEGERVS. adde: *Lactantius* lib. I. c. 11. ſ. 39. *Iupiter ſine contubernio coniugis, filiaeque coli non ſolet.* vid. *Dauſq* ad *Sil. Ital.* lib. X. vs. 431. — 34. qui numum exhibet Antonini Pii, in cuius altera facie trium iſtorum Deorum ſymbola ita coniunguntur, ut aquila inter noctuam & pavonem medio loco conſiſtat. Ex religionibus Samothracicis rem repetunt non nulli, & phyſica ratione interpretantur. Vid. *Macrob.* Sat lib. III. c. 4. add. *Rycq.* de Capit. c. 13. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 207. lin. 28. b. poſt IAEGERVS. adde: Probo emendationem *Acidalii*, reſcribentis *praeconium*, quod, Bibliotheca Philologica recte monente, vis oppoſitionis & concinnitas membrorum requirit. IDEM. Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 220. lin. 19. a. poſt *Mamertini* locum adde, *Ciceron.* pro Marcell. 3. *quem praeſentem intuemur.*

Pag. 223. lin. 23. a. pro *Eumenius Conſtantin.* lege *Incertus Conſtantin.*

Pag. 226. lin. 6. a. poſt *cap.* 17. adde; & late *Scheijb* Diſſert. de Tab. *Peutinger.* cap. 1. p. 8.

Pag. 252. lin. 43. b. *Conſtantino* 16. 11. lege *Conſtantino* 16. 1.

Pag. 256. lin. 16. a. poſt *Eumenii* locum inſere: *Schoepflinus* tamen in Inluſtr. de Britann. Hiſt. controv. c. 1. §. 2. Geſoriaci portum ab Iccio diverſum ſtatuit, hunc autem Bononiam inter & Caletum eſſe quaerendum Vid. Muſeum Hagan. T. II. p. 186.

Pag. 260. lin. 11. b. poſt *init.* adde: Quamvis in *Livineii* Vet. *terra* abſit, & *continens* ſufficere queat, tamen plenam locutionem exemplis adſerit *Cortius* ad *Salluſt.* Iugurth. 12. 5.

Pag. 261. lin. 18. b. poſt IAEGERVS. adde: Lectionem Codd. *Scaldis* bene tuetur Cl. *Hummelius, Handb. der alten Erdbeſchr. I. B. I. Th. p.* 105. *Eumenium*que non modo de ea regione, quam Scaldis interfluit, ſed ſimul etiam de illa, quae divortio Rheni & inſula Batavorum continetur, loqui monet. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 263. lin. 20. a. poſt *cum verbi periculo*] inſere: Haec multum lucis accipiunt ex *Moeſeri Osnabruck Geſch. I. Th p.* 93. ſqq. & 163. ſq. (Ed. 1780.) IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 264. lin. 32. b. poſt IAEGERVS. adde: Vocem *aquis*, ad quam refertur *ſubiacentibus*, textui debebam inſerere, recte monente Bibliotheca Philologica. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Paneg.

Pag.

Pag. 268. lin. 7. b. poſt IAEGERVS. adde: Commendatam a *Puteano* lectionem *exercitio ſqualidi ruris*, textui debebam inſerere, recte monente Bibliotheca Philologica. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 288. lin. 13. b. poſt IAEGERVS. adde: Emendationem *Pataroli* textui debebam inſerere, recte monente Bibliotheca Philologica. IDEM. in Adpend. Obſerv ad Panegyr.

Pag. 289. lin. 2. a. poſt IAEGERVS. adde: I. e. in ſedes alias victoris arbitrio tranſlatorum, interprete *Geſnero* in Prael. II. de Navigat. extra columnas Herc. addita Orphicis p. 481. ubi plura de praedonibus Francis adferuntur. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 293. lin. 5. b. poſt RITTERSHVSIVS. adde: Verba hunc in modum emendanda ſunt, & interpungenda: *ſicut poſtea tuo, Maximiane Auguſte, nutu Nerviorum & Treverorum arva iacentia Laetus, poſtliminio reſtitutus, & receptus in leges Francus excoluit.* Scilicet dormitabam, cum in voce *laetus* nomen nationis non agnoſcerem, immemor eorum, quae de iis tradit *Tillemont. Hiſt. des Empereurs*, in Diocletian. art. 8. *Eumene nous aprend, qu'Hercule avoit peuplé les endroits incultes des paijs de Cambraij, & de Treves, en y mettant des François, qui s'étoient ſoumis aux Romains, & des Letes, qui étoient, dit-on, une nation Gauloiſe d'origine, mais qui ayant depuis été, transportée en Allemagne parmi les barbares, paſſoit auſſi quelque fois pour barbare. —— On prétend, que le nom ſe conſerve encore par la riviere de la Lis en Flandre, & par l'Abbaye de Lieſſies en Hainaut.* Nomen *Laetorum* a Germ. *ledig*, i. e. vacuus, propter migrationem illorum in fundos vacuos, ſive arva iacentia, deducitur in opere *De l'etat civil des perſonnes, & de la condition des terres dans les Gaules* —— Veſont. 1785. 4. auctore *Perveciot*, cuius T. I. L. IV. & V. multa de Laetis, ſed non ſatis certa & explorata, adferuntur. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 295. lin. 9. b. poſt IAEGERVS. adde: Hi ſunt *artifices transmarini*, quorum fit mentio Paneg. III. c. 4. ſ. 3. de his ita Bibliotheca Philologica: „ Novum plane nobis accidit, quod „ narratum legimus, artifices transmarinos a „ Conſtantio Chloro ex Britannia, in fidem re- „ cepta, arceſſitos fuiſſe in Gallias, ad publica „ aedificia reſtauranda, & privatas domos reficiendas, quaſi artes fere omnes iam dum ex „ imperio Romano profugiſſent. Interpretes hic „ omnes nimis properant, nec quicquam annotatum reperimus, quod ad originem & cau- „ ſam exſilii iſtius elegantiorum artium nos per- „ ducat. Nimis enim diſſita longo temporum „ intervallo ſunt teſtimonia Scriptorum, quae „ congeſſit *Hambergerus* in Hiſtoria vitri, & ar- „ tis vitriariae &c. ut artium elegantiorum peri- „ tos homines ex Britannia, quaſi ex ſeminario „ aliquo, in reliquas provincias repetitos fuiſſe „ aevo, quod dicunt, medio doceret." Interpretes hic nihil potuerunt annotare, cum Hiſtorici, qui data opera originem & cauſam iſtius rerum converſionis inquirere debebant, eam aut ſilentio praetereant, aut nuda rerum commemoratione defungantur. Scilicet Scriptores illorum temporum, humanitatis incurioſi, res bellicas tantum perſequuntur. Vid. *Sprengel. Geſch. V. Grosbrit. I. Th. p. 65.* IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 311. lin. 4. b. poſt IAEGERVS. adde: Lectionem hanc, ab *Acidalio* ſollicitatam, defendendam ſuſcepi, non probante Bibliotheca Philologica: „ Quaerimus primum, inquit, ex E- „ ditore, ſi iunxeris voces *ultra naturam curſus volucres mutuata*, quo pertineant verba „ *qua fingitur?*" Ego vero non haec verba iungenda putavi, ſed *ultra naturam*, i. e. ultra ſolitum, velox & vocalis, *percrebuit.* Sic *Chariton* de Chaer. & Call. lib. III. c. 4. ἡ φήμη, φύσει μὲν οὖσα ταχεῖα, τότε δὲ μᾶλλον σπεύσασα. Verum cum bene moneat Vir doctus, verbum *mutuari*, etiamſi pro ſortiri dici poſſit, tamen eamdem, quam in laudato a me loco *Ciceronis* habet, retinere conſtructionem debere, concedo in ipſius ſententiam, & tenendam iudico emendationem *Acidalii*, in adnotatione propoſitam. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 321. lin. 16. a. poſt *Lactantii* locum adde; pluribus confer *Schoepflin.* in Inluſtr. ex Britan. hiſtor. controv. cap. 2. in Muſeo Hagan. T. II. p. 189.

Pag. 328. lin. 41. b. poſt IAEGERVS. adde: Locutionem *boni conſulere*, re denuo conſiderata, idem puto ſignificare, ac ἀσμένως ἡσυχάζειν in loco non diſſimili *Zoſimi* lib. II. c. 8. ſ. 2. τῶν πανταχοῦ βαρβάρων ἐν τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων. Hoc eſt: ſe ſibi bene conſulere barbari credebant, ſi commoda quietis rebellandi periculis praeferrent. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 331. lin. 27. a. poſt IAEGERVS. adde: Locis *Homeri*, & *Virgilii* a me laudatis adde, ſis, *Plin.* Paneg. c. 67. ſ. 5. & 8. itemque c. 80. ſ. 5. ibique *Schwarz.* IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag.

Pag. 352. lin. 14. a. poſt BAVNE. adde: *Barthii* coniectura *dies Diis proxima rel. cel.* non ſatis probatur Bibliothecae Philologicae, quia *religio Diis proxima* dure dici videtur pro eo, quod eſſe debebat *religioni Deorum proxima.* Hinc *proxima* de tempore praecedenti intelligit, ſicuti accepit *Iac. de la Baune*, cum in Vita *Eumenii* p 170. poneret. *Panegyricum VI. Treveris, die urbis eius natali, anno Chriſti CCCX. coram Conſtantino dixit, paulo poſt eius natales, qui, ſicut eſt in Kalendario vetere apud* Bucherium, *in tertium Kalend. Mart. incidebant.* Equidem hanc explicandi rationem non ſperno: ſed iſtud loquendi genus durum videri non debebat. Eſt enim comparatio obliqua, de qua vid. *Gronov.* Obſerv. lib. IV. c. 8. *Perizon.* ad *Sanct.* Minerv. lib. IV. c. 7. p. 700. quemadmodum *Homer.* Odyſſ. lib. XIII. v. 69. Ἄνδρα Θεοῖς ἐναλίγκια μήδε' ἔχοντα, pro μήδεα ἐναλίγκια μήδεσι Θεῶν. *Tibullus* lib. III. El. 4. v. 70. reddere voce *ſonos ſimiles chordis*, pro *ſon. ſimiles ſonis chordarum* dixit: ita hic *religio proxima Diis* pro *rel. proxima religioni Deorum* dici poteſt. Video quidem non nihil in his differentiae. Μήδεα enim ἐναλίγκια Θεοῖς ſunt paria μήδεσιν, ἃ ἔχουσι Θεοὶ, *ſoni ſimiles chordis* ſunt ſimiles ſonis, quos edunt. vel efficiunt chordae: *religio* vero *proxima Diis* non eſt proxima religioni, qua Dii colunt, ſed qua coluntur. Verum & paſſivo ſignificatui in his comparationibus locus eſt. *Seneca* Ep. 83. *M. Antonium* —— *quae alia res perdidit*, —— *quam ebrietas, nec minor vino Cleopatrae amor?* Hic amor Cleopatrae aequiparatur vino, ſeu amori vini, h. e. quo vinum amabatur. Hoc, ad exemplum noſtri Oratoris, ita licet enuntiare: Cleopatra vino pari amore dilecta. *I. F. Heuſinger* ad *Cic.* Off. lib. I. c. 22. ſ. 4. pluribus exemplis illuſtrat uſitatiſſimum hoc comparandi genus, ut Viris doctis offenſioni eſſe deſinat. Sed fieri poteſt, ut ſubinde exiſtant, quibus corrigendum videatur; adeo illud remotum eſt a recentiorum linguarum conſuetudine. IAEGERVS. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 363. lin. 22. b. poſt IAEGERVS. adde: De his narrat *Guillimann.* de Reb. Helvet. lib. I. p. 11. a Theſ Hiſt. Helvet. *Moeniorum* —— *nullae omnino ſolo ſuper reliquiae.* —— *Si vero ruas, adhuc moeniorum rudera, & fundamenta longe lateque reperies; ſola concamerata, fornices; oſſium vero humanorum compages per campos & tota vicinia paſſim; credo ex illo, quod Conſtantius Caeſar prope eam urbem contra Alemannos praelium habuit.* Parum veri ſimile eſt, oſſa caeſorum in hoc praelio tantum temporis ſuperfuiſſe. IDEM. in Adpend. Obſerv. ad Panegyr.

Pag. 372. lin. 12. a. poſt *Mamertini* locum adde: Conf. ſupr. ad *Mamertin.* Genethl. 13. 2.

Pag. 374. lin. 38. b. poſt IAEGERVS. adde: *Dies* ut femininum in plurali eſt etiam in *Petron.* c. 72. ſ. 4. *de una die duas facere.* In *Horat.* Carm. IV. 2. 41. *laetas dies* Codex unus alterque exhibet: & ſic edidit *Cunninghamus.* add. ill. *Heyn.* ad *Tibull.* lib. III. El. 6. v. 32. in Obſervat. p. 172. IDEM. in Adpend. Obſervat. ad Panegyr.

Pag. 393. lin. 31. a. poſt IAEGERVS. adde: *Livineius* ſuſpicatur, latere in his nomen aliquod loci, quo Conſtantinus Herculium e vicinia pontis Agrippinenſis digredientem in Galliam Narbonenſem pro officio comitatus ſit. Quod ſi ſequamur, legi fortaſſe poſſit: *digredienti in Aduaticos haeſeras*, vel *digredienti Atuatucam*, vel *Advocam uſque haec.* Sed tantum abeſt, ut haec mihi coniectura arrideat, ut potius, quod *Geſnerus* uſurpare ſolebat, vultum nitentis habere videatur. IDEM. in Adpend. Obſervat. ad Panegyr.

113865

Panegyrici Latini
Panegyrici veteres, ed. by Arntzenius.

Vol.1.

NAME OF BORROWER.

LL.C
P191A

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

Do not
remove
the card
from this
Pocket.

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File."
Made by LIBRARY BUREAU